


0
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31

7 400 40 *Galeus* MADE IN GERMANY



PATRIS INSOMNIUM



GALENI DOCTORES



HEPATICI COGNITIO

GALENI

Quinta Clafsis

EAM MEDICINAE PARTEM, que ad pharmaciam fpectat, exponens, fimplicium medicamentorū, fubftitutorum, purgantiū, antidotorum, componendorum tam per locos q̄ per genera medicamentorum, ponderum deniq; ac menfurarum doctrinam comprehendit.

HANC CLASSEM, TERTIA HAC EDITIONE, non paucis fanè correctionibus exornatam comperies.

Librorum index fequenti folio habetur.
τὸ φαρμακευτικόν.



Cum fummi Pont. Senatusq; Veneti decretis.
VENETIIS APVD IVNTAS. M D LVI.



CRISIS PRÆCOGNITIO





AMANTIS DIGNOTIO



PALESTRITE CVRATIO



DISCEPTATIO CVM ALEX HABITA



PATRIS INSOMNIUM



GALENI DOCTORES



HEPATICI COGNITIO

GALENI Quinta Clafsis

EAM MEDICINAE PARTEM, que ad pharmaciam fpectat, exponens, fimplicium medicamentorū, fubftitutorum, purgantiū, antidotorum, componendorum tam per locos q̄ per genera medicamentorum, ponderum deniq; ac menfurarum doctrinam comprehendit.

HANC CLASSEM, TERTIA HAC EDITIONE, non paucis fanè correctionibus exornatam comperies.

Librorum index fequenti folio habetur.
τὸ φαρμακευτικόν.



Cum fummi Pont. Senatusq; Veneti decretis.
VENETIIS APVD IVNTAS. M D LVI.



CRISIS PRÆCOGNITIO



AMANTIS DIGNOTIO



PALESTRITE CVRATIO



DISCEPTATIO CVM ALEX HABITA

Quinta Classis libri.

- GALENI De simplicium medicamentorum facultatibus libri vndecim,
Theodorico Gerardo Gaudano interprete, denuo ab Augustino Gadaldino
no ad veterum græcorū exemplarium fidem multis in locis repurgati. fo. 2
De substitutis medicinis liber, Iul. Martiano Rota interprete. 84
De purgantium medicamentorū facultate, eodē Iul. Martiano interprete. 86
Quos purgare conueniat, quibus medicamentis, & quo tempore, eodem Iul.
Martiano interprete. 88
Hic libellus est caput vigesimum tertium libri septimi medicinalium collectionum
Oribasii ad Iulianum Imperatorem.
- De theriaca ad Pisonem liber, Iul. Martiano Rota interprete. 89
De vsu theriacæ ad Pamphilianum liber, eodem Iul. Martiano Rota inter-
prete. 98
De antidotis libri duo, eodem Iul. Martiano Rota interprete. 99
De compositione medicamentorum localium libri decem, à Iano Cornario
medico iam conuersi, & rursus à Nicolao Macchello medico Mutinensi
ad veterum græcorum codicum fidem diligenter castigati. 121
De cōpositione medicamentorū per genera libri septem, Iohāne Andernaco
interprete, denuo ab Augustino Gadaldino aliquot in locis ad græcorum
exemplarium fidem emendati. 209
De ponderibus & mensuris Galeno ascriptus liber, Augustino Gadaldino
interprete,

275/275



GALENI DE SIMPLICIUM

MEDICAMENTORVM FACVLTATIBVS

LIBRI VNDECIM.

Theodorico Gerardo Gaudano interprete:


Denuo ab Augustino Gadaldino ad veterum græcorum exemplarium
fidem accuratius recogniti.

ARGVMENTVM PRIMI LIBRI.

Ostendit quibus rationibus explorandæ sint simplicium medicamentorum
facultates, propositis exemplis aquæ & aceti.

Quid dicatur Medicamentum, & quid Facultas: & quomodo hæc quidem, actus
illa vero, potentia existat.

CAP. I.



Vantum conferat simplicium medicamentorum exactè facultates co-
gnoscere, tum ad variorum compositionem, tum ad inuentorum op-
portunum vsum, non habeo nunc ostendere. Nam id partim in opere
de Medicamentorum compositione, partim in Curandi methodo mon-
strabitur. Verum quod deinceps ad temperamentorum sequitur tra-
ctationem, id in præsentia dicitur: vbi videlicet prius vocabulorum,
quibus in hoc vtetur libro, significata definitimus. Medicamentum,
omne id dicimus, quod naturam nostram alterare potest: sicut (puto.)
nutrimentum, quicquid substantiam augere. Refertur enim vtrūq; ad
aliquid. Porro medicamentum simplex & ipsum per oppositionem ad
compositum nuncupatum est: Est aut id, quod secundum naturam suam syncerum est. At facul-
tas, causa quæda est effectrix. Ea; partim actus siue energia est, partim in futuro tēpore. Actus q-
dem, vt calefaciēdi in igne, refrigerandi in glacie. In futuro aut, vt calefaciēdi in pyrethro, & ca-
stereo, & similibus: refrigerādi in alterco, mandragora, & id genus aliis. Sanè quandā esse faculta-
tem in purgatorijs quidem medicinis purgatoriam, vomitorijs vomitoriā, sternutatorijs sternu-
tatoriā, bechicis (hoc est, quæ tussim vel sedant, vel cient.) bechicā, & in vnoquoq; alio opere per-
agendo, quæ denominetur ab eo quod ipsa efficit, ferè nō est qui ambigat. At quæ sit huius facul-
tatis essentia, quidam certè non posse cognosci existimarunt: quales sunt Sceptici philosophi, &
qui inter medicos vocati sunt Empirici. Sed & qui nosci posse arbitrantur, inter sese dissident.
Quidam enim ad magnitudines & figuras & posituras corpusculorū ac meatuum, quos ἕκτος &
ἰσῆτος appellitant, referunt: Alij ad caliditatē, frigiditatē, humiditatē, ac siccitatem: pro sua vide-
licet vtrūq; prima elementorum constitutione. Quare & nos, quia in libro de Elementis secundū
Hippocratem ex calido, frigido, sicco, & humido cum aliorum omnium corpora, tum animantiū
constare ostendimus: has effectricium facultatum essentias, tum in alijs omnibus, tum in medica-
mentis statuemus. Sic autem & in tertio de Temperamentis demonstratū est. Ac qui volet quæ
nunc dicēda sunt assequi, in eo tractatu se prius exerceat oportet: quippe cum illic quæ vnuersum
ac in genere de medicamentis nouisse conueniat, exposita sint: Ne hic toto vtiq; in genere quicq;
nouī dicemus: verum quæ illic generatim sunt scripta, ea hic speciatim elaborabimus.

Quo pacto quanc; iudicare facultatem oporteat.

CAP. 2.

IN primis quidem ac maxime sumendum est iudicandæ facultatis experimentum ab ea re, ad
quam dicitur. Siquidem non protinus si hominem refrigeret cicuta, & sturnum refrigerabit:
aut si sturnum nutriat, nutriet & hominem. Eadem ratione nec; si hominē purget veratrū, conti-
nua Classis. AAAAA ij nuo

nuo purgabit & coturnices: neq; etiam si hos nutrire valeat, cōsequens statim est, vt & homines. E Proximum est, vt quod ex accidēti est, distinguatur ab eo quod primario ac per se. Nam aqua frigida calorem quandoq; reuocat, cutem refrigerando, cōtrahendoq; ac condensando. Ad id enim caloris consequitur reuocatio, velut in tertio de Temperamentis ostendimus. Rursum calida quoq; ipsa sæpenumero refrigerat, exalfaciētem nimirum humorem digerendo. Nam si his adamuſſim distincis ad inquirēdā facultatis explorationem accesseris, haud facillē, mea quidem sententia, falli queas. Cæterum à nullo alio defumi iudicium, q̄ ab eo ad quod dicitur, id quidem perfacile est: non videlicet an insecta animalia oleum interimat, neq; an pingue, aut lentum, aut leue sit cōsiderantes, cum an calfacere, aut frigefacere, aut¹ umeſtare, aut siccare corpus humanū valeat, inquiritur: eundem in modum neq; an colore sit rubro rosa, neq; an albo cerussa: siquidem necessarium non est, quicquid rubrum sit, esse calidum, neq; quicquid album, esse frigidum: sed an admota corporibus nostris primario ac per se exalfaciant, ac non interueniente quopiā, neq; ex accidente. Ac si ita quidem, facultate esse calidā, vt si refrigerent, frigidā. Nam per deos immortales, vnde nam dicere possumus, an calidum sit facultate album pipet, granum cniidum, cnicus, calx, & veratrum album: aut vnde q; frigidus sit famius aster, terra selinusia, cerussa, nix, & lac? omnia enim ea coloris sunt candidi, viribus verò vel maximè pugnant. Sunt ergo nix & calx colore simillima, viribus autem pugnantissima: sed pugnantiam sensus diiudicat. Si quidem niuem applicatā protinus ac primo statim occurſu frigidam percipimus, & quoad tangatur, magis semp magisq; frigefacere sentimus. Videmus porro ipsam neq; durare, neq; seruari posse, si vel leuis calor occupet. At calx neq; primo occurſu refrigerare percipitur, & vsq; dum applicata manet, perspicuo magis ac magis exalfacit. Ex quo cōstat ex eo q; semper vnum idemq; efficiat, quoad nos contingit medicamen, propriam eius iudicandam esse facultatem.

Quo pacto discernatur quod ex accidente quid faciat, ab eo quod propria facultate. C.A.P. 3.

E Tenim quod ab initio ad finem vsq; dum applicatum est, magis semper calfacit: id nō ex accidente, sed ex sua natura est tale. Sic etiam quod à principio ad finem vsq; refrigerat, ex sua facultate est frigidum, non ex accidente. At sanè si nihil moratus, atq; ex posteriore, ac post ablationem facultatem eius expēdere voles, sæpenumero falleris. Ac forte non nunq; aquā frigidam, non frigidam modo, sed & calidam possidere facultatem dices: vbi videlicet frigefacere semper dum nos contigerit apparebit, frigidam: vbi vero calorem reuocabit, calidam. Quare hæc indistincta relinquenda non sunt. Dandaq; insuper opera, vt quodcunq; medicamentum in iudiciū vocare velis (id quod in libris de Temperamentis monuimus), omnis sit expers alienę tum frigiditatis, tum caliditatis: ne videlicet natiuam eius facultatē adscititia qualitas adulteret. Ad hæc que & ipsa præcepimus, nutrimentum a medicamento distinguo, atq; ea vtraq; ad aliquid dici memento: tum circa eandem sæpe substantiam consistere, velut & id quod monstrauimus. Nec fecius q; quædam tota substantia in sese mutuo & agant & patiantur: quædam vero vna duntaxat, aut duabus qualitatibus. Super hæc, alia itidem esse tenuia, siue tenuium partiū (Græci λεπτομερη̄ vocant.) alia crassa, siue crassarum partiū (καχυμερη̄ Græci nominant.) Tenuia quidem, quæ facile in tenues comminui partes possint: crassa, quæ contra. Atq; vt semel dicam, omnium meminisse distinctionum oportet, quas in tertio de Temperamentis posuimus, vt secundum illas medicamentorum omnium speciei facultas explorari valeat.

De aqua facultate.

C.A.P. 4.

E Sto sanè prima nobis in contemplationē propolita aqua: q; nimirum ea & cōmunissima hominibus oibus sit, tum sanis, tum ægrotis: & ad vitā maximè necessaria. Primumq; eucrato, siue tēperato corpori applicator ipsa neq; frigida insigniter neq; calida: Deide ijs qui natura sunt intēperati: Tertio ijs, q; affectu aliquo tenētur. Nam hoc pacto exactē in oibus propriam eius facultatē ppenderis. Igitur tēperato admota plusculo tēpore ipsum omnino refrigerabit: Intēperato vero, citius q; dem refrigerabit id quod frigidius natura fuerit, tardius verò quod calidius: Semper aut oia refrigerabit, etiam si nō multis deinceps diebus, sed vel vna quis hora, aut pluribus ea vtatur: Nec. n. talis in vllō oium calorem reuocare poterit. Nam q̄ summè frigida est, si quadratæ ac iuuenili corporis naturæ pauculo tēpore adhibeatur, caloris molietur reuocationē: Sin aliter vtaris, semp refrigerabit. Quin etiā si ijs quoq; q; simplici laborant morbo, siue calido tēperatura siue frigido eiusmodi admoueatur aqua, hos et manifestò refrigerabit. Nam simplex sit affectio oportet, quæadmodum vtiq; in tertio de Temperamentis definitum est, quò videlicet quæ adhibetur, ex sua natura refrigeret, non ex accidente quopiā: quippe cum frequēter, vbi compositus fuerit affectus, aliud primario medicamentū efficiat, aliud ex accidēte: velut in phlegmone. Est enim ea affectio calidæ copiosæq; fluxionis soboles. At quæ modicè exalfaciunt pharmaca, cum superfluitatem euacuant, protinus, opinor, & quod affectum est, frigidius efficiunt. Verum cum simplex vnaq; fuerit affectio, quod ex accidente sit, in ea prouenire non potest. Ergo si hac ratione expendas, aqua potabilis vnde quæq; videbitur frigida. Non est tamen eadem aliarum aquarū sponte natarū, quæ sulfur, bitumen, aut nitrum qualitatibus suis referunt, facultas. Si quidē earū omnino nulla, vbi alienæ tum caliditatis, tū frigiditatis expers adhibita fuerit: frigefacere conspiciatur.

A citur. Quinimo nec marinam ipsam, priusq; adscititium frigus summum acceperit, admodum refrigerare apparet. Nam si quis in potabili aqua totum diem innatet, vt etiam nō admodū sit frigida, sed velut ex sole tepens, necessario tū refrigerabitur. At mare complures iuuenum interdum pertulere non per diem modo totam, sed et adiuncta nocte. Ex quo liqueta quam, potabilem certe & dulcem, secundum naturam suam semper esse frigidam: mare vero non æque. Quod si non semper in sermone adiciam, potabilem, sed dicam simpliciter, quantum ex se est, aquā esse frigidam, haud caliniari oportebit, tanq; insufficiēter & indistincte locutum. Nam quæ exactē ac syncerè aqua est, omnis alterius substantiæ mistione vacans, ea ex necessitate ex sua facultate est frigida. Si qua verò per bituminosa, sulfurosa, nitrosa, aut aluminosa loca distillans substantiæ eius aliud absterferit, secumq; traxerit, mista iam ea est, non autem exactē aqua: velut si ipse quoq; volueris aut salem, aut alumen, aut aliud id genus affatim aquæ miscere potabili: sicut sanè sæpenumero facere cogimur in marinæ inopia, qn muriam facere volumus, tunc enim salem aquæ videmus: ac tū ipsa facultate iam dissidet, vt si aqua dulcis, videlicet quæ neq; insigniter aut calida, aut frigida sit, sed velut ex sole tepida, erysipelati perfundatur, noxam oino nullam hominis corpori sit allatura. At si marinam aquam, aut muriam, aut id genus aquā mistā, bituminosam videlicet aut sulfurosam admoueas, vsque adeo hominē offenderis, vt partē ipsam sis adustusurus. Aqua igitur ipsa ex sese frigida est facultate. Porro si extraneum calorem adeptam corpori humano perfundas, putabis forsan simplex quoddam & naturale adhibitum medicamen: at ea quodam vtiq; modo cōposita est, aut igneæ essentiæ partem aliquam naſta, aut certe omnino ipsam qualitātē. Vt enim si salem illi miscueris, ex confesso fuerit composita: sic multo magis si igneam aut essentiam aut qualitatem adieceris, compositam quodammodo & nunc effeceris. Est porro etiam aqua limosa quadantenus cōposita, velut est aqua Nili, quæ in Aegypto est. Sed ea per ficulnia vasa percolata planè pura efficitur. Oportet autem non semel, sed bis, ter, ue percolare, quando ne sic qdē forsan adamuſſim puram queas efficere: verum quando qui aquæ infertur limus, omnem effugerit sensum, satis tunc est vt queas dicere tales, vt ad vsus eiusmodi, puras esse aquas.

Quo pacto iudicemus aquam puram.

C.A.P. 5.

I Vdicantur aut hæc tribus sensibus, nempe gustu, visu, & odoratu. Gustu pura est, si nullā offerat qualitātē, sed ad vnguem qualitatis expers appareat. Visu, cū syncera fuerit, ac planè perlucida. Sic nec odoratu vllam præ se ferre qualitatem debet: vt sunt quædam extremæ prauitatis, q̄ aut aciditatem, aut acrimoniā, aut falsedinē, aut putredinē, aut aliud indicibile aliquod vitii præferunt. Igitur aqua quæ absq; his est omnibus, vt ad naturā certè, ne ipsa quidem adamuſſim syncera fuerit, sicut nec aliud vllum elementorum sensibiliū, sed vt ad sensum & vsum syncera est. Talis ergo, vt est, ppositum, secundum suam naturā frigida est. Quippe si valde exalfaciā non modo aquam, sed vel mandragoram, vel altercū, vel cicutam, vel meconium admoueris, non solum exalfeceris, sed etiā vsleris corpus humanū. Omnia itaq; quæ examinanda veniēt medicamina, omnis extraneæ valentisq; tum caliditatis, tum frigiditatis aliena sunt, nedum aqua.

Demonstratio, qua ostenditur aquam frigefacere ex cerati, quod ex ea conficitur, effectū. C.A.P. 6.

P Orro q; aqua omnis dulcis perspicuo frigefaciat, hinc quoq; didiceris. Ceratum humidum si ex aqua frigida subactum accurateq; madefactū calido affectui imponas, protinus ipsum frigefaciet. Oportet autem quā plurimū admiscere ipsius aque, mistioq; hoc maximè modo optime perficitur. Ceram quantum fieri maxime potest purissimam oleo liquantes humidum facere ceratum oportet: deinde refrigeratum, ac {despumatum, sordibusq; purgatū,} in mortario manibus subigere, aquam astundendo frigidam, quantum nimirum ceratū accipere valet, ac nondū aqua circūstuar. Id refrigerat & eos qui in febre vruntur, si hypochondrijs superponatur, & omnē phlegmonem: similiter herpes quoq; & carbunculos, tum erysipelata, & phygethla, ac breuiter omnes morbos calidos. Ergo si non aquam dulcem, sed marinam aut muriam illi admiscens in vno prædictorum quouis vti volueris, non paruam omnino differētiā conspicias: quippe cum id medicamentum adeo nullam propolitarum affectionum amplius refrigerabit, vt insuper accendat potius. Adeo multa est diuersitas potabilium aquarum, & muria ac maris: similiter verò & earum quæcunq; sulfur, aut bitumen, aut nitrum, aut chalcanthum, aut misy, aut chalcitin, aut vt simpliciter dicam, quæ calidorum natura medicamentorum gustu aliquod referunt. Inimicæ enim sunt omnes calidis corporum nostrorum affectibus. Ex quo claret has omnes facultatibus esse calidas, solam vero aquam potabilem frigidam.

Quod aqua potabilis humida sit.

C.A.P. 7.

Cæterum q; hæc quoq; propolitarum omnium aquarum sola sit humida, planè ex eadē disces methodo. Nam vlcera que supra modū squallida siccaq; sunt, si hac irriges, statim admodum humida molliaq; reddes, cum alia aquæ vniuersæ vlcera desiccant. Tum piscatorum vlcera adeo videntur sicca, ac si forent salita. Contra eorum qui in balneis versantur, humida apparent ac mollia. Quin si imburum linamentum vlceribus imponere libeat, humida quidem à potabili, sicca verò à muria marinaq; reddi comperies. Aquæ quinetiam aluminosæ, quales sunt in Italia vocatæ Albulæ, cum alijs vlceribus idoneæ sunt: tum verò quæcunq; fluxionibus tentantur, ea

Quinta Classis.

AAAAA iij perfacile

perfacile desiccant. Sic nec cæterarum aquarum vlla humectare potest, q̄ videlicet nō sint exacte aqua, sed mista & adulterata, accepto nimirum aut alumine, aut chalcite, aut sale, aut id genus aliquo. Quocirca earum non nullæ vlcera quoq; exasperant, nempe quæ acres admodum sunt & mordaces. Quinetiam sitienti dulcis aqua leniens remedium est: cæteræ verò acerbiores etiam sitim relinquunt. Tum aqua inter cutem laborantibus aduersissimum est & poculum, & lauarum aqua dulcis: falsæ vero, ac nitrosæ, & sulfurosæ, bituminosæq; omnes sanè peritiles. Imitari autem potes sicut marinam, sic aliarum quamlibet, substantia videlicet admista, quæ in quacq; vinere conspicitur. Nam sulfure in aquam dulcem indito sulfurosam effeceris: alumine aluminosam: ac eodem modo aliarum vnamquancq;.

Quod aqua aduentitium calorem naeta, semper quidem humectet, non aut semper calfaciat: verum in ipso quidem perfusionis tempore calfacere, postea verò frigescere consuevit. CAP. 8.

Hæc ergo propria aquæ natura humida est & frigida. Porro aliunde calorē adepta exalfaciat quidē & humectat quibus est admota: verū haud similiter ambo præstare potest. Summè namq; humectat seu tepida sit, seu temperata, seu et calidior. Summè aut non calfacit, nisi quæ extreme ferueat. Quod dico, in temperata primum exploremus natura. Igitur si huic aquæ afferas temperatè calidā, eaq; vel laues, vel itidem perfundas partem aliquam: in ipso quidem perfusionis tempore calidiorē simul & humidiorē se ipsa efficit: q̄ si deinde quiesces, nec corpus frigidæ vsu postea contrahes, constipabis, ac densabis, paulo post seipso frigidius relinqui conspicies: quippe cum corpus rarefactum, transpirante immoderatus calore natiuo, frigidius efficiat. Non tñ sicut frigidius postea calidæ vsus corpus destituit, ita & siccus. Quancq; profecto videri id possit, tum ob spiramentorum raritatem, tum ob corporis mollitiem, tum ob substantiæ fusionem: plusculum siquidem in ijs affectibus euaporetur necesse est. Atqui vapor humor est extenuatus. Verum non ita habet rei veritas. Nam mollities, quam calidæ aquæ lotionibus acquirunt corpora, solius humiditatis proprium ac inseparabile signum est, in animantis videlicet corpore: velut in opere de Temperamentis est demonstratum. Sanè vlceratarum partium caro, id ipsum perspicuo ostendit, vt quæ in istis ex aqua calida perfusionibus flaccida atq; algæ ritu fluida efficitur. Quancquam sanè corpus illiusmodi affectionibus inanitur, vt minus tunc in sese habeat humoris q̄ antea. Videriq; venia digni possunt, qui per calidas lotiones, atq; aquæ moderatè calidæ perfusiones siccarum corpus existimant. Nam similis horum est error, atq; illorum qui credunt senes adolescentibus esse humidiores. Pluribus namq; senes excrementis redundant, sed genuinæ (quæ wερσιότερα μέρη nuncupant,) organicaq; partes adolescentibus magis sunt humidæ: vt id quoq; in G secundo de Temperamentis monstrauimus. Perinde se res habet in perfusionibus, ac lauacris, omniq; adeo ex aqua calida irrigatione. Siquidem humores qui in vasis alijsq; inanibus spatijs sunt, exhauriuntur omnes: at ipsa vaforum corpora, & vniuersum genus carnosum seipso fit humidius. Atq; hanc solam facultatem nunq; aqua {dulcis} deponit. Neq; enim cum feruens corpora exurit, quæ vsa sunt redduntur sicca, vt quæ ab igne sunt asæ. Rursum nec cum summā adepta frigiditatem per diem totum, aut etiam longiori tempore parti cuiuspiam perfunditur, eam sicciorē efficit, tametsi rugosa atq; admodum exilis relinquatur. Verum hæc eueniunt, q̄ qui in vasis alijsq; spatijs est humor, exhaustus sit: at partes genuinæ solidæq; nulla sua parte sicciores euadunt. Huiusq; semper meminisse oportet: Tum toto sermone perpetuo obseruandum ex euidentibus apparentibus colligendam cuiusq; medicamenti facultatem: Ac semper ad quod quid dicitur calidum, frigidum, humidum, aut siccum, ad id esse æstimandum.

Si à rebus exteris de medicinarum facultate colligi quid oporteat, ex ignis cum illis commercio faciendum esse iudicium. CAP. 9.

Porro si quis velit ex superabundanti à rebus externis probationes ducere, ne id quidē prohibeo: verū animū diligenter aduertat consulo. Nam admodū lubrica res est, nec paucos obtinet fallendū modos. Sed hos in consequentibus edisserā. Cæterum quod solū quis sumpserit, vt id quod iudiciū subit medicamentum, aut exalfacere, aut refrigerare probet, id in ignis cōmercio contactuq; conspicitur. Neq; n. vsq; adeo absurdū est, quod facile in ignem vertitur, id calidū facultate putare. Memoria enim, opinor, tenemus omnia huius vocis Facultate significata, quæ in tertio de Tēperamentis diffiniuimus. Vñ igitur ex ijs erat & id, quod ex propria eius, quod dicitur, materia, tale est facultate. siqd. n. facile in ignē vertitur, id facultate est ignis, non actu scilicet. Nam hoc quod est facultate, ex aduerso ei diuiditur quod est actu: Alterum verò quod est per se, ei quod est ex accidente. Hanc ergo iudicij rationem considerare ac distinguere conuenit.

Quot & quæ prædefini oporteat, vt liceat ex alicuius affectione qua ad ignem est, quo pacto aduersum nos id ipsum afficiatur, colligere. CAP. 10.

At quibus consilium est tutò à rebus extraneis ad corpora transire animalium, videre primum debent, an tenuis sit essentia, an crassæ, quod explorandum venit. Secundo an sibi continuum, densumq; ac solidum, an interuallis interceptum, ac rarum. Quocirca his immorandum prolixius est. Videtur enim id quoddam esse principium, ac velut elementum multam considerationem postulans.

Quod

A Quod quæ subtiliorum sunt partium, promptius propriam exerant actionem, quam quæ crassiorum, tamen si eandem cum illis facultatem obtineant. CAP. 11.

Igitur eorum, quæ in confesso est facultate esse calida, nullum omnino apparet nos exalface-re, priusq; in tenuia sit cōminutum. Nam si quis piper solidum cuti inspergat, nullam planè caliditatem percipiat: eadem ratione si quis vel linguæ imponat, aut deglutiat, aut alio pacto vtatur integro, haudquaq; diligenter trito, & cribrato, ac non adeo cōminuto, vt pollinem tenuitate referat. Nā quod pollinis instar cuti inspergitur, exalfacit, ac maxime si affricueris: præterea quod linguæ admotum fuerit, aut in ventrem deuoratum. At quod solidū integrumq; imponitur, nec cutem calfacit, & linguæ ventriq; exiguum dūtaxat caliditatis sensum mouet. Itaq; cum tenuium esse partium dicantur quæ facile in tenues partes cōminuuntur, solidarum crassarumq; partium quæ contra: tum dura viscosaq; ægre, ac difficulter, aut omnino in tenues cōminui non possint: fragilia verò, & quæ citra viscositatem mollia sunt, promptè in tenues soluantur: hinc constare arbitror multa esse facultate calida, ac facile accendi, verū nos haud facile exalfacere. Nam ignis, vt qui omnī est tenuissimus, simulq; calidissimus, & in profundum facile penetrat, & comminuit, extenuatq;, & vincit, atq; in suam deniq; naturā cōuertit, vnde quacq; scilicet cōtingens, & quod contingit exuperans. At nostra caliditas supra q̄ q̄ crassæ sit essentia, & halitiosa, insuper infirma est, vt nō facile mutet quod contingit. Ostensum est aut in tertio de Temperamentis (quo sine, quæ hic dicuntur, assequi est impossibile.) nullū eorum, quæ nos exalfacere apparent, perinde vt ignē posse calfacere, verū vt materiā accendi facilem. Siquidem mutationis principium à nostra caliditate accipientia, vt calami aridi ab igne, nos contra recalfaciunt, & velut partes sunt quædā caloris natui, sicut illi ignis. Nam quod prius erat calamus, id nunc fit ignis, vt mutantis ipsum ignis essentiam totā adaugeat. Monstrauimus aut quædam, vbi vel leuem fuerint mutationem adepta, secundum naturā deinde suam ad plurimā mutationē procedere. Quamobrem mirandū non est, si quædam medicamenta primæ quidem mutationis principium à nostro calore naeta, inde iam pergant eum quoq;, qui mutabat superare. Nam cum corporis cuiusq; proprietates alia habilis sit ad suscipiendum calorem, alia inhabilis: sit paria principia non sequantur par incrementum.

† At. græce δμοιον πένυτι καί ηρατόν του πλυσιστοντος simile reddens, atq; exuperans id quod continet.

Quod pharmaca, quæ paruam sortita sunt molem corpore am, magis agant, quam quæ magnam.

Quinetiam quod corpus admodum exile facilius alteratur, mutaturq; ab eo, cui admotum est: quod autem grandius est, non nisi temporis spatio, ac vix tandem etiam sensibilem alterationem sustinet: id cum non modo à physicis naturam scrutantibus sit demonstratum, sed cuius etiam homini rei ipsius experientia notum, satis magnum adfert testimonium ijs, quæ modo dicebamus. Quippe si pipēris particula à nobis accipere debent mutationem, eoq; accipiant facilius, quò fuerint minutiores: mirandum non est, si eas tanto citius exalfacere experiamur, quanto accuratius in minimis fuerint comminutæ.

Medicamenta parum sortita tum facultatem, tum consilientiam, quanto rarioribus applicentur corporibus, tanto ocus actionem suam exercere. CAP. 12

Quinetiam q̄ extima cutis superficies callosa sit, duraq; & frigida, tum quod sub ea est, quanto profundius subeas, tanto sit calidius, nemo ambigit. Fluic sanè rationi si duo etiā principia in alijs à nobis tractationibus demonstrata adiecero, ita deniq; vniuersum possis colligere. Alterum quidem ad demonstrationē principiorum, siue lēmatum, siue axiomatum, siue ppositionum, siue vt cūq; nuncupare libebit, in cōmentarijs de Temperamentis demonstratum est, cutem videlicet omnem in primo statim ortu sibi esse continuam: at tēporis spatio perforari, ac plurima nancisci spiramenta ritu cribrorum. Alterū vtiliū ad ratiocinationē propositio-num est, corpus vniuersum expirabile esse ac inspirabile, vt inquit Hippocrates. Fusius autem de hac dictum est in libro de Vsu pulsuum, vbi monstrauimus arterias, vbi se dilatantes vndi-quaq; & per oēs meatus attrahunt, non aerem modo halitumq; attrahere, sed quicquid etiā trahi facile, ac tenue sit, ad spiritalis essentia motum impetumq; expedite consequi. Quibus sic se habentibus multæ venæ arteriaq; aperiuntur in cutis meatus & in ipsius superficiem internam: ac in meatuum perforationes haud pauca peruenire venarū arteriarumq; oscula existimandum est, nihilōq; secius ad extimā superficiem, ita vt ipsæ osculis ibi finiant: tum quicquid pipēris ad exactissimum redactū fuerit pollinē, simul cum ambiente aere ab arterijs attrahi, ipsumq; protinus à calore natiuo transmutari, idq; tñ ob paruitatē tum ob ingenitam vt à calore alteretur aptitudinē. Siquidem haud aliud illi erat facultate esse calido, q̄ facile posse incallescere. Quod si semel id illi insit: mirum non est, per omne corpus tempore perlatum, ipsum recalfacere: ac proinde primum maximeq; ab id genus medicamentis incallescere partes quas primum contigerint, deinde quæ his sunt proximæ & continentes: ac sic deinceps tertio, quartoq; loco pro situs videlicet vicinitate, cum ijs quæ primo incaluerāt, incallescere. Hæc scientifica constant demonstratione, non tamē ijs satis credibili, qui in primis non fuerint exercitati. Oportet enim in ijs quæ de Elementis sunt ratiocinationibus esse versatum, atq; in cōmentarijs de Temperamentis, & Vsu pulsuum, & ante hæc omnia in demonstrandi methodis peritū. Sanè paucis datū est omnia percurrere. Verum his quidem suffecerit (mea sententia) in euidentibus dūtaxat versari, paucis tactis communibus Quinta Classis. AAAAA iij rationibus

rationibus siue epilogismis. Itaq; causam quamobrem non excalfaciunt corpora humana ea quæ E
crassa adhibentur, etiam si natura sint calida, ijs dūtaxat qui rationem assequi valeant, dictam esse
reputent, sibiq; satis esse persuadeant, quod euidenter sensibus apparet. Apparet autem euiden-
ter crassorum omnium nullum prius, quam ad vnguem cōminuatur extenueturq; neq; ipsum à
corpore nostro quicquam perpeti, neq; rursum in nos posse agere. Nec enim solum in pipere,
napy, canchry, ceterisq; omnibus quæ nos excalfaciunt, ita se res habet, sed æquè item in faculta-
te frigidis. Nam si quis radicis mandragoræ corticē in r̄ ignas partes contrafactam cuti imponat,
aut illinat, {aut deglutiat,} planè nihil efficiet: at si admodū sit cōminuta, refrigerare potest. Sic et
papaueris semen, & cicuta, tametsi hoc sit omnium refrigerantium valentissimum, tñ antequam
exacte cōminuatur, cuti nostræ impositum planè est imbecillum. Ne te ergo magna teneat admi-
ratio, q; calami aridi, piliq;, tametsi accendi promptissimi sunt, non tamen nos contactu excalfaci-
ant: quippe qui planè à nostro calore mutari nequeant, vt sic recalfaciant: q; videlicet pollinis r̄-
tu cōminui non valeant: quandoquidem calamus Indicus, quem & odoratum appellat, cum
tundi, cribrari, ac planè magis quam qui apud nos nascitur cōminui valeat, clarè nos excalfacere
conspicitur, sicut vno ore omnes qui ætate nobis maiores sunt medici, confitentur.

Quod corpora rariora citius ab igne accenduntur, quam quæ sunt spissiora.

CAP. 13. F

Porro considerandum est (quemadmodum proposui,) non solum crassarum sit partium, an
tenuium, explorandorum medicaminum substantia, verū etiam rara ne, an spissa, densa ue.
Voco sanè rarum, cuius partes spatij inanibus intercepta sunt: intelligentibus videlicet nobis,
ac semper recordantibus, quo pacto dicatur spatium inane ab ijs qui vnitam esse dicunt substan-
tiam: non quemadmodum Epicuro & Asclepiadi est visum: immo aere plenum est in raris corpori-
bus spatium inane. Vbi ergo eiusmodi spatij multis corpus fuerit distinctum, facilius q; spissum
accenditur, etiam si quod ad caliditatis frigiditatisq; attinet temperiem, similiter illi sit affectum.
Nam qui in ijs spatij continetur aer, cum sit ad patiedum promptissimus, primo statim ignis oc-
cursu accenditur atq; inflammatur: vnà vero secū corpus vniuersum accendit, vnāquamq; eius
partem nimirum occupans. Ergo si parua corpora, cingente ea circūquaq; flamma, promptè ac-
cenduntur, (nam id clare conspiciamus) non sine ratione corpus rarū celeriter accenditur, vtpote
cum profundas eius partes omnes flamma contingat. Sic itaq; calamos aridos ignis celeriter exur-
rit, tametsi minus sint alia substantia calidi, idq; ob meatuum multitudinē, quos aer quidem prius
occupabat: vbi vero ignis contigit, flamma depascitur. Aer enim accensus, flamma est: terra vero,
carbo. Porro q; aeris plenos meatus multos aridus calamus obtineat, summum argumentum est
ipsius leuitas. Nam siccum natura corpus leue esse alioqui nequeat, nisi inanitate sit predictum.
Eundem in modum pumex, & spongia sicca, atq; omnia adeo quæcūq; fistulosa sunt, multumq;
vacui obtinent, pondere sunt leuia. Sic sanè & calamus non eo dūtaxat q; siccus est, sed q; pluri-
mi aeris est particeps, promptè accenditur. At à nostro corpore agrè proinde calferi potest, quod
essentia sit crassa. Quando igitur medicamenti cuiuspiam ex ignis commercio temperiem collig-
gentes, scrutari statuimus, an aduersum nos eodem modo se gerat, substantiæ eius respicienda cō-
stitutio est. Nam si tenuis quidem sit, sed continua, eandem & in nos naturam ostendet, quā prius
in ignem: Sin autem rara sit & crassa, fieri potest vt ab igne quidem perfacile alteretur, non tamē
à calore nostro, ac proinde nec nos recalfaciat.

Aquam tenuium esse partium, nec vnquam nos ex sua natura excalfacere.

CAP. 14.

Posteaquam igitur hæc eū in modum definita sunt, rursum ad sermonem de aqua redeamus.
Nam q; tenuis sit essentia, argumento est, q; promptissime per pilos & vestimenta perfluat.
Nam propter humiditatem molliemq;, quæ nihil habeat adiunctum viscositatis, diuisiles par-
tes obtinet, & quæ facile in minimas possint distrahi. Talis cum sit, tamen neq; nos ex sua natura
calfacit, neq; proprium est ignis nutrimentum, immo omnino contra aduersatur, & dissidēt, atq; H
extinguit, vt quod illi sit aduersissimum. Nec mirum est, si cum igne natura tum calidissimo, tum
siccissimo pugnet aqua, quæ frigida est & humida. Coniectura quidem igitur ex ignis sumenda
comercio, quo pacto quodq; medicamentum in calore frigoreq; se habeat: non tamen protinus
existimandum tale ad nos videri, nisi tenuium sit partium, & spissum. Sic oleum tametsi facile in
flammam vertitur, non tamen admodum celeriter nos excalfacit, nimirum lenta crassaq; substan-
tia sua tenaciter ijs inhærens quæ primum contigit: proindeq; longissime omnibus perdurat qui-
bus fuerit illitum, scilicet nec ab ambiente facile aut extenuari aut digeri potens, nec intrō in cor-
pus promptè transumi. Aqua verò e contrario & celerrime in halitum soluitur, atque expedite di-
geritur. Proinde etiam si in idem vas coniectam aquam oleumq; decoquas, prior tamen aqua ab-
sumitur. Sic item si lithargyro, aut cerussa, aut id genus aliquo cum aqua diligenter commisto si-
mul ambo decoquere voles, priorem digeri aquam experire,

Non simpliciter quod citius ab igne accenditur, id ad nos quoq; apparere calidius.

CAP. 15.

Non ergo simpliciter quod citius accenditur, protinus ad nos apparet calidius. Siquidem
antè ostensum est, vt calefacientium aliud simpliciter erat calidū, vt ignis: aliud exuperan-
tia calidum, velut qui in nobis est calor: sic eorum quæ facultate sunt calida, aliud esse eiusmodi,
di, vt ad

Adi, vt ad id quod primo & absolute est calidum, aliud verò vt ad id quod per exuperantiam dicitur.
Quamobrem non absolute ab ea, quæ aduersus ignem est, in iudicium venientium medicaminū
dispositione, ad nos tranfire expediat, sed adiecta limitatione proposita.

Non quod citius à frigore congelascit, eo quod tardius, absolute frigidius existimare licere,
sed inter ea quæ parem sortita sunt consistentiam.

CAP. 16.

Edem hæc limitatio itidem necessaria est, qñ ex eo q; quid facile congelatur, frigidum esse
colligimus. Nam in ijs quæ eandem habent aut tenuitatem aut crassitudinem consistentiæ,
quod ocyus à frigore congelatur, temperamenti est frigidioris. Nam si alterum sit tenuius, puta
exempli causa, vinum: alterum crassius, vt oleum: non est necesse aut citius, aut magis concrefcere
quod est frigidius. Verum si quanto alterum est frigidius, tanto alterum quoq; crassius sit: simili-
ter ambo concrefcant. Cæterum magis concretum videatur, ipsa videlicet consistentiæ duritia
quod fuerit essentiæ crassioris. Nam rationabile est, reor, similiter congelatorum quod crassioris
fuerit essentiæ, itidem fieri durius. At si vel alterū plus sit frigidius q; reliquorum essentiæ crassioris,
aut contra minus frigidius quidem alterum, sed alterum crassioris essentiæ: haud ē pari tempore
hæc congelascere est possibile: verum quod plus est frigidius q; alterum essentiæ crassioris, mino-
ri temporis spatio: quod vero minus est frigidius q; reliquū essentiæ crassioris, maiori. Sic magis
minusq; alterum videri durius, id pro excessus portione euenire est necesse.

Quo differat congelatio à refrigeratione.

CAP. 17.

Hæc ergo memoriæ mandare oportet: tum q; non idem sint congelari & refrigerari, & q; il-
lud maxime à refrigeratione proueniat. Nam refrigerari est frigidam accipere qualitatem:
At congelari est durefcere præ frigore. Ergo quæcūq; corpora tenuis sunt essentiæ, cum facile
perpetiantur, promptè tum incallescunt, tum refrigerantur: at non æquè promptè congelantur, vt
aer, & ignis. Nam hic planè non congelatur: ille autem, nempe aer, non perinde vt vitrum, vt pax,
vt cera, resina, bitumen: tametsi bitumen sit vel calidissimum: verum essentiæ eius crassities ac ter-
renitas, ad congelationis celeritatem adiuvat: ac si tetigeris, calidum etiānum, planè tamen cōgela-
tum reperias: sicut (puto) & plumbum & stannum non aliter concreta sunt etiamnum feruentia.
Sic aquam Hippocrates, quæ celeriter & incalcesceret & refrigeraretur, semper esse leuissimā retu-
lit. Nam quanto tenuior fuerit, tanto pati promptior est. Atqui quæ tenuior est, minimum habet
limi terreftris. Non ergo absolute, nec temere ex materiæ passionibus ad ignem, coniscere eius ad
nos facultatem oportet, verum adiunctis limitationibus suprappositis. Quare nec æquè securum
hoc iudicium, ac id quo ad nostrum corpus quid examinamus. At qui hoc etiā vterius transeunt,
planè in multis errorum periculis versantur. Quæq; id faciunt medicorum complures, alij omne
quod viscosum est, calidum asserentes, alij quicquid adstringit, nō nulli quicquid est dulce, quiddā
verò et quod austerum acerbum ue est. Sunt aut qui singulis illorū contraria defendant. Sed qui
in istis errores comitantur, postea narrabo. Nunc aut præsentem sermonem consilium est absol-
uere: nempe vt si quis ex ignis commercio materiam iudicare volet, non absolute, neq; citra limita-
tionem id faciendum, neq; perinde ad ignem & hominem habere quicquid iudicatur, putādum.
Nā aqua igni aduersissima est, vt quæ facultatē sortita est frigidam & humidam. Muria verò, ma-
rina, bituminosaq; & sulfurosa aqua nō æquè: quippe cū id genus oēs ab aqua ad calidius recesserint.
Verum de sponte natis aquis, (Græci ἀπορρυῖν vocant,) vel hæc sufficiat. Siquidem vbi medi-
caminum vniuscuiusq;, quorum qualitates accipere aquam ostensum est, sermonem singillatim
tractabimus: si nunc aut obscurius quippiam aut imperfectius sit dictum, id tunc adijcietur.

{De aceto.}

Sed ad reliqua nunc liquidorum medicaminū transibimus: inter quæ vel maxima est contro-
uersia de aceto, alijs frigidum, alijs cōtrā calidum adstruentibus: nonnullis calorē quiddē quen-
dam illi concedentibus, sed quendā et auferentibus, velut qui acetū vinum esse mortuū asserunt.
Nā hi propriam vini caliditatē perdidisse quidem, verū ex putredine assumpsisse aliam quandam
contendunt. Atq; ego sanè non multum abest, quin illorū laudem sententiam, in eamq; promptè
accedā, proq; hac assertione atq; opinione pericula omnia subeā, siquam machinam aut artem in-
uenire queam, sicut in lacte contrariarum partium separationis, ita hic quoq;. Nunc aut q; lac vni-
uersum nō sit homœomeres & simile, neq; vnde quæq; sibi idē, clare monstrat eius coagulatio,
excogitata videlicet multis hominibus ratione, qua partes caseosæ à serolis separari possint. Atq;
neque tale quid repertum in aceto est, neq; manifesto demonstrare possis, q; quantum eius est te-
nue, atq; exacte humidum, refrigeret: quod verò secundum fecis substantiam in eo defertur, velut
in vinis, calefaciat. Nam ea solum ratione aperte quis probauerit ex cōtrarijs ipsum partibus con-
sistere, sicut lac. Sanè in omnibus liquoribus, quos exprimendis fructibus conficiunt, crassum de-
fertur quippiam, quod tēporis spatio subsidit: sex vocatur in vino, in oleo autē amurca. Sed & in
omnibus alijs inest quod illis proportionē respondet, tametsi proprium nomen sortitum non sit,
quod velut sex est in illis. Et fortasse & in aceto est eiusmodi quippiam, & forsan ipsum est quod
caloris est particeps: quod verò frigoris, id quod tenue est. Fortassis verò & in ipso tenui exiguū
quiddā defertur: multo tēpore præparatur, & alterius naturæ q; ipsum sit torum. Nā q; maiori
parte

* σχι' ag. i.
scitio.

† Antiqui cod.
græci legūt. ἐν-
πολλῶ παρασ-
παρεῖνον. i. in
multa quātita-
te dispersum, et
ita legit et anti-
qua translatio.

parte frigidius sit quam calidius, liquido ijs apparere arbitror, q̄ verè facultatē eius expēderint. **E**

Perperam multos cauterij instar acetum pronunciaſſe calidum.

CAP. 18.

Nec fatis mirari queo, qua ratione ducti quidam vsque adeo calidum esse acetum pronunciarint, vt cauterio ipsum affimularint. Nam hac, inquit, ratione sanguinis eruptiones (*αυοφφειλας* Græci vocant,) reprimit. Primum enim tanta caliditas sensum nostrum non fugeret. Deinde ad illorum calidorum imaginem omnino utiq; crustam efficeret, calidis medicinis similiter. Nam id planè cōspicimus, vbi per ea sanguinem sistere statutum est, crustam relinqui haud exiguam. Siquidem nisi crustam effeceris, sanguinem haud represseris. Nam ea velut operculum fit corporibus sanguinem profundentibus. Proinde sanè etiā cauteria planè candentia illis applicare consueuimus, compertum nimirum habentes, quæ nō sunt eiusmodi, præterquam quod nihil proficiant, insuper lædere, ac sanguinis profluuium irritare. Nec sanè ignis ex sua ratione, aut quod calfaciat, ipsum sistere potest: verum idcirco, quia cum vrat quæ cōtigerit, quod ex vſu ne reliquum est, operculum subiectis partibus relinquat, id quod Græcis appellari consueuit *εοχηρα*. Latini autem crustam vocant. At acetum haud perinde vt crustam faciētia medicamenta, sed potius vt adstringentia & refrigerantia, citra crustam sanguinis fluores cohibet. Itaq; hac quidem ratione non exalfacere {extreme,} sed refrigerare putetur. Præstat tamē, vt & supra mo **F** n uimus, à talibus cōiecturis recedere, vt pote quæ iudicium ad sensum illius referant, neq; ex vſu prope positis aut vicinis, sed è longinquo & longis lemmatis siue sumptionibus rationem colligant. Aperiā autem copiosius illarum absurditatem in libris sequentibus.

Qua methodo cognoscere liceat, an calidum sit acetum.

CAP. 19.

Nos autem secundum methodum, siue rationem ab initio positam vim eius experiemur: primum in ijs quibus inculcata constat sanitas, mox in intemperatis, deinde & in ægrotantibus. Itaque spongiam aut lanam aceto madentem cuius sani corporis parti superponemus: deinde, vt ante est positum, protinus rogabimus, idiotas scilicet, atq; ex plebe aliquem, (nam illorum in istiusmodi incorruptum est iudiciū, quia nulli videlicet dogmati seruiliter sunt addicti,) nunquid calorem, an frigus percipiant. Id verò satis constat, quod illud nec summè frigidum, neq; calidum admouebimus. Nam & de hoc supra verba fecimus. Sanè si tale fuerit quod applicatur acetum, potissimum si non admodum inueteratum, neq; extremè acre, manifestum principio frigus percipiant, itidem & post vnam, duas, tres, ue horas: postea verò, post sublationem scilicet, sensum nascentis in parte caloris phantasmam ac opinionem habebunt. Porro si vehementer acre acetum extiterit, & hoc etiā refrigerari se principio dicent: celeriter tamen recurrentem calorem **G** sentiant, non autem longo post tempore, velut in recentiore, ac non valde acri aceto. Ex quibus constat omnino frigidum quidem esse acetum, sed quandam etiā obtinere calorem, qui acrimonia ratione per accidens spatio temporis mediocriter corpora exalfaciat, tamen si id non vbiq; sed in quibusdā dumtaxat possit efficere. Nam laxis ac doloris expertibus tumoribus, neque protinus, neq; postea caloris sensum aceti vsus commouet: mordacitatio tamen in illis quædam percipitur, ob quam sæpenumero ijs qui intemperanter vtuntur, tenuis quidam recurrit rubor. Itaque neque primario, neq; proprio temperamento exalfacere videri possit, sed acrimoniae morſu irritare. Porro quandoquidem à sanis corporibus ad affectus semel delapsi sumus, suggeramus quæ in calidissimis & frigidissimis affectibus efficere queat. Ergo si quis ab illita thapsia vtatur, ardor aceto refringitur. Id quod, cui libitum est, experientia discere licet: velut nos profecto fecimus in nobis ipsis, quò accurate medicamenti potentiam experiremur. Illitis enim multis in locis tibijs, vbi post quatuor quinque ue horas accendi et inflamari coepissent, huic quidem parti acetum, illi aquā inspersimus: alij vero oleum, alij rosaceum inunximus: & alij atq; alij alia atq; alia, quæ aut acrimoniam hebetare, aut calorem refrigerare creduntur: sed eorum omnium acetum compertū est efficacissimum. Quocirca manifestum est non eo, q̄ acrimoniam, ac mordacitatem obtundat, **H** sicut oleum & rosaceum, (nā id præstare hæc possunt,) sed quia refrigeret, tale esse. Quippe si excitatas à thapsia phlegmonas aliter sanare non liceat, nisi aut refrigerando, aut morſum siue acrimoniam obtundendo, nec alterum præstare valeat: consequitur utiq; necessario reliquam vim sanasse. Alias porro reliquas calidas passiones omnes, phlegmonas puta, herpes, phygethla, erysipelata, carbunculos alias plus, alias minus refrigerare consuevit. Quapropter nisi vehemētia illi atq; asperitas facultatis molesta inesset, haud alio sanè vtendum ad refrigerandum foret.

Quibus rationibus sint vsi tum hi qui summe calidum, tum hi qui summe frigidum esse acetum pronunciarunt.

CAP. 20.

Tamet si quidam reperiantur, qui maximum id caliditatis eius argumentum constituunt. Non enim, inquit, neque acre, neq; mordax, neq; asperum, neque erodens foret, nisi affatim illi inesset caliditas. Nam sicut frigidi est cōtrahere ac refrigerare, ita calidi fecare atq; diuidere: id quod in primis efficere acetum valet: quippe quod secet atq; erodat non modo animantium corpora, sed & grumos, callos, lapides, fictile, æs, ferrum, plumbum, ac tantū non velut ignis cuncta peruat ac penetret, nec vlla possit substantia penetrationis eius vehemētiam aut sustinere, aut illi reluctari ac resistere. Nā subtile haud secus esse atq; ignē, nō leui testimonio illi tactū esse: **quin**

Aquin & gustantibus ita videri, & per subtilissima vestimenta promptius aqua perfluere, omniaq; exedere, vt paulo supra diximus. Et quidnam, obsecro, aliud ipsum his verbis q̄ ignem pronunciant? Non aliter q̄ qui frigore grumos ipsum soluere contendunt, premendo videlicet, densando, ac vnde quaq; stringendo, ac si quis digitis amplectens compresserit. Nam hi rursus adeo excedunt, vt & niue frigidius ipsum adstruant. Sed vtrorūq; castigada immoderatio est. Neq; enim vt frigidum sit, iam niue frigidius: neq; vt calidum, omnium calidissimum pronunciantum est. Siquidem nisi iuxta medium foret, ac longè ab extremorum vtroq; distitum, non tanta incidisset de facultate eius controuersia. Nam de cicuta aut mandragora viribus nemo ambigit, neq; de nasturtij, & canchryos: verum illa omnibus medicis in cōfesso est facultate esse frigida, hæc vero calida: Eundem in modum altercum & meconium frigida, piper & napy calida. Ad hæc innumera sunt alia quæ facultate aut esse calida, aut frigida vno ore medici omnes fatentur.

Quod acetum neutrum esse dicimus, vt ad summe calida, & summe frigida, quia

vtriusq; extremorum est particeps.

CAP. 21.

Cæterum acetū, sicut utiq; & rosaceū, neq; esse summe calidū, neq; rursus summe frigidum vel ex ipsa dubitatione satis constat. Neutrū vero quodam modo, vtrumq; horū sit necesse **B** est. Siquidē cū neutra tripliciter dicantur, vt diuisit Herophilus, partim amborū extremorū participatione, partim neutrius, partim nunc illius, nūc huius: omnino & hæc aut aliquo significatorū, aut aliquibus ex neutrorū natura fuerint. Mihi sanè magis vident vtriusq; extremorū participatio ne, & q̄ nunc sensibilibus calfacere videant, nunc rursus refrigerare. Sic ergo neutra dici possint acetū & rosaceū. Quod si quis ea neutra ostendere conetur, quia neutrū extremorū participet, ne illi quidem et forte probabiles quædā rationes deerunt, sed non erunt demonstratoriae ac iustificæ. Id me exactè compertū habere confido, & maximè de aceto. Nam q̄ suæ vtriusq; sint rationes probabiles, tum ijs qui frigidissimū demonstrant, tum ijs qui calidissimū, non paruum indicium est ipsum vtriusq; esse particeps. Admodum tñ difficile est rationi, contrariorū participationē concedere: cū non liceat substantiam eius aut soluere, aut scindere, velut in lacte facimus, & alij compluribus, quæ omnia sermonis progressus aperiet. Proinde euidentius magisq; periculo vocās principii optamus assequi. Porro vt mihi quidē videtur, indagandū illud principium est ex natura tū tenuitate, tum crassitie, de qua dictū quidē supra est: verum nunc quoq; copiosius de illa differere expedit: quandoquidem & Plato de principijs longum haberi sermonem oportere prodidit.

Quo pacto aerem dicamus tenuium esse partium, & nec omnem ignem esse tenuium partium, nec quicquid tenuium est partium, esse ignem.

CAP. 22.

Igitur nemo aerē nō dicit eē leptomere, i. tenuiū partū, q̄ videlicet in tenues facile ptes cōminuat, quodq; p corpora densissima expeditē penetret: aut si ex alia re quapiā leptomeres, i. tenuitatis partū vocabulū illi attribuāt, clarè nos doceāt. Nec, n. ex corpusculis exilibus tenuibusq; vt alterius sectę principes asserūt, & nos quoq; aerē cōstitui fatebimur. Nā cōtinuus ē, totusq; vnus, nihil vsquā in se vacui cōtinēs. Porro in eiusmodi corporis natura tenuitas partū intelligit ex sola in tenuia diuisionis celeritate. Verū si ea rōne aer est tenuiū partū, haud ois ignis tenuiū erit partium: quippe cū æs, ferrū, lapis, lignū, atq; adeo quicqd in carbonē verti pōt, sit ignis, non tñ q̄ antea tenuiorū partū: sāmā tñ, cum aliud sint ignis genus, re vera tenuiū partū sunt. Quocirca nō omnis ignis ē tenuiū partū, neq; quicquid tenuiū partū protinus & ignis fuerit. Siquidē & pruna ignis quidē est, sed nō tenuiū partū: & aer tenuiū partū, verū non ignis. Quid ergo tā in promptu habent hæc propositiones vtriusq; tū medici, tum philosophi paulominus oēs, oēm ignē esse tenuiū partū, & quicquid tenuiū partū sit, esse igneum? Nā si acrius quis attenderit, animūq; diligenter aduertat, haud quaquā dixerit prunā aere tenuiorū esse partū. Memoria nāq; reperamus ambientis nos aeris puritatē ac partū tenuitatem in vehementi frigore & boreali cōstitutione, **D** ipsamq; cum ferro componamus ignito: manifesto enim ex illius modi exemplis cognoscemus frigidum quid esse, quod sit exacte tenuium partium, & calidum quod sit crassarum.

Non omne quod mordax est, tenuium partium esse, aut calidum.

CAP. 23.

Quocirca haud cōcedendū arbitror quibusdā, q̄ acetū ex eo, q̄ mordax sit, tenuiū partū & calidū esse colligunt. Nec, n. quicquid tenuiū partū fuerit, id & calidum est: forte verò nec quicqd mordax fuerit, & tenuiū partū. Verū in præsens id illis detur, tamen adferre licet niuē, boreā, aquā frigidā, nō oculis dūtaxat, sed & vlceribus & raris corporibus omnibus mordaces, vt Hippocrates inquit, vlceribus frigidū mordax. Verū etiā si quis & illud, vt dixi, concedat, quicqd mordax fuerit, esse tenuiū partū, non statim & calidum concesserit. Itaq; nec acetum proinde q̄ mordax sit, calidum fuerit, sed tenuium partū, vt aer borealis, non tñ calidum.

Quomodo acetum obscure videatur calfacere.

CAP. 24.

Vnde nam igitur quibusdā obscuræ cuiusdam caliditatis sensus oboritur? Fortassis, vt antè dixi, ex contrarijs facultatibus compositum est, perinde vt lac: Fortè verò calor is ipsius reuocatione. Possit etiam, cum asperū molestūq; habeat transitum, dolorem inde ciere, atq; eum in locum calidam elicere fluxionē. Siquidē id palam est partibus dolentibus quippiam influere. Verum multum influere nequeat: quandoquidem acetum frigidum est, & proinde id quod accurrit,

currit, repellens. At quod planè tenuè est, id medicamentū anfas effugiens, præterlabitur, atq; in parte figitur: haud etiā retrorsum, sicut id quod crassum est, repulsum. Sanè ad vnguè tenuis quidam efflorescere rubor in partibus ab aceto iritatis conspicitur. Forte verò alia causa est, q̄ comprehendī nequeat. Nā ob id ipsum procul ordiendā facultatū explorationē prohibuimus, quia in naturalia incidere problemata necesse est, eaq; non leuibus ambiguitatibus perplexa. Nobis igit̄ haud statutū est, sicut ijs qui naturam rerum scrutantur, omnes omnium rerum causas exquirere, verum medicaminū facultates cognoscere, quò & illis dextrè uti, & boni compositorū euadere artifices possimus. Nā q̄ sit impossibile aut probè ipsum medicamētum componere, aut eo quod ab alio compositū est, idoneè uti, anteq̄ simplicium medicaminum facultates pernoueris, abunde in libris tum de Curandī ratione, tum de Medicaminū compositione conscriptis ostenditur. Cū ergo is nobis in hac tractatione propositus sit scopus, ubi primū quod ab illis vtile est inuenerimus, à phisicis problematis recedendū est, quæ innumeris dubitationibus sunt intricata: quippe cū in qua in vniuersum tēperatura, aciditas, dulcedo, {lentities, } amaritudo, faldedo, aufferitas, acrimonia, & aliarū qualitātū singulæ provenire sunt natae, phisici viri scrutari nituntur, hæsitaciones tum plurimæ, tum maximæ in oratione existere assolent. Has ego non secus vitandas censeo, q̄ quædā præcipitā, cū præsertim ad manū sit via regia, qua medicamēta iudicare liceat. Pri mumq; quod paulo antè præcepi, perpendendū nullā in ambiguo esse facultatē eorū medicamentorum q̄ vehemēter aut excafcaciūt, aut frigefaciūt: verū de quibus ambigitur, neutra sint necesse esse: Deinde pleraq; ut ad sensum simplicia, ex pugnatibus cōstare facultatibus. Non. n. solū lac, sed et sulfurosa, bituminosa, nitrosa, & quæcunq; eius sunt generis spōte provenientū aquarū, ex pugnantū facultatū mistura nascunt. Siquidem aqua ex sua natura frigida est & humida: bitumen aut, sulfur, misy, chalcitis, & eius gn̄is alia, calida. Meminisse verò et oportet calidorum haud pauca crassæ esse essentia, nec pauciora frigidorū, tenuis: ac secundū hæc principia tutò de medicaminū viribus pronūciare. Sat igit̄ fuerit, tenuitū partū, refrigeratoriū, exiccatoriūq; acetum dixisse, omnis super illis rationibus nimis phisicis, {quæq; magis ad naturā rerum scrutates attinent. } Nam ex illorum scientia, quo pacto alijs medicamentis misceri ipsum liceat, cognoueris.

Veteres medicos perperam indefinitam reliquisse facultatis eiusdem generis medicamentorum qualitatem.

CAP. 25.

Quocirca non possum eos non culpate, qui de viribus eius proluxa quædā nugantur & garriunt: magis etiam paulo minus medicos oēs, quibus curæ non fuit simplicium omnium medicamentorū in maioris minorisq; ratione vires discernere: sed fati eis fuit, hæc quidem, verbī causa, calfacere dixisse, illa vero refrigerare: tum hæc humectare, ista exicare. Nec enim absolute sic nouisse expedit, sed quatenus pŷllium refrigeret, quatenus solanum, aut scandix, aut cerussa, aut portulaca, aut lactuca: Tum quatenus excafcaciāt calia, quatenus cinnamomum, aut amomum, aut cardamomum, aut maiorana: Sic & in humectantibus & exiccantibus, pharmacis. Non enim vtile est generale solum nouisse, verum quid primum recesserit à symmetro & medio cōtrariorum facultatibus: Deinde quid illi proximum: tum tertium, & quartum, quintumq; si fieri potest, recessum siue ordinem planis limitibus discernentē definire oportet. Quandoquidem in tali facultatum notitia tum artificialis simplicium vsus cōstitutus est, tum à ratione proficiscens ac methodo compositio. Facitq; præter hæc, ut quæ composita iam sunt, ritè vsui accommodare possis. Sanè id quidem difficultatis atq; laboris plenissimum est, multamq; poscens tū diligentiam, tum vsum. Ab experientia verò auspicari in id genus omnibus necesse est, velut iam propositum est: tum tutò ac diligenter colligere, ab ambiguis questionibus cauendo. Eoq; mirari quispiā possit eos qui talia exquirunt, cū illos implicantes se se quæstionibus scriptisq; animaduertat, quemadmodum consuevit Herodotus.

Perperam superioris seculi homines à compositis medicamentis orfos, eorum quæ in illa ingredierentur simplicium pharmacorum iudicasse facultates.

CAP. 26.

Siquidem ab omni vetustissima compositorū medicaminum historia orsi, ad expēdenda quæ in illis sunt simplicia transeunt. Ac qm̄ his, exempli causa, calfacientibus medicamentis admistum inuenitur acetum, proinde & ipsum esse calidum contendunt. Neq; enim an rectè admistū fuerit, constare potest prius, q̄ eius seorsum vim totam perspexeris. Neque si id detur, etiam nota est componendorum medicaminum ratio, per quam iudicantes inueniemus, qua ratione multis excafcaciū medicamentis vnum admistum sit frigidum, aut certè refrigerantibus quod calfaciat. Porro, ubi et latentes affectus memorant, ad quos congruere videantur, ac deinde dogmaticis opinionibus paralogismos connectunt, ex quærendis quærenda, ex obscuris obscura inuicè colligentes, tum profecto vel maxime alijs suas produnt ineptias ac nugas.

Quod & Empiricis contradicendi præbeant occasionem, qui citra iudicium ac discrimen

& simpliciter compositis omnibus facultatibus fidem habent.

CAP. 27.

Nam omitto q̄ Empiricis etiā reprehensionis locum ipsi exhibent, ex quo prompte compositis facultatibus omnibus fidem habeant, tanquā fieri nō posset, ut pars magna earum errore non vacaret, perperaq; esset composita. Dicent enim arbitror, sicut sanè dicunt, frustra nos primas

A primas effectricesq; cuiusq; medicaminis facultates exquirere, cū ab experientia inuenta iam antea sit tum compositorū, tum simplicium medicamentorum innumera multitudo, quibus & ipsi fidē habent qui frustra primas facultates exquirunt. Quippe si particulares eorū vsus omnes cōperti sint, eosq; vnanimè omnes prædicent, ceterū de causis ob quas agunt nondū conueniāt: liquet non ex primarum facultatū notitia medicamentorum tum vsus, tum compositionē esse inuenta: sed ea composuisse experientia, at rationem nihil aliud q̄ probabilitatem consequi. Hæc atq; eiusmodi alia multa, qui experientia ac vsus profitentur medici, ritè in illos dicere videbuntur, qui omnibus quomodocunq; conscriptis pharmacis fidē habere non verentur, causas tū interim titulis virium ac promissis eorum aptare nituntur. At ego nec illud quoque in illos addere grauabor Herodotum alias sectas omnes prauas reputare præter eam, quæ spiritibus omnia tribuit, (*πνευματικὴν* Græci vocant.) Metrodorum omnes præter Asclepiadeam & Zenonem præterq; quæ ab Herophilo inuenta est: & Hermogenem præter eam quæ Erasistratū auctorē habet: & aliū atq; alium omnes damnantem extra suam: de compositis tū medicamentis citra iudicium atq; experimentum scriptis omnibus fidem tribuere, siue à sectæ suæ hominibus scripta, siue diuersæ, siue etiā à quopiam ex plebe: quin verò etiā causas subinde reddere conantur probabiles

B medicamentorum pessima ratione compositorū, & (quod hoc est mirabilis,) etiam si nullum eorum quæ laudant, fecerint periculum, sed alijs duntaxat credant. Quemadmodum cū quidā nuper mirificas multasq; podagrici medicamenti laudes iactasset, atq; eo etiamnum loquente forte fortuna aduenisset podagricus quidam, qui tam mediocriter laborabat, ut incedere etiam posset, nosq; iussissemus in illo primū præberet experimentum, ille acquiescens pedi pharmacum apposuit. At vir ille noctem totam insomnem egit: ac postero die tantum abest ut cōmodè sicut antea incederet, ut ne gestari quidem posset. Adeo citra vllam explorationem ac temere tum alijs quidem fidem habent, tum alios alij scientes ac sponte fallere gaudent. Porro etiam si omnes medicamentorum quæ memorant, compositiones probè essent comparatae, veruntamen speculationis eorum vsus ijs quæ factitant euertunt. Aiunt enim ad præparanda medicamenta cōposita, eaq; ritè vtenda, simplicium facultates inspici ac considerari, inq; eorum testimoniū tantum non omnes veterum citant Erasistratum, Herophilum, Philotimum, Diosdem, Praxagoram, et ipsum etiā Hippocratem. Porro ubi ad exploranda ea accedunt, ita nobiscum agunt, ac si omnes perspectas iam haberemus facultates compositas. At qui inquiet, opinor, ad eos quispiam: Quo pacto non frustra simplicium quæratil facultates, si omnes compositorum iam noscitis? nam si quorum gratia simplicium facultates inquiritis, eas omnes iam nouistis, superuacaneum est illas exquirere. Ceterum si vel hoc quoq; quis illis concedat, saltem id quod & supra positum est quo pacto perferat, cū pugnantia cum rebus euidenter apparentibus, proluxis rationibus adstruere conatur:

Sensus haud contemnendos esse, tanquam ad explorandas simplicium medicaminum facultates sint insufficientes.

CAP. 28.

Siquidem in quendam etiam iam incidi tantæ stupiditatis hominem, ut contemnendos esse sensus existimaret. Quem cū rogasset quis, num ipsi piper album videretur calidum, itaq; ut par erat, annuisset, rursumq; alter percontaretur vnde id sciret, ac ille responderet tale apparere, meritò ab ijs qui præsentibus erant derisus est, qui quod diceret non intelligeret. Ipsum enim hoc apparere, fidem haberi ab illo sensui indicabat, quem paulo antè tanquam fallacem contempserat. Nam, per deos, vnde ignem scimus calidum? aut quo syllogismo docti, aut qua demonstratione persuasi: Tum vnde glaciem frigidam esse didicimus, nisi ex sensu? Ac postea reperiantur qui ipso sensu neglecto phisicis problematis libros impleant. At non illo ex genere est, quam ob causam acetum terram fermentat: Licet enim nobis dicere q̄ nos lateat, sicut talium problematū pleraq;. Si verò quis promptè dicat, quia aut calidum sit aut frigidū, (viruncq; enim dicunt.) in ambiguis obscurasq; rationes seipsum conijciat.

Vtrum in oxycrati potu acetum admistum sit duntaxat ut aquam deducat, an etiam ut ipsum quoq; refrigeret.

CAP. 29.

Mecum certe probè actū putem, si quæ sensui apparentibus vicina sunt, atq; in propinquo dente puenit: vel exempli gratia qm̄ æstiuo tpe oxycrati potu quidā planè refrigerant, atq; expertes sitis permanēt: sed nondū constat, an id aceti gratia eueniat: pauculū siquidē eius copiosè aque mistum, non calidū, sed q̄ fieri potest maxime frigidū ebibunt: nā dixerit forte quispiam, quia tardiu scule permeat aqua, & plurimū temporis moretur in hypochondrijs nec deorsum cōcedens, nec in corpus se diffundens, idcirco illi acetum misceri tanq̄ in omnem partem ferendæ futurum vehiculum. Sic etiam si cum vino bibatur aqua, sitim efficacius extingui, q̄ si sola vino. s. ipsam ad distributionem promouente. Itaq; refrigerationem, sitisq; sedationem ab aqua provenire, ut quæ frigidæ naturæ sit & humidæ: ceterū admiculo esse, ac velut alas illi ad omnes corporis partes permeandas addere tum vinum, tum acetū, quæ ipsa nequaquam frigida sunt & humida. Siquidē præstare, sic sola exhiberi potius, q̄ cum aqua, qm̄ ea facile præ tenuitate in corpus digerantur, & ab hypochondrijs recedant. Porro qm̄ semel in hunc sermonem deuenimus, nihil obstat quo minus omnē

nus omnem exacte perficiamus. Nam quod fieri possit, ut & aquam acetum deducat, nec tamen ipsummet refrigeret: & non deducat solum, sed etiam refrigeret, certo certius est. Verum utrum cum veritate coniunctum sit, id considerationem postulat. Distingui autem id possit tantummodo, sicut exhibeas acetum & vinum, utrumque seorsum & per se. Apparet enim a vino homini semper situm incrementum, ab aceto vero epoto interim quidem augeri, interim vero sedari.

Quæ sit sitis causa.

CAP. 30.

Quippe cum & sitis duplici ratione provenire selet, partim humoris inopia, partim caloris copia. Quamobrem mirum videri non debet, si priorem quidem sanare nequeat, alteram possit. Siquidem humectare nequit, at refrigerat non instrenue. Quapropter neque a sicca dispositione proveniunt sitim, neque a calida & sicca unquam sanare queat epotum acetum. At si quoniam in unum coeant humiditas atque caliditas, eiusce quidem sitis optima medela acetum est. Rara sane eiusmodi affectio est, in aqua inter cutem affusionibus (παρεχυσεις Græci vocant.) nonnunquam proveniens: congesta nimirum in ventre falsi humoris copia, tum et si quibus pituita falsa ventri illita inhæserit. At qui aliter siti premuntur, puta in febribus ardentibus & alijs omnibus exurentibus febribus quibus æstate laborant, ac in gravi æstu, composita istis est affectio, ex caliditate videlicet & siccitate: quare non iniuria composita illis medela est acetum, ut quod strenue refrigeret, & quovis expedite permeet: & aqua, quæ supra quæ refrigeret, oïum sit vel humidissima: nihil est enim aqua humidius.

Medicamentum quod in iudicium venit, non mistum, sed simplex esse oportere.

CAP. 31.

Quemadmodum ergo haud satis secuta est sensu ducta de explorando medicamento ratiocinatio, ita nec ipsius alteri cuiuspiam permitti usus. Siquidem ipsum per se solum quod iudicandum venit, expendere oportet tum in sanis corporibus, istisque temperatis & intemperatis, tum in morbo alicui obnoxius. In temperatis quidem, velut supra positum est. In intemperatis, sicut dixit Hippocrates, naturis picrocholis, hoc est, quæ amaræ bilis succo abundant, utilissimum esse acetum: qui vero temperaturam sortiti fuerint melancholicam, aduersissimum. Porro in morbo aliquo affectis, si simplex fuerit, in simplici exploretur affectu. Sin mistum alicui, necesse est quod commiscetur, temperatura sit medium, sicut in aqua & cerato simplici superiorius declaratum est. Rationabile quippe arbitror, quod nulli diversi temperamenti sit mistum, sed quæ fieri queat medio coniunctum, ipsum eorum, quæ perficiuntur, causam existere. Nam simplici cerato quod neque calfaciebat, neque refrigerabat, aqua admixta frigida refrigeravit: quippe quæ temperiem habebat frigidam. Quæ si ex calfacientium quippiam eiusmodi cerato commiscuisses, profecto calidum id medicamentum evasisset: quemadmodum in affectibus compluribus sæpenumero euphorbium aut castorium temperavimus. Sic si acetum simplici adamussim cerato commisceas, cerato ipso longe frigidius medicamentum effeceris: tanquam nimirum, quod admixtum est, sit frigidum. Eritque tibi id remedium vel optimum ad erysipelata, phlegmonas, herpes, carbunculos. Si autem quod mistum est, tanquam simplex expendas (nam id etiam molitur.) longe maxime hallucinaberis. Nam vlcere glutinatorium non acetum, sed oxycratum dicendum est, aliam multo naturam ab aceto obtinens. Siquidem quemadmodum carnem producere in vlcerebus nequit ærugo, sed ceratum exiguum quiddam habens æruginis: ad eundem modum neque acetum conglutinat, sed aqua acetum paucillimum accipiens. Ipsum vero per se acyncerum acetum vlcera quæ glutinationem desiderant, mirum in modum exasperat, utpote partium tenuitate erodens, ac dolore excitans. Quamobrem haud merito, nec convenienter talia dicuntur, nec melius item faciunt, cum ignotis ignota connectunt.

Quod neque adstrictoria omnia conglutinent, neque conglutinativa item omnia adstringunt.

CAP. 32.

Quippe cum nihil seorsum de glutinandis, aut carne implendis, aut cicatrice obducendis vlcerebus demonstrarint, ex inductione tantum colligunt, adstringentia omnia dicentes vlcere esse conglutinaria. Oportet autem non ex inductione, sed per demonstrationem in genere talia accipere, quemadmodum nos facturi sumus in curandi rationis commentarijs. Immo absolute quidvis huiusmodi dictum, non modo indemonstratum est, sed etiam falsum. Neque enim chalcitis, neque galla, neque malorum puniceorum putamina, neque omphacium, neque alumen, multoque minus æs vitium, neque aeris squama, neque misy vlcera glutinare possunt: aliaque innumera sunt inter adstringentia, quæ glutinare nequeant. Porro si quis non hoc, sed glutinatoria omnia adstringentia dixerit, proferentur & hic quoque non pauca quæ citra adstrictionem conglutinent. Neutra igitur vera oratio est, si simpliciter atque indiscrete efferatur: neque cum dicunt adstringentia omnia vlcere glutinatoria: neque cum aiunt, quæcumque glutinantur, adstringentium beneficio glutinari. Porro multo sanè et magis tum absurda, tum falsa ac præter sensum asserunt, cum mordacia, acria, amara, salsa, ad hæc quæ molissimas iucundissimasque sortita sunt qualitates, adstringere dicuntur: tanquam ad sensorium gustus non pertineat, quod adstringit, sed ex illorum impositione atque arbitrio debeat accipi. Malum enim granatum, & malum, verbi causa, & mespilum, & pyrorum quædam genera, & myrta, & forba, vinumque tum amynæum, tum marsum, cuidenter nos adstringunt. At triticum, & zea, & milium, Herodotum forsitan adstringebant, aliorum autem omnium neminem. Sexcentos enim quibus super his sum percontatus, & in primis super amylo: nam & ipsum adstringere ait Herodotus, sicut & piper, quod nec ipsum vllum omnino aliorum hominum, qui syncere et incorrupte qualitates expendunt,

A expendunt, adstringit. At Herodotus cuncta confundere non est veritus, aitque, & quæ acerrima sunt facultate, & quæ summe rodunt, & quæ mollissima sunt ac mitissima, omnia adstringere: tanquam in hoc, ut quosdam sensu defraudet, victoriam statueret. Verum non ita se res habet, cum ea vel maxima futura sit prauitatis doctorum eius probatio.

Quod non omnia adstringentia refrigerent.

CAP. 33.

*Al. Asclepiades.

Quin vero & Asclepiades Metrodorus, tanquam illum etiam superare contenderet afferendis de sensu mendacis, cum alia quædam, tum resinam & bitumem calfacere nos denegat, atque adstringentia omnia refrigerare dicitur: cum, si nihil aliud, saltim chalcitis, chalcanthos, & misy, quæ valenter adstringunt, tantam affecuta sint caliditatem, ut nos eundem exurant. Nihil est ergo mirandum, si proluxa quædam nugentur, seipsosque non nulli fallant, cum de manifesto apparentibus verum fateri non audent.

Perperam Herodotum ac Dioscoridem, quæcumque aut profusius, aut dysenterijs mederentur,

adstringentia censuisse.

CAP. 34.

Itaque ex eis quidam, puta Herodotus & Dioscorides, medicamenta quædam ex eo, quod profusius aut dysenterijs medentur, adstringere ea colligunt: quanquam ne minimum quidem habeant adstrictionis, immo prorsum contra rarefacientia nimirum sunt & laxantia: cum alioqui quæ adstringunt, corpora contrahant, condensent, constipent, atque constringant. Nam semel sensibus pro nihilo habitis atque contemptis, euerterunt confuderuntque omnia, quæ planè sensu dignoscere est, hæc prava ratione asserentes. Nam adeps caprinus omnibus, quæ aut gustu aut facultate sunt adstringentia, aduersissimus est, velut etiam farina triticea, & amyllum, & innumera eorum, quæ vim habent tum emplastica, hoc est illinendi, tum mitigatoria, atque acrimonias hebetandi, eaque ratione istis, qui acria mordaciaque per aluum excernunt, auxiliantur. Sanè esto & oleum ex adstringentium numero, quoniam sæpius istis, qui graviter mordicabantur, infusum profuit. Esto vero etiam & cera, & adeps suillus, tum gallinaceus, & anserinus, chondri tragiisque succus. Nam hæc quoque infundimus, & ceratum quandoque istis, qui mordicantur, sicuti & adipem caprinum. Verum efficacius auxilium affert caprinus, quia scilicet facilius & concrescit, & intestinis inungitur, plurimoque tempore inhæret. Porro siue ob crassitatem, siue aliam ob causam celeriter concrecat, non est opus in præsentia inquirere, re ipsa euidenter apparente. Verum, quemadmodum, quod ocysissime concrecat, atque intestinorum morsus obtundat, ex rei euidencia credibilis est, sic sanè etiam, quod nulla insit aut frigiditas, aut adstrictio. Atque hi quidem ex obscuris ratiocinantur de apparentibus, immo autem, si verum fatendum est, seipsos potius decipiunt. At nos tanto decet magis ad sensum accedere, tantoque diligentius perpetuo illi attendere, quanto plura in eo peccent sophistæ oēs, falsaque de eo asserant. Rursum ergo, ubi prius memorauerimus, quæ idiotas non fugiunt, ipsisque haud ignota erant, cum nondum cõtendendi libidine in sensus peruersitatem contemptum, postea autem per superuacaneam sapientiam amiserunt, ad id, quod continuum orationi est, transibimus.

De proprijs sensus cuiusque sensorijs.

CAP. 35.

Vnaquæque sensulium natura priuatim subiecta est, tactui quidem caliditas ac frigiditas, durities & mollities: albedo vero, nigredo, flauedo, rubor, atque, ut summatim dicam, vniuersum colorum genus, visui: amaritas, dulcedo, austeritas, acerbitas, aciditas, faldedo, acrimonia, gustui: planeque demens videatur, si quis gustu colores iudicare tentet, aut sapes visu, eodem modo de tactu cognoscendum est, reliquisque sensibus, siquidem tactu iudicandæ sunt differentie tangibiles, auditu audibiles, odoratu odorabiles. Quæ cum sic sese habeant, audiamus, quæso, Platonem gustabiles differentias exponentem. Haud tamen animus ipsius physiologia attendendus est. Nec enim nunc tempestiue eius meminero, neque in hoc viri testimonium cito, sed tantum ut dicam, qua de re quodque nomen efferre Græcis mos est. Ausculta ergo differentem Platonem.

Tenduntur a lingua venulæ ad cor, saporum nunciæ, in quas si qua ita inciderint, ut humidam mollemque carnis partem penetrantia, terrestri sua natura liquefacta, venulas contrahant atque desiccant, si quidem asperiora sunt, acerbata: si minus aspera, austerata nuncupantur. Cæterum, quæ eas abstergunt, totamque linguam abluunt, si quidem id supra modum efficiant, simulque aliquid absumant, ut de natura aliquid colliquent (qualis est nitrorum facultas), amara omnia appellantur. At, quæ nitri virtute inferiora sunt, ac moderata vtuntur abstersione, salsa citra asperam amaritudinem, & grata nobis magis apparent. Quæ vero, ubi oris caliditati applicata, ab eoque mollita & feruefacta, ipsum vicissim recalfaciunt, atque accendunt, præque leuitate ad capitis feruntur sensus, ac quæque obuia incidunt, talia omnia has ob vires acria nuncupata sunt. Eadem vero ista interdum a putredine attenuata, & angustas ingredientia venas, partes inibi tam terrenas, quam quodam modo aerias, mutuo incursum mouent, ac misceri compellunt, commistas vero circumlabi alias, & alias ingredi, ingressuque suo penetratas concauas circumtensasque efficere, easque humore circumfuso concauo, interim terreno, interim puro vascula aeris ex aqua concaua rotundaque effici, ac, quæ ex puro constant, perlucida sunt, & vocantur ampullæ: quæ vero ex terrestri agitato elatoque, ebullitio fermentatioque nuncupantur. Harum affectionum causa acidum cognominatur.

Omnibus

Omnibus vero, quæ de istis dicuntur, affectio contraria ab occasione nascitur cõtraria. Porro, vbi E
ingredientium constitutio in humidis familiaris linguæ habitui existit, quæ exasperata quidẽ fue
runt, lenit: quæ vero præter naturam aut coierint, constititintq; aut fusa laxaq; fuerint, partim cõ
trahit, partim laxat, omniaq; q̃ maxime ad naturæ statum reducit: quicquid eiusmodi est, iucudũ
suaueq; & cognatum est omnibus, violentarumq; passionum remedium ac medela, nominatq;
dulce. His verbis Plato, quæ nos vocare solemus austeræ, quæ acerba, quæ falsa & nitrosa, quæ ama
ra, quæ acra, quæ acida, quæ dulcia, exposuit. Id videlicet, quod à nobis sṽpov siue adstringens di
citur, ipse austerum nuncupans: nam sic à vetustioribus Græcis appellari solet. Nõ tamen omnia
in vnum confundit, sicut ij faciunt, qui & piper adstringere dicunt, cum ex acrium sit natura, &
acetum, quod ex acidis est, nec sanè etiam veriti dulcissimorum quædam adstringentium numero
adscribere. Ex quo fit, cum omnia confundant, vt protinus nec facultates inuenire omnino va
leant. Omnis. n. inuentionis demonstrationisq; principia sunt, quæ sensui atq; intellectui eviden
tia sunt. At isti hæc ambo perturbant: atq; omnes in vnum confundunt cum sensu actus & pas
siones, tum multo etiam magis intellectus ac rationis, nimirũ haudquaquam in speculatione lo
gica versati. Itaq; operæpretium est nugacem illorum loquacitatem omnibus modis effugere, ne
quid nobis quoq; affricetur vitij ex tam proluxa illorũ futiliq; nugacitate. Porro haud leue nego
ciũ est dedocere ac trãsmutare eos, qui ab illis vsque adeo peruersi sunt, vt & sensum contemnãt,
& nequaquam in speculatione logica se exercuerint, planeq; rudes sint rationum, quas de natura
philosophi considerãt. Omnino enim saltem vel id didicissent, quæ in illis sunt ambiguitates, fur
giendas esse, cauteq; obseruandas: tum sensibus magis super simplicium medicaminum facultati
bus, q̃ rationibus haud satis integris, cõmittendum esse iudicium.

De proprijs linguæ sensorijs.

C. A. P. 36.

Verum tales dedocere, ac velut transformare est impossibile. At aliorum tamen gratia, nimirum
quos conatus noster iuuare poterit, resumenda est, diligenterq; definienda tota de pro
prijs linguæ sensorijs oratio. Nuncupatur igitur tum à Theophrasto, tum ab Aristotele, tum à
Mnesitheo medicogustandi facultas, græce χυμὸς (nos saporem dicimus) secunda syllaba ab μ̃ li
tera incipiente: At ex humido siccoq; consistentiã, eorum videlicet, quæ à calore concocta sunt,
χυμὸς (nos succum dicere possumus) à litera λ̃ secunda incipiente syllaba. Tametsi ab ætate illis ma
ioribus non modo Atheniensibus, sed & Ionibus vtrunq; per μ̃ literam scribi consueuerit. Siqui
dem & apud Platonem, & apud Hippocratem, veteresq; comicos sic scriptũ reperitur. Vocetur
autem in præsentem quidem opere, clarioris doctrinæ gratia, gustatoria facultas, siue qualitas, siue
vtcunq; cuiq; appellare liber, per literam μ̃, χυμὸς (nos saporem nominabimus.) Humor autem in
crassatus tum in animantibus, tum in plantis, χυλὸς, secunda syllaba à litera λ̃ incipiente (nos, vt
diximus, succum vertemus.) Sciendum ergo sãpores, qui tum in vnoquoque animali ac planta,
tum in terra inueniuntur, plurimos esse, nec facile specierum numero comprehensibiles: cãterũ
differentias gustabiles alijs octo visas, alijs numero septem, non nullis autem & his quoq; paucio
res. At Plato in Timæo in supraposita dictione primum duos sãpores memorat eiusdem speciei,
sed in ratione maioris ac minoris differentes: Eorum alterum austerum, alterum acerbum nomi
nat: Fuerit autem austerus, quem sṽpovta (adstringentem voco) nuncupamus: Porro acerbus
huius intentione prouenit, velut & ipse Plato significauit. Atque hos sanè pro vna specie nume
rabimus. Altera est eorum, quæ illis opposita sunt, nitrosorum videlicet, salorum, & amarorum:
Et in his quoque amarus ex nitroso prouenit intentione: Salsus vero aut nitroso imbecillior, aut
adstrictioris quoque assumens aliquid. Deinde à Platone acris expositus est, mox acidus, postre
mo dulcis. At à Theophrasto additus est vnetuosus, siue pinguis, à Platone quidem in sermone
de proprijs linguæ sensorijs præteritus, verum paulo ante plantarum succis adscriptus, vbi vino
sum ab oleoso et melleo discernerebat. Porro in illo sermone tribus nunc memoratis quartũ adiecit
succigenus, vna appellatione cõprehensum, δρωδν nominans. Vbi aut ad gustus sensoria transit,
protinus dulcem memorauit (nihil enim retulerit, dulce an melleum dicas, velut nec pingue an
oleosum) omisit autem pinguem, vt qui ad gustum nihil attineret.

Qua differat adstringens ab austero & acervo, reliquiq; inter se sãpores.

C. A. P. 37.

Valis autem eorum sit vnusquisque, exponere quidem exacte est impossibile, quãdoquidẽ
dem nec aliam vllam sensoriam passionem: verum ei, qui eodem sensu cõmunicauerit, licet
suggerere. Ergo, si quis aut cydonia, aut mala, aut mespila, aut myrta gustauerit, p
culdubio cognosceret alium nobis ab his in lingua moueri sensum, alium ab adstringentibus cor
poribus. Nã, quæ adstringũt, { aut refrigerant, } introrsum pellere contactã nostri partẽ ex omni
parte apparẽt, idq; æqualiter, velut equaliter pellẽtia, ac stipãtia, cõtrahẽtiaq;. At austeræ in pro
fundum etiã subire videntur, atq; asperũ quẽdam inæquabilem q; mouere sensum, tanq̃ resiscantia,
& humorem omnem corporũ sensilium depascantia. Ex quo fit, vt alia sit passioũ propriet
tas, quæq; haud facile lucideq; explicari possit, tum ab adstringentibus nos corporibus, tum ab
austeris sãporibus. Sed quis in, qui homo est, facile, quod dico, comprehenderit. Porro, quando,
quod linguæ

Non est in an
tiquis.

A quod linguæ nostræ admotum fuerit corpus, valde desiccet, contrahit, & in multam profundita
tem vsq; illam exasperat, sicut pyra syluestria immatura, & corna, eiusmodi omne acerbum appel
latur, ab austeris intentione dumtaxat diuertit. At quod nos adstringens vocitamus, haud teme
re à Theophrasto dictum reperias. Videtur autem idem significare quod austerum, aut certe
commune esse genus tum huius, tum etiam acerbis. Quæcunq; verò linguam dum contingunt
non contrahunt, neq; constipant, velut adstringentia, immo contra plane agere apparent, nempe
detergentia & abluentia, etiam si adstringentium quippiam adiunctum sit, hæc omnia falsa co
gnominamus. At quæ his etiam magis detergunt, adeo vt etiam moleste exasperent, amara no
minantur. Porro quæ mordicant roduntq;, idq; cum valida quadam caliditate, acra vocantur: sin
hæc absit, acida: cãterum hæc fermentandi quoq; vim obtinent. At quæ velut inungunt atq; im
plent, ac in statum suum restitunt exasperatas ac veluti erosas linguæ particulas, hæc si cum vo
luptate manifesta contingant, dulcia: sin hac sine, pinguis vocantur. Atque hoc quidem pacto,
quantum in me fuit, res explicatu longe difficillimas verbis exponere sum annisus. Miror autem
qui tam prompte omnia adstringentia nominent, siue acra sint, siue amara, siue dulcia, siue pin
guis, siue acida: cum iam olim rebus ipsis imposita sint nomina, atque affectuum sensibilibus non
exigua in nobis differentia sit. Præstitisset fortassis, si quidem naturales scrutari rationes volue
runt, apparentia non euertere, nec appellationes confundere: verum inquirere cuius temperamẽ
ti, aut dispositionis, aut corporis constitutionis, aut quomodocunq; nominare velint, soboles
sit adstrictio, cuius falsedo, amaritas, aciditas, acrimonia, dulcedo, pinguitudo, quæ Plato, Ari
stoteles, ac Theophrastus conati sunt definire. Clarum quippe est, si ex calido, frigido, humido,
siccoq; coeuntibus omnia sunt mista, etiam dictarum quanque qualitatum ex horum cõstare mi
stura. Itaq; si quemadmodum dictorum sãporum quisque proueniat, exponere conarentur: lu
bens equidem auscultarem, gratiamq; habere non exiguam. At si neque hoc efficiant, immo in
super sensorias omnes differentias in vnum confundant, vt parum absit quin corpora omnia ad
stringentia nuncupent: sanè nec audire ipse velim, illosq; obsecrare, vt inanem contentionem
relinquant.

Non ad totam verum naturam iudicandas medicamentorum facultates, sicut naturales philosophi faciunt, sed ad nostram naturam.

C. A. P. 38.

At nos equidem in consequentibus ostendere conabimur, cuius nam temperamenti sãpo
rum quisque sit soboles. In præsentem autem discipulos ad experientiam accessuros astuetce
re velim, vt id solũ quod ad artẽ est vtile, prius seligant, vbi iudicare velint quo pacto vnũquodq;
nos medicamentorum afficiat. Quippe non quale ex se sit, & ad totam naturam, consideramus.
Nam hoc pacto neq; acetum, neque marinam aquam nos exiccare posse, aut sicca esse facultate di
ci manifestum est. Siquidem vtrunq; illorum actu est humidum. Verum si nos exiccare appa
reant, sicca dicentur, ad nos videlicet, & nostram naturam ¶ parem siccandi potestatem obtinen
tia. Quinetiam & calida, & frigida, & humida eodem dicentur modo: vbi nos scilicet calfaciant,
refrigerent, atq; humectent, eaq; ad nos, non ad totam naturam, nec ex se. Atqui si huius dunta
xat meminimus, certissima omnium erit iudicatrix sola experientia. Quam qui relinquũt, atq;
aliunde ratiocinantur, non solum falsa pro veris ducunt, sed etiam tractationis vtilitatem subuer
tant. Proinde nobis propositum non est, quale ex sua natura quodq; sit medicamentum exquirere,
verum quid in nobis efficere possit. Atque hic primi libri finis esto. At in secundo deinceps,
oleo ac rosacco in sermone exemplorum vice positus, prauas & inibi ratiocinandi vias monstra
bimus: quibus cum medicorum complures vtantur, in primis quidem seipos decipiunt, secumq;
alios multos in errorem pertrahunt. Porro vbi id erit absolutum, ad tertium commentariorum
transiens quæstiones logicas, quæ vniuersam de simplicibus medicamentis enarrationem antec
dunt, explicare conabor: Vt videlicet in quarto ipsas iam facultates omnium definire liceat: quas
protinus à principio fuissem aggressus, nisi plena paralogismis atque erroribus omnium prope
D iuniorum medicorum essent volumina: Quos prius extergere, atque ex animis discentium dele
re oportet, ne quid veritati obsistat. Nam vt Hippocrates inquit, licet etiam ait Plato, Non solum
impura corpora quantò plus nutrias, tantò magis lædas: verum etiam impuris animis si nutrien
tes sermones offeras, nõ modo nihil prosis, verum etiam magnopere obferis. Itaq; his de causis,
tum etiam quia amicorum plerisque visum est, vt iuniorum medicorum argueremus errores, nõ
tantum in congressibus, quos quotidie cum illis habemus, sed etiam hisce commentarijs, necesse
mihi fuit diutius prioribus istis duobus immorari: quò videlicet in tertio purum animi auditorẽ
nactus, quiq; veras assequi rationes possit, tum ea exponam, quæ de huius speculationis princi
pijs nouisse oportet: tum deinceps omnes medicamenti cuiusque facultates enarrem. Id autem
fiet in vniuersum, vt reor, libris vndecim, ea ferme magnitudine constantibus, cuius est hic: qui est
omnium primus. Qui cum conuenientem nunc nactus sit modum, finem per hanc dictionem
accipiat.

Quinta Classis.

BBBBB

Galeni



GAL. DE SIMPLICIVM MEDICAMENTORVM
FACULTATIBVS LIBER SECVNDVS.

ARGVMENTVM LIBRI.

Exponit vnde erranda occasione veteres medici sumpserint, prauasq; ipsorum ratiocinationes confutat, ac olei & rosacei exemplo veram docet rationem facultatis medicamentorum iudicanda.

Quod sophistæ, qui fidem sensibus abrogant, demonstrationis principia incertiora, quam quæ demonstrantur efficiant. C.A.P. 1.



Rolixa nobis vt sit de simpliciu medicaminu facultatibus oratio, limites suos excedentes sophistæ efficiunt. Nam cum procul principia ducant, sensumq; pro nihilo habeant, seseq; in illa coniiciant, quæ philosophis etiã ambigua sunt: simul cū ijs q̄ ipsi ignorat, & ea quæ aperte cognoscuntur subuertunt. Ea q; pleriq; eoru faciunt non modo naturalis speculationis, sed etiam logicarum methodorum imperitia: quibus vtatur necesse est quisquis demonstrare qd aggreditur. Itaq; cum nesciant tū ea q̄ bene à phisicis sunt inuenta, tū et ea de quibus non iniuria illi dubitarūt: vtriusq; tñ cōtraria asserere sapenūmero nō dubitat. Sed, Deū immortalē, age obsecro, si nūc ego sic orsus dicere, q̄ cū quatuor sint elemēta, aer, terra, aqua, & ignis, nulli tñ cōgenita sit albedo, ac splendidus color extra splendore & ignē: ac deinde citato Empedoclis, ac nō nulloru phisicorū aliorū testimonio, splendida corpora omnia plurimū in se ignis habere dicā, haud curans aut niuem, aut cerussam, aut glaciē, aut alia innumera tū splendida, tum frigidissima inspicere, ac mox illa suggerēte quopiā, procedentē à sensu cōfutationē tergiversatus ad rationē accedi iubeā, ac per eā de rerū natura cōsiderandū, haudquaq; sensibus rōne carētibus vniuersum cōmittendū censeam: nunqd mentē habētibus insanire nō videar, haud intelligēs vnde ratiōis desumptissem initium? Nam mea quidem sentētia ex sensu & per sensum omnia id genus sumuntur axiomata, nēpe solē esse splendidū, flamas subflauas, carbones plerosq; flauos. Ergo si à sensibus recedendū est: n ulla suppetet demonstratio neq; nobis eorū quæ modo diximus, neq; Empedocli cum ait.

Vndiq; splendentem solem, calidumq; videre. Quæ si vera sunt, perspicuum est multo ante illa fidem habendā sensibus. Immo, inquit, mortales cum simus, à sensibus auspicemur necesse est: verū illis haudquaquā perpetuo immorandum, sed ad partem diuiniorē accedendū, nempe rationem: Nam sensum & animantibus rationis expertibus inesse, rationem solam hominibus esse cum dijs communem. Atq; hic in lōgum orationem extendūt. Quinetiam ex illis quidam & Anaxagoram in testimonium euocant, qui niuem pronunciarit non esse albam. Hic, inquit, vir phisicus excellor, ac supra sensum extitit, atq; eius contemnit phātasmatā: Ad rationē ire pergit, ea q; duce rerū naturam scrutatur. At si me quod in mentem venit fari oportet, qui liber sim scilicet, & in tota adeo vita extra veritatē studuerim nihil: ad insanīā extremum, & vltra, peruenisse illos arbitror, quos talia nugari non dispudet. Nam si quæ per sensus euidenter apparent, euertant: vnde sumant demonstrationum principia, non habebunt. Sin autem ab ijs tanquam à fide dignis exordiantur, quo iure iisdem postea diffident: Nam demonstrationum principia certiora sunt q̄ ea quæ per illa demonstrantur: quippe cū ista aliunde fidem mutentur: demonstrationum vero principia non solum ipsa per sese, verū etiã ad querendorum inuentionem quibus credatur, idonea sint.

Quod abunde sufficiat iudicandis medicamentorum facultatibus, quæ per sensum accipiuntur experientia, iunctis dumtaxat paucis epilogismis, siue rationibus communibus. Et quo pacto rationem experientia subscribere oporteat. C.A.P. 2.

Equidem optarim nullas nō res clarē sub sensu nostros cadere, nec quicq; esse quod illos fugeret. Hoc enim pacto nihil dubium, nihil ambiguum aut anceps vsquā foret. Verū quā illos quædam effugiunt: rationem illis superinducere conandum est, sic tñ, vt non procul, vt illi factitant, nec confusa & infinita colligamus. Verū ante omnia nominum significata diligenter definiamus, ne quis postea per equiuocationē falli possit. Deinde, quod ex se quid agit, ab eo, quod per accidens, separetur. De quibus supra accuratē disseruimus: significataq; eorum, quæ facultate aut calida, aut frigida, aut sicca, aut humida, aut quiduis aliud dicuntur, discreuimus. Tum quo pacto propriam cuiusq; medicamenti facultatem ab ijs, quæ ex accidenti sunt, segregans inuenire quis possit, generatim quidem in tertio de temperamentis expositum est, atq; in hoc tractatu membratim

A membratim enarrabimus, ceu in primo iā libro cœpimus: vtiq; ibi in aceto & aqua, ita hic in oleo & rosaceo facturi sumus: si modo prius ostenderit, quantum delinquant medicorum nonnulli, qui longē demonstrationum ducunt principia. Nam quid oportuit olei aut rosæ respexisse colorem, quando rebus ipsis variē vti liceat, nec in sanis solum corporibus, sed & agrotantibus: quippe cum ipsas per se rosas, aut succum earum expressum corpori tum sano, tum simplici affecto morbo, vt supra diximus, liceat imponere, atq; oleo dulci miscentes corporibus aut valenter refrigeratis, aut ex calcatis applicare, siue affricando, siue perfundendo, ac irrigando, tum in corpus quoq; allumere, idq; aut superne per os, aut inferne per sedem, ac sic tandem quid ad vnumquēq; vsu proueniat, inspicere. Nam hoc sanē nomine medicamentorum omnium vires contemplanur, vt sit quo vti oporteat, hypocondrijs, aut capite ardore afflictis, aut refrigeratis, aut exulceratis, aut phlegmone occupatis, aut id genus aliud perpeffis, tum ipsis, tū alijs omnibus corporis partibus. Ergo cum tam perspicua simul ac compendiosa adsit via ad ea quæ inquirimus, etiam ne colores æstimabimus, aut odores, aut consistentias, aut formas medicamenti cuiusq; perinde factitantes, atq; ij qui ex imagine aut ficta aut picta cognoscere quempiam volunt, cum ipsum aspiciere non denegetur quem agnoscere cupiunt.

* ἰσορροϋ.

B Quod neq; à colore, neq; ab odore, neq; à consistentia, aut congelatione, neq; à duritate, neq; à leuitate ratiocinari de medicinarum facultate oporteat. C.A.P. 3.

Atque hac vtiq; parte non leuiter peccare mihi videntur: multo etiam magis cum inconclusa atq; indemonstrata nugantur demonstrandi rationis planē imperiti. Nam donemus ignē aut flauū, aut rubrum esse, vt cūq; voluerint: nec enim refert: quid ergo id facit ad hoc, vt omne rubrum sit calidū? Nam omnis ignis, verbi causa, rubet dicēdus est: at omne rubrum ignem dicere, ridiculum est: multoq; etiã plus, si omne rubrum calidū quis dixerit. Nam si principio assumptū esset in oratione omne calidū esse rubrū, licuisset fortassis mutua axiomatis conuersione rubrum omne calidū concludere: licet non obscure et illic peccetur. Nam quæ mutuo cōuertuntur, (quod ἀντιστρέφου vocāt,) non quæ simpliciter conuertuntur, (quod est ἀντιστρέφου,) orationes, verē de se mutuo dicūtur. Verū tamē propinqua ea fuerit deceptio. Atqui quā nec illud orationis initio assumptum erat, nempe omne calidum esse rubrum: haud licet mutua conuersione omne rubrum calidum esse colligere. Tribus ergo modis in sermone peccant, qui aiunt rosas temperatura calidas, q̄ sint rubræ. Primum, q̄ non demonstrata hac propositione, omnis ignis rubet, conuertere ex hac aliam, videlicet, omne rubrum est ignis, tanq; verā, conantur. Secundō, q̄ nesciunt propositiones quæ ex mutuo veris cōuertuntur, (λόγους ἀντιστρέφοντας vocant,) non aut simpliciter conuertentes (ἀντιστρέφοντας nomināt,) esse veras. Tertio, q̄ etiam si mutuo conuertentur, non tñ omne quod colore sit rubro, calidū esse, ex mutua illa cōuersione sequat, sed aliud huiusmodi axioma, rubrū oē esse ignē. Porro q̄ talia in rē p̄sentē nō modo sint inutilia, sed etiã palām falsa, cuius notū est. Debeamus, n. non an omne rubrum sit ignis, sed q̄ omne rubrum calidū sit, ostendere. Nam si quicquid rubet, ignis fuerit, erit nimirum & rosa nobis ignis. Cæterum logicas methodos ignorantes medici primū in hoc maxime peccant, q̄ propiis finibus excedant, nimirum cum sufficiens sit experientia, iūctis saltem paucis quibusdam epilogismis, medicaminum vires exquirere. Deinde tam fœde in rationibus hallucinantur, q̄ pueri modo speculationem logicam ingressi. Eisdem erroribus tenentur, qui ex odoribus medicaminum facultates coniiciunt. Nec, n. quicquid bene redollet, calidum est, (quod quidam dicunt, haud intelligentes quo pacto inaudire oporteat quæ ab Aristotele & Theophrasto super hac re sunt prodita, ea quæ nos in quarto harum commērationū definiemus,) neq; quicquid calidum est, bene olet. Quinetiam neq; si quid graue olēs est, calidum etiam fuerit: neq; si calidum, etiam graue olēs. Sic nec si quis quicquid grauit̄ oleat, frigidum dicat, nec si quicquid frigidum sit, grauit̄ olere, verum dixerit. Si quidem calidorum innumera sunt, partim bene olentia, partim grauit̄ olentia, partim neutra: similiter quoq; frigidorum. Quāq; quid calida dico ac frigida: cum debeam dicere calfacientia nos, ac refrigerantia, quæ vtiq; inquirimus. Nec, n. quod absolute calidum est, aut quod ad hoc expenditur, nunc considerare propositum est, sed quod corpus humanum ex calciat. Nec sanē etiam quod absolute frigidum, sed quod hominem refrigeret. Denuo ergo hic hallucinantur in homonymia haud distinctis nominum significatis: tanq; si quis de cane terrestri differens ad marinum se oratione transferat, existimans vt animantis vtriusq; nomen, ita & naturam quoque vnam esse. At nobis demonstratum aperte est in commentarijs de temperaturis (quos & hancce antecedere tractationem protinus initio commonefecimus,) aliud esse facultate calidum, aliud actū: & huius quod actū videlicet calidum est, aliud absolute dici calidum, aliud per exuperantiam, aliud ad symmetrum sui generis vel suę speciei, aliud ad quiduis obuium collatum. Quin & hominem non absolute calidum, vt ignem, sed exuperantia calidum diximus. Si quidem maiorem in eo calidi portionem inesse, q̄ frigidū. Ergo & quæcūq; ad hunc dicuntur calida potestate, illum ex calcare dicuntur: facileq; de illis inuitur iudicium, & per experientia expenditur, paucis indigens (vt supra cōmonui,) epilogismis. Quos cū sophistæ excedant, & tempus adulescentulorū frustra terunt, & sophismatis cauilisq; homines seducetes eorū soluendorū imperitos, falsis eos dogmatis opinionibusq; implent. Debeant, n.

Quinta Classis.

BBBBB ij neq;

neq; colores memorare: neq; odores, immo neq; consistētiam, neq; leuitatem, aut asperitatem aut eius generis quodcunq;. Nam quid refert oleum an lentum sit, aut leue, aut splendens, aut liquidum, aut pallidum, aut pingue, aut lubricum, aegre q; corporibus illitum exicari possit. Quippe cum ex nullo omnium eiusmodi colligere possis ipsum esse facultate aut calidum, aut frigidum aut humidū, aut siccum. Siquidem ex genere splendentū leuiumq; & lentorū partim sunt, quæ planè nos calfaciant, partim quæ refrigerent, tū alia quæ exiccent, alia item quæ humectent. Et eorum omnium quæ accidunt nō oleo solum sed alijs omnibus, nullum est reperire, quod solidum perpetuumq; sit, vt in eo generalem constituere propositionem liceat.

Quod sophistæ rationibus haud vsi sint scientificis ad ea lemmata, sive sumptiones, ex quibus perperam de medicinarum facultatibus colligunt, sed aut ex inductionibus, aut ex exemplis. CAP. 4.

NAm omitto, q; non scientificis in omnibus id genus sint vsi rationibus sophistæ ad inueniēda lemmata, sed ex inductione: & quod omnium pessimum est, q; nec quæ sit inductionis natura vnquā inspexerint. Quod si quis eos in id prouocet, neq; sequi audent: & si de demonstratione quis quid agat, increpant. Immo, quod etiam deterius est, non ex inductione solum ratiocinari assueuerunt, sed non nunq; etiam ab exemplis, tāquam rhetores. Nam qui frigidum esse oleum asserit, proinde q; lentum sit vt pituita, is per exemplum concludit, par robur præbens demonstrationis, atq; is qui ipsum calidum contendit, quia lentum sit vt viscum. Nec secus is qui calidum dicit, qm̄ facile in flammam vertatur vt bitumen: atq; is qui frigidum probat, q; facile cogatur ac cō crescat vt aqua. Nam differt, ex exemplo aut exemplis quid suadeas, an ex inductione. Siquidem qui ex exemplis fidem facit, vnum aut duo generis eiusdē adfert, aut certè planè pauca pleriq; scilicet præteritis. Qui vero ex inductione, omnia comprehendere nititur quæ per experientiam sunt cognita: nec quicq; præterire quoad eius fieri potest, quod apertum vulgō ac perspicuum sit, studet, sed quod occultum est & paucis comprehensum, Quamobrem violenta est, & vehemēter persuadet quæ ab omnibus, quæ experientia sunt cognita, ducitur inductio: solisq; ijs mendacium perspicui potest, qui in demonstratorijs methodis sunt exercitati. Quare nos de ea copiosius in demonstrationis libris differuimus, ac fortè etiam seorsum de ea librum componemus.

De oleo aduersus Archidamum.

CAP. 5.

PAlam autem fiet nihilo secius & nūc quoq; inductionis natura, multoq; magis & exempli. Nam omnia in summa percurrere statutum est, quæ de olei facultate à medicis sunt prodita, eaq; probabiliter quidem q; ita viderentur: at non verè: ac primum illud quod à Diocle in Archidamo scriptum est, q; Archidamus durefcere vriq; cutem ijs qui eo fricantur existimari: quapropter etiam siccam frictionem prætulit. Oleum enim accendi atq; exurere cū à frictione incallescet, putabat: ac propterea admodum humorem exhaurire atque siccare, non secus atq; ea afforū quæ vngi solent, nam & ipsa magis durefcere, q; si citra oleum assaueris. Præstat autem totam adscribere dictionem Dioclis. Habet autem ea hunc in modum. At cum oleo fricare non perinde probabat. Primum enim inæqualem fieri eiusmodi frictionem putabat, q; manus laberentur scilicet, nec æquè carnem apprehendere propter pinguitudinem possent. Præterea durefcere atq; adurri cutem in illis magis qui sic fricarentur existimabat, q; qui sicca vterētur frictione. Oleum quippe accendi & vrere à frictione incallescens, quemadmodum in affis quæ vncta sunt, magis q; non vncta, vbi oleo accenso incallescunt, & valde exiccantur, indurefcuntq;. Similiter quæ in oleo coquuntur, frigilia friabiliaq; effici eandem ob causam. Ad hæc quemadmodum ligna & coria, & alia complura quæ ex oleo fricantur, oleum intrò imbibunt: ita putabat & corpora. Quod cū fieret, multa quæ solita essent cum spiritu effluere, ac foras prorumpere, tunc concludi arbitrabatur. ceu cū cribris, linteis, lana, omnibusq; adeo per quæ percolari quid assolet, perfunditur, ac iungitur, non æquè liquores fluere per ea valent. Porro vbi ea excretio intercepta est, quædam intrò recurrere, quædam acruata inuicemq; implicita meatus opplere, retēta scilicet ab oleo, quod visco quid simile habeat: sicut in alijs omnibus apparet, quod pingue est, pulueres ac festucas, omniaq; eiusmodi cōlectari. Deniq; vbi obstructi iam meatus fuerint, perpetuò ac sensim omnia deterius perfici esse necesse, q; in ijs quæ pro consueto geruntur naturæ modo. Putauit quoq; oleo inesse aliquam mordacitatem, cuius vi oculi illachrymarent, & guttur in tussim cieretur, (quod *κέρπυς* vocant.) tum aluus raderetur, excrementaq; redderētur sanguinolenta eo bibito: proinde qui citra frictionem vngerentur, nihil affligi: infirmiore enim esse mordicationē, q; quæ sensim aliquem mouere posset. At si per frictionem carnem subintret, mordicationem moliri maligniorem: velut multa medicamentorum, vbi enim illinuntur, minus valent: at compressa introq; subeuntia, magis agunt: sicut sanè si vrticis, & alijs multis sensim quempiam contingas, nihil læle ris: sin ferias aut premas, vtiq; offenderis. Hæc ergo sunt quæ Diocles in Archidamo prodidit, quorum simul tum probabilitatem, tum prauitatem conspiciere est. Siquidem q; quicquid in oleo coquitur, propriam amittat humiditatem, ac friabile fragileq; celeriter reddatur, cum alioqui nihil in aqua tale perpetiatur, ipsa nos docuit experientia. Quamobrem hac vtique parte nihil Archidamus mentitus est: debebat tamen, sicut Aristoteles, & Theophrastus, alijsq; non pauci philosophi eiusmodi problemata in physicis quæstionibus & proponunt, & soluunt: ipse quoq;

A quoq; (si quidem omnium rerum causas scrutari voluit,) perinde vt illi, vt i proponere, sic quoque soluere. At cū id minus facere appareat, in hoc vel maxime mihi delinquere videtur. Nam quod apparet euidenter, id semper primum ponendum est: ac deinde, sicuti libeat, causam eius inspicere debet, physica problemata hunc in modum componens: Cur oleum quæ in ipso coquantur, sicca & friabilia & fragilia efficiat: aqua vero humida & mollia, aut, Quæ obrè in oleo cocta siccescāt: at quæ aliter in eo madidata sunt, magis propriam seruent humiditatem, q; si omnino nō essent madidata. Qua ratione scilla & vrtica morsus sanet. Qua de causa his medeatur, cū ipsum oculos mordicet. Qui fiat, vt reliquum corpus vniuersum non mordicet, sed oculos duntaxat. Quare guttur exasperet, vlcera vero leniat. Quo pacto ventrem subducat. Quo modo lassitudines sanet. Quamobrem inunctos tueatur à frigore. Quare animalia insecta interficiat. Cur lora & coria emolliat: at quæ in ipso coquantur, duriora omnia efficiat. Atq; hoc vnum est problematum genus ad physicum duntaxat attinens. Alterum verò, quod commune quoq; eorum est, qui artem quauis exercent, est tale. Quam ob causam carnes piscesq; affantes coci oleo prius illinant. Quid sit q; athletas oleo fricantur gymnastæ. Quid etiam q; pueros pædotribæ. Nam cuiusq; talium problematum ab experientia profecta causam assignare liceat: cocis nimirū responsuris, propterea se pisces **B** ac carnes oblinere, q; sicca adustaq; extimæ eorum reddantur partes, si citra pinguedinem assentur. Athletas verò se ex oleo fricare dicitur gymnastis, tum q; quæ ante inerat lassitudines ipsum exoluat, & quæ futurae sunt mitiget, tum q; frictionem æqualem & mitem planè efficiat, corpusq; ad motus futuros præparet. Eas ob res ipsi quoq; pædotribæ pueros se & ante & post exercitia inungere dicunt. Cur autem oleum lassitudini medeatur, haud etiam nouit nec gymnastes, nec pædotriba, nec medicus experientia curans: nec tñ quia id nesciant, ab euidenter apparentibus recedent. Siquidem tamen si ignorant, quamobrem veratrum album sursum purget, nigrum deorsum detrahat, neque compertum habent, quare cnicus pituitam ducat, atram vero bilem epithymum: tñ medicamentis ad ea vtuntur, ad quæ vtenda docuit experientia: & eos quibus est opus curant, & euidenter apparentibus fidem habent, eosq; qui contraria rationi adfruunt, derident.

Quod præterq; quod pugnantia de olei facultate Archidamus asserat, insuper improprie naturæ exemplis.

CAP. 6.

AT Archidamus supra q; q; in multis, quæ perspicuo apparent contemnit, insuper & hac quoque parte taxandus mihi iure videtur, q; dicat meliorem esse frictionem siccam, q; quæ cum oleo adhibetur, quia corpus durius & siccus ijs qui vnguntur, efficiatur: mollius autem ijs qui fricantur sicci. Dicit porro nihilo secius et in illa ipsa dictione paulum progressus, ligna, pelles, aliaq; quæ ex oleo fricantur, ipsum in profundum transmittere, idq; maximum esse testimoniū, q; in corporibus nostris intrò subiens meatus oblinat, ac humidorum prohibeat effluxus. Atq; ego quidē quomodo hæc consonent, nescio. Si. n. humorum effluxus prohibet oleum, haudquaquā siccum dicendum foret, ac proinde frustra id tanq; desiccans in frictionibus repudiat. Falli præterea in hoc mihi videtur, q; similiter affici putet tum ea quæ in illo coquuntur, tū eos qui fricantur. Nec. n. eadē agere dixerim oleum calidum, frigidū, tepidum, aut feruens, sicut nec aqua ipsam. Apparet. n. & ipsam, si frigida applicetur, condensare, constipare, contrahere, cōstringereq;, & repercutere: sicut si extreme feruida, adurere. At si temperata adhibeatur & moderate calida, laxare, rarefacere, fundere, digerere. Porro si nec insigniter calida, nec frigida admoueatur, sed velut quæ fontana dicitur, tūc propositorum nihil efficiet: verum propriam suā facultatem exeret. Sic si quis oleum expendere volet, ab omni prius liberum alieno tum calore tum frigore ipsum efficiat, atq; ita demum ad explorandum accedat: quippe quod summè frigidum fuerit, non ex sua duntaxat facultate, sed ex aliene qualitatis excessu nō nihil i cōtactis operabitur. Ita quoq; quod magnopere calidum. At si vtroq; ipsum liberans sic demum examinare voles, hoc dūxtaxat pacto propriā **D** olei vim inueneris. Quapropter cum quis ex more oleo fricatur, sicut gymnastici omnes, in solo fricatur oleo, quod nimirum absq; omni sit aliena qualitate: at si admodum excalescit, aut summè vtatur refrigerato, iam compositam ædi actionem necesse est, nempe ex propria olei facultate, & aliena qualitate. Sæpe verò propriam cuiusq; medicamenti facultatem obscurari necesse est, vbi valentem aliunde qualitatem acciuerit. Itaq; qui simile fuerit herbas in oleo feruente coquere, ac exercitantium corpora fricare: Maxime si quidē, vt i supra ostendimus, extrinsecus ductas probationes fugere oportet, cū liceat nimirum propriam cuiq; adhibere experientiam. Quod si quādo tñ id quispiam facere volet, certè similia comparare conabitur, sicut in corijs faciebat & loris. Nec enim quispiam oleo in igne præcalescit, neq; in niue refrigerato, sed obuio quoq; accepto corium ac lora confricat. Ita puto & pædotribæ factitant, obuio oleo pueros fricantes, neutiquam aut in igne excalescit, aut in niue refrigerato. Alioqui sanè & nos non rarò caput ardore grauatum olei admodum frigidi perfusione refrigerauimus. Porro si salis nihil oleo sit inditum, tanto magis refrigerabit: Sin etiam omotribes, hoc est crudum fuerit, multo profecto etiam amplius.

Quomodo frigidum paremus oleum.

CAP. 7.

Porro præparare illud solemus non aliter atq; aquam: nempe prius excalescentes, ac deinde aqua mergentes summè frigida: at si etiam fons in ipsum cum strepitu decidat, vasculo nimirum Quinta Classis. BBBBBB iij rum

rum, cui inest oleum, antè diligenter occluso magis quoq; ac magis ita reddetur frigidum, Multū ē item frigecceris, si præcalfactum in puteum ita demittas, vt aqua cōtingat: quanq̄ quod aqua nō dum tangit, frigidū item euaserit, sed non perinde. Atq; hoc pacto preparando frigidū reddimus oleum: cōtrario aut modo, calidū. Quo sanè modo etiā vtimur in refrigeratis corporibus, in alieū olei calidi demittentes, quibus pars quæpiam obstupuit, aut tremuli sunt, aut conuulsione tētantur, aut motu, sensu ue priuantur, aut etiā agrè sentire possunt, aut eiusmodi quippiam perpeffos. Ergo siqs ex vniuerso vsu de medicaminū facultate, p̄nunciet, putabit, nunqd excafcacere & refrigere, tum exiccacere, et humectare nos oleum queat, velut Dioclis Archidamus, siquidē pugnantias considerare animaduertereq; nesciat. Nā cū exiccari & fragilia effici quæ in oleo coquuntur dicit, exiccantem & digerentem eius facultatem ostendit. At vbi intrò in coria subire, porosq; nostros oblinire, ac naturales humorum effluxus prohibere, rursū sanè quodammodo contrariam eius facultatem demonstrat tum digerentibus, tum exiccantibus. Atq; in istis vel adhuc quæ apparent proferens, de illis non rectè ratiocinatur. At vbi de mordicatione agitur, non ea omnia cōmōrat. Nam q̄ oculos mordicat, q̄ guttur exasperet, siue ad tussim prouocet, q̄ vētrem radat, atq; fecellus sanguinolentos efficiat: abunde magna testimonia sunt mordacem illi inesse facultatem. At q̄ vlcera dolore liberet, & vētris mordicationes aut irratū, aut infusum omnino sanet, quiq; morsu irritantur mitiget, cū & ipsa non parua sint contrariæ ipsius facultatis indicia: planè omnia sunt. Cæterum si vtrūq; propositis quis ratiocinari volet, duorum alterum eueniet: aut. n. id faciet vt Empiricus, qui experientiæ omnia tribuit, dicitq; se in collatione ad aliquid cuiusq; medicamēti facultatem per experientiam cognoscere, ipsius autem per se propriam ignorare naturam: Aut vt Rationalis, contrarias inesse medicamento facultates, mordicantem & lenientem: ac deinde in genti tenebitur anxietate causam diciturus, cur interim altera earum agat sensibiliter, interim altera reliqua aut perditā sit, aut nō clarè appareat. Quarum omnium dubitationum solutiones, siquidem vt physica proponantur problemata, sanè q̄ difficiles sunt: sin vt ad vsū referantur artis, multam requirunt experientiam: epilogifimos autem non ita multos, sed exactos ac definitos. Nā primum, an omne oleum oculis mordax sit, nec ne, experientia incunctanter definire præstat, haudquaquā ex tempore in vtrāq; partem rhetorum more differere: tum an omne aq̄ guttur exasperet, aut ventrem subducatur, aut radat, vt non nunquam cruentas moueat excretiones: an oleorum hoc quidē hæc faciat, illud vero non: & aliud magis, aliud minus. Olei differentias nunc dico non eas, (vt quispiā suspicaretur,) quæ sunt heterogenas siue alterius generis, sicut cicini, rhabphanini, caryini, balanini, ac similitū. Nā & horū vires medicus noscat oportet: sed in præsentia eas enumerare non expedit. Satis est enim, mea quidē sententia, principio propriissimū, & quod maximè ab omnibus hominibus vocatur oleum, considerasse: quando & ipse fructus ex quo fit oleū, solus ex omnibus oliua nūcupetur, et arbor olea, (græce vtrūq; ἐλαία vocatur, et ipsum oleū ἔλαιον.) ipsumq; simpliciter primario oleum dicitur: at reliqua omnia per translationem & abusum.

De differentijs propriè vocati olei.

CAP. 8.

Huius sanè quod proprie oleum appellant, de quo omnis in præsentia sermo habetur, plures dico esse differentias. Secundum ætatem quidem, cū aut recens est, & velut mustum, aut æstate vigente, aut vetus. Secundum preparandi modum, cū aut simplex solumq; & impermissum fuerit, aut cum sale præparatum. Secundum fructus ipsius diuersitatem, cū is aut immaturus, aut maturus extiterit. Secundum inductam arte alterationē, cū aut quomodo ab initio præparatum fuit, ita seruetur, aut cadidum efficitur. Scriptum verò est de albificatione eius & ab alijs non paucis, & nos quoq; in sequentibus de illo non nihil trademus. Horum omnium oleorum facultates ipse equidem experiri studui: quid autem in quoq; fieri deprehēderim, postea exponam. At nunc absoluerè statui primum quod erat in manibus. Perperam enim mihi videntur medicorum pleriq; tum experiri medicamenta, tum de viribus eorum ratiocinari.

Quomodo cuiusq; medicamenti facultatem experiri oporteat.

CAP. 9.

Quippe cum experiri solum oporteat quæ impermissa sunt, & ab omni extranea qualitate aliena: eaq; primum in optima corporis constitutione, deinde in intemperatis, demum in morbis simplicibus: sicut in libro hunc antecedente, & in Tertio de Temperamentis definitum est. Ratiocinari vero, id quod ex accidente est, semper ab eo quod per se est, distinguem.

Quod non solum in explorandis medicamentis medici hallucinantur, sed etiam in opinionibus quas habent de affectibus.

CAP. 10.

At non nulli medicorum non in istis modo hallucinantur, verum etiam in opinionibus quas habent de affectibus. Nam oleum q̄ lassitudinibus remedio sit, omnes propemodum fatentur: cæterum quis affectus sit lassitudo, non consentiunt. Hic enim articulo esse ait siccitatem, ex motionibus desiccatorum: Alter & musculorum adijcit: Alius porò contrā quàm hi, humiditatem multam, & tensionem, & caliditatem fluxione nimirum partibus vehementer agitatæ affusa: Alius non humorum multitudinem, sed qualitatem solam causatur, prouenire inquiens in motionibus immoderatis pinguedinis carnisq; teneræ colliquationes quasdam, quarum pars foras transpiret, reliquum retineatur in corpore: & hoc cum acre mordaxq; sit, affectionem efficiere

A cere veluti vlcerosam. Itaq; etiam si in hoc conueniatur, q̄ lassitudines sanet oleum: atq; ob ancipitem atq; ambiguum corporis affectum, nihil queat certi de olei facultate colligi. Atq; id sanè nō tm̄ in lassitudine vsu venit, verum etiam vbi doloris causa, aut mordicationis, aut phlegmone gratia bibendum oleum exhibemus, aut per sedem infundimus, aut itidem perfundimus. Siquidem vlcerebus phlegmone affectis nō solum, sed & cum aqua moderate calida perfundimus, vt in lassitudinibus cū lauacro aquæ dulcis. Sed nec que sit in phlegmone affectio, consentiunt. Porò vbi per sedem ipsum ingerimus, aut bibendum offerimus, ne tunc quidem cognoscimus euidenter, cuiam corpori ipsum applicemus, an pituitæ, an bilis, an aliorum aliquorum recremetorum pleno. Constat enim non perinde hominem affecturum, vbi pituitæ viscosæ intestinum omne simul cum ventre plenum offendit, atq; vbi biliosis excrementis refertum, aut alijs quibusdam acris humoribus, aut stercore multo, aut horum quidem nullo, sed incidat in ventrem intestinaq; vndi quaq; pura: aut præterq; q̄ pura, etiam exasperata reperiat.

Quod vt quis probè de olei facultate ratiocinetur, debeat etiam affectionem hominis

estimare, & de ipso oleo quale sit præsumere.

CAP. 11.

Itaq; negligēter admodum et segniter de his omnibus medicorum pleriq; ratiocinantur, haud indicantes nec quo pacto affectio homini oleum exhibeāt, nec quale nam ipsum. Ac mox tamē dicunt, alij mordicare & radere prorsum partes corporis internas: alij verò etiam si præfuerit mordicatio, & huic mederi. Nec enim parum interest, an iniiciatur in ventrem pituita scatementem oleū expers salis, (Græci ἐπιεραιον vocant,) & quod re vera oleum est: an quod plurimū accepit salis, in ventrem purum. Vtrūq; enim alium subducit, diuersis tamen facultatibus. Nemp̄ illud quod sale vacabat, in pituitoso ventre p̄ lubricitatem, simili mō cū maluis, blitis, moris: Quod verò sale habet, in puro per acrimoniam, perinde vt muria, & marina aqua. Et sanè hoc quidem radet, alterū non radet. Ergo nec absolute oleum quoduis interna omnino radere dixerimus, aut deiectiones moliri cruetas, neque mordicationes lenire: verum id cui sal est inditus, in puro ventre radere: cui autem non, in pituitoso non radere.

Quod saluginosa et acria ex accidente quandoq; morsu medeantur, nempe secum quod mordicat eductia.

Dulcia verò et epicrastica contrā, morsum etiam aliquando ex accidente exasperant, nimirum cū vnā corrumpantur, & foueant alantq; cacochymiam.

CAP. 12.

Non nunq̄ verò mordicationes ex accidente quod saluginosum est, sanauerit, velut melicratum, salugo, serum lactis. Educunt enim secum hæc non nunq̄ succum mordicationem facientem, ac mordacitatis redduntur medela, perinde vt cætera omnia quæ abluunt & abstergunt. Sed non statim vbi immissa sunt hoc genus medicamēta, morsum sanant, quin potius tunc etiam exasperant. Siquidem euacuationis, haud epicrastes. i. tēperationis seu mistionis ratione sanationem molitūtur. Quippe ceratū ex rosaceo & adipe aut pinguedine infusum sæpenumero morsibus cōtinuò succurrit, idq; tēperationis ratione. Sed & oleū ipsum solum, sed dulcissimum id frequenter præstitit: sicut certè etiā adeps hirci, aut succus condri, aut ceratum ex oleo dulci. Nos aut sæpenumero q̄bus ex frigore interna dolore torquebant, ingesto oleo calido dolore liberauimus: ac si maius esse frigus conijciebamus, addidimus & anethum, oleum excafcacientes: si verò adhuc etiam maius, rutam quoq; & bitumen. Eiusmodi igitur auxilia omnia q̄ frigori medeantur, dolores mitigant, non propterea q̄ lædentem humorem attemperant aut educant. At in idem vniuersa confusa sunt pleriq; medicorum, qui nec norunt dolorem ab intemperantia natū ab eo, qui ex cacochymia oritur, distinguere: nec q̄ medicamentorum quæ doloris gratia iniiciuntur, alia excafcacendo partem refrigeratam sanant, alia humorem mordicantem euacuando, alia miscendo. Sed & subinde mista existūt affectiones, ex intemperie videlicet, & mordicatione. In quibus nos confueuimus anethinū, aut rutæ oleum infundere anserino in eo liquato adipe: is si nō adsit, D saltem gallinaceo: si nec is quoq; vel aliorū aliquo: q̄ si horum nullus ad manum fuerit, ceram miscemus mordacitatis expertem, (voco autem sic eā quæ lota est,) aut certè oleum ipsum quod effectum est candidum, infundimus. Nam id ceræ mordacitatis experti proportionale est. Temeraria itaq; pronuntiatio est atq; indefinita tum eorum, qui oleum omne omni tempore mordicans adstruunt, tum eorum qui leniens. Nam quod sale accepit, mordax est: quod autem eo caret & dulce est, quod quidem ex se est, lenire potest. Nam videri possit & ipsum quandoq; pro affectibus quibus applicatur, haud etiam esse eiusmodi. Vnumquodq; enim temperantium medicamentorum (Græci ἐπιεραιονντα, siue ἐπιεραιονα nuncupant,) vbi valentius euasit humoribus mordicantibus, morsum eorum retundit. Verum si aut valentioribus facultatibus, aut multis paucum mistum fuerit, vnā & ipsum corrumpitur, alitq; cacochymiam, siue succi malignitatem. Quamobrem protinus euacuandi sunt qui ab ijs quæ temperandi naturam habent, irritantur, atq; asperantur: vt pote qui multa nec facile mobili corruptione sint repleti.

De lacte. Rebus ferè omnibus multis ac diuersis messe facultates, exuperantem tamen facultatem cognosci posse ab eo, qui id quod est per se ab eo quod est per accidens, rectè distinxerit.

CAP. 13.

Sic sanè lac frequenter simulatq; sumptum fuerit, alijs acescit, alijs in nidorem vertitur prius, q̄ probè concoctum corruptionem temperet. In quibus vtique primum maxima cacochymia

Quinta Classis.

BBBBB iij pars

pars euacuari debet, atq; inde sumendus chondrus, & ptisana, & lac, & alia: quæ ubi probè fuerint E
cocta, conferunt ad euchymian, hoc est fucci in corpore bonitatem. Non tamen quod ad hoc atti-
net, omnia existimare oportet, aut deteriores, aut contrarias in sese obtinere facultates, neque in
sermone scientem, eorum, quæ eueniunt partem alteram omittere: id quod fecit Archidamus in
oleo. Siquidem memorabat oculos ab eo mordicari, guttur ad tussim excitari, & vētrem radii: Ce-
terum q̄ stomachum sepe cum valenter morderetur, oleum protinus dulcissimum epotū sanauit,
& iniectum totius ventris mordicationes leniit: & à thapsia, vrtica, & scilla excitatas inuētum se-
dauit: eorū mentionē non fecit. Ego verò non ambigo, neq; fidem non habeo ijs, qui aiunt rebus
propemodum omnibus multas ac diuersas inesse facultates: quin ostensurum me id ipsum polli-
ceor in libro sequenti. Attamen non proinde adstruo eam quæ in quocq; exuperat, non posse co-
gnosci. Verum si quod ex accidente est, ab eo quod per sese, distinxeris, omnia clarè cognosces.
Contemplator enim vtrunq; in exemplis, propositis videlicet exempli causa duobus hominibus,
quibus similiter os ventris mordicetur, & qui pariter aut succum ptisanæ, aut chondrum, aut panē
lotum sumpserint: deinde alteri mordicationem restinctam, alteri verò inauctam ponito: obsecro,
nunqd succus ptisanæ, aut chondrus, aut panis ex se mordax est, per accidens autem in altero ho-
minum morsum non modo non inauxit, sed mitigauit: an quod ex se q̄dam erat mitigauit, per ac-
cidens verò in altero irritauit: Ego sanè ex sua natura epicerasticum esse dico succum ptisanæ, &
chondrum, & panē, & per Iouē lac quocq; cæterū in altero homine morsum auxisse, q̄ properasset
à corruptione superari. Atq; ea vtiq; est (certo scio,) veterum omnium sententiā, sed & recentiorum
optimi quicq; ita sapiūt. Verum si quis fuerit quem ego nesciam, (nec enim quicq; est quod non au-
deant iuniorū medicorum q̄dam.) qui contendat ex sua natura corruptiones augere chondrum,
panē, aut ptisanam, cæterū in quibusdam ex accidētī nimirum mitigare: is in quā qui talia iactabit,
nullā assertionis suæ demonstrationem asserere poterit. Ne nos dicimus, q̄ si ptisana foret cacochy-
mos, mal'ue fucci, haud vnq; mordicationem mitigaret. At qui conspiciunt frequēter tum supernè
sumpta, tum per sedē iniecta mitigare: Ex quo patet per suam quidem naturā boni esse succi: ve-
rum interdū vnā cum ijs succis qui mordicationes excitant, corrupti, & ipsum augere symptoma.

Quomodo discernendum sit, à cacochymis ne mordicatio sanata sit, an ab

epicerasticis, hoc est temperantibus.

C.A.P. 14.

Fortè igitur nos roget quispiam, an vllum vnquam cacochymorum mordicationem curaue-
rit: Equidem id non rarò factum cognoui: verum ea dico non temperando, verum id quod
mordicabat educendo, mordicationes sanasse. Ac proinde & statim, & vsq; dum euacuentur, ho-
minem mordicare, & insuper euacuata asperum relinquere sensum in partibus aliud medica-
men requirerentem. Quod non faciunt quæ boni sunt succi & dulcis, (Græci εὐχμία & γλυκύχμία
nominant.) Etenim & protinus mitigāt, & præter q̄ euacuationem nō faciūt, et sensum asperū
nullum inducunt, quin potius ipsa contrā sensuum medentur asperitati. Itaq; chondrum, lac, ptisa-
na in eiusmodi affectibus & edenda præbemus, & per sedem iniicimus, vbi videlicet melle, aut
quopiam eiusmodi, quod infestabat exterferimus: quo tempore opportunus est & adeps, & cera-
tum dulce, & oleum dulce. Porro & in presenti & in sequenti deinceps sermone omnia me dulcia
dicere existimato, tum ea quæ salem non sunt experta, tum ea quæ sunt elota. Quatuor itaq; indi-
ciji ac notis cum possis quod per se lenit distinguere ab eo quod per accidēs, facile cuiusq; talium
medicamentorum facultatem inuenies. Primum indicium est, an statim mitiget, an non. Secundū
an simul cum lædentibus euacuetur, an non. Tertium, an asperitatem quandam in corporibus re-
linquat, an nō. Et quartum, an ita affectus vitile et commodum videatur, nec ne. Nam cum nec pro-
tinus mordicationem sanat, verum maiore cū vehementia excernitur, neq; intus manendo mede-
tur, & molestam corporibus asperitatem relinquit, quam, si denuo offeratur, exasperat: argumen-
tum est rodentis ac mordicantis esse naturæ, cæterum ex accidente quandoq; morsus sanare. At
quod & continuo mitigat, & nullam excretionem prouocat, sed nec exasperat dum intus manet,
immo exasperatorum medela exiit, ipsum quidem natura bonum est: verum interdum à caco-
chymia, quæ ipsum alterat corrumpitq;, mordax efficitur. Atque hæc ita à me dicta sunt, vt simul
vtriusq; medicamentorum generis & tempus, & vtendi modum, simulq; facultatis inueniendæ
rationem docuerit oratio, demonstraueritq; & ptisanæ succum, & chondrum, & tragum, & lac, &
panē elotum ex genere esse euchymorum: quin & pinguedinem, & adipem, & oleum dulce, & ce-
ram dulcem ex mitigantium esse natura. Fuerit autem cera dulcis, quæ & natura est talis, (nam
quædam gustantibus amara sunt,) & quæ præterquam q̄ est talis, in aqua bona elota est.

De ratione abluendi & candida faciendi medicamenta.

C.A.P. 15.

Lauida porrò est non tantummodo cera, sed & pix, & resina, & oleum, & quicquid aliud aquæ
misceri non patitur. Primumq; modicè concalfactum mox in vas lati oris, ac magnum, cuiq;
insit aquæ copia purissimæ simul & omnis qualitatis expertis, infundito. Nam in ea quicquid sit
id quod abluitur, acrimoniam suam exiit. Deinde conterito, tundito, frangito, manibusq; im-
pense subigito, vt vnaquæq; videlicet abluendi medicaminis particula aquam possit contingere.
Deniq; effusa priore aqua, rursus quod lauatur exalfaciens, in aliā aquam eque syncerā iniicito,
rursusq;

A rursusq; diutissime cōtundito, donec qualitatem suam in aquam deponat. Id autē gustu datur
cognoscere. Mox verò & tertio, & quarto, & sapius deinceps idem faciendum, donec aqua nullam
etiam ex abluto medicamento qualitatem recipiat. Atq; hunc in modum omnia quæ exalfieri
& fundi sustinent, lauabis. At si qua sint lapidosa & dura, velut cadmia, & aeris squama, & es vsū:
ea exacte in tenuia comminuentem, plurimum in aqua terere fontali purissimaq; oportet, subin-
de priore effusa, quoad nihil in aqua innatet, maneatq; aqua prorsum à cōtriti medicaminis qua-
litate immunis. Nam quædiu aut qualitatis eius quippiam in gustu appareat, aut aliquid innatet,
tandiu terendum atque effundendum est. Nam si hoc pacto quiduis eorum quæ lauari possunt,
abluas, mordacitatis expers euadet. Et sanè oleum non tm mordacitatem exiit, sed etiam candi-
dus interea efficitur. Oportet verò ipsum non perinde vehementer verberare vt picem, aut ce-
ram, aut resinam, ne videlicet adeo aquæ miscatur, vt ægre postea separari possit: sed ita, vt vbi
quiescere paulisper sineris, facile possis innatans detrahere. Sunt & alij modi quibus oleum effi-
cere possis candidum, quos scriptos inuenies apud eos qui præparationum libros cōscripsere, &
qui de materia prodidere, vt & apud Dioscoridem in primo. Verum pleriq; eorum confuentes
quod in oleo aqueum ac rufum est, reliquum candidum efficiunt. At hic abluendo, veluti ipsum

abstergendo ac detergendo, candidum efficit.

Quod non colligatur oleum ex eo, quod ad tussim quendam cieat impetum, proinde esse mordax:
neq; enim omne quod ad tussim impetum cieat, mordax est: neq; solum quod

mordax est, ad tussim impetum mouet, sed et quæ pingua sunt.

C.A.P. 16.

DE medicaminum quæ lauari candidaq; effici solent, dispositione, aliàs dicitur: nunc ad pro-
positum reuertor. Oleū quod nō sit omphacinum vocatum, hoc est, crudū, (id enim adstrin-
git,) neque cum sale præparatum, neque recens, ac velut etiamnum feruens, ad hæc omnia accura-
te lotum, id neq; epotum, neque in sulum mordicationem exercebit. Quod si gustu ad tussim im-
petum prouocat, non idcirco mordax dicendū erit. Nam quicquid mordax est & acre, ad tussim
impetum prouocat: nō tm quicquid impetum ad tussim prouocat, mordax est & acre. Hoc enim
duntaxat pacto mordax esse oleum cōciceris, si quicquid ad tussim impetum mouet, mordax esse
confessum fuerit. Occurrit itaq; denuo hic error non leuis, sed perniciosus in conclusi conuersio-
ne commissus. Confessum enim est, omne mordax impetum ad tussim mouere, & confessum est,
oleum omne ad tussim mouere impetum: verum his suppositis non conficitur oleum esse mor-
dax, neq; si categoricas, neq; si hypotheticas efficiamus propositiones: q̄ scilicet ex duabus vni-
uersalibus affirmatiuis nihil concludi in secunda figura possit, neque conclusio ex necessitate sit
vera. Fient autem in syllogismo categorico duæ propositiones istæ, Omne mordax ad tussim im-
petum cieat: sed &, Omne oleum ad tussim impetum cieat: quibus cōfessis nihil cōcludi poterit. Hy-
potheticam verò propositionem, quam Chrylippus ἀξιωμα συνυμμένον nuncupat, verum accipere
non licet, neq; à sensu, neq; ex sensu, neq; ex consequentiā rationali. A sensu enim, aut per sensum,
aut ex sensu, aut vtrunque nominare placebit, id genus ἀξιωματι desumpta sunt, nempè, Omne
mordax ad tussim impetum cieat: &, Si quid mordax est, itidem & ad tussim impetum cieat: & non,
si omne mordax ad tussim cieat impetum, protinus quicquid ad tussim cieat impetū, mordax erit:
neque omnino ad hoc, Si quid mordax est, hoc & ad tussim impetum cieat, sequitur in vniuersum
istud, si quid ad tussim impetum cieat, ipsum & mordax esse: sed id quidem, si nō cieat ad tussim im-
petum, haud quæq; mordax esse, id inquam verum est: quippe cum mutuo conuertantur. Non tm
si quid ad tussim impetum cieat, continuo & mordax est. Simpliciter enim hoc conuertitur, & non
mutuo. Demonstratum autē in methodis logicis est, quæ ex mutuo veris conuertuntur orationes,
ipsas quoque veras esse: at quæ simpliciter conuertuntur, non perpetuo esse veras. Illas quidem
ἀντιστρέφοντασ vocant, has verò ἀναστρέφοντασ. Igitur si non ex necessitate verum est, si quid ad tuf-
sim impetum mouet, idem mordax esse, neq; sanè oleum proinde q̄ ad tussim impetum moueat,
mordax esse cōcludi poterit. Hoc enim dūtaxat pacto, nempè si in confesso esset, omne quod ad
tussim impetum moueat, itidem mordax esse, verè talem confici conclusionem inueniretur. Si ad
tussim impetum mouet oleum, vtiq; & mordax est: quò videlicet ad hanc sequatur orationem, fa-
cta tali assumptione, At qui ad tussim mouet impetum oleum: sequitur ergo iuxta primam oratio-
nem in demonstratam, mordax igitur oleum est. Verum enimvero nō hoc pacto colligendū illis
fuerat, q̄ si quid mordax esset, continuo & ad tussim moueret: sed q̄ sola mordacia ad tussim im-
petum prouocant: ita enim concluderetur, quicquid ad tussim moueret impetū, esse mordax. At
hoc ipsum, sola videlicet mordacia ad tussim impetū cieri videri, & alienè à sensu dicitur: (quippe
cū & pingua mouere ad tussim impetum appareāt:) & quod queritur, proptè assumptionem est
neq; ex sensu neq; ex demonstratione. Præterea hominum id est ignoratium, quæ nam sit ad tuf-
sim impetum mouendi affectio, quam fortassis ipsis exponere præstiterit.

Quomodo & per quæ ad tussim impetum cieri contingat.

C.A.P. 17.

Contingit autem ad tussim impetum cieri inæqualitate quadam in gutture præter naturam
proueniente: quippe cū spiritus per puram leuēq; ferri viam consuetus, si quando in emi-
nentia quadam impingat; tumultum quandam ac velut inæqualem concussionem in guttu-
re efficit,

re efficit, atque ita ad tussim animal prouocat: Nam ut alias quoque multas natura hominibus salutis gratia ingenitas indidit passiones, ad eundem modum & sternutationem, & tussim: Sternutationem quidem, ut ea quae in naribus infesta molestaque sunt, propelleret: Tussim vero, ut quae in gutture. Porro duplex ea affectio est, aut resiccata exasperata ue, quae in arteria est membrana: aut inaequali in ea corpore delato, siue id liquidum sit, siue solidum. Hinc seu panis micula, aut alterius cuiuspiam edulij nobis inuitis in spiritus meatum decidat, tussire adigimur: seu bibentibus affatim ipsius potus quippiam eod influat, similiter irritamur, atque ad tussim compellimur. Percolatur enim perpetuo per asperam arteriam in pulmonem ipsius potus tam exile quippiam, ut protinus ab instrumentis raptum per facile quocumque distribuatur, nec tamen uspiam acervatim in spiritus semita consistat, neque animal ad tussim irriter. At ubi vel id ipsum plusculum, vel aliud quodpiam seu liquidum, seu solidum corpus in aspera defertur arteria: iam inde tussire necesse est, donec a spiritus vehementia quod molestat propulsatum eiciatur. Proportionale quippiam huic accidit, ubi in membranam ipsam arteriae exasperatam spiritus impingit, nisi quod haec affectio alia a iam dicta est. Nunc enim ab arteriae membrana aufertur abraditurque quippiam: intus vero adharet aliquid in priore affectu. Porro utriusque communis est spiritalis vitae inaequalitas. De quibus fusius in causis symptomatum differuimus. Caeterum in praesentiarum cognouisse sufficit, quod mordacia gutturis exasperatione, oleosa vero & pinguis illitu inaequalitatem & ad tussim impetum efficiant. Quicquid enim extra naturam in arteriae incidit tunicam, tenaciterque illi inhaeret: tum organis ipsis, & qui per ea defertur, spiritui insolens est, tum animanti quoque molestum. Nec id nunc dico, quin plerumque ex oleis qualitate mordicantia sint. Nam & quae admittunt habent salem, & prorsus recentia sunt, ea omnino mordacia quoque sunt: non propria sua essentia, sed quoniam omnibus plantarum succis geminum insit excrementum: (quod ab hunc indicauit Theophrastus, & nos postea communistrabimus.) alterum crassius, ac velut terrestrius, alterum tenuius & velut aquosius. Sane & oleo ambo haec insunt, ad concoctionem & discretionem tempus postulantia. Porro tempore quidem alterum residet, alterum vero consumitur: ac primum quidem, quod videlicet & terrestre est & crassum, subsidit, amurca nuncupatum: alterum vero tenuius, sicut velut aquosius quodammodo & ipsum compositum est, ex aerea scilicet essentia, & tenui serosa.

Quot modis aqueum & tenue excrementum ab oleo separari queat.

CAP. 18.

Caeterum serosum istud rufi coloris est, a crasso illo terrestrique subsidente scilicet qualitate absterfa. At oleum ipsum tum minime mordax, tum candidum sua natura existit. Quapropter ubi tenue hoc excrementum separatim fuerit, candidius etiam dulciusque efficitur. Separatur vero multis modis. Aut enim in sole feruente lati oris vasculo olei pleno deposito, conchis in altum sublati subinde id cum strepitu desuper conturbant: aut calidos vasculis oleum continetibus cineres subijciunt, solaremque fieri possit maxime calorem imitati: maiorem enim idcirco vitant, quod ipsum in qualitate alteret, prompteque fumum excitet: aut nucleos oliuarum, aut frumentum circuncirca apponunt: aut medicamenta quaedam valis ipsis iniiciunt. In summa, quod aqueum est, exigunt atque consumunt, reliquum aut seruant. Itaque si tam dulce candidumque acceptum oleum, cuique nec ab initio sal inditum est, ipsum insuper, ut ante positum est, laues, id tibi medicamentorum omnium minime mordax erit. Ac nos quidem persaepe oleum eiusmodi bibendum non nullis exhibuimus, nosque ipsi experimenti gratia sumpsimus: prorsumque nullam intestinis mordacitatem attulit, gutturique minime ad tussim impetum commouit: cumque oculis esset infusum, sensum mouit exiguum, ipsa potius nouitate, atque insolentia, quam acrimonia molestum. Atque eiusmodi sane oleum, ad vnguem oleum existens, cuncta tum humectat, tum emollit, ubi nec summe (ut monuimus,) frigidum, nec calidum applicetur. Porro cuiusmodi sal est, non nulla quoque inest necessario mordacitas. Verum mirer sane, si quis tamen indat salis, ut oleosam pinguemque substantiam exuperet: utque Archidamum, si referat, qui ait cutem aduri ijs qui in oleo fricantur: quoniam quidem & id saepenumero factum vidi, cum aliorum non nullorum gratia, tum podagrae & arthritidis: fricant enim partes affectas trito in pauculo oleo sale multo, idque per intermissiones, haudquaquam in paroxysmis, tum ut superfluum omne excidat atque discutiant, tum ut partibus infirmis bonam comparent habitudinem ac robur. Atque in hoc quidem sal exuperat, in oleo vero superatur. Potiusque eorum quae in oleo rigata sunt, facienda comparatio est, quam quae in eo decocta, utpote qui hominem feruentem nequaquam oleo decocturi sumus, verum temperato vincturi. Praestat enim, id quod aliquoties supra monuimus, ipsum rei euentum sensu perceptibilem & exacte manifestum inspicere. Neque enim sane extrinsecus quaelitis opus exemplis est, in rebus nimirum quae tam clare cognosci possunt. Quin si quoniam forte obscurum sit quod quaeritur, adeo ut ex alijs sibi fidem poscat, neque illic sane remotissima dissimillimaque, propinquis praeteritis, accersenda sunt quaerendae facultatis testimonia. Sane euidentis luceque clarius omnibus hominibus est, quod frictio ex oleo magis quam sicca lassitudinem auferat, corporaque emollit, cohibens ocludensque quicquid est nobis foras effluere est natum, haudquaquam digerens & exiccans. Id ipsum & Diocles confessus est, ut qui oblinere poros oleum dixerit, quaque effluunt cohibere, tum coria emollire. Quod si rerum euidentia illi non sufficiebat, ac proinde extrinsecus adducere coniecturas potius illi visum est: ea quae in oleo frigido rigantur, memorare, non quae in feruenti decoquantur afferre debebat.

Quod

A Quod perperam Archidamus inaequalem ex oleo frictionem asseruit. CAP. 19.
Quemadmodum in talibus rerum transgressus est euidentiam, ita illic quoque, dum ait inaequalem esse ex oleo frictionem, manibus videlicet lubricis labentibus. Nam contrarium oes manifesto percipimus, nimirum cum quae ex oleo fit frictio, aequalis existat: inaequalis vero, sicca. Cutem enim in frictionibus siccis manus coadducunt, ac velut duplant, violenterque ac praeter naturam complicant. Dein ubi non amplius prior velut duplatio labetes sequi manus potest: ipsa quidem recurrit, atque ad continuum reuollitur: manus vero semel ac vno impetu in alteram cutis partem transeunt, inferiorē transgressae duplationis partem. Ac proinde inaequalem, duram, laboriosam talem sentimus frictionem: duram quidem, quoniam cutis violenter & tenditur, & concutitur: eisdem de causis & laboriosam: porro inaequalem, quoniam quidem non in oes cutis partes fricantes incidunt manus, verum infernam duplationis partem perpetuo transiliunt: id quod fit tum ob naturales cutis asperitates, idque potissimum in natu grandioribus, tum quod laxa est cum alijs parte omnibus cutis, tum gracilibus maxime & senibus. Quippe si leuis aequabiliter tota, et tesa exacte cutis foret: haud facile plicari posset, nec inaequales in se manuum efficere decursus: verum facile reor antorsum percurrerent, a primis ad reliqua propte delabentes: nimirum cum nullam secum cutis partem ducerent. Atqui cum laxa sit & aspera, externo quoque medicamento indiget, quod & rugas eius impleat, & fricantibus manibus lubricitatem praebet: quas ad res oleo nihil aptius inuenias. Mirerisque profecto Archidamum, qui nec rei sit reueritus euidentiam, nec quae eius sit causa inuenierit, sed in utrisque pronunciarit contraria: quippe cum inaequalis sicca appareat frictio, aequalis vero quae administratur cum oleo: nec minime ea testimonio suo adstruit ratio, quae causam exponit.

Redarguit prauam medicamentorum facultates inueniendi rationem.

CAP. 20.

Verum de Archidamo & Diocle fatis in praesentia. Volo enim (quoniam quidem semel aggressus sum prauam facultatis inueniendae viam ostendere, oleo pro exemplo visum,) oem celerrime orationem absolueret. Igitur cum veteres philosophi calidum esse oleum asseuerant, non paruo (ut putant,) argumento, quod celeriter scilicet in flammam vertatur: contradicentes quidam id illi accidere aiunt, quoniam tenue est, & aereum: caeterum frigiditatem eius inde adeo monstrari, quod hyeme oxyssime concrescar: nec enim vino solui acetoque, sed et aqua ipsa promptius a frigore deuinci. Ad ea rursus obijciunt alij, quod aereum quidem sit non negant, idque ex leuitate perspicuo apparere dicunt: non tamen frigidum esse fatentur: quippe cum aer omnis sit natura calidus, uti generatio quoque eius indicio est: nimirum cum extenuata solutaque calore aqua aer efficiatur. Constatque iam inde maximam eos ingredi quaeestionem clarissimis philosophis dubitatum. Siquidem Aristoteles, quique eum sectantur, calidum esse aera existimant, at Stoici frigidum. Porro ad celerrime olei congelationem, quod visum est illis qui frigidum ipsum asserunt: hi qui calidum contra contendunt, non tam valide concrescere ut aquam, contra opponunt: neque enim congelationem in eo esse aiunt, si quis recte expendat: sed velut consistentiam & incrassationem, quia videlicet crassum est & viscosum, non quia frigidum. Itaque rursus utriusque in ambiguum oratio perducitur. Illis quidem ex eo, quod celerius a frigore vincatur oleum, & quae aqua: his vero ex eo, quod aqua oleo plus congeletur, contraria adstruuntur. Ad hoc itaque, quod de his addubitent, neque quod aereum sit, omnibus confessum est. Etenim leuitas quidem, inquitur, huius indicium foret: at crassities non paruam adfert coniecturam ipsum esse terreum. Porro quidam ambo componentes, aereum simul & terrosus constituant. Sunt qui hos deridetes, id quod cum primis oleo inest, nepe humiditatem, adimere perfecte ipsos oratione dicant. Ad haec non nulli ex eo, quod viscosum sit, frigidum esse contendunt, alij vero calidum, non nulli siccum, postremo quidam etiam humidum. Etenim nisi contractae compactaeque partes eius forent, & inuicem exacte adhererent, viscosum haud foret: atqui illos oes frigiditatis esse effectus. Nam fundere, extenuare, soluere, partes a se inuicem separare, eam vero esse calidi naturam. At alij contra viscosum nihil fieri pronunciant citra calidi victoriam, veluti in succorum omnium patet decoctione, tum eorum qui ex herbis exprimuntur, tum qui ex fructibus: quippe qui cum aquei principio sint, ac consistentia tenui liquidaque, ubi decocti fuerint, crassi viscosique euadant. Quin & ex particularibus utriusque exemplis contraria probabiliter adstruunt: alij viscum, mel, picem liquidam, resinam, & alia id genus quae in professo & viscosa sunt & calida, proponentes: alij cicutaem, psyllij, atriplicis, blitijque succum memorantes, & ad haec veluti colophonem quendam orationi pituita proferentes: liquido enim ipsis ea & viscosa esse & frigida videtur. Quin & ex eo quod quibus venae sectione sanguis detrahitur, oleum instillatum fluidum reddat sanguinem, utrosque contraria adstruere videre est. Alij, n. tanquam calore fundens, alij vero tanquam frigore lubricitatem praebens, non secus ac glaciem fluxibilitatem ipsum facere asserunt. Atque inde alio verbi, de lubricorum omnium natura disceptant, ad extremam usque garrulitatem orationem promouentes. Porro horum errorem condemnantes quidam, ut ipsi aiunt, pinguitudinem proponunt, quae proxime ad olei naturam accedit, & euidenter deprehendi potest cuius sit temperamenti: quippe quae in nobismetipsis consistat, nec fallere nos queat. Nam in sanis, inquitur, & bene curatis corporibus multa prouenit pinguitudo, quae non infans quidem frigida dixerit: talia, n. fieri robusta natura, quae oes naturales philosophi calidam esse rem consentunt. Sed his ediuerso quidam in frigidis temperaturis pinguitudinem prouenire aiunt: velut foeminae indicant, quique ociosam vitam transigunt.

figunt. Iam verò et inter gentes ubi frigus quidem superat, pingues, ubi verò calor, graciles prouentire homines asserunt: proferuntque exempla, Celtas, Thraces, Bithinos, Ponticos, Galatas, sicut frigidæ regionis incolas ita quoque in vniuersum pingues: Arabes verò, Libyos, Egyptios, Æthiopes, quiq; terram inhabitant calidam, graciles & aridos omnes. Non nulli verò citra particularia exempla vniuersali inter sese ratione contendunt, partim pinguem in nobis succum prouentire non posse, nisi probe à natura cibi conficiantur, asserentes, partim in cibis quidem contineri confitentes, à nostro tamen calore consumi, velut à flamma oleum: qui ubi infirmior est redditus, in corpore aceruari. Sunt qui animantia quoque in medium afferant, vt quæ natura frigidiora sunt, pinguiora omnia reperiantur, vt vrsi, oues, iues: quæ calidiora, itidem & sicciora, gracilioraq; & pinguitudine vacantia, vt leones, pardales, canes. Præterea inde adeo, qd madefactæ oleo apes, muscæ, vespe, formicæq; intereant: alij quidem calidum, alij frigidum comprobare ipsum tētant: ac rursum alij humidum, atq; alij siccum. Etenim cum iam dicta animantes exangues sint, ac proinde frigidæ: quidam eas celeriter refrigerari aiunt, atq; ita mortificantes contra dū exalciunt, haud posse in contrarium mutationem perferre. Quin & qd immoderate exiccantur, alij: quippe cū natura iam antea exiccata sint, immoderationis ratione offendi: alij verò qd humectentur, idq; naturæ contrarietate. Atq; qd infectis animantibus contraria inuicem colligant, mirum fortassis videri non debet: sed qd ex ijs quæ nobismetipsis accidunt, in vtraque partem differunt, id verò admiratione dignū est. Quippe alij plus, alij minus sudare nos inuicunt, si quis in balneo vngatur. Nec tñ ij qui plus asserunt, de facultate eius vniuersali inter sese conueniunt, neq; ij qui minus: verum ex ijs qui plus nos sudare asserunt, quidam calori acceptum referunt, quidam verò viscositati: priores quidem calidum sudores prouocare natum dicentes, viscosum vero alteri. Quippe venadi & aceruandi eorum quæ hæcenus celeriter defluebant, proindeq; sensum fallabant, facultatē obtinens manifestā ita sudorum copiā efficere. Porro qui minus sudare volūt eos, qui aut in balneis, aut exercitijs vnguntur, alij quidem illinendi facultatē, alij vero refrigerandi vim illi attribuunt. Quinetiam ex apparentibus alij resiccare, alij humectare ipsum dicunt: humectare quidē, quotquot plus sudare inunctos censent: resiccare vero, alij. Quinimo & qd à frigore tueatur inunctos, alij quidē crassitudine viscositateq; instar vestimenti ac munimenti frigus arcere: alij verò per calorem naturalē contacta exalfacere referunt. Porro et ex eo qd quæ in libris atramento conscripta sunt, nihil vitiet aut deleat, haud aliter qd arena cinisq; cum reliqua liquida omnia deleat: quidam siccam, & velut exuccam eius naturā adstruunt: quidam verò partium crassiorū, ac minus elaboratarum. Sic & qd alijs nō cōmiscetur, hoc alij quidem leuitati, partiumq; tenuitati: alij verò crassitudini viscositateq; adscribunt, cum succis sui similibus miscetur, vt maluæ decocto. Eadē asserunt & de hoc qd terra non probe oleo irrigetur, tamen alijs liquoribus madefcat, vt vino, aqua, aceto. Ac non nulli quidē hic essentia caulantur siccitatem: alij tenuitatem: sunt qui crassitudinē. Etenim qui tenuitatem pro causa asserunt, intactos transire meatus aiunt: at qui crassitudinē, omnino ne ingredi quidem illos asserunt. Neutros verò arguere queas, cum vtraq; de causa quedam ne propinquis commisceantur, prohiberi possint. Si quidem physicorum nō nullis meatum cōmoderatio, mistionis esse causa videtur. Atq; ego nunc sanē illa, in summa tantum relatis solis ratiocinationum occasionibus cōmemoro. Quod si quis singillatim vnum quodq; extēdere velit, atq; hinc inde in vtraque partem differere: nō vnum ille volumen, sed et complura meo iudicio explebit. Licet enim vel iam nunc prospicere, qd non longus solum orationis hic euasurus sit error, (nec enim tolerari possit,) verū qd summam etiam interim attinget physiologiam, sic vt diiudicari non nunq; nequiret. Porro si cui constaret omnino inutilem esse medicis, longe et magis eam rationum viam arbitror effugeret. Non enim absolute an calidum, frigidum, humidum, siccum vè vnum quodq; medicamentorū sit, inquirimus, neq; an formicas, apes, vespas, aut aliud animalū humectare valeat, aut resiccare, calfacere, aut frigefacere: sed quō ad corpus se habeat humanum. H

Cum liceat igitur in hominibus experimentum capere: non recte ad alia vertuntur.

Quæ sit recta experientia olei facultatis ratio.

CAP. 21.

AT recta experientia ratio, in primis quidem ea est, quæ in corporibus habetur temperatis, deinde ea quæ in intemperatis, mox, vt sæpenumero antea monuimus, quæ in calidis, frigidis, humidis, ac siccis morbis. Vbi animū aduertere iussimus, vt quod per sese quid ageret, ab eo quod ex accidenti distingueretur. Id quod futurum est primum quidem, si fieri potest simplicibus affectibus admoueas: deinde si an protinus ab initio quod sensu possit percipi, suam vim exerat, consideres, an post temporis aliquantum, aut deniq; ubi ablatum fuerit, velut aqua frigida, qd caloris efficit repercussum: ad hæc alienæ qualitatis misturæ expers vt sit, danda quæ maxime opa est. Quomodo ergo oleum quis tale efficiat, supra positum est: verum quomodo simplici morbo applicari queat, nunc dicemus id modo prius commemorantes, qd in morborum differentijs ostensum est, corpora quædam ad calidius versa videri citra aut malū succum, aut pectoris visceris vè inflammationem, velut in ingentibus exustionibus euenire assolet. Quædam verò ad frigidius vt in vocatis iam passim consueo nomine perfrictionibus (ψυγμοῖς Græci vocant.) In talibus vtrique affectionibus si oleum adhibeas, manifesto comperies, refrigerare nos an calfacere sit natū.

Sed

* Quævis in alijs qd græcis codicibus legitur ωδύροποι. i. magis æstuant, in multis tamen alijs legitur ἀσπιδόροποι. i. salidiores: & inferius et hic sensus hinc: cui est lectio nisi astipulaturus traslatio.

* A. Nicomedia.

* ἀσπιδόροποι.

A Sed illud tamen constat, vt omni prorsum aliena vacet qualitate vehementi. Id enim perpetuo in omni medicamento memoria tenere oportet. Atq; hæc quidem summa est rationis. At opus ipsum, quod perficitur, experientia communistrat. Nam qui ardore tenentur, tantum abest vt à calore liberentur, vt etiam magis exæstuent, & procedente tempore calidiores euadant. At argentibus, ex olei inunctione perspicua nulla aut noxa, aut utilitas affertur. Ex quo liquet, vt calfacere sit natum, certè non admodum id posse nec euidenter, sicuti resina, pix, bitumen. Inaudienda est nunc pix non sicca, itidem nec resina, nec bitumen siccum: nec enim ipsis inungi quis possit: neq; item quæ solliquitur: Quippe hæc nec simplicia, nec sponte nata sunt medicamenta: verū resina, quæ Græce ἀσπιδόροποι à spontaneo fluxu dicitur, quam in Laconia & Cilicia optimam prouenire nouimus, aut terebinthina, aut lentiscina, quæ liquida etiamnum ac recens sit, aut ex pinea, quæ in scitilibus supernè olei ritu innatat: pix autē liquida, aut potius quod oleosum in ea supernè fluitat, qd vtrique πύσσωλον, hoc est, picis florē nuncupant: est enim reuera tãquam picis flos: sic bitumen adhuc liquidum, quod ex Mædea importatur: omnia enim hæc pinguia sunt, plurimumq; oleose naturæ possident: veluti myrrha stacte, & picinum, iuniperinum, cedrinum, laurinumq; oleum, & alia eiusmodi clarissime refrigeratos recalfaciunt, exæstuentes verò summè excruciant. Atque hæc quidem vtrisque exalfacere confellum est: at oleum neutris admodum, neq; refrigeratos scilicet exalfacere, nec exalfactos offendere: non tamen obscure ijs qui ex ardore febricitant, fastidij cuiusdam causa est, caloremq; augere apparet, quemadmodū in exquisitis erysipelatis, quippe quæ biliosæ sunt fluxiones: manifestò enim in his calorem adauget, etiam si applicetur vel frigidissimum. Etenim in ardoribus si salis sit expers, & alioqui etiam candidum, non nullum sanè solatium, si modo frigidum perfundatur, affert. In erysipelatis autem, quantumuis sit frigidum, nihil iuuerit: ceterum lædere omnes quæ ex pura bile sunt fluxiones, vel maxime est natum: at quæ ex sanguine illi permisto constant, has quidem minus, non tamen vulgariter. Porro istis etiā minus, sed tamen perspicuo affligit inflammationes etiamnum feruentes. Ex quibus omnibus coniecturam ducenti visum est tandem calorem parem eis, quibus applicatur, accendere. Apparet enim corporibus mediocriter calidis admotum moderate illa exalfacere: quæ verò validè, validè accendere calorem.

Quod oleum ex eorum sit numero, quæ ex aquo nos exalfaciunt.

CAP. 22.

D Ictum est igitur in tertio de Temperamentis, veniatq; nunc iterum dicendum, qd vniuersumq; medicamentorum quæ corpori applicantur, quæ quidem calida esse facultatibus diximus, caloris sui principium à nobis accipiēs partim similiter nos recalfacit, partim valentius. Atque ex ijs quæ nos æqualiter recalfaciunt, oleum mihi esse visum est particulares eius vires insipienter: comperi enim perpetuo calorem efficere tepidum in ijs quæ mediocriter essent calida, feruentē in feruentibus: proindeq; mihi est visum neq; conuulsiones, neq; tremores, neq; sensum tum difficilem, tum deperditum magnopere aut iuuare, aut lædere. Quippe iuuare nequibat, cum valenter exalfacere non posset: nec lædere item valebat, cum omnino non refrigeraret. At vbi adicitū comparasset calorem vehementem, multum prodesse: nēpè ubi in alueolos olei calidi, in quo radices quædam aut herbæ exalfaciendi facultate pollentes incoctæ erant, ita affectos demissimus. Vnde merito velut materia quedam ceterorum fuerit medicaminū. Nam si frigida illi commisceas, frigidum efficietur quod multum erit: si calida, calidum, Quod enim ex media temperie est, vtrisque summis inferuit, vt potè quod si calido cōmiscetur, id quod ex ambobus mistum erit, frigidum efficere non valeat, nēpè cū ipsum non sit frigidum: neq; si frigidum, calidum: quippe cū ipsum non sit calidum. Itaq; non immeritò alij calfacere ipsum aiunt, alij verò negant. Calfacere enim videatur, cū ad parem calfacienti corpori calorem peruenit: hæc enim ratione recalfacere rursus potest. Quod verò quam acceperat augere caliditatem nō potest, haudquaquam calfacere videatur: quippe cū non quam acceperit, seruare, sed augere, calfacientis sit opus.

Quæ nam sint principia tantæ de medicamentorum facultatibus ambiguitatis.

CAP. 23.

E Iusmodi porro ambiguitatum tria sunt principia. Quod non distinxerint genera eorum quæ nos exalfacere dicuntur, & quod homonymijs siue æquiocationibus vrantur confuse, & quod nihil relinquant medium. Itaque calfacere nos dicuntur, & quæ energia siue actus sunt calida, vt ignis, & quæ potestate. Tum quæ potestate sunt calida, partim alimenta sunt, partim medicamenta, partim tegumenta. Porro calidum quoque ipsum & quod actu tale est, ita nominare consueuimus, & quod potestate, velut subinde antè monuimus. Sed & calidum actu est & quod simpliciter est calidum, vt ignis: & quod per exuperantiam, vt animal: & quod ad sui generis symmetricum comparatur: & quod ad quiduis obuium. At quod potestate dicitur, primum quidem distinguitur contra id quod est ex accidenti: deinde totidem habet significationum differentias, quot actu calidum. Etenim cū sit velut apta quedam materia ei quod est actu calidum, partim ad ea quæ absolute calida nuncupantur, partim ad ea quæ per excellentiam quandam, tñ ad quiddam sui generis, aut speciei, denique & ad obuium quiduis collatum: propria vtique fuerit materia. Quocirca cū ea consideremus calida, quæ referuntur ad hominem, vt alia prorsum omittantur, æquū existimamus. In istis ergo omnibus peccare solent qui de medicaminum viribus

* A. plenitudinem.

bus

bus considerant: & præterea quæ mediocritates tum in naturalibus nostris temperaturis, (vt in ope E de Temperaturis ostendimus.) tum in medicamentis expendendis prætereant. Siquidem tanquam necessarium id cuius penditur facultas, medicamentum aut calidum, aut frigidum, aut humidum, aut siccum esse debeat, ita verba ipsi faciunt: ac si non fieri posset, vt in calfacientium nos ac refrigerantium medio quiddam consistat, atque aliud rursus inter exiccantia & humectantia. Adeo inuenire est quosdam stupidos, vt ne vbi audierint quidem veritatem, assequi possint. Itaque quosdam etiam noui, qui contra contendere adstruereque conantur nihil temperamento esse medium.

Quod compluribus nos modis calfacere oleum appareat, nempe vt alimentum, vt medicamentum, vt tegumentum: & quod ex calfacientium nos ac refrigerantium medium quodammodo obtineat.

C.A.P. 24.

Verum hos in libris de Temperamentis iustis confutauimus rationibus, nihil fecimus idem in sequentibus facturi. Huic autem libro finem iam imponere studēs, ad oleum reuertor. Accidit enim illi vt fortassis tanquam alimentum nos ex calfaciat, vbi scilicet intro in corpus affumitur: probatis enim quibusdam tum medicis, tum philosophis, sicut ex cibis, ita ex oleo corpori fieri appositionem visum est. Accidit verò illi vt tanquam medicamentum sit nos calfacientium & refrigerantium, tum etiam velut tegmen nos ex calfaciat: naturaque eius vel maxime propria esse imago videtur eiusmodi. Nam quemadmodum vestimenta à nobis ipsis ex calfacta, rursus nos recalcificare consueuerunt, ita & oleum. Sed quemadmodum illa ex calfaciente corpore calidiora non euadunt, ita quoque nec oleum. Rectè autem perpendas rem totam, non ad præsens modo, sed & ad futura omnia vtilem, si aeris nos ambientis memineris: qui interim eo qui in nobis est calore vsque adeo redditur frigidior, vt munimentis quibusdam aduersus eum tegminibusque sit opus: interdum verò vsque adeo rursus calidior euadit, vt ferre nequeas, fugiasque sub lectum aliquod vel vmbra: est autem etiam quoniam tanta est moderatio præditus, vt neque tepefacientia, neque refrigerantia exposcas, sed citra omnem molestiam sensumque in eo verseris. Tertiam hanc temperiem quam modo dicebam, symmetram moderatamque, atque aliarum mediam esse statuo: ac corpus nostrum neque ex calfacere, neque refrigerare: cum aliarum duarum altera nos ex calfaciat, altera verò refrigeret. Similemque esse dico mediam aeris nos ambientis temperaturæ, tum qui à vestimentis, tum qui ab oleo prouenit, calorem. Porro si ne sic quidem etiam clarum euasit quod indicare volo, at illo saltem modo apertius opinor intelliges. Duos mihi animo intelligito homines corpore similiter temperatos, mutuo sese contingentes vel pectore & ventre solo, vel manibus & cruribus. Quod si eandem duobus istis hominibus nactus sit temperiem aer illos ambiens, vt in tribus istis corporibus par insit calor, neuter ab altero tunc ex calfaciendi dici queat. Nam quæ similia vndiqueque corpora sunt, à sese mutuo nullam accipiunt mutationem. At si frigidus sit ambiens mutuo se calfacere istos homines dicentur, tamen si haudquaquam ex calfaciant, sed frigus modo arceant. Vulgò itaque assueti abuti vocibus, id quod frigus arceat, ex calfacere aiunt: haud sanè rectè. Atqui permittendum ipsis est, vt prout velint appellent: cæterum per calfaciendi verbum in vtraque dictione idem significari, id verò neutriquam concedendum: haud enim idem est, an ex se quid cupiam calorem præbeat, an frigus prohibeat. Quibus sic se habentibus, quæcumque foris nobis iniecta eandem corpori caliditatem obtinent, siue à sese ipsis, siue ab alijs, siue à nobismet ipsis eadem nata fuerint, exacta loquendi ratione neque calfacere, neque refrigerare dicendum. At sicuti abuti libeat, non repugnandum: modo in dictione significationum differentiam commemoret. Siquidem alio quodam modo calfacere nos dicitur aer calidus, atque alio modo qui sit moderatus. Respondet autem proportione aer calidior pyrethrum, napy, piper: moderato autem pinguitudo, & oleum: actu enim aeres sunt calidi, potentia verò medicina. Aera enim calidum haud ipsi efficimus, sed quoniam in eo versando talem ipsum experimur, ita nuncupamus. At medicamenta, sicuti in tertio de Temperamentis demonstratum est, principium ex calfactionis à nobis accipientia, partim æque nos recalcificare sunt nata, partim plus, partim minus. Ex genere autem eorum quæ æque nos recalcificant, oleum est: Cui eadem quoque à viscositate, ac quæ difficulter item defluat, tum quæ meatus infarciat, obstruatque, duplici ratione vt augere caliditatem videatur euenit: tum inde adeo quæ instar vestimenti aut munimenti illinatur: tum quæ meatus infarciat, prohibeatque foras effluere magnam vaporosi intus caloris partem. Eadem ratione nec vt resiccantur corpora nostra permittit, nisi sanè applicetur calidum, idque plusculo tempore. Has itaque vires eius cum homines omnes experientia compertas habeant, quos largius sudare volunt, siue à balneo, siue balnei expertes: istis non protinus ab initio oleum admouent: verum in istis qui morbo laborarunt, vbi sudare inceperint, tunc ex calfactum perfundunt. In istis verò qui etiamnum laborant, vbi abundè iam satis sudarint. Porro in sanis, siquidem ex longo itinere, aut exercitatione, aliove quouis pacto corpus ipsis exhaustum est, eis inungi & ante sudorem permittunt: verum quibus cruditas est, aut corpus habent plenum, quod *πληροῦς* vocant, his neque in balneo inungi concedunt.

Quod medium sit oleum inter humectantia nos & exiccantia.

C.A.P. 25.

Atque hic quoque mihi videtur oleum esse medium inter humectantia nos & resiccantia, velut inter ex calfacientia & refrigerantia medium consistere supra demonstrauimus: humectat

A humectat enim aqua, exiccatur verò tum laurinum, tum cedrinum oleum. At quod simpliciter sic admouetur, citra vllam videlicet ex arte conciliatam à nobis aut caliditatem aut frigiditatem, (huius enim vsque meminisse oportet,) talem seruat nostram temperiem, qualem scilicet accepit: quæ fieri possit maxime vaporosas omnes corporis expirationes prohibens. Porro si plusculum membra frices oleo, calorem ex frictione adscitium comparabis. Atque hac interim ratione lassos non parum iuuabis: partim quæ in minutos corporis meatus pingue ingrediatur, & quæ indurata sunt emolliat: partim quæ humiditatem acriter ac subtilem, quæ in lassitudine ex colliuatione proueniens sub cute latebat, per halitum caliditate digerat. Conspiciuntur enim exercitibus tum foras effluere sudores, tum intus in ventrem non pauca defluere excrementa, quæ velut liquamina sunt. Ex hisce autem colligendum est complura toto in corpore eiusmodi relinqui, quæ euacuationem deposcunt. Quippe duplex in lassitudinibus affectio nascitur, sicut alibi ostendimus. Nam similes quidem animantis partes resiccantur, humectantur verò vacua spatiola non vtili & naturali humore, (nam sic foret plethora, siue repletio,) sed tenui & acri mordacique: proindeque remedijs indiget duplicibus, tum istis quæ siccitatem corporis irrigent, tum istis quæ humorem acrem euacuent. Itaque ad hæc aptissima sunt dulcium aquarum lauacra, nimirum quæ humiditate sua instrumentorum corrigant siccitatem, & caliditate tenuem atque acrem humorem elicant. At si corporibus inhærere posset aqua, nec facile deflueret, ipsa quidem per se sufficeret. Atqui cum ea quæ foris circumfunditur, facile defluat: & quæ in poros ingressa corporis, nullam habens ansam prompte effluat, in hoc sanè ipsum vtiliter miscetur oleum: maximeque iuuat, si ex vtroque quis diutius fricetur, id quod veteres Græci *χρυσολοῦσαι* nominabant: cui oppositum imposuerunt vocabulum *ξηραλαφῆν*, quod est sicca vti frictione. Est sanè & hoc quoque quodammodo lassitudinem sanare potens, sed multum relinquitur ab eo quod *χρυσολοῦσαι* nuncupant. Nam vt reliqua taceam, vbi cum oleo aqua contuditur teriturque, haud facile solubili misctione coit, vt quibus ita corporibus in iugatur oleum, necesse sit & plusculum inhærere aquam. Quare hic item velut materia est quædam oleum humectantium exiccantiumque, sicut antè ostensum est ex calfacientium & refrigerantium. Quippe quod si exiccanti commisceas, totum effeceris exiccans: in humectanti, & ipsum humectans reddideris. Sæpeque quod ex ambobus constat, maiorem adipiscitur humectandi facultatem, quæ id quod primario est humectans: quod in aqua accidit. Nam ea primario madefacit: Verum cum haud ita diu inhæreat, nec actionem obtineat diutinam, leuiter vtiq; prodest. Cum ergo illic velut vinculum fiat oleum, cogatque plurimum quibus auxilio eius opus est, inhærere, longè omnium optimum redditur remedium exiccatis squallidisque corporibus. Sed si exiccans oleo medicamentum commisceas, puta chalcitum, pyrethrum, gallam, struthionem: sicca erit quod ex vtroque commistum fuerit. Itaque cum omnibus quæ sibi commiscetur, subserviat oleum, recta ratione velut omnium existit materia: tamen vtiq; necessario propriam eorum actionem retundit quidem ac minuit, non tamen vtilitatem: imo est vbi eam quoque adaugeat. Haud est enim idem (quod forte quis autemet,) actionem augere cuiuspiam, & vtilitatem: quippe cum actio secundum propriam cuiusque facultatem, vtilitas vero nonnunquam ex accidenti agat. Diferemus autem postea vberius de vtilitate quæ per accidens euenit: & nunc quoque haec de ea dicitur, quatenus in presenti est commodum. Quippe cõtusa cum oleo aqua, quod hydrelæum vocant, magis auxilio est lassitudinibus, quæ si esset sola: non quidem quæ suæ vires intendatur, sed quæ quibus opus est, diutius inhæreat.

Quod materia rationem obtinet, in mistis mediam tenere temperiem debere, alioquin enim futurum, vt mistorum sibi aduersetur actioni.

C.A.P. 26.

* At rerum.

Quod autem nisi mediam habeat temperiem id, quod ea, quæ primario quibus opus est, auxiliatur, velut, deinceps, sæpenumero ipsorum repugnabit actionibus, ex ipsa medicaminum natura generatim addiscere liceat, speciatim autem ex medicamentorum historia. Generatim quidem, quoniam id quod miscetur, si in contrarium retrahat, admisti sibi facultatem medicamenti vincere interim poterit, & in aliam planè speciem, quod ex ambobus miscetur, transferre. Siquidem quod materię rationem in mistura præstabit, nullam insignem neque speciem, neque facultatem exerat oportet. In particularibus verò experiundis hoc maxime pacto addices, non debere id quod materię rationem obtinebit, aut ex calfacere, aut frige facere, aut humectare, aut resiccare: si primum quidem in memoriam reuocet quæ supra de resina, & pice liquida, myrrha, bitumine, tum cedrino, & laurino, cæterisque quæ ex calfaciunt, commemorauimus. Hæc enim omnia in aqua trita ad modum olei calfaciunt magis, quæ refrigerant, desiccant plus, quæ humectant: quam ob rem lassitudinis sensus non admodum solvere valent: Haud enim eandem cum aqua vim obtinent, quod si auxilio magis sint, quæ aduersentur: Neque mediã inter extrema naturam sortita sunt, vt videlicet tanquam materia quædam inseruiant primario agentis: desiccant enim & ex calfaciunt potius, non humectant ac refrigerant, velut aqua. Si verò ex calfacientium admodum resiccantiumque cupiam aquam commisceas: non modo nihil eorum quæ agere nata est, fieri videbis, sed prorsum obcuratam, tanquam omnino admista non esset. Siquidem chalcitis, sandarache, misy, cæteraque, quæ nos vehementer tunc ex calfaciunt, tum resiccant, validas etiamnum suas vires etiam aquæ permista obtinent. Omnino ergo constat mediam obtinere temperaturam debere, quod vtriusque extremis tanquam materia

ria inseruiet: quem in ordinē oleum si statuas, nihil vtiq; peccaueris: quippe cū omnia singillatim opera tibi consentiant. Et accusabis prolixitatis nō nos vtiq; sed qui recta via preterita prauā prolixamq; sectantur: quorū sanè causa hunc nos sermonem extēdere sumus coacti. Ipsa enim veritas celerrimā inuentionem obtinet, vt quæ ab euidenter apparētibus exoriatur. Haudquaquam tñ eō vsq; orationem prolongauī, quousq; licuerat omnia, quæ prauè ab ipsis prodita erant, scripturū, causasq; errorū edocturū pollicito. Sanè causas dixisse necesse fortassis fuerit, nempe quō qui ex ipsis proueniunt, paralogismos in tota particula iū medicamentorū iudicādi rōne cauere possis, verāq; doctrinam cū maiori scientia percipere. Crescit enim nobis de rebus fides, vbi non solū ipsam veritatem cognorimus, sed etiam paralogismorum omnium causas edidicerimus, quod sanè in sequentibus efficiemus.

De rosaceo.

CAP. 27.

Nunc autem vbi pauca de rosaceo ad ea, quæ ab initio sunt dicta adiecerimus, orationem hoc in loco sistemus. Igitur dictum est, quod neque odoribus neq; coloribus, neque alijs omnino accidentium animum adhibere in expendendis facultatibus rationabile sit, sed ijs quæ perspicuo apparent tum in sanis corporibus tum in ægris. Ostensum etiam est, oleum vbi salis expers purumq; ad vnguem fuerit, ex media esse materia. Conficiendum itaque rosaceum, quod exactum simul ac simplex, req; vera rosaceum erit, ex hoc videlicet oleo, dādaq; opera, ne quid in se medicaminosius contineat, vti apparere solent vnguentarij, quō videlicet tū magis duret, tū odoratius euadat, oleū videlicet prius q̄ rosas iniiciant, odoramentis p̄condiētes. Ac præsterit fortassis ipsis etiā nominibus ea distinguere, quod veteres fecisse constat. Oleum etenim rosaceum nominare adsolent, quod absq; odoramentis præparatum est: cui autē & horum aliquid inditum fuerit non id ēt oleum, sed vnguentum cognominant. Itaq; cū oleum velut materia quædā sit ex calcifiantium refrigerantiumq; medicaminū, ex media videlicet temperatura, constetq; ex oleo & rosas rosaceū: est vtiq; & ipsum talis temperatū, qualis est rosarum succus. Sanè vero facillimum fuerit, non modo rosarum succi per se, sed oleo quoq; rosaceo confectio, in sanis pariter atq; egrotis (vt iam frequenter monuimus,) virium eius periculū facere. Experieris ergo eos q̄ adustione tentatur, ab eo refrigerari, protinusq; vtilitatē aliquam percipere: qui verō refrigerati sunt, oēs euidenter lædi: vti facile ex vtroq; intelligas, vires eius refrigerare magis q̄ ex calcifacere. Non tñ valida à rosaceo apparebit refrigeratio, sed quæ proxima videatur temperie medicæ. Voco autē id genus medicamenta, lucidioris doctrinæ gratia, ex prima natura ordineq; refrigerantium: sicut rursum quæ paululum à media temperie ad calidiorem declinarūt, ex primo recessu & ordine ex calcifiantium. Atq; hæc quidem in præsentiarū de rosaceo nouisse oportet. Necesse enim erit & in sequenti libro ipsius medicamenti meminisse, & q̄ reliqua sunt, dictis adijcere.

GAL. DE SIMPLICIUM MEDICAMENTORVM

FACULTATIBVS LIBER TERTIVS.

ARGVMENTVM LIBRI.

Questiones logicas de actione medicamentorum simplicium absoluit, quæ quasi elementa sunt totius tractationis de ipsorum facultate.

Quæ causa prolixitatis horum librorum, quid prioribus actum sit, quid hoc agendum.

CAP. I.



Quod equidē nihil, nisi quod vtile curādis morbis foret, hoc tractatu describere de creuerim, prio potissimūq; Deos huius rei testes habeo, deinde & amicos meos, qui me, tū vt hoc opus aggrederer, tū vt quæ ab alijs perperam de medicamentorū facultatibus sunt prodita, quoad liceat cōmemorarem, assiduè hortari nō desiterunt. At si quis erit qui oratiōis nimia gratetur prolixitate: nō id mihi iure imputauerit, sed ijs medicis qui probabilia quidē at nō vera scripserunt. Nā & ego nūc qdē etiā magnopere vereor, ne qa nimis paucis illos cōfutauius, sophismata q̄dam cōuersantes cū illis adolescentulos à recta opinione deiciant: qñ quidem si in dialecticis methodis exercitati, aut captionum soluendarum periti ad libros legendos accederent, tum sanè & ab ijs qui falsis demonstrationibus vruntur, magis sibi cauerent: & nos qui veritatem compēdio tradimus, rectius intelligerent. Qm̄ verō vel ipsorum medicorum pleriq; nequaquā in istis sunt exercitati, tum inter illos quoq; non nulli reperuntur ingenio natura tardiusculo: ij nisi nostris suppetijs, qui sophismata arguimus, iuuentur, non ægre persuasi in sophistarum sententiam pducentur. Itaq; quod ad istos attinet, deesse huic etiā operi quippiam videatur. Verumenimvero quando

A quando ad omnes mihi orationem accommodare non licet, cum tanta sit eorum qui hæc legent, non modo naturarum, sed etiam ætatis & habituum diuersitas: quod vtiq; visum est fore maximæ parti vtilissimum orationis genus, id superioribus duobus commētarijs secuti sumus. In quorum priore quidem de aquæ aceti q; viribus contemplati sumus. In secundo maximam partem de oleo peregrinus, pauculis postea de rosaceo adiectis. At in hoc tertio libro eiusmodi vtemur oratione, qualem ab initio protinus habere institueramus, idq; definitis primum vocis cuiusq; significatis. Deinde tractatus huius velut elemēta tradituri, mox ad syllabas accedemus: ex quibus operis finis, ad quem contendimus, promptè sequetur.

Quot modis dicatur calidum, humidum, frigidum, sicum.

CAP. 2.

Ceterum vocum definitio nihil accuratius edocebit, q̄ quæ in tertio de Temperamentis, simulq; in primo cōmentariorum istorum sunt prodita: repetam tamē eam nihilo secius & in præsentiarum. Corporum vnumquodq; aut calidum, aut frigidum, aut humidum, aut siccū & dicitur, & apparet, interim quidem ex sua natura, interim autem aduentitia qualitate adsumpta. Cōsueuimus autem quod ex sua natura est, primario, & secundum se, & per se potentia tale & esse & videri dicere: quod verō adscititiam acquisierit qualitatem, ex accidenti quopiā esse videri q; eius modi. Porro eorum quæ propria sua natura aut calida, aut frigida, aut sicca, aut humida dicuntur: quædam actu seu energia talia existunt, alia potentia: differente quidem hoc potentia modo, quē nunc dicebamus, ab eo quem paulo antè diximus. Illic enim ex aduerso diuidebatur ei, quod ex accidenti dicitur: hic verō ei quod actu. Sed & eorum quæ actu dicuntur, aliud quidem absolute est calidum, frigidum, siccum, aut humidum, velut elemēta: aliud excessu, vt homo, equus, bos, canis, & vniuersa animalia: aliud ad symmetrum seu generis sui, seu speciei, vt verbi causa, leo cū homine comparatus, homo autem ætate florens cum puero: aliud ad quiduis obuium, vt Dion ad Theonem. Quin & corpora quæ potentia talia, aut talia dicuntur, vnumquodq; vt ad id, quod est actu relatū, dici necessario monuimus. Id quidem, quod facile accēditur, ad id quod actu est absolute calidum: hoc verō, quod alia calcit, ad id quod per exuperantiam: sic quod hominem calcit, esse vt ad hominem potentia calidum: quod verō bouem, aut equum, vt ad bouem & equum: similiter hoc huic, verbi causa, homini, illud verō illi calidum, frigidum, siccum, aut humidum est, illius vnus naturæ comparatum.

Ad quid, & quæ nominum distinxisse significat a conduxerit.

CAP. 3.

Ex hac nominum discretionem & ad assequendam iudicij cognitionem non parum sumus adiuti. Si quidem si ad hominem quid dicatur calidum, à ceteris omnibus recedendum, & in ipso duntaxat homine periculum sumendum explorandumq; censuimus: Si verō quid ad equum, bouem, ceruum, aut aliorum animalium quoduis, in ipso rursum periculū faciēdum erit. Interim verō & illos quoq; castigauimus, qui ex consentientia, colore, odore, sapore, grauitate, leuitateq; cuiusq; medicamenti existentem in singulis facultatem inuenire tentarunt. Atq; hæc vtiq; recte nominum distinctioni consentanea videntur. At quæ velut elementa huius esse tractationis proposuimus, in primarum consistere qualitatum cognitione ostendimus. Quas quidem in libro de elementis secundum Hippocratem, humiditatem, siccitatem, caliditatem, frigiditatemq; esse demonstrauimus, propeq; harum quoq; inuentionem assequeremur ex significatis nominum rectè distinguendis. Etenim cū medicamentum ab alimento discerneremus, q̄ medicamentum in qualitate alteraret, alimentum verō substantiæ corporis ad simularetur: rectè hinc ad alterantium nos qualitatum inuentionem perducti sumus.

Quod cum duplicia sint genere quæ alterant, alia specifica, alia minime, in specificorum genere consistant medicamentorum facultates.

CAP. 4.

Porro cū duplices sint in genere alterationes, alia specificæ, quæ proprie sanè & primario dicuntur alterationes: alia verō quæ contendunt & cōtrahunt corporis nostri particulas, quas vtiq; potius per abusionem q̄ proprie ac primum alterationes cognominant: in primo genere medicamentorum contineri facultates censuimus. Nec. n. quicq; ex specie in speciem mutari queat citra ex calcificationem, refrigerationem, humectationem, & resiccationem. Dico autem ex specie in speciem, velut cū ex pane, pituita, lente, sanguis, pituita, bilis tum flaua, tum atra, atq; ex his iterum adeps, os, neruus, caro, arteria, vena, atq; adeo cæterarum animātis partium vnaquæq; gignitur. At si secundo nos quippiam, velut vitrū, & ensis: aut contundendo, vt lapis & plumbum: aut segregata coarctando, vt vinculum, quadātenus partes alteret: ea haud pharmaca fuerint: quippe cū eiusmodi alteratione nullè rerū omnium ex propria recedant natura. Etenim siue minutim panem frangas concidasq; siue minutim concisum colligas, non tñ propria ideo formā exuet, neq; caro ex pane fiet per contusionem, neq; os, exempli gratia, per coarctationem. Verum dum in ventre venisq; cōcoquitur, in sanguinem pituitamq; abit, atq; inde ex istis in os, carnem, & alias corporis partes tota sua substantia alteratur, veteremq; naturam exuit, in aliam transiens speciem. Nec tamen ab alio quopiā q̄ calore, frigore, humiditate, siccitateq; eas, quæ fiunt in aliam essentia spe cie alterationes mutationesq; singuli affectus corporis accipiunt, vt demonstratum est. Atque hac ratione primas & elemētarias specificas qualitates quatuor esse diximus, humiditatem, siccitatem,

Quinta Classis.

CCCCC

tatem,

tatem, caliditatem, & frigiditatem: quærimusq; quæ harum medicamentum vnumquodq; in mistura E
pollentē possideat. Atq; ptinus in hoc primū pleriq; eas inquirentiū lapsi videntur, q; videlicet
pollentē absolute tanq; naturales qdam philosophi considerarent. Præterea cōplures quoq; eorū
decipi videntur, q; sine certa methodo Aristotelis Theophrastiq; libros perlegant.

*Quod solis philosophis conuenit de calido, frigido, humido, & sicco, vt ad totam naturam
distingueret, medicis verò vt ad homines.*

Siquidem permagni refert, an totius naturæ resp. cū, an hominum duntaxat, de calido, frigi-
do, humido, siccoq; definiamus. Nam totius naturæ respectu bifariam horum vnumquodq;
dicitur, partim absolute, partim per exuperantiam. Absolute quidē vnumquodq; elementorum:
homo verò, equus, & bos per exuperantiam. Iam autem cū ad aliquid respiciendo exploratio
fiat, illud modò considerandum erit, quodnam sit illud ad quod dicitur. Nos verò medici non id
querimus, an in aqua marina humidū simpliciter plus sit q; sicci, (id enim clarè conspiciamus.) sed si
ad hominem conferendo: neq; tñ rursus ad hunc simpliciter, ac si leonem illi compares: quippe
cū sic homine humidior marina fuerit. Quonam igitur pacto scrutabimur, an sicca sit facultate
marina? Quonam alio, obsecro, q; an corpus humanum in æqualitate quadam resiccare valeat?
Itaq; in hoc vnum modo cæteris relictis intendendum. Atqui contrā faciunt medicorum pleriq;. F
Nam ad quiduis potius respiciunt q; ad hoc. Quomodo ergo ad hominem conuersi reliquis præ-
termiſſis, quanam in hoc agendi facultate polleat marina, cognoscemus? An videlicet corpori ap-
plicantes, sicq; eius periculū sumentes lauando, rigando, fouendoq; tum subinde lanā, aut spon-
giam marina madentem partibus applicando, ad hæc emplastris ceratisq; miscendo, atque in his
omnibus ab eo, quod ex accidenti quandoq; euenit, id quod à propria medicamenti vi proficiſci
tur, distinguendo? Nam in hoc omnis inuentionis summa consistit, quam vix quisq; illorū attingit.
Sed eos philosophorum verba decipiunt haud potentes homonymiam percipere.

*Quod per exuperantiam dici, bifariam apud philosophos accipiat, nempe vbi
aut mole quid exuperat, aut qualitate.*

Nam non solum, vt modo diximus, aliud simpliciter, aliud per exuperantiam ab ipsis dici-
tur, simpliciter, n. ignis calidus est, per exuperantiam homo: verū quod per exuperantiam
dicitur, bifaria quoq; dici autumant: partim secundum substantiæ molē, velut & nos quoq; in Tem-
peramentorū cōmentarijs diuisimus: vt si cados duos aquæ summē feruentis vni cado aquæ ma-
ximē argenti infuderis: partim verò secundū qualitatum effectum. Atq; hoc quod ad dogma con-
sequitur, ita dicunt, non ex ijs quæ euidenter apparent, sed per syllogismū accipientes. Nā suppo-
nentes frigidū omne contrahere constipareq;, & substantiā reddere immobilē, aut ægrē mobilē:
calidum verò rarefacere, fundere, coquere, mouere: rationabiliter in plantis omnibus vincere ca-
lidum pronunciant: siquidem haud aliter neq; nutrimenti ex terra digestionem prolixissimam,
neq; alterationem eiusdem, neq; concoctionem, quin nec incrementū prorsum plantarum: neq;
germinationē, neq; fructuum generationē perfici posse, nisi calidum superaret: atq; ita rursus in
ter plantas, alias calidiores, alias frigidiores constituunt. Ex eadem ista hypothese pendet ea ratio,
qua rosas esse calidas contenderunt. Siquidem in illis, si in alijs vllis plantis, plurimum viuicū ca-
liditas. Ex altera rursus hypothese dependet quod de oleo & adipe adstruunt. Nam q; ocyssimē
inflāmentur, idcirco calida esse ea facultate iudicant. Et alio rursus modo quæcunq; dulcia sunt,
calida esse dicunt, siquidem q; familiarissima sint, simillimaq; naturis nostris quæ calida sunt, ideo
& ipsa quoq; calida esse volunt. Atq; philosophis quidem, vtputa qui de tota natura scrutantur,
rectē talia & queruntur & dicuntur. At medicis, quibus alius est scopus propositus, haud per-
inde rectē, quippe cū in rosarum effectibus calidum non vincat: neq; sanē quoduis aliud plante
genus, eo q; plātā est, calidum dici debet: qm nos haud ita calidum querimus, sed vt ad hominem:
siquidem si quia in actionibus superat caliditas, propterea calidū quid dices, planta vnaquæq; ca-
lida erit, multoq; magis animalia omnia. Dicant igitur, si lubet, papauer, mandragoram, cicutam, H
salamandram esse calida: verū nemo id dicit, sed velut vno ore omnes esse frigida pronunciant.
Atqui animal est salamandra, quod & nutritur & crescit, & mouetur, quæ sanē calido in mistura
vincente provenire asserunt. Quid ergo in istis quidem ad hominem respiciunt, in alijs verò ad
totam naturam, aut primarum qualitatum actiones? At ego non salamandrā modò aut cicutam
vt ad hominem frigida esse dici oportere censeo, sed alia omnia ad eundem modum iudicanda.
Siquidem cicutā sturnos nō modo non refrigerat & enecat, vt nos, sed & alit quoque, & nimirū
etiam calfacit. Quicquid, n. substantiā alit calidam, calorem eius quādamtenus et auget et tuetur.
Atqui corporis sturnorum calida est substantiā, non modo quā animalia sunt, sed etiam quā san-
guine prædita. Sanē subinde in alijs tractatibus demonstratum à nobis est amicitias quasdam pu-
gnantiasq; qualitatum omnibus rebus inesse: ac quod familiare est, expedite assimilari: quod verò
contrarium, ad internecionem ducere tum animantia, tum plantas: Præterea familiaritates illas à
totius substantiæ proprietate oriri. Id quod sæpenumero à me & dictum est & ostensum. At isti
cū ægrē id capere possint, segniter & falsè de complurium medicaminum viribus pronunciant.
Vna, n. dūtaxat illorum examinandorum regula est, nempe ea quæ ad hominem sit exploratio,
id quod

* At. aut
* Aut

A id quod secundum accidens, ab eo quod est per se semper distinguendo. Cui si quis animum intē
dat, is nec acetū, nec rosaceum calidum vnq; dixerit: quippe cū vtrūq; nos primariò & per se refri-
geret: acetum quidem validè, leuiter aut rosaceum. Porro quidnam hoc sit Leuiter, ego exponam.
Vnā enim cum eo tota mediū temperamenti medicamentorum omnium ratio conspicietur, cuius
& in præcedente libro mentionem fecimus, vbi de oleo disserebatur.

*Quomodo iudicanda sint quæ ex media sunt temperie, nempe si media temperatura
similem ipsa temperaturam obtineant.*

Siquippiam est ex applicatis nobis seu corporibus seu medicamentis, quod actu sic calidū sit
vt nos, aut ex contactu similiter calidū euadat, id ex media est temperie, cū nobis nimirū col-
latum: siquidem secundum se queat per exuperantiam dici calidum, velut & nos quoq;. At siquid
non dū adeo calidū est vt nos, neq; admodū tale redditur, id temperie humana frigidius est, quan-
tūcūq; in eo caliditas exuperet. Etenim admotū calorē, qui in nobis præerat, auferet et detrahetq;. Quippe
magis calenti: huius certè feruorē exolueris. Sic si in caliditate rosacei, quæ tepida est vt ad tēpe-
riem humanā, caliditatem indideris humanam: prorsum ab hac quid detrahes, & refrigerabis.

B *Quod sæpenumero pro corporis nostri dispositione, quod per se calidum erat, refrigerare
est visum: quodq; per se erat frigidum, excalfacere.*

Non ergo stupenda magnopere res est, si quicquam eorum quæ propriè & per se sunt cali-
da, cum calidiore cōmittunt, frigidius efficere ipsam queat. Ea est enim cōmunis alterabi-
lium corporum omnium natura, vt in se & agant, & patiantur admoda: quodq; quod vnus est calidū,
à magis calido calidius euadit: quod verò magis calidum, à minus calido contrā afficitur. Nam id
vel ex ipso tactu clarissimè discas. Etenim eadem subinde illi tum calida, tum frigida esse viden-
tur: calidiori quidem facta, frigidiori verò, calida. Proposuit autem mihi dudum quispiā,
quamobrem in balneis frigidum meiamus, foris verò calidum: haud intelligens in balneis vrinā
quidem perinde ac foris tepidam esse, verū nos non æquè extrinseca corporis superficie, & dū
lauamur, & ante affectos esse. Nam in balneo ipso calidior ea nobis est q; vrina, extra autem frigi-
dior. Quare & vrina non ab re illi calida extra balneum apparet, in balneo autem frigida. Quod
enim minus q; ipsa calidum sentitur, velut refrigerans habet: quod autem magis calidum tāquam
excalfaciens. Licet verò tibi, periculi faciendi causa, postq; abunde lauādo incalueris, pelui aquæ
modicè tepida intrò iullu tuo allata, in eam manum aut pedem immittite: apparebit enim aqua

C non tepida, sed admodum frigida. At si protinus balneum ingressus, aquam peluis tetigeris, mi-
nus videbitur frigida: perpetuo enim quanto plus fueris præcalfactus, tanto apparebit frigidior.
Nec mirum videri debet, si putealium aquarum pleræq;, quæ videlicet fontes profundos admo-
dum habeant, contacta hyeme videantur tepida. At si à balneo manibus contingas calidis, mul-
toq; magis si etiamnum in lauacro consistens, haud profecto apparebit tepida. Itaque tactum ca-
lidi frigidiq; dignoscendi normam ponentes, ac eius dispositioni iudicium omne tribuentes me-
ritò sanē crebro fallimur, vt qui quod haud ex se est frigidum, id frigidū esse dicamus: quod verò
calidū ex se non est, id esse calidū pronunciemus. Hinc fit vt dum lauamur, frigidā esse vrinā cre-
damus: cōtraq; frigore rigētes aqua è puteis haustam calidam existimemus. At si affectionum in
quibus eramus dum vtrūq; contingeremus, obliuiscamur, ac solius eius qui nobis factus est sen-
sus meminimus, periculum est, ne forte aquam aliquando absolute dicamus calidam, vrinā ve-
rò absolute frigidam. Atqui neutra absolute aut calida aut frigida est, sed vt ad nos: Nec vt ad nos
rursus absolute, verū hoc videlicet pacto affectos. Absolute autem vtrūq; qualis ad nos est, di-
ci possit, ad mediam, eandemq; optimam nostri temperiem collata: vt si ad hominem absolute ex-
pendatur, omnino sanē ad temperatum & eucratum expendi oporteat. Sanē & hæc quoq; pecca-

D ta omnia à nominum definitione dependent, quam paulo minus omnes habent contemptui.
Etenim cū calidum & frigidum partim absolute dicatur, partim per exuperantiam, partim vt ad
symmetrum sui generis comparatum, partim vt ad quiduis obuū collatum: iure optimo in ho-
monymis identidem fallimur, nescij quidem quonam horum modorum quid calidū iudicemus,
ad alterum tamen transeuntes. Verū sexcenties nunc dictum est, diciturq;, quod in quarto &
vltimo eorum quæ modo recensuimus significatorum, de medicamentorum viribus considera-
re oporteat.

Quod experientia cognoscere iudicareq; medicaminum facultates oporteat.

Non enim an absolute vnumquodq; calidum sit, vt ignis, (nam id omnino etiam foret im-
possibile,) aut an per exuperantiam, vt sanguis, considerare propositum est: neq; an vt ad
symmetrum sui generis aut speciei dicatur calidum, vt leo in animantibus, & quod florentis æta-
tis est in quavis specie ad ætatē prouectum: sed an ad hominem sit calidum, frigidum, humidum,
aut siccum medicamentorum vnumquodq;, id verò inquirere statutū est. Neq; rursus ad hunc,
tanq; id quod ad aliquid aliud comparatur, sed si facultate, hoc est, si admotum ipsi eam partem,
quam tetigerit reddat aut calidiorē, aut frigidiorē, aut humidiorē, aut sicciorem. Itaq; in ex-
perientia & iudicandi & dignoscendi consistit ratio. Licet reperiantur medicorum pleriq;, qui
Quinta Classis. CCCCC ij experientia

experientia posthabita, an rubra sit rosa, an bene olens, considerant, negligentes ubi caput ipsis exestuat, coronis ex rosa contextis, capitique impositis, aut succo eius, aut oleo rosaceo, sic vel ipsa experientia id quod res est discere. Nam si exalfiant, magis etiam calida fuerit: si refrigerentur, frigida: quod perinde est atque refrigeranda humanae naturae facultate pollere. Nam id perpetuo memoria tenere oportet, quod tamen si sexcenties dicere non grauatus sum, tamen multi ne sic quidem id capiunt: atque ignoscendum sane illis est, ut quos sophista prolixis suis nugis peruerterunt. Et profecto experientiae quidem ratio tam facilis est, cum in rosis, tum in ceteris medicamentis omnibus. Nam rosis aut coronari liceat, aut eis contritis hominis aestuantis os ventriculi illinere, aut succum earum expressum ebibere, aut oleo aquae uel mistis aliquam corporis partem confricare. Sed quid haec multis commemoro, cum non nulli mistum opobalsamo rosarum succum sub Canis ardoribus refrigerij causa corporibus inungant, vsu uidelicet ipso docti, cum hoc fecerint, abunde refrigerare. At Herodotus medicus praeximia uidelicet sapientia, ne mistum quidem aceto rosaceum, quod proprie oxyrhodinon vocant, refrigerare nos concesserit. Postea memor illo se uti in principijs morborum phreniticorum, nec ignorans quantam sibi contradicentium turbam inde ciceret, (quippe omnibus propere medicis confessum est, adeo ut vel Thessali sequaces, hominis impudentissimi, negare non audeant repellendum refrigerandumque in principijs esse potius, quam calfaciendum aut laxandum,) non refrigerare ipsum inquit, sed adstringere. Atqui difficile sane illi ne utiquequam fuisset, si quando aestu nimio affligebatur, (nam & homo erat, opinor, eisdem obnoxius passionibus quibus & nos,) caput oxyrhodino perfundere, sicque experientia medicamenti effectum cognoscere. Immo facilius puto fuerat refrigeratum eo uti, caput perfundendo, auribusque instillando, ac naribus infundendo, totamque adeo frontem perfricando, quemadmodum amaricino, irino, ceterisque eius generis unguentis calidis uti assueuimus, cum non mediocriter quidem secundum eum calfaciat oxyrhodinon, ex duobus calidissimis scilicet coactum medicamentis. Ceterum si Herodotus eo uti ausus non est, aequum arbitror, ut qui nunc uiuunt, eius in sese periculum faciant, ubi aut algēt, aut aestu laborant, velut nos saepe in nobismetipsis experiti sumus, aliorumque complurium aestuantium caput perfudimus. Praestat enim ipsos prius in sese quae proferunt expertos, ita denique ea nobis consulere, ac literis posteritati prodere.

De rosis, & quod ex eis conficitur, rosaceo, tum chamæmelo, & lini semine. CAP. 10.

Verumenimvero tamen si contradicere nemini statueram, tamen nescio quo pacto huc illorum me impudentia adegerit. Rursum itaque redeo ad id quod ab initio proposueram, nempe, experientia iudicandas medicamentorum potentias: idque tum in ijs qui inculcata sanitate fruuntur illis utendo, tum in ijs, qui quoad fieri licet, quam maxime simplicibus tenentur aegritudinibus, aut calidis aut frigidis, aut humidis aut siccis. Ita enim si iudicaueris, oleum neque calidum, neque frigidum, ut ad hominem temperatum inuenies: rosaceum uero aliquatenus iam eo frigidius, non autem vehementer frigidum: uerum ut ego nominare consueui, in primo ordine seu limite refrigerantium. Nam ut aqua, uerbi causa, alia ad unguem temperata est, alia aut calidior aut frigidior, non adeo tamen ut possis extremam frigidam aut calidam dicere: ita in medicamentis quoque oleum quidem ex media existit temperie: at rosarum succus ex frigidiore quidem, sed non ita multo: uerum caloris est, ut diximus, tepidi. Eiusdem cum illo ordinis est, quod ad calorem tepidum attinet, linospermon quod uocant: uerum essentiae suae crassitudine non paruo discrimine ab illius natura recedit, cum rosarum succus exquisite tenuis sit essentiae: cui rei indicio est, quod celerrime arefcatur, nec quicquam obtineat viscositatis, tum ceterorum unguentorum odores exoluat ac obscuret. Neque enim alia re efficere id uidetur, quam quod odoratus meatus opplere praecipuet. Nam cum transire ac penetrare illa cunctantur, ante ipse praecipuet, atque illos implet. Est & chamæmelum tenuitate quidem rosae persimile, calore uero ad olei vires magis accedens homini tum familiares, tum temperatas. Quapropter lassitudini, ut siquid aliud, cum primis confert, doloresque sedat mitigatque: praeterea tena remittit & laxat: quaeque mediocriter dura sunt emollit, quaeque constipata rarefacit. Ad haec febres quae citra visceris alicuius inflammationem infestant, discutit dissoluitque: ac praesertim quae ex humoribus biliosis, aut cutis densitate proueniunt. Qua de re & ab Aegyptiorum sapientissimis Soli consecratum est, februmque omnium putatur remedium. Verum hac quidem in re a ueritate aberrat. Solas enim quas dixi febres sanare potest, easque percoctas: licet sane pulchre etiam reliquas omnes adiuuet, quae melancholicae sunt aut pituitosae, aut ex visceris inflammatione prognatae. Nam & harum remedium chamæmelum est uel strenuissimum, ubi concoctis adhibetur scilicet: quapropter & hypochondrijs, ut siquid aliud, gratum existit. Quin & tale quoque esse lini semen uetus sermo praedicat. Nam & ipsum quoque re uera quae circa hypochondria sunt, visceribus gratum est, minus tamen chamæmelo: quippe cum & minus calidum sit, ut est dictum, & praeterea essentiae crasse. Verum rosa illis nequaquam his in rebus propinqua est: tamen quod ad caloris tepiditatem & essentiae tenuitatem attinet, perquam sane et ipsa inflammationibus in hypochondrijs consistentibus utilis esse possit, nisi adstrictio (quae una quoque illi inest), multiformem laederet, quae maxime ijs obest, in quibus chamæmelum praecellit: nempe condensata corpora rarefaciens, indurata molliens, tena relaxans. Nam ijs omnibus inimica adstrictio est. Attamen ad ascensus augmentaque;

Augmentaque inflammationum, ac potissimum earum quae in exterioribus membris extant, chamæmelo rosaceum praefertur: quippe cum haec tepida caliditate cum leui adstrictione indigeant. In principio enim quae refrigerant atque adstringunt, per incrementa uero tepida, & mediocriter constringentia. At in vigore ac statu inflammationum quaecumque tum moderatè calfacere laxareque: per declinationes, quae tum calfacere, tum ualenter discutere ualent, magis competunt. Ac de istis omnibus sius in libris de Medendi methodo tractabimus. Nunc ad propositum conuertor.

Quod pro diuersis corporum affectibus alias aliter agere sunt nata tum quae mediae temperaturae medicamenta sunt, tum quae paulum in alterutram partem declinant. CAP. 11.

ET enim quae mediae sunt temperaturae, & quae utramuis in partem leuiter declinant medicamenta, interim calfacere uidebuntur, rursumque refrigerare: interim uero neque calfacere, neque refrigerare, sed sicuti corpora acceperunt, ita ea seruare. Nec id illis ab re accidit. Si quidem aqua tepida & urina in balneis quidem frigidae, algentibus uero calidae nobis apparent. Cum ergo ex eo quod affecta corpora varijs subinde modis disponantur, ipsum quod afficit, uariè quoque agere contingat: liquet ex hoc non rosam, non oleum, non chamæmelum, non lini semen, sed neque anethum, neque farinam aut foenigraci, aut triticeam, neque alia sexcenta, quae partim adamuflum mediam temperiem sortiuntur, partim paulum ab ea recedunt, eandem ubique aditura esse actionem: quando nec sani eandem omnes temperaturam obtinemus, nec eisdem morbis affligimur aegroti. Iam rosaceum mediam inter oleum & rosarum succum temperiem possidens, (illo enim minus est calidum, hoc autem magis,) refrigerat quidem exustos, idque caliditatis suae tepore: algentes uero paulum etiam calfacit, quod uidelicet is quoque effectus caloris sit tepidi: quemadmodum balneae rigentes quidem calfaciunt, aestuantes uero frigefaciunt.

Quod ex aequo & quod curatur, & quod curat, a medio dissidere debeat, idque utroque in contraria recedente. CAP. 12.

Quocirca si aut refrigerantibus medicamentis, aut calfacientibus rosaceum indideris, sicut nec magnopere obferis, ita nec admodum profueris. Nam caliditas tepida nec est sufficiens quae refrigerata sunt laedere, nec eadem curare potes. Etenim quicquid curari debet, tanquam quod ab immoderatione seu ametria ad commoderationem seu symmetriam reducitur, non id quod bene temperatum sit requirit, uerum id quod contrariam habeat intemperaturam. Si quidem si aquam frigidam temperatam efficere studes, temperatam ei misceri non oportet, (sic enim tepidum euadet, quod ex utriusque commistum erit,) sed feruens petenda est, eaque frigidam miscenda. Haec tenusque moderata calidior esse debet ea qua frigidam temperare uoles, quatenus uidelicet & frigidam ipsa symmetriam frigiditate exuperat. Nam sicut quae leuiter tantum symmetria frigidior est, ab ea quae multo est calidior, mediam non recipiet temperiem: sic nec quae longe frigidior, ab ea quae paulo calidior. Verum si quod curationem postulat, multo est frigidius, necesse est, quod ipsum curabit, multo quoque calidius existat: sin paulo frigidius, paulo etiam quod curabit, calidius erit. Ut autem uerbo exprimam, tanto abesse a medio quod medebitur, quanto ipsum cui medela adhibebitur, oportet: nimirum cum in contrarium utriusque uergat excessus. Nam quod eandem in partem cum corpore curando, idque aequo temperamento recessit, id quidem idoneum non est quod alterationem ullam inuehat: quare affectum neque laedet, neque iuuabit. Quod autem minus aut plus recessit, alterabit quidem omnino affectum. Sed quod plus distat, protinus etiam nocebit. At quod minus est, iuuabit quidem, non tamen persanabit. Ergo si affectio quidem frigidam sit, at calor medicamenti tepidus, omnino necesse est affectum iuuet quidem, uerum haudquaquam ad naturalem symmetriam reducere poterit: quare nec persanabit. Rursum si affectio quidem sit parua, nempe ut a symmetria naturae caliditate ad tepiditatem declinet, sitque medicamentum frigidum, omnino refrigerari affectum, laedique a frigore necesse erit. Eodem quoque modo si calidior sit moderata temperatura affectus, a similibus ipsius medicamentis in eodem statu seruabitur: laedetur autem a calidioribus. Porro iuuabitur quidem ab ijs quae se sunt minus calida, non tamen penitus persanabitur. Sane & hic quoque rursum homonymia in tota extensa uita, crebroque nos fallēs occurrit. Etenim quod mediocriter est calidum, id subinde calidum appellamus, sicut balneum quod est cuiusmodi, ac poculum: tum id quod ab hoc multum etiam deficit: ad haec quoque & quicquid calidius est. At si exquisita nominum ueremur appellatione, quod symmetriū est, non calidum, sed eucratum, hoc est temperatum nuncuparemus. Quod autem ab huius excederet modo, si ad calidius quidem immoderatione sua accederet, tum plus, tum minus calidum: sin ad frigidius, plus minusque frigidum. Sic opinor in medicamentis si exquisite loqueremur, quidam uocaremus eucratum & mediu, uelut oleum. Si quid autem eo esset calidius, calidum, ut foenum graecum: sin frigidius, frigidum, ut rosam. Ceterum huiusmodi nominum abusus causa extitit, quod non omnia corpora ab id genus medicamentis refrigerentur, quale est uidelicet rosaceum. Nam cum alia peraeque illi frigida sint, alia etiam frigidiora: illa quidem prorsum ne alterat quidem, haec uero etiam calfacit: saneque absurdum uideri possit, si cum quid exalfacere fateamur, tamen frigidum uocemus, ac si quis aquam putealem, quae hyeme manibus refrigeratis tepida uideatur, frigidam appellitet. His ergo occasionibus perturbatus confususque nominum usus rerum quoque una confundit notitiam. Similiter uero & de sicco & humido, confusis

*νεκραμμένον.
i. temperatum.
*In ipsius legitur οὐ πολλὰ. i. non multum. in antiquis πολλὰ. i. multum.

ipforum nominibus rerū quoq; notitia confusa est. Ac tamen ex illo videatur nominum significata probè distinguere, attamen maximum habere momentum & facultatem ad rerū cognitionem deprehenditur. Sed de humido & sicco paulo post dicetur, ubi videlicet omnem de calido & frigido sermonem perfecimus. Nā non multum etiam reliquū esse videtur, ubi videlicet iam semel apparuit, nihil miri esse, ab eodem medicamento corpora diuersa, alia quidem excalfieri, alia verò refrigerari, alia autē neutrum omnino perpeti. Etenim in eo quod ad aliquid, facillimū est ad particularia accedentē dicere, q̄ eiusmodi corpori admotū rosaceum, in qua ipsum temperie natum est, in ea seruare potest: alteri verò illiusmodi applicatum, excalfacere: alij autem, refrigerare. At in vniuersum de facultate eius pronunciarē, id verò difficile est, nisi nomina distinguas, atque de ijs conuenias. Fuerit autē tum distinctio, tum conuentio talis. Quandoquidē corpora humana tum ijs quas ab ortu nata sunt temperaturis, tum ijs quas ex ætate postea acquirūt, tum ijs que ex vite consuetudine adueniunt, plurimū inter se differunt, ab eisde ea medicamentis variè alterentur necesse est. Quippe si iuuenē natura calidū, ex vite instituto artificium excernentē, vetulā mulierculæ eidemq; natura frigide compares, nō minus illum excellere cōperies, q̄ si validē calfacientium medicamentorum quippiam cum refrigerantibus componas.

Quod generales medicamentorum facultates, ad mediam referentes temperiem, expendere oporteat.

C. A. P. 13.

Medium ergo horum mihi quempiam intelligas, qui & natura sit eucratus, hoc est temperatus, & moribus ac consuetudine conuenienti hanc tueatur eucrasiam: dein tres hosce tanq̄ temperaturę scopos animo commendes, ac circūspicias, quod in genere calidum est, & frigidum, & siccū, & humidum, cuius ex ipsis, temperie respectu, tale appellare sit melius. Nonne ad temperatissimā, quæ vnica est, pariterq; reliquarum media: an ad immoderatas & imtemperatas, atq; indefinitas, ac propemodum numero infinitas: Sanè mihi ne conferenda quidem distinctio videtur, neq; vlla propè consideratione indigere, sed homini vel paulum etiam ingenij habenti perspicuum esse, corpus omnibus numeris absolutum, & decorum, simplexq; & vnum velut regulam quandam & scopum proponendum, ac ad ipsum alia omnia digerenda esse. Esto ergo nobis corpus hoc medicamentorum facultatis regula: quodq; simile illius temperie caliditatem accēdit, vocetur temperatum: etiam si vel maximè excalfacere senem refrigeratum videatur. Quod verò calfacit aut refrigerat corpus eiusmodi, illud quidem calidum, hoc verò vocetur frigidū. Esto autem, quod hæc dilucidius tradantur, ipforum excessuum ordo, ad frigidum quidem primus, cuius esse dicas rosaceum: secundus, cuius sit ipsa rosa: post hunc tertius, & quartus, quoad sermone ad frigidissima peruenerimus, nempe cicutam, succum papaueris, mandragoram, hyoscyamum. Rursum ad calidum, anethum quidem, & fenugracum, primus: Secundus verò deinceps, quicūq; videatur secundus, tertiusq; & quartus, donec ad exurētia peruentum sit. Ad eundem modū in medicamentis humectantibus ac siccantibus rursus à symmetro exorssi, ordines deinceps ad summa vsq; constituamus. Nam huius notitia ad medendi methodum non paruum est vsum: immo nisi quis hoc pacto definiat, officiet magis legentibus q̄ proderit. Si quidem medicū, qui nunc quidē simplicium medicamentorum vires exponunt, præter alia multa quæ delinquūt, hoc maxime notitiam est cernere, nempe q̄ in calidis, verbī gratia, anethum, & fenugracum, & misy, et calcem, indifferenter numerent: in frigidis rosaceum, mandragoram, & cicutam: tanq̄ scilicet propinquū sit aut calci fenugracum, aut cicutæ rosaceum, ac non multis mediantium medicamentorū ordinibus distincta. Verū nos pro viribus rem tam immensam tamq; operosam in ordinem redigere tentemus, exponamusq; quæ viribus propinqua sunt, quæq; longè distita. Atq; id quidem efficiamus, non probabiles sermones, sed certam ac definitam experiētiam pro iudice sumentes: velut & id quoq; superius sæpenumero admonuimus. Enimvero eiusmodi iudicium vt tuissimum quidem erit, ita prolixum quoq; ac plenum laboris, dum propositi finem cōsequamur. Eos tamē qui hæc relegere volent, hoc vnicum ac solum efformare atq; artificiosos reddere poterit, ac velut oculum quo veritatem agnoscat, præbere. Ergo quæ adhuc reliqua sunt ad totam velut elementarem constitutionem, postquam ea hoc libro confecerimus, in quarto de saporū viribus differemus: quando quidem & hoc quoq; ita visum amicis est: in quinto autem de omnibus in genere simplicium medicaminum secundis quidem ac compositis facultatibus: atq; ita ad particularia in ijs, qui dehinc sequentur, libris transibimus.

Quod quæ sensu simplicia videntur medicamina, per sæpe compositas obtineant vires, immo verò etiam nonnunquam contrarias.

C. A. P. 14.

Reliquum autem est id cuius subinde iam antè necessario mentionem quidem fecimus, verū absolute nondum exposuimus. Est autem istud, nempe omnia propemodum medicamenta, licet sensu simplicia appareant, natura tamen esse composita: quin & subinde quoq; aduersissimas in sese continere facultates, nempe excernendi & sistendi, incalfandi & extenuandi, rarefaciendi & condensandi, illinendi atq; abstergendi, contrahendi & laxandi, cæterasq; oppositiones vniuersas: vt in sequenti hunc libro patebit. At mirum hoc videri minimè debet in id genus facultatibus, cum vni & eidem medicamento vim calfaciendi & refrigerandi inesse appareat, aut excicandi

A excicandi & humectandi, aut tenuium partium & crassarum. Quippe nisi primæ efficacissimeq; virtutes hoc pacto complicarentur, haud sanè quæ ex illis sequuntur, similiter complicatę forent. Quin si nos ipsi rhu succum, verbī gratia, mellī cōmiscemus, quod ex ambobus mistis confectū est, non modo adstringendi, sed etiam abstergendi possidere facultatem concedemus: nec cohibēdi solum ventris, sed & euacuandi. At in lacte duas contineri facultates, nempe excernendi, ac vētrem sistendi, haud itidem cōcedimus, tamen id per facile in serum ac caseum segregetur, confesumq; sit omnibus, illud quidem ventrem subducere, hunc verò eundem cohibere.

Quod & brassica duas, easq; contrarias, in sese facultates obtineat.

C. A. P. 15.

Quod verò & brassica duas, easq; contrarias, in sese facultates obtineat, neq; id quidem etiā facile cōcedimus. Nam si succum eius expressum aut solū, aut cū melle hauserimus, expurgare ipsum cernimus: attamen qm̄ quod reliquū est, edere nequeamus, adstrictorium esse diffidimus: sed si totam concoquas, primamq; eius aquam, in quam succū deposuit, effundas, iterumq; eam alteri aquæ puræ iniicias, rursumq; concocta effundas, succum quidem purgare offendes, brassicam verò ipsam ventrem adstringere: multoq; magis si nō bis duntaxat, sed ter aut quater aquam effuderis. Nam quanto exquisitius in aquā succum suū deposuerit, tātō & illi quidem maiorem purgandi vim adiciet, & reliquam suā substantiam, quæ velut holeris ipsius caro est, restringēt efficiet. Eadem est ratio i beta, atque adeo in omnibus ferme quibus sapor aut acris, aut nitrosus, aut falsus inest. Quippe & lenticula ipsa, tamen si satis magnā adstringendi potentia gustu referat, tñ eiusmodi quid fortita est. Nā & huius decoctum, ventris soluedi vim obtinet. Verū hic succus etiam, si degustes, perspicuam misturam repræsentat, tanquam si nitroso austerū quid cōmiscas. Sed & conchularum maris, cæterorumq; ferè ostreorum succus planè tum falsus est, tñ ventrem soluedi vim obtinet: quāuis eorum caro ventrem reprimat. Verū quod dico deprehendes, si ea quoq; quo modo brassicam censuimus, præparare nō graueris. Nam & gallorū veterum ius ventrem ducit, tamen caro eundē sistere potest. In aeris autē squama sicut duplex qualitas, ita gemina quoq; facultas inest: nam & adstringit & mordicat: quare adstrictione quidē licatas vlcera carum carnium cicatrice obducit, mordicatione verò præhumidas colliquat. Quod si in tro in corpus sumatur, purgat quidem ventrem, verū non cohibet. Vincitur enim ea adstringendi facultas ab acri purgatoriaq; potentia, tanq; si rhu succum scamoneæ commisceas. Nam quod ex ambobus mistum erit, soluet ventrem, haud sistet, licet gustu austeritas exuperet. Sic autem non pauca purgantium medicamentorum cum carne mali cydonij exhibita, gustu quidem fallūt, at effectu solo quid valeant cōmōstrant. Dantur verò quædam cū palmulæ carne, alia autē cū myrtis, alia cū mastiche chia, aut alio quopiam eorū quæ tū grata sunt stomacho, tū adstringūt, quod scilicet gustum fallant, simulq; stomachum minus euertant. Verū tametsi ea quæ gustu percipiuntur qualitate, expurgantia ab adstringentibus vincantur, alia tñ facultate ipsa vincunt: persæpe enim lingua à materiæ victa est copia: cæterum actio pro facultatis viribus ac robore perficitur. Itaq; cum substantia exigua quidem, sed validis prædita viribus, mista alteri substantiæ plurimæ, eidemq; imbecillæ, in corpus intrō peruenit, gustum quidem fallit, attamen effectu illa efficaciorē exhibet. Sanè permultos huius rei admiratio detinet, remq; rationis expertē absurdamq; existimant, si corpus quodpiā adstringens purgare queat, velut aloe, & aeris squama, atque æs vsum. Nam contrariū potius oportebat, nempe ventrem reprimere, haud quaquā cedere. Cæterum q̄ malū, verbī causa, cui indita est scamonea, adstringens purget, nemo miratur: tamen hinc oris facilius erat & in aloe mistam inesse facultatē colligere. Ac si quod ex ea purgat, ab eo quod non purgat, segregari posset, sicuti in lacte facimus & brassica alijsq; permultis: non etiam admiratione afficeret: quanquā id sanè quodāmodo præstari queat. Nam si aloe accuratè lauetur, aut debiliter, aut planè nihil ventrē subducit. Idem vsuuenit eris squamæ, aerisq; vsto: quippe quæ nos diligenter elota obscurā modō purgandi vim retinuisse sumus experti. Quinimmo ipsius quoq; qualitatis medicaminosus sapor primo statim gustu facultatis mistionē demonstrat. Nā si vnica semper qualitas vnicuique gustu adstringētū medicaminum inesset, haud sanè inter ipsa alia esui apta, alia medicaminosa forent, sed tñ in plus ac minus adstringēdo differrent. At non ita se res habet. Nam hæc quidē adstrictio mitis ac suaui apparet, alia molesta ingrataq; & medicamento-fa, velut pyri quidē, mali, & mali punici suaui: squamæ verò aeris & aloes ingrata, atq; medicamentosa: tamen malo cydoneo aeris squama minus adstringat: quā ob rē nec adstrictionis vehementia eā qualitatis absurditatē inuehit: quando innumera propè alia eorū quæ edēdo sunt, aloe, aeris squama, & ipso etiā ere vsto plus adstringant. Atq; in hisce vtiq; substantiæ mistura clarè perspicitur. At in alijs etiam si non appareat, tamen eam ratio colligere oportet, ac non putare aliud in aloe adstrictionem moliri, aliud in malo. Vnum enim in omnibus efficere pro sua natura non adstrictionem modo, sed & aliarum qualitatum vnamquamq; rationi consentaneum est. Cæterum quia nullum omnino ab alijs qualitibus syncerū reperitur, idcirco diuersi effectus ab alijs atq; alijs adstringentiū ædi conspiciuntur. Nam alijs est effectus mespili, alijs aeris, alijs aloes, alijs mororum, exempli gratia, aut gallæ, aut corticis mali granati, aut aluminis, aut rhu: præstitissetq; forsitan, qui de adstringentium medicaminum viribus pronunciarē sunt ausi, in genere de ipsa

Quinta Classis.

CCCCC iij potius

potius adstrictione, haudquaquam de adstringentibus dixisse. Nam quod adstringit, non adstringit modo, sed & præter adstrictionem acre est, aut pingue, aut dulce, aut amarum, aut salsum, aut acidum. At adstrictio vnum id solum perpetuo est quod est, uti & falsitas, & dulcor, & aliarum qualitatum vna quælibet. Quod si ut adstrictio vna, ita adstringens vnum esset, sanè vnum quoque perenniter eius esset opus. Verum cum præter adstrictionem insuper alias qualitates recipiat non paucas, semper quidem omnibus illis aget, sed euidentius alias per aliam, nempe vincentem: idque ut ad corporis scilicet, cui admotum est, affectionem: quippe cum & lac, & lens, & brassica, horum interim citare alium, illorum verò sistere cernantur. Et causam quidem quamobrem non perpetuo euidenter agat in corpore vno quoque vnica duntaxat qualitas, visque medicamenti, eam quidem iam mox in sequenti sermone edisseram: Impresertim verò id quod res habet commemorare solummodo proposui, ne quis plerisque medicamentis contrarias tum qualitates, tum facultates inesse diffidat. Sed & id quoque multam considerationem & distinctiones non paucas requirit, tamen si omnibus per facile videatur, contrarias inuicem & qualitates & facultates inuenire. Ergo citra controuersiam omnes propemodum adstringens contrarium ei, quod purgat, esse statuant. Verum neque illud huic contrarium est, quod nos procedente sermone declarabimus. At in præsentia ex superabundanti illud quoque monstrauimus, etiam si ea quis esse contraria ponat, nihil inde sequi absurdum: cum fieri possit, ut in vnam substantiam conueniant vel maximè contrariarum qualitates, tum facultates: quippe cum supra ostenderit, in succis aliud esse quod grauissimum est, aliud quod leuissimum, aliud tertium totum succo permistum. Nec miri quicquam est, si & in rosæ succo aliud quidem est grauissimum, amurcæ & feci proportionale: aliud leuissimum, & ipsum proportionem respondens floribus in quoque succo supernatanti: aliud tertium, quale est quod in musto feruet: ad hæc quartum, ipsum videlicet purissimum ac sincerissimum, cuius hæc tria excrementa existunt. Euenit autem alios quidem succos & acere, & corruptos putrescere: sola verò oleum, mel, & vinum, in longum temporis spatium perdurant. Itaque neque per ebullitionem, neque per secretionem in alijs succis has excrementorum differentias inuenire perspicuo licet: verum protinus ab initio coctione quadam illis est opus, aut saltem alicuius perdurantis succi mixtura. Nam si rosæ succum mellis miscentes, aut oleo incoquentes, aut totas ei immergentes, reponimus. Cæterum quod & in his quoque probabile sit quatuor illa inesse genera, proprium ipsius succi videlicet, & tria excrementa, intellectu clarum est, ac potissimum quia qualitas earum non simplex est, immo adstrictionem quoque quandam obtinere, si rosam dentibus mandere voles, videtur. Habet autem & dulcedinem, & amaritudinem, qualisque mordicationem quadam leuem. Verum satis erat, etiam si horum nihil gustantibus deprehendi posset, tamen ex eo quod non extremè adstringat, aliorum quoque saporum mixturam intelligere. Etenim si solus sit austerus, summus itidem fuerit. At si non summus, sequitur quod neque etiam solus. Quam enim proposui adstrictionis generationem, eam si sola citra alias inesse cogites, summa hæc sit necesse est: quo modo si sola corpori cuiuspiam caliditas summè inesset, id ignis utique foret. Nam contrariorum mixtura, summitates ipsas frangunt.

Quam ob rem lingua, tangentiibus ipsam dissimilariibus corporibus, ac per diuersas eius partes simul agentibus, non quam in omnes illa partes inferunt, percipit affectionem, sed ea ex parte primo affecta in totam ipsius diffunditur substantiam.

CAP. 16.

ATque in similibus quidem partibus calor, frigiditas, siccitas, humiditas, particulares differentias efficiunt: in dissimilariibus verò, acrimonia, aciditates, austeritates, acerbitates, dulcedines, amaritates, falsitates, aquositates, & vinctuositates. Itaque vnaquaque similiarum in ipsis partium non multas, sed vnam qualitatem obtinet: quod verò totum est dissimilare, complures. Nam si mille, exempli gratia, hoc in cyatho huius succi corpora contineantur dissimilaria, fieri potest, ut centum adstringant, sexaginta mordicent, sexcenta sint dulcia, ducèta amara, quadraginta falsa, sique mutua mixtione omnia temperata, ut partem nullam accipere sit quantumuis paruum, quæ non sit omnium particeps, ut in lingue contactu omnes quidem agant, diuersa tamen vnaqueque eius parte, nempe cui ipsam appropinquare contigerit: ipsa verò affectio, ex eo quod primo affectum est, in tota eam diffundatur: veluti si in frigore ingenti digitum in aquam gelidam repente immittas, tota interim manu horrebis, sæpenumero verò & corpore toto. Nam velox est ex eo, quod primo affectum est in corporibus sensilibus, in totum animal diffusio, ut videlicet cum calfacto vna calefcat: refrigerato, simul refrigerat: siccato, pariter siccescat: humectato, cohumescat: atque adeo frequenter etiam contraria vno tempore perpetiatur. Quod autem id facilius quod dicitur intelligas, alteri etiam exemplo adhibere animam præstiterit. Vidisti opinor quoniam coniecto in aquam quietam lapide, ex hoc quidem moueri aquam incipientem, in orbem autem motum extendentem, tanquam centrum sit id quod percussit. Cum ergo vno tempore in diuersas placidæ tranquillæque aquæ partes duo lapides coniecti duos effecerint circulos, qui per sese inuicem ferantur, contrarios conspicies in quavis aquæ particula motus. Quæ res viris etiam naturæ studiosis dubitationem non paruum attulit, num alia partes ab utroque motuum, an eadem ab utroque mouerentur. Nam quod circulus circulum non sistat, nec ultra prorsumque ferri prohibeat, id manifestissime cernitur. Id ipsum item fieri mihi intellige, cum eodem tempore pedes quidem in calidam, manus verò in frigidam indideris.

Aindideris. In totum enim corpus vtriusque affectionis motus peruat, contrariisque inuicem occurrunt: referatque forsitan nihil, etiam si contraria non incedant semita, sed vnus ab vno, alter ab altero pede proficiscatur. Tunc enim nec nihil pati corpus, nec ab altero duntaxat dicere queas: nam & manifeste patitur, & ab ambobus patitur, incalescens, ac frigescens. Quod utique & in febribus lyparijs & hepialibus euenire autumo, extra quod in illis non extrinsecus, sed ex ipso corpore caliditatis frigiditatisque affectus exoritur. Quod si quis dicta assequi nequeat, certè ex eo quod iam dicitur, facillimè periculum facere possit. Etenim non longè ab ijs quæ inquirimus abest, sed ex lingue affectuum numero existit. Nam si parem absynthij portionem mellis exquisitè commistam, lingue imponas, γλυκύπικρον, (quemadmodum poetæ amorem cognominant,) hoc est, ex amaro dulce, quod ex ambobus mistum fuerit, videbitur: nimirum cum haud alio tempore mellis saporem lingua sentiat, alio verò absynthij, neque alterum solum, verum perpetuo ex vtriusque insolentem quandam missionem permittam. Tale quid euenit cum in vnum succum coierint aultera & nitrosa facultas, siue id natura miscuerit, siue à medico fuerit compositum. Nam eodem tempore lingua vtriusque succi qualitatem percipit: ac si percipit, nimirum & afficitur, idque pro familiaribus illorum viribus. Nec esseque est quancumque aliarum corporum partium similiter affici, etiam si qualitates ipsas non sentiat.

B Neque enim in patiendo aut non patiendo, ab alijs linguam differre putandum, verum eo quod ipsam nihil familiarium affectuum ob exquisitam sentiendi facultatem latere possit. Quod si ad id non nihil faciat ipsius raritas: quippe succi facilius in profundum penetrantes, atque in molliculas partes actionem exercentes, tum validam quidem affectionem, tum verò sensum eius imprimunt euidentiorè: veruntamen maior vis in sensu accurato potius quam in affectionis robore consistit, cum affectionis robur nihilo secius & in exulceratis partibus fiat, sed quia exacta sentiendi vi carent, idcirco succorum qualitates non percipiunt. Liceat verò cum in illis, tum etiam ante illas, nondum videlicet cute exulcerata, mistam ex contrarijs facultatibus actionem simul, in corpore fieri, colligere. Etenim si parti inflammatae solani succum imponas, densari eam conspiciet, & cohiberi transpiratus conspicies. Itaque si pluscule id ipsum tempore facias, non rubram seruabis particulam, sed aut liuidam aut atram efficies: id quod assidue in erysipelatis à medicis plerisque fieri videre est: nam & ea tempore dura atraque, immodice refrigerando efficiunt. Quod si ergo non solanum, sed anthemida, hoc est chamæmelum parti inflammatae imposueris, eam prorsum contra affici videbis: quippe que rara, fusa, mollis, laxaque euadet, & cum nodum cutis exulcerata fuerit, multumque illius superfusis quæ sub ipsa continetur transpirabit, nec liuida amplius atraue erit, etiam si vel plurimis deinceps diebus chamæmelo vtaris. Fundere enim hoc ac digerere per halitum potest, haud quaquam contrahere, condensare, aut transpiratus prohibere. Quod ergo solano, chamæmelum contrarium sit, illinc liquet. Quod verò etiam si vtriusque commisceas, euidenter tum vtriusque vires perspicies, ego sane expertus edisseram: quancumque te quoque malim ipsa re experiunda euentum cognoscere, quam narrati mihi fidem habere: id quod scio efficiet quisquis veritatis amore tenetur. Oportet verò ut in rem patienti orationem absolueret. Si enim simul impositis solano & anthemide, neque ita densa, dura, tensa, liuidaque reddatur, atque si solo vsus solano esses: neque adeo rara, mollis, laxa, rubensque, ac si chamæmelo solo vsus fores, sed diciturum mediam accipere affectionem particula conspiciatur: contumaneum est vtriusque medicamentum secundum suam operatum esse facultatem. Nam si neutrum quicquam egisset, sed quicuisque vtriusque, quam ab initio affectionem particula habebat, eam haud dubie seruasset, non secus ac si omnino nihil impositum foret. Sin autem alterum quidem eorum operatum fuisset, alterum verò penitus deuietum, non mediam affectionem, sed extremarum alteram perpessa particula esset. At si vtriusque agit, eaque contraria facultatibus fuere, contraria utique eodem tempore corpus perpeffum est. Nec enim partitis inter se agendi viribus operabantur, tanquam si vtriusque exempli causa totum diem impositis, sex horis prioribus medicamentorum alterum, reliquis verò sex alterum suo vicissim munere fungeretur: nugax enim hæc est hypothesis, nec solam demonstratione, sed probabilitate quoque omni destituta. Quancumque profecto nec ita quidem fundi contrariisque substantiam contingit substantiam, velut in ijs qui in balneis lauantur, posteaque ingrediuntur frigidam, sed potius ita ut si lauanti frigidam aquam adspergas. Sic enim non diuersis temporibus, sed eodem contraria perpetiatur. Igitur quemadmodum in medicamentis compositis mirum non est, si contrarij simul affectus corporibus insistantur: ita neque in simplicibus, cum & ipsa sensu quidem omni atque cognitione simplicia appareant, verum natura sint composita. Quinetiam quemadmodum in ijs, quæ nos componimus ac commiscemus, interim, si ita visum est, plus adstringentis succi indimus, interim plus dulcis, aut amari, aut salis, aut acris, aut alterius cuiuspiam contrarium, non nunquam verò vtriusque partibus paribus, ita quoque naturam in arboribus, fruticibus, animalibus, & in ipsa quoque terra contrarios temperare succos paribus aut portionibus, aut viribus alienum non est. Potest etiam quancumque alterum vincentem efficere. Itaque actiones eorum in mixturis paribus similes euadent, in imparibus autem diuersæ. Ne quis ergo putet, quod & supra monuimus, nihil referre, adstringentem succum dicas, an adstrictione. Nam adstrictio vna res simplex intelligitur, adstringens verò duplex: sicut & calfacies partim simplex & summum, ut ignis: partim per exuberantiam caloris, ut sanguis. Sic adstringens quoque aliud summum est, ut exempli causa, alumen, & melanteria,

* Similiaria.

& melantheria, siue atramentū sutorium, & galla, & rhus: Aliud quia adstrictiōis cuiusdam est par-
ticeps, velut pyrum, vinum, malum, rosa: nam minimum omnino est in rosa quod adstringit, mul-
tis numeris eo, quod non est eiusmodi, superante. Quapropter non ab re exigui quoque adstrictio-
nis effectus sunt, tanti. s. dum à relaxandi facultate quæ rosæ inest, corporum illi admotorum ro-
bur non exoluatur. Itaque mirandum non est medelam esse eam inflammationum, ac potissimum
dum increfcunt adhuc atque augentur, plusque etiam dum incipiunt.

*Quod rosaceum, utpote olei rosæque, mediam ad vim naturam obtinens, inflammationum
optimum in augmento remedium sit.*

CAP. 17.

Rosaceum verò, (utpote cuius natura olei rosæque in medio est) in inflammationum augmentis
optimum est remedium. At oleum commodum est ubi inflammationes maxime vigent: id quod
experimenta docent: causam autem nos in tractationibus de medendi ratione exponemus. Porro rosa-
ceum ut quod in medio eorum ex quibus confectum est consistit, utique & in medio tempore utilitatem
ostendit. Nam per initia repellere comprimereque influxus oportet: in vigore autem ita per halitum di-
gerere, ut morsus absit: in incrementis repellere simul ac digerere. Id quod si quis nudum, citraque iam
dictas ratiocinationes audiat, fortassis fidem non habebit. Nunc autem mirer, si quis adeo sit stupidus,
ut rationi nondum acquiescat. Etenim indicationes in inflammationum incrementis contrarias esse ne-
cesse est. Nam semel unoque impetu ab adstringentibus contrahentibusque substantiâ ad laxantia fun-
dentiaque transire planè absurdum est: sicuti sanè æquum est in intermedio principij statusque spatio, dum
videlicet morbi adhuc increfcunt, nec planè repellere sicut in principijs, nec itidem digerere sicut in
vigore, sed perinde ut morbi conditio media est inter contraria, ita medicinâ quoque oportet
ut, quæ videlicet non ut in principijs adstringat, nec ut in vigore digerat. Atqui mediū omne ex con-
trarijs mixtum est, ijsque totis per tota temperatis, aut per exiguas particulas sensum effugientes eorum,
quibus apponuntur. Porro hoc an illo modo rosaceum mixtum esse velis, mea quidem certe nihil refert:
nam utroque modo propositum demonstrari potest. Satis autem certò scio, si ratiocinationes oēs, tum quas
Theophrastus memorię prodidit, tum quas nos toto hoc tractatu complectimur, multum animo
verfaueris, te secundum mixtionis modum reperiturum. Quin & in profundum penetrare, & cor-
pora arenantia magis quam oleum humectare rosaceum potest: arbitrarique subinde rosaceo te prædensas
coriaceas tunicas teri vidisse: quoniam neque oleum, neque hydrelum, quod ex aqua & oleo mixtis
constat, eam probè mollire ac madefacere possit, quia videlicet crassiorum sunt partium, quæ ut
penitus imbibi ac penetrare queant: rosaceo verò præter cætera quæ potest, paucula quedam inest
adstrictio, haud parum huic rei conferens. Nam quæ magnopere austera acerbaque sunt, primo sta-
tim contactu superficiem condensantia, humorem ingredi imbibique prohibent: at quæ paulum
quidem adstringunt, ceterum plurimum in se continent essentiam tum tenuis, tum tepidæ, tum abest
ut præ adstrictione ingredi alius corpora admota prohibeantur, ut et ab ea, magis, s. impellente,
iuuentur. Quæ autem penitus tenuia calidaque sunt, magis digerunt discutiuntque humores ex corpo-
ribus quibus admoventur, quæ alios ipsa apponant. Porro quæ frigida sunt et crassioris essentia, om-
nino nullum introducere humorem queunt. In quibus verò humiditas inest tenuis pariter & te-
pida, hæc per essentia quidem tenuitatem & tepiditatem promptè mobilia, corporum quæ con-
tingunt, meatus subire nihil prohibet. Quod verò non admodum calfaciunt, ex eo liquet, quod exi-
stentem in illis humiditatem non digerant. Si verò præter quam quæ sint eiusmodi, insuper exigua
adstrictioem possideant, quæ tenues particulas meatus iam ingressas in profundum propelle-
re valeat, ipsamque extrinsecus superficiem quadantenus constringere ac condensare, ea inter om-
nia humectantia efficacissimè humectant. Adstrictioem enim maioris natura est, ut meatus occlu-
dere præoccupans, vicinamque substantiâ ad se contrahens, constipansque, ijs quæ humectare valent,
impedimento existat. At quæ adeo infirma est, ut in rosaceo, quæ ipsa vincatur potius quam vincat,
tenues calidasque rosacei particulas præuerrere quidem nequit, sed ubi illæ altius penetraverint, in
ipsam iam tum superficiem agere incipit, pro viribus constipando, contrahendo, ac condensando.
Ex quo necessario sequitur, ut quæ ingredi meatus anteuertentur exigua corpuscula, intro propella-
tur, ac meatus præclusis foras regredi inhibeat.

*Quod quæ frigiditate interimunt, deleterijs, ex mutationis celeritate uti corrumpant euenit, ac proinde alienam
requirant caliditatem, quæ velut manu in totum deducat corpus.*

CAP. 18.

Sanè ad opera eiusmodi non mediocriter confert innata corporibus nostris caliditas: quippe
quæ intro ad sese attrahat, & comminutendo extenuet. Hinc est quod & quæ natura frigida sunt me-
dicamenta, nempe quæ deleteria nuncupantur, utputa cicuta, papauer, hyoscyami semen, mandra-
gora, & quæ eius sunt generis, citius magisque in calidis naturis vim suam exerant, cuius & tu, ta-
meti vnum ex ambiguum difficultumque problematum numero habitum id fuerit, haud difficul-
ter, modo non segniter ijs quæ dicimus aduerteris animum, solutionem inueneris. Etenim cum sit
impossibile ut talia interficiant, nisi prius cor refrigerent, sanè intro comminuta extenuataque ingre-
diatur necesse est. Id quod ex sua natura præstare nequeunt. Quippe quæ crassarum sunt partium,
nec facile moueri possunt: nec ut minutim concidantur, prorsumque ferantur, ex sua natura obtinent:
verum adscititiam caliditate requirunt, quæ in minuta secet, extenuet, atque comminuat, quæque velut
manu

A manu ducat, atque in subtiles partium omnium meatus deducat. Itaque si quæ ea absit, cunctantur, tar-
dantque in maioribus meatibus hærentia, & venis atque arterijs velut innata: ac temporis spatio
interim per longos errores ac multas iactationes ab humoribus quæ in eis sunt, vicissim non ni-
hil perpetiuntur. Ostensum est enim iam sæpenumero, in sese mutuo qualitates omnes quadan-
tenus agere. Nam & lapis ab affiduo aquæ stilliticio excauatur, gladiusque ceram secando hebetat-
ur. Monstratum etiam est actiones à solidis animantium partibus perfici, quare cum hæc nondum
à refrigerantibus medicamentis refrigerint, animans superstit necesse est. Porro refrigerari ne-
queunt prius, quam illa in proprios istarum meatus subierint: Atqui ex sua id natura crassioribus frigi-
disque medicamentis datum non est, nisi succurrat quod velut deducat. Deducit porro, ut causa pri-
maria, arteriarum attractio, (ostendimus enim ipsas inter dilatandum vicinum omne attrahere,) ut
secundaria verò & materialis, essentia tenuitas: quam cum ex natura sua non obtineant frigi-
diora crassiorumque partium medicamenta, ijs utique opus habent quæ præbeant. Corpora itaque
quæcunque temperaturæ sunt frigidioris, ea arteriarum tractum imbecilliorum possident, (id quod
etiam demonstratum est,) atque in minutas particulas medicamentorum substantiam aliquid gere-
nequeunt. Proinde medicamentum & ipsum cunctando tardandoque temporis spatium reliquid per-
petiatur par est. Itaque interim accidit ut cōcoquatur, velut lactuca succus: nam & is tempore con-
coquitur. At si integer ad cor pergere properaret, non secus atque cicuta hominem interficeret. Eue-
nit autem id ipsum alijs quoque omnibus admodum refrigerantibus succis: nam nisi celeriter inter-
mire possint, sanè ex hoc omnino nullius effectus redduntur. At quæ aut erosione aut putredine
eneant, ijs ut tempore inualescant accidit. Siquidem temporis spatium putrescunt omnia, idque ma-
gis in humido calidoque loco. Merito ergo fit, ut quæ frigore suo noxam inferunt, ijs actionis ce-
leritas ad perniciem proficiat: quippe quæ alioqui spatio excalecta, vim per quam agebant, deper-
dant. At quibus actio consistit in putredine, ijs tempus actionem adauget, quoniam & putredine. Nec
enim animal vllum interire potest, quin cor ab agendi munere cesset: fieri porro ut cesset nequit
citra maximam intemperiem, siquidem non simpliciter quæ par est aut calidius, aut frigidius, moue-
ri desinet. Eodem modo si modice siccum aut humidum euadat: minus enim suo fringetur ob ha-
sce quidem intemperies munere: ceterum motu non vacabit prius quam immensam aut caliditatem,
aut frigiditatem, aut reliquarum qualitatum aliquam acceperit. Porro medicamentis quæ frigore
occidunt, ubi ad cor pergere cunctantur, simile quod accidit, quod lignis humidis viridibus frequen-
ter euenit. Hæc siquidem si multa acervatim in ignem coniiciantur, eum celerimè extinguunt, sin
vndique in orbe compolita prius siccantur, ac incalescant, & deinde sensim iniiciantur: tum ab-
est ut extinguant, ut et alimento illi efficiantur. Sic hominem quidem cicuta necat tum ob me-
tuum amplitudinem, calorisque multitudinem, tum ob attractiōis arteriarum robur validum etiam
num ad cor pertingens: Sturnos verò ob causas contrarias haud enecat, utputa cum & retineatur &
cunctetur, ac sese tempore tractu cōcoqui præpararique à corde tanquam à foco incalescere sinat, non secus
ac ligna extrinsecus. Quare nec id quidem mirum dubiumque relinquatur, sed est quale lactucis accidit,
quippe quæ moderato esu hominem nutriat. At si quis ipsa expressum earum succum largiter hauserit,
non secus profectò morietur, quæ qui aut cicutam, aut papauer sumpserit. Sic lactuca si cor refrigera-
uerit, interim: sin concoquatur, alimentum animali efficitur. Ad eundem arbitror modum cicuta
hominem quidem celeritate distributiōis interficit, sturnos verò tarditate ipsa nutrit. Si verò exi-
guum quiddam sumatur, mortem homini nequaquam inferet. Id quod anus Atheniensis experimēto do-
cuit, cuius apud oēs percelebris memoria est. Etenim ea ab exigua cicute portione auspicata, nul-
lo detrimento ad permagnam progressa est copiam: principio enim paucum exiguitate ipsa deuictum
est: ac consuetudo naturale reddidit. Nec enim nunc locus est, ut cur plurimum possit consuetu-
do, curque velut altera ac adscititia natura sit, ut à veteribus proditum est, causam reddat. Nam ita
maius euaderet operis accessorium, quam ipsum opus: ut omittam quod separatim de hoc tractaui-
mus. Verum connectendus est perficiendusque præfens sermo.

*Quod medicamentorum quæ frigiditate sua interimunt, nullum prorsus genere
letale sit, ac deleterium, sed sola quantitate.*

CAP. 19.

Eorum ergo medicaminum quæ frigore interimunt, nullum genere letale est, sed sola quanti-
tate. At in erodentibus, putrefaciendis, atque excafacientibus haud ita se res habet: sed de his
paulo post dicitur. Quæcunque autem frigiditate occidunt, ea exigua quantitate sumpta mortem
non adferent, non magis quam si copiosæ flammæ paucillum aquæ instilles, aut lignum iniicias humi-
dum ac viride. Quemadmodum itaque nisi calorem habeant abundantem, qui tum comminuat, tum
ad cor usque perducatur, interficere non poterunt: sic si quod comminuit ac deducit, multo valentius
fuerit, prorsum deuincet, mutabitque, ac alimento ut sibi sit medicamentum, efficiet.

Quod medicamenta quæ natura sunt frigida, iure à veteribus potestate frigida appellentur.

CAP. 20.

Quamobrem eius quoque nunc protinus meminisse oportet, veteres medicamenta natu-
ra frigida, potestate dixisse frigida. Nam ea quoque quadantenus refrigerandi potentiam
à nobis accipiunt, sicut excafaciendi calida. Quod si alio modo illa, alio verò ista, nihil
utique refert: generale enim idem communeque vrisque est, nempe alterationis principium ex passuro
corpore

corpore in acturum medicamentum procedens. Nam quæ potestate quidem sunt calida, alterantur eo duntaxat, quæ incallescunt à nobis: at quæ natura frigida, tum quæ comminuantur, tum quæ adscititium accipiunt motum. Cum itaque ipsi tanquam frigidis agere absque corporis patientis auxilio non liceat, iure potestate frigida dicuntur. Nam ut actu nos refrigerent, non prorsum ex sese obtinent, verum à nobis prius perpetuantur ut refrigerent oportet. Etenim in minuta conteri, & aduentitium motum accipere, affectus sunt medicaminum. Attamen si cui libeat ea actu frigida nominare, haud equidem repugnem, modo omnis in verbo dissensio sit, res autem utriusque confessa. Siquidem (quod paulo supra monuimus,) id genus omnia calidum corpus quo agere possint postulat. Ea propter meconium, hoc est succus papaueris, & cicuta, si vino mista bibantur, ocyus necant, licet non quo uis temperata modo. Si enim ipsa paucissima plurimo vino miscantur, prorsum deuinci possint: Si uero pauculo multa deducuntur quædam ad cor, uinci autem nequeunt. Siquis uero papaueris succum, quantum interficere potest, hauserit, ac etiamnum tamen super sit, recta ratione & hunc quoque sanabit largè epotum uinum uetus, magisque etiam si generosum fuerit: nam id quoque magis calefacit. Quod uero cor nondum admodum refrigerit, liquet: quoniam quidem adhuc homo uiuit. Tum autem digestionis in corpus tarditate quadantenus mutatum iam à corpore esse medicamentum, sicut lignum uiride ubi proximè ignem aliquandiu iacuerit: nec id quidem obscurum est. Calidum itaque id temporis uinum ebibitum presentissimum est remedium, nosque etiam quendam extremè iam refrigeratum uini lesbij potione seruauimus: potestque idem salernum, surrentinum, aruistum, tmolites austerum, ac quotquot calida simul exquisite uinosa fuerint uina, eundem cum lesbio præstare ualent effectum. In summa quod tenui perlucidaque substantia est, colore uermiculo aut flauo, odore gratum, quodque dum temperatur, plurimam aquam exposcit, id tum admodum excalefacere est natum, tum facile uindictam per corpus uniuersum deferri. Tale ergo natura uinum, ætate uetus, meracius temperatum, eos et qui refrigerati iam sunt persanat, nec solum à papaueris succo, aut alio quoque refrigerantium medicaminum, uerum etiam qui in morbis aut ex stomachi, aut ex cordis affectu syncopam patiuntur. At quod cum refrigerantibus medicamentis, quod celeriore morte affectum bibitur, id nec multum est, nec generosum, sed quod comminuere ea, ac distributionis sui impetu in cor perducere modo ualeat. Atque de his quidem hæc sufficiant.

De actione medicamentorum, quæ putrefactione & erosione nos necant.

CAP. 21.

Quoniam autem de his etiam medicamentis, quæ erosione ac putredine interimere sunt nata, dicturum me, quod tempore perniciosiora reddantur, & ipso genere naturam nostram corrumpere possunt, non ut refrigerantia, duntaxat multitudine, sum pollicitus: tempus enim est promissis satisfacere. Coniuncta est enim quadantenus quæ de his habetur oratio, his quæ de medicamentis potestate calidis dicuntur. Verisimile siquidem est plerumque eorum etiam actu esse calida, sed tunc nos fugere, quoniam aut ipsi plurimum habeamus caloris, aut crassa eorum essentia sit. Redigamus enim eadem rursum in memoriam, nempe quod in balneo frigida uideatur uirina: itidemque memoria repetamus, quod cum in solium calidum descendere non ualeremus, alius prius calidum ingressi, nullo negotio quod antea intolerandum uidebatur, postea pertulerimus. Quin & aqua fontium tempore hyberno quibus manus algent, tepida apparet, cum alijs minime uideatur eiusmodi. In summa enim (id quod antea quoque diximus,) pro suo unumquodque affectu corpora admota sentire consuevit. Sic ergo si manum habens frigidam, eam in tritici aceruum immiseris, luculenter calorem percipies: si in calidam, nequaquam. At si stercore columbino accumulato, potissimum syluestrium columbarum, manum inferas, etiam si calidam, manifestam tamen senties caliditatem. Sic misy, sory, chalcitis, ærugo, calx, aliaque id genus innumera, si illis acruatis manum altius iniicias, protinus uidebuntur esse calida. Cæterum si bolum ex eis unum acceperis, cuius extrinseca superficies ab ambiente extrinsecus aere sit refrigerata, merito nullum percipies calorem, quippe qui refrigeratas tantum eius partes contingas, idque antequam in minutas redactæ sint. Ad eundem modum hyeme sæpenumero tum putealis, tum magis fontalis, calida tangentibus est uisa: uerum si quis calfactis prius manibus contigerit, frigida uidebitur: memorarique sanè possint alia id genus infinita, quibus facile adduci quiuis possit, ut credat medicamenta potestate ut ad nos calida, alteri autem antium generi actu esse calida.

Quod recte quæ erodendo putrefaciendoque interimunt medicamenta, genere, non qualitate deleteria sunt dicta. & quod quanto in corpore morantur diutius, tanto & magis agere sunt nata.

CAP. 22.

Atque hæc quidem obiter dicta sunt. Cæterum quæ nos contactu aut per putredinem, aut per erosionem interficiunt, (nam de his habebatur oratio,) ea recte quidem ratione humanæ naturæ deleteria toto genere existimata sunt, non ut frigefacientia, duntaxat quantitate: hæc enim interdum vincuntur, & nutrimentum animali redduntur: putrefacientia autem etiam si quantitate minima sumantur, omnino tamen corrumpunt, quia uidelicet quæ putredini obnoxia sunt, calore humiditateque putrefcere solent. Atque calidus humidusque sanguis est. Itaque putrefcere nunquam cessare possunt, simulque uicissim putrefacere, quæ sunt uicissim à putrefactione uocantur medicamina. Proinde longo etiam post tempore à quo sumpta sunt, nonnulla interimunt, potissimum quæ crassa terrenaque essentia sunt. Hæc enim corporibus nostris inherencia insidentiaque,

insidentiaque, deim temporis spatio putrescentia, erodunt corrumpuntque uicinas corporis partes.

Qua causa putrefacientia medicamina, licet genere letalia sint, non tamen perpetuo occidunt.

CAP. 23.

Atque tenuiora sunt, et externi interim cum excrementis possint: fereque accidit, ut duas ob causas istas quæque medicamenta putredine erosione uel necantia non interficiant: uel uidelicet, quæ modo admodum dicere desini: nempe cum uel cum excrementis excernuntur priusque iniuria corpus afficiant: alteram, si cui accipere bona faueat fortuna, uidelicet aut cibis, aut quæ alioqui conferunt, utentia: aut medicum qui curando prestat, nactus. Nam ubi grauis ab his noxa illata est, malum neque uictus ratione, neque generosorum medicaminum, medicisque auxiliantis ope sisti potest. Quod si prorsum exile sit deleterium, nihil repugnat quod minus illud quocumque nihil perficiat, propterea quod cum excrementis excerni possit, aut idonea uictus ratione superari: ut puta si cantharidis sit centesima drachmæ particula: nam id priusque noxam animalis inferat, uel cum uirinis excernatur. Sanè cantharides uirinae cientibus medicinis miscetur, sicut plerumque alia letalia alexipharmacis, hoc est amuletis. Atque id genus medicamenta composita si aptè mixta fuerint, omnino efficacissima sunt: quoniam admodum quod ex cantharide conficitur, uirinae mouendæ accommodum est. Ferunt enim alioqui sponte sua cantharides per uirinam ad uesicam, atque sic rodendo eam exulcerant: uerum ubi paucum ex illis, multis miscetur bonis atque uilibus, illa quidem uelut manu ducunt, rodere tamen nequeunt. Opus est enim ut quicquid agat, et si sit ualentissimum, aliquam tamen & magnitudinem habeat: quoniam nimium & ignis ipse si prorsum minimus sit, præter quod non uret, ne calefaciat quidem: quippe cum & centesima scintilla portiuicula sensu nobis sit imperceptibilis. Ex quibus patet, quæcunque frigiditate interimunt, si paucula sumantur, nutrire corpus posse, uelut lactucæ succum: at quæ putrefaciendo erodendoque, ea nunquam nutrire, ne si præ paruitate quidem innoxie corpus permeent: genere namque talia humanæ aduersantur naturæ.

Quod in medicamentis, dissimilari substantiæ reperitur mistura: ac proinde ubi sine suo purgantia frustrantur, interim quidem extremè lædimur, interim nequaquam, quippe ubi deleteriam in se vim permistam obtinent, ad corrumpendum conuertuntur. Si uero vim non habeant deleteriam, conuertuntur, talemque generant succum, qualem trahere nata erant.

CAP. 24.

Quemadmodum autem in saporibus ante monuimus, nullum prope eorum alienæ esse qualitatis expertum, uel in arboribus, uel in herbis, uel in fructibus mistos semper alterius generis esse saporibus: ita in medicamentis intelligere oportet, multas diuersi generis mistas esse substantias: id quod inuenias, si consideres granum cnicidii hoc à cnico differre, quod plurimum habeat caliditatis. Nam similitudinè utriusque substantiæ tactu uisusque cognoscere liceat: præterque ea tertium est, quod ambo pituitam detrahant. Ostensum est siquidem nobis in commentarijs de naturalibus facultatibus, quæ qualitatum, quæ in substantijs sunt, proprietatibus attractiones perficiantur. At tamen grano cnicidii multum permistum caloris est, qua re à cnico distat. Idcirco purgantium medicamentorum, ubi forte purgatione frustrantur, quædam extra quæ noxam corpori nullam afferunt, et alimētum homini prebent: alia uero in corruptione, ac tanquam in uenenum uertuntur. Prorsum enim medicamentum expurgans uel cum uno saltem humorum, qui in corpore sunt nostro, similitudinè obtinet, non autem perpetuo permista est uis aliqua uenosa: quam obrere nec perpetuo, licet non purget, iniuria afficiet, uerum concoctionem accipiet, talemque producet humorem, qualem trahere natum erat.

Quamobrem, cum qualitatum proprietate attractiones perficiantur, purgantia medicamenta quidem perpetuo humores attrahant familiares, nec tamen unquam à familiaribus attrahantur: An quod efficaciora sunt purgantia medicamina, sic ut attrahere potius quam attrahi sint idonea?

CAP. 25.

Non autem me fugit, qui in naturalium facultatum commentarijs exercitatus ante non sit, hæc rationationes non satis consequi posse. Demonstratum. n. ubi est plerumque perfici attractiones qualitatum familiaritate: proinde quæque singillatim animantis particulam familiare sibi nutrimentum attrahere. Ad quam sententiam seu dogma sequitur medicamenta purgantia esse quidem detrahendis humoribus familiaria, uel quæ attrahunt, quodammodo esse efficaciora ualentioraque, sicuti magnes lapis ferro: quippe quod ad ferri naturam accedat, inque ferri metallis reperiat, eique magnope specie similibus sit: uel fortior est quodammodo, ut attrahere sit aptior, quam attrahi. Quin nec cnicum quoque à pituitæ natura alienum esse diffidendum est, uti colore suo præ se fert: sed tamen calore ipso quæ pituita ualentior est, ut trahere quam trahi magis par sit. Ad eundem modum granum cnicidii siquidem forte à corpore nostro uincatur, (id quod assidue cnicus uisuenit, rarius autem grano cnicidii, nimium ob robur,) uice purgationis alimētum efficitur: uelut ueratrū semper conturnicibus. Volo autem (quoniam quidem in hunc sermonem descendimus) logici cuiuspiam meminisse theorematis, quod & in commentarijs de demonstratione monstrauimus, cæterum in re præsentem haud inutilis. Est autem theoremata eiusmodi. Demonstrationum alia, quæ ex necessitate hoc illi insit concludunt: alia, quæ inesse possibile est. Harum ipsarum quædam in id quod ex necessitate inesse recidunt, quoniam uidelicet ex necessarijs consequuntur principijs, uelut in hoc ipso quod modo monstrauimus. Siquidem in grano & cnicico pituitosum inesse succum euidenter monstrare non est: tamen posse esse, ac probabile uerisimileque esse, ratione colligitur. Sed quia attractiones substantiarum fieri similitudinè ostendimus, (demonstratum enim subinde est, in purgationibus attractionem

attractionem esse eorum quæ purgantibus medicamentis similia sunt, haud verò omnium simul E succorum alterationem, similitudinem inesse quædam utriusque substantiis, & eius videlicet quod purgat, & eius quod purgatur, necesse est. Porro cum quod purgatur, pituita est: quod trahit, pituita totum sit oportet. Pituitosum autem esse oportere quod trahit diximus, non autem planè pituita. Etenim similitudinem inesse substantiis diximus, non identitatem: contrarium enim cernimus. Nam neque ferrum attrahit ferrum, neque caro carnem, sed lapis sideritis ferrum, caro sanguinè. Differunt enim, mea quidem sententia, idem & simile. Quippe pituita pituita eadem est, & cnicum cnicum, similis autè pituita cnicus, non tñ idè. Neque enim quæcunque edulia aut biliosa aut pituitosa dicimus, perinde tanquam bilè aut pituitam continerent sic nuncupamus. Huius enim opinionis absurditatem deteximus cum in naturalium facultatum commentariis, tum multis alibi locis.

Quod in purgantibus medicinis duplex insit similitudo, nempe quædam actus, & quædam potentia.

CAP. 26.

Quapropter prætereunda sunt omnia huiusmodi. Illud verò rursus repetendum est, quod purgantium medicaminum quædam iam etiã possident idoneam ad attractionem similitudinem: quædam non perfecte quidem eam obtinent, verum in animantis corpore accipiunt, non secus atque vrentia medicamenta, quæ caustica Græci vocant. Itaque duplex quoque in his similitudo est, una actus, altera potentia, velut & in alijs omnibus. Quin & permixta sunt similibus in vno quoque succis alijs dissimiles, quæ partim quidem medicaminosi sunt, partim non. Quare ubi purgationem haud assequuntur, quædam purgantium malum corporibus nostris inferunt, quædam verò alimentum exhibent.

De superpurgationibus, quas ὑπερκαθάρσις Græci vocant.

CAP. 27.

Porro quoniam semel sermonem de purgantibus medicamentis attigimus, præstiterit fortassis non nihil quoque dicere de nimis purgationibus, quas ὑπερκαθάρσις Græci vocant, quasi superpurgationes dicas. Euenire igitur esse solent, cum purgans medicamentum visque adeo inualuit, ut in vasorum ad ventrem pertinentium osculis mordicationem apertionemque multam relinquat: assidueque irritans conuellensque corpora, quæ in vasis sunt vires dissoluat atque deiciat. Nam quod in ventre euenire conspiciamus, ubi vires eius in extremam inciderunt infirmitatem, idem in venis accidere putandum. Quid porro est quod in ventre euenit: vomitus totius eius quod deglutit, ubi videlicet superiores eius partes debilitas occupauit: intestinorum verò leuitas ubi inferiores. Otensum est autè & de hisce latius in tractatu de vacuadorum causis. Huiusmodi affectum existere in venis estimandum est in superpurgationibus. Cum autè per initia modica etiamnunc sit & apertio, & imbecillitas, tum quod & tenuissimum est, minimeque naturæ familiare, excernitur: sed ubi vtraque adauersa est, iam tum est crassa, & quæ naturæ familiarissima sunt, euacuantur: quamobrem flaua bilis primo, pituita secundo loco, tertio loco atra bilis, post hæc postremus omnium in superpurgationibus effunditur sanguis, utpote qui naturæ succus sit familiarissimus. Ante hunc verò primus quidem qui tenuissimus, postremus qui crassissimus. Dissertit autè & Hippocrates in opusculo quod de natura humana inscribitur, de ordine qui in istis euacuandis seruari solet: ac nunc quoque ne quod huic sermone desit, dicendum est. Etenim si quod pituitam ducat medicamentum exhibeas, prima quidem in superpurgationibus flaua, mox atra, tertio loco sanguis efficitur. At si quod flauam bilem detrahat, pituita consequetur, tertia atra, quartus demum reddetur sanguis. Quin & si atram bilem purgare sit natum, eam quidem primam euacuat: postquam flauam: deinde pituitam: omniumque postremus sequetur sanguis, tanquam ex inanimis iam vasculis effluens, ut quæ summa iam debilitas occupet, quæque ad extremam osculorum apertionem peruenerint. Ex quibus manifestum est postremum in superpurgationibus vacuari humorem, qui idem & familiarissimus est: aliorum autem vnumquemque prout aut crassus est, aut tenuis.

Qua causa in superpurgationibus humores minime purgati medicamento familiares itidem euacuantur: nempe propter vasorum infirmitatem, propter osculorum laxitatem, propter purgantis mordacitatem.

CAP. 28.

Ceterum causæ quamobrem omnino & qui alieni sunt à purgante medicamento succi vna excernantur, in hisce tribus consistunt, vasculorum scilicet imbecillitate, osculorum laxitate, & purgantis mordicatione. Cum enim vascula non amplius in sese continere succos possunt, & oscula eorum reclusa fuerint, nec irritare medicamentum desinat, possitque non amplius familiarem trahere succum, necesse omnino est reliquos quoque, quo diximus ordine excerni. Satis enim erat vnica mordicatio, quæ organa ad excretionem excitare posset: quanto ergo magis id fiet, ubi & apertio, & imbecillitas vasorum coierit: sit autem, ut supra diximus, apertio ob medicamenti potentiam: ob quam videlicet mordicatio item provenit. Vasorum autem imbecillitas tum ob in gremio defatigationem, (quam scilicet, dum à purgante medicamento mordicantur, ac veluti emulgerentur, acquisierant.) tum ob intemperantiam, quæ in superpurgationibus occupat. Quæcumque enim humorum penitus euacuaueris, intemperantiam consequatur necesse est. Itaque quod à purgante & alieni quoque vacuentur succi, eas habeo causas: porro quod supradicto ordine, vacuandorum humorum tum tenuitas, tum crassitudo in causa est: & ad hæc prout magis & minus animantium constitutioni succus quislibet familiaris est.

Galenus

De tenuibus & crassis partibus, saporumque & odorum essentia, & facultate, quæ in medicamentis simplicibus cernuntur.

Quid tractatum fuerit, quid reliquum sit tractandum. Item de differentia sensus lingue, & cæterarum partium.

CAP. I.



Vo pacto igitur dicatur frigidum, calidum, humidum, siccumque facultate medicamentum: tum qua ratione id explorare oporteat, supra definitum est. Porro quoniam non nulla emollientia dicuntur, relaxantia, rarefacientia, cōdēsantia, emplastica, ac digerentia, multaque his similia alia, præstiterit et de his differere: vna vero cum istis, aut er ante ea, de saporum omnium & essentia, & facultate, de qua & in fine primi horum cōmentariorum verba fecimus, quoniam. s. Platonis ex Timæo dictionem adscriptimus. Verum ubi quidem gratia passionum sensibilem, quas lingua in quoque eorum perpeti est nata: at hic de essentia & facultate sermo habebitur: quoniam quidem & aliæ animantis partes similiter ut lingua perpetiuntur, sed passionum sensum non exacte percipiunt. At lingua præterquam perpetiatur, sensum etiam perfectionem possidens earum omnium naturas dignoscere potest. Nec enim hoc dicendum est calidum, frigidum, humidum, siccumque linguam calfacere, frigefacere, siccare, aut humectare posse, aliarum vero quauis non posse: immo uti hanc, ita & alias omnes singula afficiunt & alterant, tum diuersitate in ipsis existente pro minoris maiorisque ratione: haudquaquam in ipso, ut sic dicam, affici, aut non affici. Quippe quod lingua non secus atque alia quauis animantis partium calidum, frigidum, siccum, humidumque dignoscere corpus valeat, cuius clarum est: amaritatem vero, dulcedinem, salinitatem, aciditatem, austeritatem, acerbicatem, acrimoniam hæc sola discernere creditur: tamen si passionum similitudinem inuenire est cum in alijs partibus oibus, tum maxime in vlcera. Nam cutis duritas densitasque excludit, resistit, prohibetque quod minus foris in cidentium facultates intro in carnem ipsam penetrent.

Quoniam modo frigidum corporibus nostris mordax appareat, & qua differat ab ijs quæ caliditate mordicant: nempe quod cotinuum diuellat, cuius rei causa est, quod & tenues humores copreßu exprimantur, & vacua spatia relinquuntur, & mollis substantia in arctiore locum contrahatur: at calidum, quia substantia continuitatem erodat.

CAP. 2.

Sic enim & illud ab Hippocrate dictum est: Vlcera frigidum mordax: tamen si cuti priusquam vlceretur, mordax nequaquam esset. Est vero & oculis, & naribus, & ori, externis partibus animalis frigidum mordax, nec minus internis, ventri, & intestinis, ut difficile sit non nunquam discernere, an à frigore quis, an ab humorum mordicetur acrimonia. Eueniunt autem hæc non ab re. Siquidem cum frigidum quæcunque contingit, eorum & contrahat substantiam & condenset constringatque, primum tenues tum excernantur humiditates necesse est, sicut ex oculis lacryma, ex naribus muccus: postea vero etiam mordax appareat, licet alia ratione quam in calido. Nec enim erodendo, quod continuum est, sed diuellendo, molestum ac mordax est frigidum. Quare nec duris corporibus tale apparet. Nam dum mollia contrahuntur comprimunturque, humidum exprimi contingit, simulque partes diuelli: humidum quidem, sicut in spongia à manibus nostris contracta compressaque diuelli aut, sicut in ijs quæ distrahuntur, diuellunturque siue à nostris manibus, siue aliunde. Tale quid rara molliaque corpora à frigido perpetiuntur necesse est raritate frigus promptè intro recipiente, multoque etiam promptius partibus in ea mollibus, quæ in profundo sunt, à frigore concretescentibus. Frigidum itaque spiramenta cuncta in raris corporibus subiens, qualia sunt vlcera omnia, oculique, & nares, ac os, venterque, omnes refrigerandorum corporum partes circumquaque amplectitur, & quodammodo multis circumquaque ansis eas contrahens atque condensans à continuo auellit. Quæ dum patiuntur, multa fieri spatia inania necesse est: non tantum quia tenues exprimantur humiditates, verum etiam quia substantia mollis in arctum contrahatur. At qui spatium inane in sibi continuo corporibus, seruata etiamnum continuitate, fieri non potest. Ergo si fieri id cōstet, clarum est illam deperdi, ac corpus continuum distrahi, ex quo molesta mordaxque sensus exoritur affectio. Tamen non eadem utriusque qualitas est, tum ijs quæ frigore mordicant, tum ijs quæ calore: sed in illis protinus et contractionis cōdensationisque sensus percipitur, in his dissolutionis & fusionis. Quin nec par est utriusque affectus celeritas, verum in refrigerantibus quodammodo tardior & cunctantior est mordacitas, at in excalfacientibus celerrime penetrat.

† In antiquis cod. legitur sed fecerunt. i. fugeretur.

trat. Quia igitur abunde definitum est tum ipsa rerum natura, tum et qui in nobis fit sensu, clareque expositum est, quo pacto calidum, quoque frigidum mordax appareat, colligere queque apud se nunc oportet vel antequam a nobis id audiat, mordicantium medicaminum alia calida facultate, alia frigida necessario esse. A nobis autem distinctiones eorum exacte addiscere licebit, ubi prius commonefecerimus poculum & balneum, cum temperata sunt, calida a nobis dici non nunquam appellationis abusu: quoniam quidem eucrata siue temperata dici debebat ac symmetra potius, quam calida. Ergo que sic calida sunt, grata amicaque sunt: funditur enim quod a corporibus nostris constiterat, atque concretum fuerat: quo maxime affectu voluptas animantibus constat. At si moram etiam trahant, sensum quoque ipsa molesta euadunt. Ad tantam enim fusionis immoderationem sic recidunt, vel substantiam nostram et digerant, dissoluant, atque dispergant. Verum nec sic quidem mordicatione infestant, sed animi afferunt deliquium, viresque derijciunt, ut mors quoque tandem sequatur. At quae his magis sunt calida, secant, distrahunt, diuiduntque substantiam: quare necessario mordacia videntur, velut aqua feruens, ac ipse ignis. Eundem in modum frigida quae contrahunt, nodum tamen contacti corporis continuitatem diuellunt, frigida duntaxat sunt, haud est mordacia. At que supra quaeque contrahunt, et conuallunt, ea utique omnia violenta condensatione vtuntur, quo circa & mordacia apparent. Igitur subiectam materiam contrahere & condensare frigidi semper proprium est: fundere autem atque liquare calidi: utriusque vero immoderatus affectus, communis est mordicatio. Etenim quae summe frigida calidaque fuerint, praeter omnes alias, quas modo memorabam, raras mollesque partes cutem etiam nostram inuadunt. Memini me quoniam per niuem iter fecisse tam altam & copiosam, ut nulla terrae pars nuda conspiceretur. Aer exactissime purus erat, spirabatque a niue quidam ventus adeo frigidus, ut non oculos modo, & nares, & totam adeo faciem mordicaret, verum etiam si quis forte manum protulisset, similiter illam afficeret. At quae a summa frigiditate, aut caliditate absunt, cutem non mordicant. Frigida quidem, quoniam continuitatem eius ob duritiem distrahere nequeant, nec in profundum subire praeter superficiem denitate valeant. Calida autem, tum quae non erodant, sed duntaxat fundant, tum quae interdum meatus prompte penetrent. Plurimum autem ad id genus passiones facit essentiae medicamentorum vel tenuitas, vel crassitudo. Siquidem frigida quae tenuium partium sunt, cum magis in profundum transeant, vehementius etiam proinde mordicant. Calida vero quae crassarum sunt partium, quoniam plus vlceraunt, violentius idcirco etiam affligunt. Tenuiorum itaque partium aer est, crassiorum terra, medium eorum tenet aqua. Sed aer accensus fit flamma, terra autem pruna: At aqua vehementem sane caliditatem accipit, sed nec flamma, nec pruna propter innatam humiditatem efficitur. Siquidem flamma & pruna ignis sunt genera: ignis autem omnis calidus est & siccus. At aqua siccata ut sit, fieri nequit, proindeque ipsius ignis exacte qualitatem sicut aer & terra non accipit. Nullum est itaque aequum calidum pharmacum, ut aut flamma, aut pruna, aut feruens aqua: immo ut sit vel calidissimum, omnino tamen plurimum ab illis vincitur. Procedit autem ad vltionem utque medicamentorum caliditas, ubi videlicet in crassa consistit essentia. Quae vero subtilium partium sunt calida, non nunquam omnino non mordicant, sed callaciunt duntaxat. Est autem ubi & mordicent, non tamen vrant.

Quae vocemus tenuium partium, & quae crassarum.

CAP. 3.

Sed quid tenuium partium, quidve crassarum esse intelligamus, commemorare oportet. Nepe quae celeriter in tenuia soluantur, tenuium appellantur partium: At quae id perpeti nequeunt, crassarum. Quod ergo ea soluantur, calor qui est in animantis corpore, cui vniuersumque applicari contingit, in causa est. Quod autem in tenues crassasue partes comminuantur, id a sua ipsorum natura obtinet. Quocirca refrigerantium medicaminum ea quae crassarum sunt partium, mordicare nequeunt, utpote quae extimam cutis superficiem penetrare non valeant. At quae tenuium sunt partium, & per facile penetrare possunt, & in profundum subeuntia molles animantis partes mordicant. Mordicant etiam magis quae cum tenuium sint partium, insuper inaequabilem obtinent temperiem. Sed supra demonstratum est inaequabilia esse propemodum omnia. Quippe aut impossibile est, aut perdifficile vllam inuenire substantiam, quae adamussim similarium sit partium. Vinum namque diximus vnum quidem habere in se recrementum crassarum partium, vnde, dum temporis spatium fecerit, ferturque deorsum, faex consistit: aliud vero secundum, quod florē nuncupant, quod dum vinum feruet supernat, sed postea ad faeces subsidit: tertium, aequum, quod toti vino permixtum est, hoc primario potissimumque feruet: quartum praeter haec est ipsum re vera vinum. Ostensum vero est, quod tum in oleo, tum in lacte, tum in alijs omnibus succis eadem sit recrementorum natura, multoque magis in totis plantis, metallicisque omnibus. Quae memoria tenentes nunc tēpestiuū est de medicamentis omnibus considerare. Ac primum omnium cauendum est, ne nobis quoque, quod plerisque omnibus qui talia scrutantur, accidat. Nam quasi omnia similarium forent partium, ita differunt, nec concedunt neque vinum, neque oleum, neque reliquorum vllum ex diuersis facultate partibus consistere: immo multo magis mirantur, si de aceto audeamus dicere, ipsum ingenitam vini caliditatem perdidisse, caeterum ex putredine aliam adeptum: cuius sane sententiae est tum Aristoteles, tum Theophrastus. Nam vinosae vini partes, dum ipsum in acetum transit, refrigeratur: atque recrementum putrescens adicitur caliditatem obtinet, velut caetera omnia quae putrescunt: quiddam

*At rationabiliter.

† Non est in antiquissimo quodam cod. graeco nec in tralatione veteri.

A quiddam ex contrariae facultatis partibus compositum, partim refrigerantibus, partim calidis, sicuti vltorum lignorum omnes cineres. Etenim in illis aliquid velut fomes quidam igneus (επιωρενμα graeci vocant.) per exiguas partes dispersum est, quod & valde calidum est: reliquum omnem tum terreum est, tum frigidum. Idcirco cum cinis aqua maceratur, ac per quaedam corpora modice rara colatur, fit ut calide crescatque partes vna ferantur: reliquum quod est, non amplius calidum est, nempe quod igneas suas particulas in aquam deposuerit. Vocant eam aquam hoies graece κολια, & latine lixiuum: idque proportione quadam aquae marinae, & muriae, dispositionis, generationis & facultatis ergo respondet: illa enim ex aqua saleque constant: at aqua quae cinerem abluuit, tum ex ipsa, tum ex partibus quas secum rapuit, composita, hoc pacto efficit nominata κολια, id est, lixiuum: quod nisi antea scias ex aqua ac fuliginosis cineris partibus effectum, forsitan simplex & in compositum esse corpus existimes. Eiusmodi quiddam in aceto nobis euenit. Nam cum nequeamus sensu cerne-re ipsius generationem, rationi diffidimus. Caeterum si nihil aliud, saltem considerantes omphacis cum eo differentiam, aequum esse credere sciemus, quod non acidus modo, sed & acris quidam alius ei permixtus sit sapor: quamobrem perfecte omphacis succus refrigerat, hinc est quod summe ardoribus prodest, siue ori ventris impositum, siue totis hypochondrijs, siue cuiuslibet alij quod refrigerare libeat. Secus vero habet acetum: nec enim ad vnguem vnus est, neque tamen acidum, sed & acris alius quidam ei sapor permixtus est. Itaque quod tamen est acidum, quicquid id fuerit, plane frigidum est, siue pyrum, siue malum, siue acinus vuae, siue rubi, siue ipsius mori, siue rhoceas fructus, hoc est mala punica, siue quiuis alius tum fructus, tum succus, tum planta, ut oxylapathum, & oxalis, quam eandem oxida quoque nominant. Quippe si gustanti vehementer atque manifesta illi inesse aciditas appareat, nec quicquam praeseferat acrimoniae, omnino hunc succum refrigerantem reperies: quin confidenter vtitor, siue ad ardores vti consiliū est, hypochondrijs imposito, siue ad erysipelas, siue ad alium affectum calidum. Similiter quoque frigidus affectus ab eo omnes palam laedi comperies. Porro ubi mista tibi qualitas appareat cum acrimonia, coniungendum est caliditatem quoque inesse. Sin iuncta sit adstrictio, aliud est frigiditatis genus: nam acida frigiditas tenuium est partium, at adstringens crassarum.

Quomodo exerceri oporteat in agnoscenda cuiusque saporis facultate.

CAP. 4.

Sed horum paulopost probationes afferemus in medium. At quod prius consilium dari oportet istis, qui talia absque sophistica arrogantia, immo vnus veritatis gratia scrutantur, id nunc tempestiuum est expromere: nempe quod non sola ratione exerceri per eas methodos logicas, ad quas nunquam hortari desino, quasque in commentarijs de demonstratione tradidi: sed etiam gustandi exerceri sensum in saporibus oporteat, principioque in istis exquirendis sollicitos esse, quae vnam quampiam habeant qualitatem manifestissimam: ut si acrimoniam cogitatione complexi clare velis, id in allio, caepis, & quae ipsis similia sunt, efficies assidue gustando, plurimumque dentibus mandendo, tum ita longo vsu passionis existentis sensum memoriae diligenter mandando atque infigendo: Sin adstrictiōnem, in galla, rho, & similibus: Si vero amaritatem, nitri fellisque gustu: Si autem dulcedinem, gustu sirae & mellis: Ad haec siue ερωσιον, hoc est, quod qualitatis sit expers, siue qualitate, quod ad gustum attineat, medium voles comprehendere, aquam gustare iubeo, ac diligenter memoriae commendare, eamque potissimum, quae nullam dictarum praefert qualitatum, neque dulcedinem, neque amaritatem, neque acrimoniam, neque aciditatem: praeter haec quae neque supra modum sit aut calida, aut frigida. Nam hinc exorsus promptius & ad aliorum obscurorum omnium saporum agnitionem peruenies, & ad eorum quos ego quidem dulces, alij vero quiddam aqueos appellant: qualis utique est calamorum viridum, & graminis, (agrosten Graeci vocant.) Ad haec tritici, hordei, zae, aliorumque multorum, quae Theophrastus recenset, inquires an plures sint ponendae dulcium saporum species, an vero in maioris tantum ac minoris inter se differre ratione existimandi sint. Sed de his alibi definiam.

Quod pharmacorum emplastica vocata, cum media sunt in caliditate ac frigiditate, terrestria quoque esse, ac sine mordicatione siccare oporteat.

CAP. 5.

Porro si qualem praebet sensum aqua plane omnis qualitatis vacua, talis in re sicca inuenias, ea nimirum extra omnem est insignem tum caliditatem, tum frigiditatem, mediam quoad fieri queat constitutionem obtinens, aut certe paulum ad frigidius declinans. At si talis cum sit in caloris frigorisque differentia, insuper consistentiam nata sit siccam: terrestris sit, ac citra morsum desiccet, necesse est. Appellat eius generis medicamenta omnia medici emplastica: velut pleurae quae exacte lota sunt, Amylum, Pompholyx, Cerussa, Calx, Cadmsa, Terra Cretensis, Cimolia, Chondrus, Samius aster, & Fullonum terra, ex emplasticis sunt pharmacis. Sunt vero ex eis non nulla non terrena solum, sed aquea natura. Quin etiam quaedam non parum in se aeris continent, omnia quidem glutinosa, ac proinde emplastica.

Quod duplex est emplasticorum medicaminum natura. Nam partim terrena sunt exacte atque siccata, partim plane viscosa ac lenta: sed mista aqua terraque, atque ut plurimum etiam aere communiter per omnia mordicatione vacant.

CAP. 6.

Duplex siquidem est emplasticorum medicaminum natura, altera exacte terrea & sicca, altera viscosa quidem omnino, sed ex aqua & terra, & plerumque etiam aere mista, sicut oleum

Quinta Classis.

DDDDD

dulce.

dulce. Positum autem retro est, quid dulce vocitem. Ergo hoc ex aërosa, terrea, aquea; essentia temperatum est. At oui albumen ex iisdem quodammodo, sed magis tamen terrenum oleo est. Quin & quod lactis est caseosum, emplasticum quoque est, & suillus adeps. Nam tauri sanè & hirci pinguedo acrimonia & multam, & igneam possidet. Bouis aut capræ; minus quidem: iam vero quodam modo & horum adeps acris est. Nam talium animantium pinguedo ob crassitatem adeps appellatur, est. n. non calidior tamen, sed & magis terrena suum pinguedine. Anseris aut & gallinæ calidior est pinguedo, & siccior quæ suum: quin & subtili vultu partium, & minimum terrestris, sicut & auium oium: quoniam quid & corporis ipsarum substantia non parum habet aeris. Sed de his alibi tractabitur. Quæcunque ergo pinguedines nondum ullam naturæ sunt acrimonia, emplastica & illinendi poros facultatem obtinent, eamque tantò efficacior, quanto sicciores, magisque terrenæ fuerint. Huiusmodi est cera elota, deponit liquidam & ipsa quam habebat à melle acrimonia. Satis verò constat, hæc à me non dicta esse de cera quæ natura sua amara est, qualis est pontica. Ex absynthio namque ea amaritudinem obtinet: ac si vel sexcenties eam laueris, prorsum tamen omnem amaritatem haud elueris. Fugienda verò etiam illa cera est, quæ ex acris & thymolo melle conficitur, cum planè ab omni mordacitate alienum præparare voles medicamentum. Quocirca ad laudum idonea est, quæ ex melle facta est tum aquosiore, tum minimè mordaci.

Quod adstringentia medicamenta acidam, licet vtraque qualitate sunt frigida, inde tamen diuersa sunt, quod adstringentia terrena sunt crassa; essentia, acida vero tenuis, CAP. 7.

Aque emplastica quidem medicamenta eiusmodi sunt: sed ad acida adstringentia; reuertor. Adstringentia certè terrena sunt & crassa corporis consistentia, qualitate verò frigida. Acida autem tenuitate pollent corporis, sed perinde ut adstringentia refrigerant. Vtque gemina probatio est, nempe ex sensu quæ ab inductione est: & ex ratione, quæ ex substantia eorum colligitur. Prior autem probatio ea dicitur quæ vulgo quidem est apertior, cæterum ad scientificam demonstrationem minus habet virium. Arborum fructus quotquot nobis ubi maturuerint, dulces apparent: nuper enati, acerbi siccique sunt consistentia, pro sui nimirum parentis quicquid natura (ceu quodam aut loco Theophrastus,) oliuæ, vuar, mala, mala punica, mora, palmulæ, pyra: at progressu temporis humidiores redduntur, acquiruntque ad acerbicatem aciditatem, quam sensim exuentes, postea dum maturescunt ac perficiuntur, dulces euadunt. Sunt qui non in arboribus, sed postea cum decerpti conditi; aliquandiu fuerint, dulcedinem accipiunt. Alij sunt qui non interueniente aciditate, sed palam ab acerbitate in dulcedinem transeunt, sicut oliuæ. Quin quæ calido maturescunt coquunturque omnes, clarum est: tum quod id ipsum duplex sit: alterum proprium, & cuiusque ingenitum: alterum externum, à sole videlicet, sed tamen nature ipsorum conueniens ac familiaris: siquidem meminimus quæ nobis perpetuò proposita sunt elementa, & ipsum vti; clarè cognorimus. Porro si cum initio acerbi essent, tempore maturescentes dulcescunt, sequitur ex calore ipsis provenire dulcedinem, acerbicatem verò aciditatemque constituisse ex frigore. Quoniam autem principio lignosi cum sint (ut & Theophrastus dixit) sicci quoque sunt, simulque acerbi, verum affluentiæ postea humoris copia acidus efficiat: palam est saporem acerbum magis esse terrenum, acidum autem magis humidum. Itaque & Plato rectè definiit dicens: Quæcunque partes eiusmodi in succis deferuntur terrestres, eæ liquefactæ contrahunt atque exsiccant humidam linguæ sensibiles partes: ac si exasperant, acerbæ, sin minus id faciant, austere apparent. Rectè autem & nos præter hæc dicemus frigidum esse temperie saporem eiusmodi. Nam si terrenus fuisset dicitur, emplasticus, non acerbus foret. Iamque oratio quodammodo ad essentiam ipsam transgressa saporum, demonstrationem attingit scientificam. Quippe si ab acerbis sapore manifestè linguam contrahi, sicca ri, asperarique contingit, ostensumque superioribus libris est, ab unico frigido contrahi, constringi, densarique corpora: liquet planè frigidum esse saporem acerbum. Quoniam porro inæquabiliter deficcet (id est. n. quod exasperat) fuerit sanè omnino et terrenus. Siquidè aqueum corpus oia æqualiter penetrat atque peruat, eique inseparabile est ac perpetuum, etiam si diuulsum sit, ut rursum uniat: ut terreno corpori quod in saporibus defertur, iam antea inest diuulsum, simulque ut nunquam deinceps facile coeat. Quin si eius recorderis, quod vtriusque singulatim palliōis est, proprium, isdem ipsum subscribet ac testificabit. Velox siquidè acidorum saporum transitus in sentientibus partibus fieri conspicitur, acerbiorum autè tardus. Tum acida quidè in alto magis agere apparèt, in superficie autè acerbiora. Hæc itaque omnia crassarum esse partium acerbiora indicant, acida verò tenuium. Multum inter se hæc conueniunt, tum ea quæ à rerum dicta sunt essentia, tum ea quæ per inductionem eorum quæ sensu sunt inuenta. Porro nihilo deterius fuerit, mentionem rursum de nominum vsu facientes, hæc quoque adijcere, nempe quæ vtraque adstringere dicatur, tum quæ acerbiora sunt, tum quæ austera: sed in maioris minorisque ratione inter se differant. Tum quæ multæ insunt medicamentis qualitates, non diuersæ tamen, sed & pugnant, atque interim etiam omnino subcontrariæ. Id quod retro satis ostensum est: cæterum ab eo nunc rursus ordiri necesse est. Nam si gustanti tibi idem adstringens & mordax appareat, id missum facias medicamentum iubeo, atque illud quæras, quod absque mordacitate adstringat. Ac si neque acidum appareat, neque dulce, neque amarum, sed quæ fieri maxime possit vnam possideat qualitatè à mixture aliena, nempe adstrictionem: ita denique experientia examina, quomodo sapenumero

A sapenumero faciendum ante proposui. Sin adstringit simul ac mordicat, aut aliam quamuis qualitatem seu facultatè adstrictioni iuncta habeat, frustra est ac supuacaneum, ubi adstrictionis actionem explorare consilium est, ad experimentum tale ducere pharmacum. Incertum est enim, num ob adstrictionem, an ob aliam quampiam admixturam illi qualitatum, an ob vtraque sic corpore illi applicato egerit. Etenim chalcitis, misy, chalcanthos, fori, aeris squama, cum simul adstringat & mordicent, secundum vtraque qualitates in quouis ad motorum corporum actionem exerunt: nec tamen docere nos aperte queunt, an ab adstrictione vrendi vim habeant, an ab acrimonia. Mittere itaque illa præstitit, & multa deinceps alia gustare, synceram seorsum adstrictionem intuentem, ac quoad fieri possit per sese existètem: ac ubi tandem talem quampiam reppereris, ita denique medicamentum iudicare ijs methodis, quas supra à me frequenter audiuit: utpote si gustanti tibi balaustrum, aut galla, aut cytinus, aut hypocyttis, aut solanum, aut glaucium, aut acacia, aut succus rhu, aut id genus aliud exactè quidè esse appareat adstringens, nec ullam manifestam habes aliam qualitatem: in hoc iam expendere ac diligenter explorare adstrictionis actionem oportet. Porro exploratio ipsa fieri (ut sæpe diximus) debet tum in optima corporum constitutione ad vnguem sanorum, tum in simplicibus affectibus, seu calidis, seu frigidis, seu humidis, seu siccis. Nam si corpus sanum manifestò refrigerare cernatur, & calidis profusa affectibus, & euidentem quoque laboranti ipsi frigidam afferat qualitatem: audendum erit de adstrictione, quæ refrigeret, pronunciare. Sin contra appareat, sanaque ab eo corpora incalescant, & calidi affectus exasperentur, frigidique iuuentur: non refrigerare, sed excalfacere medicamentum eiusmodi putandum est. Eodem modo de acris fumendum experimentum, in capis, allio, pipere, pyrethro, zinzibere, struthio, helenio, calce. Etenim quemadmodum qui solani succum piperi miscuit, neutrum satis explorare potest: sic nec quæ à natura sunt mixta. Eundem in modum contemplandum de acida qualitate, de amara, de dulci censeo, vehementes nimirum, & quæ quantum licet solæ sint, in explorationem legendo, & experientia vires eorum scrutando. Quippe quiduis te, quod modo sit aut acerbum, aut austerum, aut amarum, in experimentum ducere, tanquam in eo acerbicatis, austeritatis, vel amaritatis factorum periculum, planè absurdum arbitror. Nam si vnam dicitur qualitatem possideat, idem erit medicamenti ipsius & qualitatis experimentum: sin multas, ex omnibus nimirum mixtam medicaminum actionem edet: ex quo vnus adhuc eius, quæ in iudicium veniebat, actio obscura & incerta permanet. Itaque si, ut propositum est, iudicare oporteat, non rectè senserunt qui nihil prorsum pronunciarum posse de saporum facultatibus existimarunt, quicquid aliter iudicium in eundem censent. Si quidem & de ipsis aliquid asseri potest, nec iudicium aliter quam nunc est propositum iniri conuenit. Sanè si id modò dixissent, planè opus non esse saporum consideratione, cum vires medicamentorum expendimus, (nā absque his medicaminum vires experientia inuenire licet,) laude illos potius, quam vituperatione dignos putarè. Verum ubi tanquam de re necessaria quidem illa sed incomprehensibili dixerunt, bis reprehendendos iudico, tum quæ rem non necessariam habeant pro necessaria, tum quæ consequi eam se posse desperant. Nam facultatis medicamenti cuiusvis iudicium abunde citra saporum dignitatem sola reperitur experientia, eum in modum habita, quem sexcenties iam antea posui. Atque ego sanè nunc, non quasi aliter inueniri quod inuestigatur non posset, ad sermonem de saporibus descendendi, sed partim propter eam, quæ ad principia est, sequelam, ut videlicet ostenderem omnia ad elementorum rationes consequi, nec quicquam vquam inueniri pugnant: partim verò etiam in illos coarguerem, qui adstringentia omnia excalfacere contendunt. Quinimmo fuerit etiā nonnullis eius ad præsens negocium vsus: sed hæc postea monstrare conabor. At nunc ad rem propositam reuertor, moneoque & hortor qui veritatis sunt amatores, ut ipsi met adstringentia omnia degustent, uti nos fecimus: ac ubi inuenierint aliquo in corpore perfectam adstrictionem, quoad liceat ab aliarum qualitatum mixture alienam, tum denique experientia expendere tentent, frigidum sit, an calidum, humidum, an siccum corpus eiusmodi. Sed hoc quisquis sapiet, seorsum ipse faciet. Ego verò ut aliquid de mea afferam pronunciamque experientia, fortassis necessariū fuerit, atque in hoc quidè libro in genere, mēbratim autè in cōmentarijs sequentibus. Fuerit aut generalis de omnibus sermo eiusmodi. Corpus omne adstringens, ab alijs, quod sensu animaduerti posset, qualitatibus syncerum, perpetuò comperi experiendo, refrigerare: quinetiam nonnulla ex ijs quæ qualitatibus mixta erant, nempe quæ modicè dulcia, aut amara, aut acris, aperire quoque refrigerantia repperi, scilicet cum in eis adstringendi refrigerandique facultas ita vincerent, ut alias obscuraret. Eadē ratione acida vniuersa, tum ea quæ simpliciter acida essent, sicut oxalida, & oxylapathum: tum mixta quoque alijs qualitatibus quædam siue dulcibus, siue acris, siue amaris, nihilo secius refrigerantia expus sum, qualia sunt mala punica, mala, pruna, vuar, mora, ficus, cerasia, ipsumque adeo acetum: sed huic, ut supra positum est, permixta est quædam acrimonia: si vtriusque aut ijs quos ἰσχυρὰς Græci vocant, dulcēdines quædam & acerbitates: quibusdam verò etiā amaritates quædam obscuræ ac leues. Tum item quæ adstringunt pariter, atque acida sunt, ea omnia quoque manifestò refrigerare experientia cognoui. Sola verò dulcia omnia pro dulcedinis modo protinus et calore continent. Quocirca eorum quæ admodum dulcia sunt, nullum omnino est frigidum. Fuerint tamen quædam modicè dulcia, itidè frigida, scilicet quæ plurima corporis ipsius substantia aquea extiterit, sed non adeo tamen frigida, ut id quod

valde acerbum est, aut acidum, sed sicut alicubi retro diximus de illis, quæ tepidum calorem possi-
dent. Porro amara omnia calida sunt, ut bilis, nitrum, vina valde vetusta, ac numerosa seminum co-
pia. Nam & semen rutæ, potissimum sylvestris, & tordyli, & spondyli, melanthiiq; & lupini, ma-
gisq; agrestes, orobi, & inter hos potius agrestes, quiq; a secure pelecinus nuncupatus est, reperit-
ur autem in tritico, amygdalæ quædam, quæ ob id ipsum amaræ vocantur, cucumerum quædã
femina, & semen mali medici, & ad hæc infinita alia amara apparent gustantibus.

*Quod per acerbi saporis exolutionem nascatur & aust. rus sapor, & acidus, & dulcis, ac pin-
guis. Solutur autem acerbus sapor, cum frigidus sit & terrenus, aut excal-
fatione, aut humectatione, aut simul utraq;.*

CAP. 8.

Sed infra copiosius de amaribus agemus. Nunc rursus resumpto de adstringentibus atq; acidis
sermone, conuenientem ei finem imponamus. Ergo austerum quod sit acerbum exolutum, sen-
sum ad memoriam reuocare oportet. At quæ sit eius generatio, nunc dicam. Quandoquidem cor-
pus acerbum terreum est ac frigidum, tripliciter necessario exoluitur, aut incalescens, aut hume-
fcens, aut vtrūq; simul perpetuens. Itaq; si calefacat dūtaxat, id nec humidius est nec mollius, sed du-
rum manens solã acquireret dulcedinẽ, velut robustæ glandes, ac potissimũ quæ vocant castaneæ.
Sin tñ humefcat, siquidem ea crassarum sit partũ & aquea humiditas, austerũ euadet: cuiusq; n. **F**
saporis vires aquea retundit ac hebetat humiditas. Si verò tenuiũ partũ & aerea sit, acescet: ostẽ-
sum nanq; est, frigidum subtile acidã efficere qualitatem. At si pariter & humefcat & calefiat, hu-
miditate qdem aquea in dulcedinem, aerea verò transibit in pinguedinem. Perpicuũ ergo hinc
iam euasit, quo pacto fructus principio acerbi cum sint, processu tẽporis quidam planẽ dulcescãt,
quidam acescant, nonnulli fiant austeri, aliqui et acerbi permaneant, tum quidam etiam pingues
reddantur. Et sanẽ secundum propositarum qualitatum misturas variã fortuntur mutationẽ.
Acerbus ad extremum perseuerat fructus ilicis, arbuti, fagi, corni: liquidẽ frigidus siccusq; qua-
lis erat ab initio, permanet, tantũmodo mole increfcens, nulla præterea magna accedente altera-
tione. Nam & arbores ipsæ tum densissimæ sunt, tum siccissimæ, ac frigidissimæ. Acerbus simul
& dulcis myrti fructus est, & pyri agrestis, ac roboris. Magis tñ dulcis q̃ acerbus fructus castaneæ
quem nominant. Tñ austerus vitis amineæ tum fructus, tum vinũ, ac quotquot his similia sunt.
Austerus vnaq; dulcis fructus palmæ, & inter vina surrentinum, sabinum, albates, ut vocant, &
quæ eius sunt generis. Solummodo dulce theræum, & scybeliticum, & syræum, & alia quæcunq;
cũ istis cõueniunt. Pinguis exactẽ tum fructus, tum succus oleæ, tum etiam alij omnes ex quibus
oleum conficitur, sicut ricini, raphanidis, & ipsa sesama, nucesq; & amygdala. Nam id genus oia **G**
vetustate prorsum efficiuntur pinguia, quippe in quibus aquea quidẽ excrementiaq; humiditas
digeritur, propria verò a calore natiuo elaboratur atq; exactẽ concoquitur.

*Quod amara ab immodico nascantur calore, & immodicẽ sint calida: dulcia verò omnia calida
sint miti caliditate, quæq; non supra modum nostram exuperet caliditatem.*

CAP. 9.

Quicunq; ergo fructus oleosi sunt solummodo, edendo ij sunt & dulces: quibus verò altera-
fcntibus amaror aduenit, ij edũ non possunt. Quippe amarum omne edũ nequit: taleq;
efficitur a caloris excessu, sicuti postea docebimus. Verũ dulce omne calidum est, nec
immodicẽ calorem nostrum exuperat: immo sicut aqua calida, cuius contactus voluptati est, ma-
ximẽ vbi frixerimus, hætenus videlicet nos exalfaciens, dum concretas frigore in nobis particu-
las fundat, non tñ soluat, aut secet, distrahatur ue continuũ: ea, inquã, ut summa afficit voluptate,
ac vtilissima est, sic omne edulium dulce calidum sanẽ omnino est, sed non tñ calore excedit, ut
is lædat, ac molestus sit, sed inter limites se continet fundẽtis, leuigantis, ac molliẽtis. Rursus mi-
hi hic memoria repete quæ sæpe antẽ posui, quædã esse quæ vel vna vel duabus in sese qualitati-
bus & agunt & patiuntur, quædã verò quæ totis substantijs suis: quorũ in numero & medicamẽ-
ta non pauca posui, & nutrimenta vniuersa. Horum duplex esse genus apparet, prout significauit **H**
& Theophrastus. Nã quædã sunt pinguia, velut pinguedo: quædã dulcia magis minus ue, velut
fructus oēs quibus vescimur, & animalium carnes, tum herbæ item multæ, ac radices, floresq; &
germina. Nam tamen si sunt inter ea quædam acerba, sicut pyra syluestria & corna: omnino tñ dul-
cedine participant, nisi summẽ sint acerba, velut galla, thus: verũ ob hæc iam pro medicamentis
ijs magis q̃ pro cibis vtimur. Apparent enim, quæ citra laborant mulieres, quiq; impleti sunt, &
quibus exolutus est stomachus, ea appetere degustare: alioqui si esuriãt, contra respicere potius tũ
acerba, tum acida: expetunt aut ac sumunt quæ dulcia sunt & pinguia, hisq; expleri desiderant.

Quod pinguia, atq; adeo quæcumq; nutriunt, ex dulcium sunt genere.

CAP. 10.

Sanẽ verò fortassis & pingue ipsum dulce est, & quicquid nutrit, ex genere est dulcium. Eue-
nit autem id illis non ab re, sed secundum ipsam quantum fieri potest nutrimenti substan-
tiam: quippe nutritio est euacuatũ repletio. Atqui quod euacuatũ est, familiare erat: quãobrem
& quod nutrit, familiare sit necesse est. Porro si familiare & iucundum amicũq; fuerit, protinus
etiam ut ad id quod nutritur, modicẽ calidũ. Sed in hoc non parua est maioris minorisq; ratio: quã
nimirum nec ad cibos accedimus planẽ secundum naturam affecti. Solum enim corpus eorũ qui
cibum desiderant, inanitũ sit oportet, si exacti futuri sint familiaris ipsorũ qualitatis cognitores.

Nam

A Nam si præter id calidiores q̃ conueniat, aut frigidiores euaserint, seu toto corpore, seu perinen-
tibus ad linguam ac ventrem locis, non solum quæ nutriant, verũ etiam quæ refrigerent, aut ex-
calfaciant, postulabunt. Proinde sanẽ cibi quoq; illis aliã alij videntur iucundiores. Nam cum du-
plex sit genere iucundum: alterum quod impleat id quod euacuatũ est, cuiusmodi est nutrime-
tum: alterum quod medeatur ei quod alteratum est, id quod iam medicamentum est: euenit vtiq;
cibis, vbi non modò vacuatis exhibentur corporibus, sed etiam qualitate aliqua mutatis, ut duo-
bus nominibus delectent, ut cibi scilicet, & ut medicinae. Sed ut medicamenta quidem, refrige-
rando quædã, & excalfaciendo, & exciccando, & humectando ex ratione iuuabunt & proderunt:
Ut nutrimenta verò sola ea, quæ cognata sunt, & familiaria totis nutriendorum substantijs. Pro-
tinus verò istis adest, ut conuenienter scilicet sint ad ea, quæ nutriuntur, calida. Quãobrem nec
eduliorum, nec medicamentorum vna est animantibus omnibus species. Siquidem pro sua vna
quæq; familiari substantia simul & affectione tum delectatur, tum iuuantur ab vtrĩq;. Sed si hæc
sic habent, id quod in cibis minus erit dulce, minus quoq; erit calidum: quod dulcius, tantò nimi-
rum erit calidius, quantò videlicet dulcius. Sin ad immodicum recidat calorem, nec eiusmodi dul-
ce erit, sed iam amarum apparebit, velut mel vetustum atq; decoctum, itidemq; aliorum dulcium

B vnumquodq;.

Quod amara dulciaq; partim adscitio calore fiant, partim proprio & ingenito.

CAP. 11.

Etenim ut a moderato calore bifariã cuiq; corpori dulcedo provenit: partim enim sunt pro-
prio & insito calore dulcia, partim verò adscitio: ad eundem modum amara. Alia enim sunt
quæ suapte natura immoderate excalfaciunt per eas, quæ tẽporis spatio eueniunt, mutationes: alijs
autem id accidit ab acquisitio calore accensis. At de amaribus post dicitur. Cæterum dulcia calore
proximẽ accedunt ad ea quibus apparent dulcia: sunt autem talia (ut dictum est) bifaria: quædã
proprio calore, ut mel: quædam adscitio, ut sunt omnia quæ ab igne præparantur, ac proinde
dum calida sunt, suauiora ijs, quibus renutritio est opus, apparẽt. Porro mustum nõ suo modò,
sed & acquisitio calore dulce esse videtur. Multum enim ceu ardoris, (Græci *επιωσπυμα* vocant)
ut Aristoteles & Theophrastus censuere, ex solari calore tum acinis, tum alijs inest fructibus: a
quo id quod illis aqueum, ac velut etiamnum semicoctum reliquum est, ad concoctionem duci-
tur, conficiturq; ac transmutanti simile redditur. Nam ex quibuscunq; pomis si succum exprimas,
eum protinus non secus atq; mustum feruere deprehendes: tanto tñ feruoris discrimine, quanta
erit vnus fructus ab alio in calore diuersitas. Sed vbi iam quod aquosum ac semicoctum erat,
C trasmutatum fuerit, atq; confectum, & is qui feruorem concitabat calor euauerit, iam tũ deniq;
quæ propriae sunt succorum proprietates, syncerae conspiciuntur. Itaq; tunc quæ propria vinorũ
natura sit agnoscamus. Quã in re animum diligenter aduerte, ut austera sensim austeritatem de-
ponant. Semper enim, quæ inueterantur, vina acedinem quandam & dulcedinem adsciscunt:
quæ verò prius inerat illis adstrictio, eam tempore abijciunt. Est autem in quibusdam, postquam
esserbuerint, dulcedo quædam syncera, suauis & propria ipsius succi naturæ: non qualis antẽ erat,
mista scilicet ex proprio, atq; eo, qui circa semicoctum aquosumq; excrementum erat, feruore. Igi-
tur si confellum est vina omnia vetustate fieri calidiora, austera verò primum quidem tempore
dulcedinem quandam atq; acrimoniam deposita adstrictio acquirere, ac deinde increfcente
acrimonia sensim dulcedinem deponere, ac subinde rursus maiori tempore acrimonia admodum eua-
dere, affidueq; amarescere, ac deniq; vbi crassefcere incipiunt, penitus fieri amara: sanẽ cõstat dul-
ce acerbũ esse calidius, ac dulci amarum. Atqui si verum est dulcedinem a moderatione proue-
re caloris, patet acerbitem a frigido vincente perfici.

Quod & acidi succi ex frigore proueniant.

CAP. 12.

Porro quod & aciditas frigoris vi eueniat, & antea ostendimus. Verũ tamen, quandoquidem in
præsenti disputatione de naturali vinorum, quæ temporis spatio fiat, alteratione docuimus,
non nihil quoq; & de non naturali dicamus. Itaq; ut vinum acerbum, tempore dulcius primum,
mox acrius amariũq; efficitur, deniq; planẽ etiam amarum redditur: ad eundem modum quod
velut rigorẽ perpeffum est, acidius protinus redditur, ac si prorsum refrigeretur, penitus acescit.
Itemq; quod in fructuum collectione vindemiaq; per assiduam pluuiam aliena humiditate im-
pletum fuerit, quodq; alio quouis modo humiditatem accepit, leui occasione ea oia promptẽ ace-
fcunt: contra euenit ijs quæ igni admouentur. Nam & protinus statim, & temporis progressu
postea semper dulciora euadunt. Quod si multo etiam tempore durauerint, & ipsa nihilo minus
q̃ cætera amarescunt, videturq; id sibi quodammodo secundum naturalẽ consentaneum esse ra-
tionem. Nam si omphax acida est, vna verò dulcis, ac fructibus omnibus maturatio a solari proue-
nit calore: planũ est imperfectius & frigidius esse, quod acidum, perfectius verò & calidius, quod
dulce fuerit. Cum ergo vinum perfrictione rursus acescat, manifestum est, in eum illud humorẽ
conuerti, ex quo prouenerat. Diuersis tamen hætenus viribus omphacis succus acetumq; con-
stant: quod aceto accedat ex putrido calore acrimonia quædam: Proinde Aristoteles rectẽ dixit acetũ
proprio quidem vini calore esse frigidum, adscitio calidum. At omphacis succus calorem & ad-
scitio non habet, ac proinde neq; acrimoniam. Accedit verò & in substantiæ tenuitate diuersitas.

Quinta Classis.

DDDDD iij Siquidẽ

Siquidem omphacis succo acetum tenuius est: cui rei & sensus adstipulatur. Excellit enim quæ ab aceto infligitur frigiditas, eam quæ ab omphacis succo, vehementia, & missione: imbecillior enim est quæ ab omphace fit refrigeratio: cum etiam alienæ in se caliditatis ne minimum quidem contineat. At quæ ab aceto proficitur, tantò est validior, quanto & tenuior: inest verò illi & acrimonia quædam exalfaciens: quæ tamen satis non sit ad superandam ab aciditate prouenientem frigiditatem: verum quæ transitus modò celeritatem promoueat. Nam quanto calidum frigidò facilius penetrat, tanto acris succus aptior est, qui sensu alium corporum meatus trãseat, & acidus. Itaq; ille velut præcedens viam sternit: hic verò haud longè insequitur: quo tempore sensus perficitur mistus, & qui agrè exponi queat, ut potè qui nec planè frigidum esse acetum denunciaret: quippe cum in eo ignea quædam percipiatur acrimonia: nec planè calidum: nam perpetuò, quæ ex præcedente fit acrimonia, calfactionem frigus ab insequente aciditate occupans obscurat, protinusq; extinguit: quo fit ut maior multò ex frigore percipiatur sensus, q̄ ex calore. Porro si plurimo mellis aceti paulum admisceas, statim & calorem & frigus manifestè percipies. Nam si paulum mellis aceto permisceas, magis frigidum quod fuerit multum, q̄ calidum videbitur. Sin multo mellis paulillum misceas aceti, plus calfacere q̄ refrigerare cõspicietur: & si parè mole vtraq; miscueris, acetum tñ etiam viribus superare cõperies. Quòd si, ut est dictum, plus sit multo mellis q̄ aceti, æqualia rursus frigus ac calorem in ea mistura conspicias. Multis enim numeris acetum plus ab ijs, quæ moderatè sunt calida, ad frigiditatem recessit, q̄ mel ad caliditatem. Proinde & supra demonstrauimus fieri non posse, ut vehemens coeat cum dulcedine caliditas: vetusq; illud verbum pulchre dictum est: Vera inter sese omnia consentanea esse, ac conuenire. Etenim ad hypochondria ardētia præstantior est succus omphacis quam ipsum acetum, quod nec violentam, ac fericem habeat frigiditatem, nec eam mordaci admistã caliditati. Debent enim qui sic laborant, sine violentia mitigari, ut est dictum, nec foris vllam adfiscere mordacè aut caliditatem, aut acrimoniam. Atq; hæc quidem iam curandi attingunt methodum, quæ multis in locis huic tractationi cõis est. Quare ijs denuo relictis ad propositum reuertamur. Itaq; omphacis succus non acidus modò est, sed & acerbus. Nam, ut supra propositum est, omnes propè arborum fructus ortus sui principio, testimonio etiam Theophrasti, gustantibus acerbi sunt: dein vbi humore implentur, accedit quidem aciditas, decedit verò acerbitas: haud tamè & quod accedit, & quod amittitur, par est in fructibus omnibus, neq; si speciè, neq; si genus respicias. Etenim inter omphacas aliæ plus acerbitas, aliæ aciditatis obtinent: sunt & quæ parè portione ambas sortitæ sint: omnes tamen ad refrigerandos ardores non ab re conueniunt: quippe cum nõ solum quod acidum est, frigidum sit, sed & quod acerbum, velut & antè à nobis dictum est. Recedit sanè & hic rursus oratio ad curandi methodum: quare & rursus ad propositum illam reuocemus. Porro propositum, ut reor, ab initio in hoc libro fuerat de saporibus omnibus differere: ac nunc quidem ferè de omnibus verba fecimus: interim tamen orationis affinitate & alia attingere coacti. Nec enim de acerbo modò, & austero, & acido iam diximus, sed & persæpe de dulci, & amaro, & acri: reliqua tamen, quò tota oratio perfecta euadat, adijcienda èt sunt: atq; in adstringentibus haud ita multum etiam reliquum est, quod non ex iam dictis clarum euadat.

Vnde arbitrati sint quidam à calore acidum prouenire saporem: Nempe ex eo quòd vina nequaquam fortia, vere æstateq; mutantur.

CAP. 13.

AT in acidis deesse fortassis etiamnum videatur, quod eximios quosdam medicos fecellit. Nam eo quod vina inualida vere atq; æstate alterentur atq; acefcant, hyeme verò suas seruent qualitates, hinc adeo quibusdam à calore aciditatem nasci visum est. Quorum auget opinionem & quod vehementius motum est vinum, & quod longius in nauigijs aduectum. Talia enim oia cum infirma fuerint, celerrimè acefcunt. Quinetiam quidam qui de re rustica scripsere, dolia in ædibus ad Aquilonem expositis defodienda censent: tanquã frigus scilicet qualitatè eorũ feruet, H mutet aut caliditas. Sanè verum & id sæpenumero ipsa experientia comprobatum constat. Acefcunt. n. vina quædã promptè, vbi in meridianis & soli expositis locis reposita fuerint. Videorq; dictorum hinc iam orfus solutionem. Etenim quod non omnia caliditate acefcant, sed quæ initio tñ frigidiora sunt, nec id veteri alicui accidat, id nobis ad veritatem viam inueniet.

Quæ de causa ab externo calore vinum natura frigidum infirmumq; corrumpatur. Quia scilicet res quælibet in propria natura proprio seruat calore, corrumpitur

verò ab extrinseca immoderatione, atq; extinguitur.

CAP. 14.

QVippe causam sermo scrutabitur, propter quam vinum natura frigidum atq; inualidum ab extrinseco arguatur calore. Quanquam perverbum, arguatur, iam dictum omnes prius dictæ ambiguitates dissoluantur. Perlimile enim quid vinis accidit, quæ natura frigidiora aquosioraq; sunt, quale flãm̄is exiguis & imbecillis: quippe si eas ad solem feruidũ exponas, aut prorsus obscurari, aut deniq; etiam extingui conspicias. Sic quoq; si ardentem lucernam aut iuxta flammam vehementem magnamq; deponas, aut ad solem feruidũ exponas, marcescere utiq; ac dissipari protinus videbis, quinetiam si validum ventum facias infirmæ paruaq; flãm̄æ, citius eam extinxeris, q̄ inauxeris. Natura enim infirma validum neq; motũ, neq; calorem sustinet,

A sustinet, verum ab ijs dissipatur potius q̄ augetur & crescit. Quanquam ex industria multis in locis vina & comouent & transportant, sicuti sanè & in solem efferunt, atq; exalfaciunt, ut etiam quædam insuauia fiant, sumi contrahentia qualitatem. Apud nos sanè in Asia in tecta ædiũ æstate omne propè in lagenas transfusum imponunt, postea in edita cubicula, sub quibus infernè multa flãm̄a luceat, transportant. In summa autem ad meridiem solemq; cellas obuertunt, in quibus & citius ea maturefcant, & potui idonea euadant. Nã quod multo tẽpore alijs, hoc ijs quæ sic exalfacta sunt, brevissimo aduenit. Porro nihil mirum est, qui de colendis agris memoria prodiderunt, ob eam quam de sua regione habebant experientia, audacius atq; inconsiderantius de vinis omnibus definiuisse. At Theophrastus atq; Aristoteles experientiam etiam vltiorem nacti, & in perscrutandis naturæ rationibus exercitiores, ac diligentius omnia distinguentes, cum multa huiusmodi, tum verò de vino nos docuerunt, quod simile illis atq; corporibus nostris accidat. An non enim & ipsa quoq; prout aut robusta sunt, aut infirma, ab iisdem tum iuari, tum lædi conspiciuntur: Etenim ut exercitia valida, & sol, calida atq; robusta corpora etiam validiora efficiunt: presternunt autem & digerunt refrigerantq; quæ non sunt eiusmodi: sic vina natura calida morus velut ventilans, sol exalfaciens, flammæq; iuxta ardentes, celerius concoquunt. Quæ verò frigidiora sunt & dilutiora, eorum arguunt omnia id genus imbecillitatem, celeriusq; perpeti cogit, quæ alioqui post passura essent: quippe cum ita cõparatum sit, ut res quælibet in propria seruetur natura calore proprio, corrumpatur aut ab immoderatione extrinseca, nempe caloris alieni aut frigoris abundantia. Atq; quod ab vtroq; efficitur, vnũ est, non tñ vnus generationis modus: quare non æquè ab idiotis omnibus facilis cognitum est hæc corruptionis ratio. Etenim vbi quid rerum calidarum à frigore deuictum est, ne vulgo quidè ignotum est. At vbi à circumstante foris calore validiore digeltum ac dissipatum est, eos sanè qui circa naturæ exercitiam non sunt, latet, ignorant caliditate mediocrem omnibus esse vtilè, immoderatã verò non minus frigiditate noxiam.

Quòd in saporibus aciditas prouenit, calore ipsos quidem incipiente concoquere, non

autem perfectam mutationem atq; alterationem afferre potente.

CAP. 15.

CAeterum in genere hoc nosse pulchrum est, quod aciditas in saporibus nasci potissimum videtur, dum à calido quidem mutatur, ut tñ non superet: id quod ex acidis ructibus vel maxime conspicias. Nam hi haudquaquam, vbi nulla prorsum facta in ventre est ciborum alteratio, prouenire solent: quemadmodum nec vbi optime concocti, sed tñ vbi semicocti, ut ita dixerim, fuerint. Voco autem semicoctos, qui à vetriculi calore alterationem perpeffi, non etiam perfecte ab eo superati fuerint. Sic lac, ptisanæ succus, & quæcunq; eius sunt generis, tempore æstiuo citius acefcunt q̄ hyemæ, postulantq; ædes frigidæ, ut in ijs reposita plusculo tẽpore perdurent. Ex quibus omnibus patet, quod à calore mutante quidem, non tñ prorsum vincente aciditatis generetur qualitas: atq; ob id pleriq; inest fructibus priusquam maturuerint: idq; etiam ijs, quæ ab initio de saporibus acidis diximus, consentaneum videtur. Etenim si simile quid illis vsuuenit, quod Borealibus constitutionibus accidit, ut tenuis scilicet essentia sint, simulq; frigidi: nasci eos haud sine calore satis constat, sicut nec illum ipsum aerem. Proinde quoq; quæ summe nos refrigerant ac interimunt, veluti cicuta, papaueris succus, hyoscyamus, mandragora, minime omnium acida sunt: quippe licet frigidi sint saporis acidi omnes, haud tamen eousq; refrigerant, ut interficiant: non enim subtilis forent essentia, si extremè essent frigidi. Itaq; non modò iam quod frigidus sit sapor acidus, sed & quatenus, iam apparuit. Exploranda porro eius natura est in oxylapatho & oxalide, quam etiam oxyda nuncupant: est autè hæc holus syluestre: in istis enim maxime mihi syncerus est visus ac simplex, nullius particeps acerbitalis, ut solent arborum fructus: perspicuo enim hi cū acerbitate quadam admistam habent aciditatem, sicut cum acrimonia acetum. Itaq; quod proprie in saporibus appellatur acidum, à sola lingua percipi potest, sicut & acre. Cæterũ quod vtriq; commune est, nempe mordacitas, etiam à tactu sentitur: vtraq; verò lingua agnoscere nata est. Nam quæ cõmunia sunt, sicut & reliqua corpora sensilia, quæ verò propria, tanq; gustus organum percipit. Idq; mihi videtur illi eximium ac peculiare esse iuxta totarum substantiarum tum proprietatem, tum, ut ita dicam, alienitatem. Dictum autem demonstratumq; sæpenumero est, nec fecius aliàs quoq; repetam, quid sit secundum totas substantias agere, aut pati: immo verò & hætenus eius nunc meminero, quod in rem præsentem satis sit, hinc sumpto initio. Ex quatuor elementis, particulatim corporibus omnibus constant generationes impares mistura, ac diuersæ. Siquidem quædam ignis quam aliorum elementorum in se plus continent, quædam aquæ: sicut alia, si fors ita tulit, terræ, non nulla aeris. Ex eiusmodi itaque imparitate proprietates corporum particularium sunt perfectæ: ex elementis quidem, plantarum: ex his autem, animalium, sicut in libris de Elementis demonstratum est. Porro transeunt quædam quidem protinus in sese mutuo, non nulla verò mediantibus alijs: velut terra in triticum, hordeum, & alia id genus: rursus horũ vnumquodq; in carnem humanam: cum tamen ipsa terra caro ut fiat, sit impossibilis, eã videlicet, quæ in medio est, mutationem transiliendo. Attamen eorum quæ in sese mutuo transeunt, quædam promptam celeremq; quædam diuturnam alterationem obtinent: at quæ similitudinibus propinqua sunt, celerem: quæ verò remotiora, tardiorum. Oportebat itaq; meo quidem iudicio,

Quinta Classis.

DDDDD iij innasci

innasci animantibus organum, quod naturæ similitudines ac dissimilitudines discernendi potestate polleret: quod agnoscens rerum naturas, familiaria quidem eligeret, aliena verò refugeret. Eiusmodi ergo lingua est, quæ exuberanti sensu non calida modo, frigidaque, humida, atque sicca, sed etiam quæ familiaria, quæque non familiaria sunt agnoscit: In hanc enim distaxat particulam complures inseruntur nerui: cum aliæ omnes aut vnius tantum, aut duorum sint participes, nec ita magnorum tñ. Porro cum quædam naturæ nostræ magis sint familiaria, quædam minus: ac partim in hac temperamēti coniugatione, partim in illa, necessario plures gustus qualitates extiterunt. Cæterum omnium, quæ nutriunt, communis dulcedo est. Nam quicquid nutrit, aut plus, aut minus est dulce. His verò quæ non nutriunt, commune est id quod per negationem dulcis aut priuationem sic dicitur, velut non dulce, & indulce. Particulares autem differentiarum complures merito euaserunt: quia id quod cuius rerum familiare est, vnum est: nēpe quia & natura eius familiaris vna: aliena verò plurima, partim plus, partim minus à substantia eius dissidentia. Quæ itaque summæ acida sunt, acerbæ, aut amara, aut simpliciter aliam quamuis qualitatem præter dulcem sortita sunt, ea omnia nutrire nequeunt: sicut quæ solum dulcia sunt, omnia nutriunt: inter ea autem quæ mista sunt, quotquot dulcia simul & acerbæ sunt, & crassioris sunt essentia, & temperaturæ frigida: velut paulò antè ostendimus. Quotquot verò acida simul ac dulcia, tenuiora quidem sunt, quæ acerbæ: sed & ipsa tñ refrigerant. Quintam amara quidem calida sunt, sed acria his etiam calidiora. Nutriunt ergo hæc omnia, si iunctam habeant dulcedinem. Cæterum per se dictorum nullum, ut nutriat, satis est. Porro duplici ratione mista esse assolent, nempe ut dissimilaria sint, & diuersas habeant qualitates in diuersis partibus: aut simplicia & similia, sed quæ in mutua eorum quæ multum dissident, alteratione consistant: neque enim mel extemplo fit amarum, sed aut multa coctione aut vetustate amaritudinem induit: nec id tñ illi nisi pedetentim accidit: neque quotquot ex fructibus dulces ex amaris euadunt, sicut quidam cucumeres & melopepones, & ipsi repente semelque ab initio qualitatem abijciunt. Nam his omnibus quæ à natura mutantur, sensim sunt mutationes: potissimum vbi in multum dissidentes, aut planè contrarias qualitates alteratio transitusque perficitur. Sicut ergo quod est summè dulce, aptum esui est: quod verò solum ac syncerè amarum, esui ineptum: sic quæ in medio sunt eorum nutriunt quidem et, verum minus quæ dulce. Eadem ratio est in alijs qualitatum. Nam nutrire præter dulcem nullæ omnino possunt. At elementa multò sanè et minus nutriunt; nullamque gustui qualitatem offerunt: proinde & terra, & aqua (sunt enim ambo gustui insipida,) minimè nutrire idonea sunt, sicut nec aer, nec ignis. Itaque pro horum interim admittione, dulcissimi sæpe qualitas exoluitur, aquea ferè essentia in pumilium (ἐπιήσκα Græci vocant) fructibus superante: (nam triticum, hordeum, fabæ, cicer, & quæ eius sunt generis, cum propter humiditatem principio qualitatum prope expertia sint, tēpore oris successu maturata ac siccata dulciora euadunt.) terre frī verò & sicca in paleis, foeno, gramine, & arundinibus siccis & lignis: quorum tamen quædam priusquam aruerint, dulcia nobis sunt, nutrimentumque interdum corpori exhibent, velut palmæ cerebrum, (sic enim nominant summam eius particulam,) & gramen, & mollēs maluarū radices; maximè quæ in Aegypto proueniunt: ad hæc plerarumque arborum germina. Si quidem quod nutrit, à similitudine, quæ illi est ad id, quod nutritur, dulce apparet: dissimilitudine verò non dulce. Porro multæ cum sint dissimilitudines, multas proinde necesse est qualitates esse non dulces, quas verbis quidem efferi est impossibile: attamen memoriam earum mouere suggerereque quodam modo licet, cum omnes homines certissimè norint alium fieri in lingua sensum, atque affectum ab acerbis, alium ab acidis, & alium à salis, aliumque ab amaris.

Qua de causa quæ igni admouentur, alia suauiora, alia insuauiora efficiuntur. Et qua de causa edulia quædam cum per sese edi non possint, suauitatem tamen ipsæ præbeant; quæ per ipsa præparantur.

C.A.P. 16.

Itaque quemadmodum edulia, quæcunque nutriendorum naturæ simillima sunt, ea & dulcedinem summam præ se ferunt, nec ullam præparationem postulant, sic quæ temperaturam nata sunt remotiorem, alia condimentis, alia coctione, alia utroque indigent. Nec verò mirum est, cum condimentorum nullum edendo sit, ad suauitatem tñ ipsi conferre, quæ per ipsa præparantur: quippe cum fieri possit, ut immoderatis duobus coeuntibus, id quod ex ambobus mistum sit, comoderatum euadat, ac proinde quoque dulce appareat: cum immoderata minimè sint talia: postea verò quæ & per elixationem, & per assationem, & omnino per calidum quiddam præparatio fit ciborum, nihil etiam absurdum est aut ambiguum, quæ prius non erant suauia, tunc fieri suauissima. Apparet enim calidi natura, quibus admota fuerit, ea celeriter alterare, atque in aliam speciem mutare. Quocirca nec id quoque dubium est quædam suauiora, quædam verò insuauiora effici igni applicata: tum quædam tēpore minimo, quædam plurimo coqui debere. Etenim quæ nutriendorum corporum temperaturis simillima sunt, ea vel citra coctionem aut præparationem iam dulcia apparent. Quæ verò dissimilia sunt, omnia insuauia sunt antequam præparentur. Porro quæ nimis quæ calida sunt, frigido corrigi debent: quæ verò multum frigida, calidorum mixtura ciborum, & igni: ad eundem modum humiditate, quæ terrea sunt & sicca: siccitate, quæ plus quæ conueniat aquea sunt & humida: Siccitates ergo, humidorum admittio: humiditates verò, siccorum mixtura ignisque emendant; Maximam

* A.L. ex.

Maximam rei dicte fide assert, quæ in ore fit mutatio. Nam qui plusculum sustinuerunt ieiunium, his salua falsa redditur: qui verò plurimum, non falsa modo, sed & amara. Sic et corpus vniuersum, biliosum habitum contrahit, ac si perinde ut lingua sensu polleret, falsedine quoque quæ in ipso est, atque amaritudinem per facile, reor, perciperet, ad hæc et ipsam dulcedinem quæ naturali inest sanguini. At nunc vbi vase quopiã aut rupto, aut aperto affatim calidus sanguis in linguam effunditur, dulcissimus apparet: utique si secundum naturam, ut dictum est, habuerit. Nam morbidus, amarus aut saluus est, aliam uel eius generis qualitatem præ se fert. At qui in toto est corpore, nos fugit, non aliter quam aut bilis, aut pituita. Quamquam & bilis quidem flaua vel minima quapiã parte linguam contingens, perpetuo amara appareat: atra verò acida. Porro vbi pituita linguam attingit, partim quidem dulcis, partim acida, partim falsa sæpe est manifesto visa, cum & ipsa in toto animali incognita sit.

Qua de causa mel à caliditate validorem amaritudinem contrahat, lac vero frequenter etiam dulcius efficiatur, cum tamè utraq; gustui sint dulcia. An quia mel cum summe sit dulce, nec quicquam addi possit ad dulcedinem, in consequentem recidat qualitatem:

lac vero minus dulce cum sit, quod reliquum est à calore accipiat.

C.A.P. 17.

Nil mirum igitur neque cur rerum omnium dulcissimum mel succum generet amarissimum, neque cur id maximè ætate florentibus, & calidis natura, & febrientibus accidat. Nam ut foris, cum plusculum igni admouetur, amarum efficitur: ad eundem modum & in animantium corporibus, vbi syncerum validumque natum calorem fuerit, biliosum succum procreat. At in temperaturis frigidioribus, siue propter ætatem, siue propter naturam corporis, siue et ob morbum facile in bonum & moderatum sanguinem conuertitur: quippe cum neque nimium in his corporibus aut exalhiat, aut alteretur, verum ei quod modicè coctum fuerit, simile quiddam perpetiatur, plane illis adsimilatur, prosumque seruat dulcedinem. Et quid obsecro miri, si à valentiore animantis calore, aut longiore coctione veterem mel dulcedinem exuat, cum etiam citra hæc per suum ipsius calorem spatio temporis amarum euadat: Nam in mutationis distaxat celeritate, haudquaquam quæ aliam perpetiatur passionem ab alia causa, differentia consistit: quippe & passio est eadem, & causa quæ mutat. Passio quidem amaritudo: causa verò caliditas immodica. Porro immodicè, quod ad alterationem ducit, duplex est: aut enim in admoti consistit robore, aut in temporis diuturnitate: alterum ex nobis & igni, alterum ex seipso mel accipit. Et merito sanè tempore maiore id fit ex ipso: siquid quod mutat, imbecillius est. Ergo quod à minore causa longiori fit tempore, quid mirum est à maiore in breuiori perfici? Cæterum lac etsi gustu sit dulce, tñ ex sese nunquam amarum efficitur. Vincitur enim in eo à frigore magis caliditas, quam ipsa vincat: proinde etiam repositum acefcit. Ex tribus enim substantijs qualitate dissidentibus, (velut supra quoque dictum est,) constat. Prima quidè crassa, ex qua caseus cofcitur: altera pinguis, ex qua butyrum: & tertia aquea, quod serum nuncupamus. Verum ex hisce pinguis quidem vel maximè temperata est: crassa verò paulum ab ea declinat: accrementum illud ferolum, & frigidum & humidum est. Quare lac vniuersum à modica caliditatis corpore longo interuallo relinquatur: quapropter ex se acefcit potius quam amarefcit. Ac si gustari possit, vbi in ventre & per venas concoctum est, ipso et melle dulcius inuenirefcit. Nam quod foris & ex sese mel obtinet, id dum coquitur, lac accipit. Et cum admodum ingens in animante calor extiterit, tantam acquirat lac dulcedinem, quam tam mel deperdit. Rectaque id ratio ne euenit: etenim quod summè dulce est, ac proinde etiam nihil apponi ad eius dulcedinem possit, id ut in consequentem verti pergat qualitatem necesse est. At cui quid deest, id per concoctionem acquirat. Proinde sanè lac vbi cruditatem in ventre perpetitur, duplicem suscipit alterationem. In frigidiore namque ventre acefcit: in calidore nidorosum amarumque efficitur. Non tamè mel coquendo vnquam aciditatem admittit: quippe cum calidius sit, quam ut vbi non superetur acefcit. Itaque vtraque linguam mordicant, tum quod acidum est, tum quod amarum, non tamen id tanquam proprium linguæ sensus possidet. Quippe si in aliam quamuis carnem cute spoliata ipsa iniiceris, & illam sanè etiam mordebit. Ex quo constat, mordacitatem à tactu proprie, non à gustu sentiri. Quin & quæ acria appellantur, velut pyrethrum, allium, cæpa, non linguam modo mordicant, sed & omnem reliquam nostram carnem: communisque est mordicatio tribus istis saporibus, acido amaro, acri: Verum acido quidem, ut frigidum simul & subtili, (nam & id sæpe monstratum est:) amaro verò & acri, ut calidis.

Quod sapes acres omnium sunt calidissimi.

C.A.P. 18.

Quod itaque sapor amarus calidus sit: modò ostendimus. At de acri vocato, principio ne demonstratione quidem est opus: præuenit enim sensus euidentia, rationis fidem: quare nec quisquam de ipso addubitauit: immo & Plato de eo tanquam omnium calidissimo pronunciat, tum Aristoteles quoque, & Theophrastus. Atque adeo nec veterum, nec recentiorum medicorum quisquam est qui secus sentiat, quippe cum exalfectio ex essentia eius sit ratio. Itaque si vel ex plebe quem piam roges, quid vocet edulium acre, dixerit sanè, puto, quod fortiter dum gustatur exalfectio, velut piper, pyrethrum, nasturcium: allium, cæpa, & id genus omnia: videturque id adeo saporum genus, cum appellatione careret propria, comuni per excellentiam usum. Nam cum & sapor amarus, & sapor acidus, ambo et acres sint: in quocumque tamen corpore vehementem comperimus acrimoniam: tamen

tametsi neque amarum sit, neque acidum, acre appellare consueuimus: quanquam multa in specie sint corpora eiusmodi: alia enim eduli possunt, alia esui sunt inepta. Ea igitur quae idonea sunt esui, dulcem quandam, saltem obscuram admistam habeant qualitatem necesse est: proinde multis ipsorum pro opsonio utimur, multis vero ut condimentis tantum: ut cibo, ipsorum omnino nullo, idque ob virium vehementiam. Porro eorum, quae non eduntur, alia mortifera sunt, alia simpliciter medicamenta: omnia saltem cuti nostrae imposita vlcus celeriter moliuntur. Quin & horum quoque nonnulla qualitatem quandam amarum praefertunt, quemadmodum esculentorum quaedam dulcem: non tamen vocantur amara: quoniam quidem haec in eis leuis est & infirma, valida autem vis acrimoniae. Sunt & quae ne gustare quidem audeas, cuiusmodi est vel thapsia, vel cantharides, vel aliquod aliud eorum quae erosione aut putrefactione interimunt. Sed & horum gustum esse acrem ex his conijcere licet, quae in toto agunt corpore. Multa vero et ipso statim odore aliena sunt, planeque pugnantiam cum homine indicant, velut & haec ipsa quae nunc dicta sunt, & cicuta, papaueris, mandragorae, & hyoscyami succus. Quin & nuper quoque herbam quandam conspeximus, quam Ceaturio quidam ex barbarica circa Aegyptum regione comportauerat, odore adeo graui, adeoque inamoenus, ut ne gustare quidem audeam, sed letalem esse conijcerem: ut batur autem ad videntes articularum dolores: atque ipsis et laborantibus refrigerandi pollere facultate est visa. Est autem colore subflauo, odore tamen graui, quae cicuta: nisi quae leuem quandam instar aromatum odoris adferat gratiam. Nomen herbae ex qua succus hic exprimitur, Lycopersium esse dicebat. Verum de facultatibus deleterijs rursus tractabitur. Scire autem oportet acres sapores omnes, (nam de istis agebatur) summe esse calidos, ac deinceps post illos esse amaros, deinde vero dulces. Cum vero in omnibus ampla sit latitudo, is qui magis aut acris, aut amarus, aut dulcis est, magis quoque est calidus: qui vero minus, tantum amittit caloris, quantum abest ab exacta gustus qualitate. Terminus autem seu finis saporis amari est abstergere: acris vero vreret: dulcis nutrit: vbi videlicet in sua quisque natura absolutus fuerit, hoc est, vbi quoad fieri possit, minime alienis permixti sunt qualitibus: velut amarus prorsum quidem est calidus: verum qui modo admodum ex dulci mutatione natus est, & minus amarus est, & minus calidus. At qui iam diu mutatus est, summe amarus est, & proxime ad acrem pertingit, ut non abstergat solum, sed etiam exedat & mordicat: velut aristolochia quidem, iris, & panax, id modo possunt, nempe vlcera abstergere, atque expurgare. At vitis agrestis, quae Graece staphis agria dicitur, nihilo ab istis amaritudine vincitur, nisi vel ipsa quoque vincat: est enim iam etiam acris, idque valde: tum multum quoque calida, ut non sordem vlceribus auferat modo, sed & ipsam quoque carnem colliquare possit. Porro quod in vlceribus nati sunt praefare amari sapores, id ipsum in corpus assumpti efficere valent: abstergunt enim, expurgantque, & quae in venis est, crassitiem incidunt: quae uamobrem mens moient, educendoque ex pectore pulmoneque puri auxiliantur. Et in summa, siue crassa in eis pituita, siue pus, siue aliud quippiam contineatur eiusmodi, expurgant: eaque ratione & comitiali morbo competunt, quicumque certe naturam non habent deleteriam ac venenosam: illi enim toto genere praeter naturam sunt. Sed & ipsi qui sanguinem spuunt, noxii sunt: quippe cum isti adstringentia & viscosa, non incidentia diuidentiaque exposcant. Atque haec quidem iam quadantenus curandi attingunt methodum.

Qua differant amarus acrisque sapor. Quod, si amarus praeterquam quod calidus sit, etiam est siccus: at acris, utique qui non exactus est, vreret quandam humiditatem obinet. CAP. 19.

Postea vero quae de saporibus amaris definiuimus, diximusque quae incidendi vim habeant & extenuandi, tum abstergendi, ac nimirum et calfaciendi, haec tenent, ut non vrant: rursus ad acres orationem vertamus. Ac primum exacte ipsos calidos dicimus, deinde exedentes, vrerentes, crustam molientes, ac denique etiam colliquantes, eosque vel cuti impositos esse huiusmodi: Sin intro in corpus sumantur, siquidem tota substantia animanti cuius summe aduersent, putrefacientes, eiusque generis animantium deleterios: Sin calor duntaxat immoderatione, si crassa sint essentia: terreaque, interiora exulcerandi pollere facultate: sin tenuis, urinam mouendi, sudoresque sciendi vim habere: in summa autem, incidendi, & digerendi per halitum. Ex quo genere quidam tum exputiationibus ex thorace, tum mensium motibus auxiliantur: Caeterum quoniam sit, quo modo, & qua methodo vtendum, non est praesentis tractationis exponere: de omnibus siquidem eiusmodi in curandi methodo differetur. Quare de acrium saporum natura plura scribere superfedebat: si n. fuerit distinctiones adijcere exactiores, quibus ab amaris differunt. Nec, n. sola caliditate vehementi ab illis diuersi esse consueuerunt, sed quae amari omnes non modo calidam habeant facultatem, sed & siccam, cinerem, (vbi eos quis optime compareret) ad similes. Acres autem, quicumque utique amari non sunt, multum interim humiditatem admistam habent, proindeque corporum eiusmodi non pauca a nobis elidantur. Porro quae non calidus modo, sed & siccus est omnis sapor amarus, in primis nos maximeque discreta docet experientia, de qua saepenumero verba supra fecimus: is vero qui praeter experientiam per rationem et scrutantur, similiter accidit. Admodum itaque ex calfacitis dulcibus, siue id ab igne, siue a calore ingenito, amarorum corporum constare generationem indicauimus: quae protinus consistentia quoque siccior appareret: Tum vero quoniam absumatur semper ac defluit ab eis humor in vaporum a calore solutus, necesse est reliquum terrenius sicciusque effici: quippe cum dulce praeterquam quod calidum

calidum sit, siue plus, siue minus, necessario sanè & humidum plus minusue existat. Si autem corporis nostri naturae maxime est simile, ipsa vero sit temperate tum calida, tum humida, id quod ex dulci superaffato prouenit, perinde ut calx cinisque, calidum siccumque necessario efficitur: proinde abstergere quoque, comminuere, secare crassos viscososque humores, sicut cinis & nitrum, est natum. Nec enim aerea est, neque tenuis, neque aquea eorum consistentia: sed, ut paulo ante dictum est, terrena, exacte a calore elaborata, ac velut superaffata ipsorum essentia. In comparatione ergo adstringentium quidem, non parum ips tenuiora sunt medicamenta amara, ut ad acra vero, crassiora: quae obrem neque facile crassos viscososque humores pertranseunt, velut ea quae sunt tenuiore essentia, nec incidere, perinde ut crassiora nequeunt. In medio autem vtriusque excessus sunt oportet, quae incisa sunt, nempe ut neque prompte penetrent perinde ut flamma, neque dum cunctantur tardantque diffecare non possint. Verum de istis in sequenti libro, qui ex ordine est quintus, tractabitur. Nunc autem tamen nouisse suffecerit, quod qualitas omnis amara calidis simul siccisque substantijs accidit, & praeter haec tenuibus & terrenis. Inaudiedum est autem totum quod dicitur coniunctum, haudquaquam vtriusque separatim legendum. Nam sic, pugnare cum terreno videatur tenue. Verum non simpliciter tenue, sed ut in terrena consistentia tale esse amarum assero, velut calx & cinis, & quicquid exacte peraffatum fuerit, cinisque redditum: forte autem verius ad similes fulgini, ac ipsius flammæ fauillae: quippe quae gustantibus apparet amara. Ergo crassum & terrenum est corpus, ferrum, ac lapis: fauilla autem & cinis tenue. Ignita itaque ferrum lapisque, calce cinereque sunt crassiora, multoque magis que fauilla: ad haec quoque & calidiora. Sed ferro lapidique ignito, ea quae per erosionem interimunt medicamenta, similia sunt: quae a corporis nimirum calore huc perducuntur: velut chalcitis, myli, fori: ad haec arsenicum, hydrargyros, lithargyros, & alia innumera: crassarum enim sunt partium id genus omnia, ac potestate calida, ac proinde temporis spatio accensa per eam, quae est in animante mutationem, non aliter quam lapis ferrumque ignitum ventrem tum exulcerant, tum exurunt, cum scilicet in corpus distribui praegravitate haud possint. Istis autem subtiliora sunt, tametsi & ipsa terrenae sunt consistentiae, calx, cantharis, lepus marinus: quorum quaedam usque ad iecoris pertingunt regionem, quaedam vero usque ad vesicam & pectus, in tanto interim itineris spatio igneam acquirunt naturam. Porro aristolochia & iris his etiam subtiliores sunt: quippe quae tum humidam essentiam, tum aeris plus quam illa obtinent: quod hinc constat, quod neque adeo sunt sicca duraque, neque adeo graua, quapropter & deleteriū effugere genus. Sanè vero & cantharis, parca interim sumpta, quibusque oportet admista, praeterquam quod vesicam nihil offendat, etiam renes expurgat: immo & quae efficaciora cōficiuntur ad vrinas mouendas medicamenta, non nihil habent cantharidis. Sed de hisce aliis habebitur sermo.

Quod sapor amarus insit corporibus temperamento siccis: & si plane amarus sit, esculentus non sit.

CAP. 20.

Amara sapor quae siccis temperie corporibus insit, hinc colligere licet, quod & minime omnium amara putrescant, minimeque vermes aliaque nonnulla animalcula, qualia in radicibus herbisque ac fructibus putrescentibus prouenire solent, procreent. Maxime namque videmus in humidis nasci corporibus vermes, ac putrilaginem. At quae exacte amara sunt, (voco autem ita, quae nulla sensu notabili alia participant qualitate, omnibus prope animantibus, necdum hominibus, esui inepta sunt: quippe cum animal omne plus minusque sit humidum: amara autem, sicca: haud aliter quam cinis & puluis. Itaque neque cinerem, neque puluerem, neque fauillam, neque calcem animal vllum esitat, neque eorum quae plane amara sunt quicquam. Absynthium enim non solum amarum est, sed & adstringit: marina vero aqua, salsa potius est, quam amara, plurimum in se habens aquae potabilis: id quod & ab Aristotele olim satis est demonstratum. At aqua quae est in lacu Palastine in caua Syria, quem alij quidem mare vocant mortuum, alij stagnum bituminosum, gustantibus non salsa modo, sed & amara est. Salem vero etiam habet ex sese natum, perinde amarum: primoque statim aspectu vna cum vniuerso mari tum candidior, tum crassior apparet, salugini meræ similis: in quam si salem iniicias, ne liquari quidem etiam possit: plurimum enim eius in se habet: ac si quis in eam se mergat, continuo sale tenuissimo velut conspersus vndique emergere conspicitur. Quapropter et aqua illa quam caetera marina grauior est, idque tanto potius, quanto fluuiali marina. Itaque ne si te ipsum quidem dimittere velis in profundum, deferris deorsum possis: ita attollit eleuatque aqua: non sanè quia natura leuis sit, quod quidam veterum sophistarum prodidit: sed ut censuit Aristoteles, propter grauitatem instar lutii quae leuiores sunt gestans. Proinde si hominem ligatis manibus pedibusque in stagni illius aquam conieceris, deorsum haud feretur: quin vero sicut naues in mari onera plura quam in fluuijs citra submersionem portare valent: eundem in modum in stagno mortuo multo plura quam in mari. Tanto enim est quae in illo est aqua, marina grauior, quanto marina lacustris aut fluuialis: inest enim ei salis substantia, quae terrea grauisque est. Ipsaque tibi marinam, si lubet efficere licet, sale in aqua fluuiali colliquato, cognoscereque quanto grauior reddatur aqua eiusmodi, quam sit dulcis. Quin & modum iam inuenerunt, moderatam ad salendum conficiendi saluginem, si ouum in ea videatur natum. Nam vbi etiamnum haud feretur: quin vero sicut naues in mari onera plura quam in fluuijs aquosa magis est & dulcis: grauior vero salsa est, vbi tanta est salis copia indita, ut amplius liquari qui

ri qui postea adijcitur nequeat. Quam aquam si pendere non graueris, omnium aquarum comperies grauissimam. Itaque ergo quoniam inanem esse diuitem cuiusdam ambitionem ostendi, qui tantam in Italiam maris mortui aquam deuexit, quae cisternam implere posset. Nam id ipsum ego expedite praestiti, sale plurimo in aquam potabilem coniecto. Longe etiam grauiorem eiusmodi effeceris aquam, si quamplurimum salis liquatum sub Canis exortum, ubi potissimum aestus iam fuerit valentissimus, torreris siueris, haud aliter quam in stagno bituminoso: sic enim haec aqua perinde ut illa grauis efficitur: ac si ligatum hominem, aut aliud animal, in ipsam conieceris, instar nauis super aquam feretur. Quin vero & amarior protinus quoque eiusmodi erit aqua, si decoquere ipsam in ignem lubeat. Nam quicquid salis plusculum excoctum, amarum tibi euadet. Sic & ipsius bituminosi lacus aqua in caua calidatque regione contenta, dum sole torretur, amara efficitur: proindeque aestate quam hyeme amarior est. Ac si quid eius haustum in vase cauo regioneque aprica, (quemadmodum nos effecimus.) aestiuo tempore deponas, continuo amarior sese reddita videbitur. Verum haec omnia istis quae paulo superius de amari generatione diximus, abunde subscribunt. Caeterum cuius gratia oratio ad bituminosum digressa est stagnum, id nondum omne expositum est: nullum enim in eo neque animal, neque planta inesse conspicitur: immo cum duo in eum fluij confluant longe maximam pisciumque copia scatentes, maxime qui prope Ierichontem fluit, quem Iordanem nominant, nullus omnino piscium fluuiorum ostia excedit: ac si captos quis in lacum iniiciat, celeriter mori conspiciat: adeo est omnibus tum hominibus, tum plantis inimicum quod exacte amarum est, & quod squallidum pariter et siccum est, atque natura velut fuliginem ab exaffatione referens. Quamquam ne illius quidem stagni aqua exacte amara sit: quippe cum nec ipse sal. Vocant autem eum Sodomenum, a circumiacentibus stagnum montibus, quos Sodoma appellant, multaque ipsum accolae ad omnia, ad quae nos alio utimur sale, accommodant. Vis eius non modo plus quam cuiusuis alterius salis exicatoria est, sed & extenuare nata: quia, si plus quam alius exaffatus est, omni enim salis obscura quaedam adstringendi vis inest, qua eas quae codiuntur carnes constringit, delectatque: potissimum ubi durus & minime fragilis extiterit. Talis est exactissimus quidem fossilis ferè omnis: Minus autem illo marinus: tum qui multis in locis aquis leuiter salis arefcentibus prouenit, tertium locum obtinet, abstergere magis quam adstringere contrahereque potens: proximas his vires habet Sodomiticus, aequè atque marinus durus: caeterum ob admixtam amaritudinem, facultatem valentius abstergentem ac digerentem quam marinus possidet. Sic & nitrum ipsum, & ipsius spuma, & quod composita appellatione vocatur aphronitrum, caeteris magis extergere possunt, nempe quia minime adstringunt, & exacte sunt amara.

Quod sapor salis calidus sit & terrestris, eaque ratione quadamtenus sapor amaro similis. CAP. 21.
Etenim propinquus est sapor salis amaro: quippe terreni ambo sunt, & calidi: non obscura tamen diuersitate dissident, quae videlicet amarus a calore arido plus sit extenuatus & elaboratus. Sic in genere salis, qui durior est & densior, terrestriorque, qualis ferè est vniuersus fossilis, minus calidus est, subtiliumque minus partium: qui verò rumpi facilis, laxesque, tenuior simul & calidior est: in quo genere est & qui subamarus est, mediam quodammodo naturam inter salem durum & aphronitrum obtinens. Sane & inter aphronitra quaedam sunt durae, crassaeque essentiae, quaeque nec facile liquari in aqua queant. Verum de prauis non est in hoc loco nobis sermo, sed de istis quae iuxta nominis rationem essentiam habent spumofam, qualis vtiq; est & ipsa nitri spuma. Est enim ea omnium modo dictorum tenuissima: velut & aliae petrae flos: multum enim & hic quoque tenuis est, sed aphronitro minus calidus. Quare vtiq; carniū excrementiam minore cruciatu colligat: mordicat autem eas nitri spuma: mordicat verò & aphronitrum: nec secius quoque & ipsum nitrum, tamen illis sit minus calidum. Verum supra monuimus, essentiam crassam plus erodere, ubi nimirum calorem quendam nata fuerit. Nulla enim eius pars sine cruciatu celeriterque transit, sicut eius quae subtilis est: verum retenta & immorans ac tardans, plusculoque tempore vni corporis nostri particulae inhaerens, haud immerito molesta redditur, instar palii carni infixi.

Quod odorata omnia calida. CAP. 22.
Caeterum ubi de saporibus omnibus, quae conuenire visa sunt, exposuimus, reliquum fuerit de vaporibus differere: quippe cum huius sensibiliū generis gratia, odoris sensum natura crearet. Sane plerique similiter saporibus nos afficiunt. Siquidem acida omnia, & ante ista ipsum adeo acetum similiter odoratum gustumque mouet: tum acria quoque, velut allia, caepae, & ipsa non minus quam gustum, odoratum quoque offendunt, mordicantque. Sic in alijs singulatum similis prope modum est odoris sensus sensui gustus. Itaque quorundam corporum, et non gustantes, qualitatem cognoscimus, veluti fimi: proinde omnino ne gustare quidem aggredimur: quia, si admodum fides habeatur odorati. Quinetiam si qua boni odoris edulia, putrilagine corrupta, odore nos suo offendunt, protinus ea abijcimus haud gustare dignati: ferèque in omnibus mutuo consensum odoratus & gustus: atramen in odore suauissimis, velut rosa, plurimum differunt dissidentque: tamen enim abest ut gustantibus suauia sint, ut amaritudinem non paucam praefertat, tamen amarum nunquam odoratum est, neque ut medicamen nobis suauis, neque ut cibus. Quae nam igitur huius sit dissimilitudinis causa, licet Theophrastus quaesierit, tamen praestiterit & quae nos de ea cognoscimus exponere.

Amari

A Amari saporis generationem ex dulcibus a calore extenuatis prouenire iam clare docuimus: apparuitque calidiora simul & tenuiora temperie esse amara, quam dulcia. Sed & odoris sensum in ipsis cerebri est ventriculis, velut & id quoque alibi a nobis demonstratum est, & odorabilem vaporosa est substantia. Ea enim quae a corporibus defluunt, ambientem permixta, ac deinde per narium inspirationem in cerebrum delata, sensum mouent. Recta ergo ratione, quaecumque odorata, eadem & calida sunt: quippe cum vaporum copia a calore proueniat, non tamen protinus quicquid odoratum est, suauis esse colligitur. Siquidem non omne id spiritui in cerebri ventriculis contento familiare est. Etenim quemadmodum qui linguae obueniunt saporis, istis qui familiarissimi, istis & dulces erant: qui verò non familiares, complures habebant differentias: ita odores qui familiares sunt cerebri spiritui, istis & grati sunt & suauis: qui verò non familiares, multis differentijs a sese mutuo dissident. Caeterum non omnibus imposita sunt nomina, perinde ut saporibus. Dicitur enim quippiam acidum acremque habere odorem, sed austerum, acerbum, salsum, aut amarum haud etiam dicimus. Verum in haec duas appellationes odorabilem plerique reducunt, benevolentia, & graueolentia appellantes: benevolentia quidem proportione quadam ad ea quae linguae sunt dulcia: graueolentia verò ad ea quae non dulcia: vno enim nomine totum hoc in saporibus genus appellari nequit. Videtur autem a corporibus non odoratis aut omnino paucum defluere, aut quod pro mole sua sit immoderatum, sicut in istis quae exacte tum falsa, tum acerba sunt. Exacte autem cum tale aut tale quid dicimus, syncerum, & quantum fieri possit, alterius qualitatis expers dicimus. Siquidem crassa vtriusque essentia est, & ad hoc acerbiorum etiam frigida: quare verisimile est, quod ab istis defluit, paucum esse & crassum, & mole sua terreum, ac proinde per inspirationem in cerebrum non incidere.

Quod neque ex odore, neque ex colore certo quid defini de medicaminum temperie possit. CAP. 23.
Itaque haud tutum est ex odore de sensibiliū temperata conijcere perinde ut ex gustu. Nam quae odore carent, crassam quidem essentiam obtinent: caeterum quae sit eorum in calore frigoreque natura, id verò nondum constat. At quae odorata sunt, tenuia vtiq; sunt quadamtenus & calida. Verum eius tenuitatis caliditatisque quantitas haud etiam indicatur. Porro maxima potissimaque causa, quam obrem in odoratis nihil euident de temperatura indicari queat, inaequalitas est substantiae, de qua saepe numero verba mihi iam habita sunt, ubi demonstrabam corpora plerique dissimilari esse substantia. Ac nunc quoque et claritatis gratia vnum exemplum proponam, nempe rosam, quae non ea modo ratione dissimilari est, qua pars quidem eius continet, pars verò continetur, (contingens quidem durum & terreum: quod continetur, succus est humidus.) immo & succi ipsius tria sunt excrementa, quemadmodum supra necessarium esse demonstratum est: vnum terreum, quale est in vinis fax: alterum aereum, quod ipsum quoque vini flori proportione respondet: tertium aereum, quod in omnibus bullitionem efficere corruptionemque diximus, ubi nimirum neque deuictum, neque planè alteratum ebullitionis tempore fuerit. Sane huius excrementi gratia quidam succos non nisi coctos reponunt, alij in sole feruētis praecipitatos: nam terrei aerisque gratia non admodum corrupendos metuunt, cum ea & separari videant, aereque corruptibilem sortita substantiam: quandoquidem temperamentum nata sunt sicca. Sed de istis supra abunde differuimus. Caeterum in rosae natura aliud gustantibus acerbum est, quod terreum ut sit & crassum frigidumque, necesse est: aliud verò amarum, quod tenue est & calidum: & tertium in his aequum, necessario quidem frigidum, sed in tenuitatis crassitudinisque oppositione quadatenus summorū medium: cuius mixtura neque ipsum illud acerbum, neque ipsum amarum summe est tale, quale dicitur: qualitates enim omnes exoluit aequi admixtio. Ipsum itaque hoc aequum elaboratum, extenuatumque, atque excoctum quodammodo videtur, ac proinde facile in vaporem solui, & hac ratione rosam tum odoratam esse, tum celerrime resiccari. Atque haec omnia de eo ex gustu conijcias: at per odorem haud aequè: quippe cum non aequè omnes eius partes euaporent, nec perinde sensum moueant. In gustu autem omnes similiter gustabilem corporum particulae in linguam incidunt, sensumque mouent pro sua natura singulari. Quare certum tutumque ut diximus, non est, de tota medicamentorum facultate ex odore conijcere. Nam ea sola agnosci possunt quae modo posuimus. Multo minus ex coloribus de medicinarum virtutibus colligere quid valeas: quippe cum in singulis coloribus calida, frigida, humida, siccaque reperias: quemadmodum in primis huius operis commentarijs ostendimus. In quoque tamen singulatum genere aut feminis, aut radicis, aut succi ex colore indicationem quandam liceat sumere: ut pote caepa, scilla, vinum, quanto fuerint albidiora, tanto & minus sunt calida: quae verò subflaua fuluaque, calidiora. Idem vsuuenit tritico, milio, ochris, phaelis, ciceri, ireos radici, asphodelique, alijsque pluribus. In quoque enim genere in vniuersum fulua, flaua, rubraque omnia albis sunt calidiora. Itaque etsi hinc quoque de medicamentorum viribus coniectura fieri queat, tamen sermone adijciatur, optimum sanè esse (ut & dictum & ostendit saepe numero est.) per experientiam discretam facultates inuenire, in hac enim falli non possis: quamquam prius quam experientia virtutem agnoscas, gustus plerique indicet, pauculum etiam (ut dictum est.) approbante ipso odore.

Galeni

† Af. vaporosa, omnia.

† Co. Graeci multum ab hac tralatione variat, hic autem interpres veterē tralationē imitatus est.

* Af. Ros. † In cod. graecis impressis leguntur, καὶ τοὶ τὸ γένος πικρὸν οὐδὲ ποτὶν ἐνὸς δὲ, οὐδὲ ποτὶν φαρμακὸν ἡμῶν ἡδύ. i. tamen amarum nunquam odoratum est, neque ut medicamen nobis suauis. cod. autem anti quissimus hęc, καὶ τοὶ τὸ γένος πικρὸν οὐδὲ ποτὶν οὐδὲ ποτὶν φαρμακὸν ἡμῶν ἡδύ. i. tamen amarum nunquam sanè nec ut medicamentum ē nobis suauis. Vet. autem tralatio ita hęc. verūti res amari saporis non cadit ex casu delectabili in aliqua hora. nec se cundū viā medicinæ, nec secundum viam cibi.

GAL. DE SIMPLICIUM MEDICAMENTORVM

FACULTATIBVS LIBER QVINTVS.

ARGVMENTVM LIBRI.

De reliquis agit principijs earum facultatum, quæ post primas calfaciendi, refrigerandi, humectandi, & siccanas, medicamentis insunt, & ex operibus quæ adunt in corpus, denominantur.

Recapitulatio prædictorum quæ veluti suppositiones ad dicenda erunt. CAP. I.



Vintum librum de simplicium medicamentorum facultatibus orsurus, ea primum repetam, quæ supra demonstrata in rem præsentem censentur accommodata, sumpto ab elementis principio, aqua, videlicet, igne, aere, ac terra, quæ non nulli à qualitatibus denominantes, humidum, calidum, siccum, & frigidum esse aiunt. Sunt ergo qualitates hæc, humiditas, siccitas, caliditas, frigiditas. Quæ verò ab illis denominantur corpora, ea sunt tum communia omnium elementa, tum ea quæ per harum excellentiã aut humida, aut sicca, aut calida, aut frigida nuncupantur, tum ea quæ ad conueniens siue symmetrum generis eiusdem aut speciei conferuntur, quæq; ad quiduis obuium. Sanè de horum differentia frequenter tractauimus, nec minus diximus quatenus differat nutrimentum à medicamento, & quod nutrimentum vincitur ac superatur ab eo quod nutritur, medicamentum autem contra: ipsum enim vincit atq; superat corpus, cuius fuerit medicamentum: quippè cum vtriusq; referatur ad aliquid notio. Oñsentum præterea est medicamentum alterare natum esse aut vna quapiam qualitate, nempe aut calfaciendo, aut refrigerando, aut humectando, aut siccano, aut dictorum coniugatione quapiam: aut tota sua substantia, sicuti cõplura letalium medicamentorum, nec pauca alexiteriorum seu amuletorum, tum purgantia omnia, ac pleraq; eorum quæ epispastica, hoc est attrahentia nuncupant. Sed de istis quæ reliqua sunt infra adijciam. Quæ verò vna duabus uel qualitatibus in vniuersum corpus nostrum agunt, ea hoc in libro exponam, rursum hic sumpta hypothesi superius demonstrata, quod simplicium medicamentum pleraq; dissimilariunt partium, req; vera composita: ceterum appellari simplicia, quod cuiusmodi sint, talia natura sint, nec quicq; ex nostra industria assumpserint: quinetiam quod quedam crassarum sunt partium, & terrena suis substantijs, quædam tenuia & acrea, alia verò aquea, & dictorum media. Hæc cum sint superioribus libris demonstrata, hypotheses mihi sunt ad ea, quæ nunc dicenda veniunt. His ergo propositis ordiendã iam oratio est.

De vsu medicamentorum. CAP. 2.

Vsus est frequenter hominibus medicamentorum ob id ipsum tantummodo, vt aut refrigerent, aut humectent, aut calfaciant, aut siccent, aut per coniugationem horum quid agant. Interim verò, vt quod supra modum laxatum est contendant atq; contrahant, aut quod intensum est laxent, aut quod condensatum est rarefaciant, aut rarum condensent, aut durum emolliant, aut immodicam molliem ad duritatem reuocent, aut plenum euacuent, aut vacuum impleant, aut generis eius aliud quid agant. Nam quisquis perfrixerit, non medicus tñ, sed quiuis est ex plebe ab ipsa rei natura ductus calfaciens medicamen inuenire desiderat: aut ardenti febre æstuat, quod refrigeret. Sic priuatus quispiam si vlcus habeat nimis molle ac humidum, id medicum deficcare iubet: aut si siccum & exuccum, humectare: Quin etiam cum siccitatem pariter, atq; caliditatem toto corpore percipiunt, ceu qui æstuant, siue vsi sunt, aut defatigati, lauari expetunt, frigidamq; bibunt, tum quidquid refrigerare simul & humectare potest, studiose exquirunt, voti q; sæpe cõpotes fiunt, atq; ipsa natura duce eorum remedia pleriq; idiotarum inueniunt. At phlegmones, scirrhi, œdematis, erysipelatis, putredinis, herpetis, grangrænæ, nullus ex illis sibi remedium peruestigandum sumit, tanq; vnumquodq; eorum maius iam sit q; pro captu hominis plebei, ac scientiam requirat venerabiliorem. Eam scientiam nuncupant Medicinam, & qui eam exercet, Medicum. Atq; hucusq; & ipsi procedunt, vt sciãt vlcus carum carne impleri, sordidum purgari debere, æquabile cicatrice induci. Non tñ norunt quid carne impleat, quid purget, quid cicatrice inducat. Sic sanè est si musculum habeant durum aut tensum laxum uel, quod duro quidem mollienti bus sit opus, tenso aut laxantibus, laxo verò contendentibus, id satis percipiunt: non tñ comperunt habent, medicamentum quod aut emolliat, aut laxet, aut contendat, sed ea inuenire opus est medici. Siquidem inuenias ex plebe quosdam, qui non secus atq; medici medicamentorum polent inuentione, sed hæcenus, dum calida modo ac frigida, humida ac sicca perquiruntur: verum in ijs quæ modo dicebamus, prorsum rudes reperias. Tametsi, ceu ante monuimus, haud omnium calfacientium, tum refrigerantium, tum humectantium, atq; exiccantium æque facilis est atq;

atq; expedita inuentio. Quippè quod napy pyrethrumq; exalfaciunt, & portulaca solanumq; refrigerant, tum aqua & oleum humectant, & acerum & marina aqua deficcant, penè omnibus non medicis duntaxat, sed & idiotis confesum est. At rosaceum an ne calfacere, an refrigerare dicendum, similiter acetum, oleum, & eius generis non pauca, ingenti controuersia factata sunt. Verum de talium facultate in quatuor ante hunc libris disputauimus. In primo ac secundo sophistarum redarguentes epichemata, seu in vtrinq; partē ratiocinationes monstrantes, veramq; methodum, cuius quis ductu medicamentorum facultates inueniat. In tertio missis sophistis oēs ab initio logicas exposuimus quæstiones, quibus maxime insistas, quibusq; vt sic dicam, artificiose formati idoneus sis ac sufficiens, qui medicamentorum omnium facultates inuestiges. In quarto de proprijs linguæ sensorijs disserui, quos sapores appellant, id indicans, quo pacto hinc orfus primas inuenias tum qualitates, tum facultates: Attigi porrò et in extremo libro qualitates odoratas, docens quantum istidem & hinc iuari queas ad primarum inuentionem facultatum. At in hoc quinto libro aliud mihi propositum est facultatum genus expromere, quas vocare potes secundas ac tertias post primas & omnium communes. Siquidem cum particulatim vnumquodq; non pari modo ex illis temperatum sit, aliud, puto, ex ijs laxatorium euasit, aliud intensoriũ, aliud emolliens, aut indurans, aut rarefaciens, aut condensans: tum ex operibus quæ edere nata sunt, facultates in se habere dicta sunt rarefaciendi, condensandi, emolliendi, indurandi, illinendi, extergendi, attrahendi, repellendi, ad hæc laxandi, contendendi, ora referandi, ac contrahendi, incrassandi, extenuandi, dolores sedandi, ac ciendi, (illas ἀνωδύνοvs, has ἀδύνοvs nominant.) concoquendi, puris mouendi, digerendi per halitum, sudoris prouocandi, soporis conciliandi, stuporis accersendi, animi alienandi, (ecsthasias nuncupant) putrefaciendi, vrendi, erodendi, crustam faciendi, fundendi, densandi, succum prauum procreandi, attemperandi, purgandi, sistendi, exasperandi, leniendi, infarciendi, farctum liberandi. Ac cum vterius est procedunt, ac propè particulatim opera appellant, vrinas ciendi, vomitus proritandi, subducendi ventris, ac lubricandi, pnares & os purgandi, (quas ἐξήυνοvs & apophlegmaticas vocant.) menses mouendi, aut comprimendi, similiter lactis ac feminis tum generandi & extinguenti, tum prouocandi & reprimendi. Magisq; est cum à iecore hepaticas, à liene splenicas, ab auribus oticas, ab oculis ophthalmicas, à dentibus odonticas à coxa ischyadicis, à renibus nephriticis, à pedibus podagricas, ab articulis arthriticas, à costis pleuriticis, à tussi bechicas, & à calculis comminuendis λίθων θρυσηκὰς facultates vocitant, ad particulares perueniunt. Pari modo quædam dicta est à procreanda in vlcibus carne facultas sarcotica, ab inducenda cicatrice epulotica, à glutinando colletica, à purgatione cathartica, ab excrecæria carnis detrahenda cathartica: fereq; numerari nequeant oēs particulatim facultates, si ab vnoquoq; singulatim eorum quæ perficiuntur, deflexa illis imponere nomina aggrediamur. Sed præclarior sanè ac methodo dignior est, si missam facientes orationem tum prolixam, tum confusam, cõmodis speciebus compolitã medicamentorum facultates compendio definiamus, non puris mouendi, aut mitigandi, aut doloris sedandi, aut per halitum digerendi, aut laxandi in triticea farina cataplasmate facultatem inesse dicentes, sed modicè tum humidam, tum calidam: superius namq; positum est, in quo significato eiusmodi dictionem efferamus. Similiter nõ vrinas, aut menses prouocans, aut bechicum esse medicamen, aut pleuriticis, aut peripneumonias, aut purulentis, (quos ἐμπύνοvs vocant.) congruere, aut morbis comitialibus, & spasmodicis, & palpitationibus, & tremoribus, & ruptionibus, & spasmatibus prodesse, neq; carne implere, aut purgare sinuosa vlcera, aut lateris, iecoris, lienis uel dolores sedare, neque chœradas discutere, aut ex ossibus carnes educere, ad eundem modum neq; genituræ profusio congruere, aut in vteri fomenta vtiliter misceri emolliente & referantem: quin nec quod neuos & ephelides detergeat, & inueteratum capitis dolorē sanet, aut foetum corrupat, detrahatq;: sed sufficit hæcenus dixisse calidã, hæcenus siccam, & eatenus tenuiũ partium illis obuuisse temperiem, sicq; tum omnia quæ nunc memorata sunt, tum longe item plura indicasse: quin alio quoq; modo de ea dixisse fat est amarã esse, sed non extreme, immo ita vt dulcedo quædam admista appareat. At primus doctrinæ modus empiricorum proprius est, secundus virũ potissimum rationalẽ decet: atq; hunc mihi nũc exponere statutũ est.

*At. confuetas.

De pus mouentibus, atq; emollientibus medicamentis. CAP. 3.

Ceterum vniuersa ea quæ quatuor superioribus libris sunt dicta, propria sunt ipsius de medicamentis speculationis, nisi si quoniam per affinitatem curandi methodum sermo attigit: in quo nunc versamur, ad illam magis pertinet: quapropter sæpe consilium mihi fuit, omnino intantum præterire. Verum quoniam quidam visum est præexercendos esse eos qui assequi deberent curandi rationis intentiones, & pleriq; ex amicis, potissimumq; ijs, quorum in gratiam hunc tractatum conscribere sum aggressus, ita me facere cõsuerunt: idcirco sermonem hunc hoc in libro absoluã, sumpto exordio ab emollientibus, & pus mouentibus: cum vtraq; sint calida humidaq; diuerso tamen vtraq; modo. Hæc enim ceu simillimum corpori in pus mouendo calorem producentia, absq; vlla existentis in eo humiditatis aut consumptione, aut adiectione: illa verò ceu maiorem q; pro natura accidentia, ac non nihil quoque humiditatis cõtrahentia. Porrò perspicua est notaq; omnibus pus mouentium notio. Siquidem suppuratio in pus est mutatio,

Tribus

Tribus modis dicitur molle & durum, partim ut extreme tale, partim ut per excellentiam, partim ut ad symmetrum generis eiusdem, aut speciei, aut quiduis obuium. CAP. 4.

Sed de emollientibus medicamentis, ipsa quoque adeo emolliatione non perinde simpliciter loqui licet, quia videlicet nec de duro molliquo corpore. Siquidem partim absolute durum dicitur, ut terra: partim per excessum, ut vnguis, calcar, cornu: partim ad symmetrum sui generis aut speciei, ut hoc animal, puta elephas, aut hic homo, puta Hercules: partim ad quiduis obuium collatum, ut Diogenes ad Aristotelē. Pari modo dicitur molle, aut ut summē eiusmodi, aut per excessum, aut ad symmetron sui generis aut speciei, aut ad quiduis obuium. Quod verò tripliciter quoque id genus omnia dicere liceat, partim ut à mistura aliena, summasque habentia qualitates à quibus nuncupata sunt, partim ut ad symmetron sui generis aut speciei, partim ad quiduis obuium collata, & quod nihil retulerit, illo an hoc modo dixeris, frequenter mihi ostensum est. Omnis ista quoque ceteris significatis, de mollibus durisque, ut ad optime comparatum habitumque hominem contemplerur, quē sanē regulā ac mensuram statuimus omnium quae eum in modum dicitur: nec tamen ad illius partem quācumque, puta os, adipem, ue, sed quae temperie media est, neque cutem, maximeque eā quae in manibus est, ubi perfecta est tangendi potentia. In vnum autem redit, si quod per excessum ad totam substantiam dicitur sic molle durumque appellites, quoniam quidem medium quoddam est tactus noster: uti & Aristoteli visum est, & Plato quoque sensisse videtur, cum ait: Dura quidem quibus caro nostra cedit. Mollia verò, quae cedunt carni. Nam cutem hominis eo ipso in libro, Timaeo, scilicet genere esse carnē ostendit. Quin & Aristoteles cum ait molle esse quod in se cedit, durum quod non cedit, idem quod Plato sensisse videtur, & maxime quod ad tactum ea iudicanda censet, tanquam ad medium. Quod verò in comparatione ad quiduis obuium durum est ac molle, id in eo quod magis minusque cedat, aut non cedat, iudicari videtur. Quin & ipsam cutem nostram aut musculum aut partem aliam quālibet cum induratum dicimus, cum naturali eius statu aduentitium affectum conferentes ita nominamus. Sanē corporum hoc pacto affectuum ad statum naturalem reditus emolliō est.

Quot modis sunt dura? nempe aut resiccatione, aut concretione, aut nimia impletione, aut harum coniugatione quapiam.

CAP. 5.

Porro cum variè quidque durius efficiatur, nempe aut siccescens, aut concrescens, aut nimia repletionem, adeo ut vehementer distendatur, aut coniugatione quapiam sequitur ut & propria sua quoque cuique emolliendi sit ratio. Itaque de omnibus deinceps distinguamus, interim illud prius commonefacientes, nominum verborumque copiam plerumque non esse indecoram, sed potius eius contrarium esse: illiberale, quando scilicet non est necesse de illis distinguere. Nam ita & Plato prodidit. Et nobis in presens necessitas incumbit de duris significatis definire, principio rursum ab istis desumpto, quae modo dicere desimus. Nam quod in se cedit, molle est, siquidem corpus simplex fuerit. Siquidem quod ex pluribus constat aut sese contingentibus, sicut tritici aceruus, aut inuicem implicatis, ut lana & pili, simul & cedere potest, nec tamen esse molle. Contra in istis quae summē plena sunt, velut tres, vesicaeque, neutrum latus in se cedit, nec tamen quod continetur durum est, sicut nec quod continet ubi impletum est, durius seipso euasit, aut aduentitium alium affectum est adeptum, nisi quod nunc tenens est, quod haec tenus fuerat laxum. Quamobrem ego id tenens, Graece δὲ τὴν τρυφὴν, non durum appello, quoniam nimirum accuratius loqui propono: Permitto tamen qui velit durum appellare: quin & ipse persaepe sic nuncupo: Sed illud tamen moneo, non vnam esse induratum naturam, neque vnam medelam: Nam quod à siccitate induratum est, humectari postulat: quod vero à congelatione, excalfieri: quod autem à repletionem, inaniri: quod denique à siccitate simul concretioneque, humectari simul ac concalescere: quod vero à congelatione pariter & impletione, pariter quoque & calferi & euacuari. Siccantur itaque corpora citra congelationem, tum in validis exercitiis, tum in sole feruenti, tum in inedia ingenti, tum in febre ardenti, & medicamentis quae ita siccant ut non refrigerent quoque. Congelantur à vehemēti duntaxat frigore. Sicut sanē & implentur à largi tamen humoris affluxu. At siccantur simul & congelantur, coeuntibus quae simul conuenire possunt causis: ut si quis supra modum laboret in frigore. Sic quoque replentur simul & congelantur ab influxu frigido, aut partis refrigeratione. Frigoris rursus ipsius causa triplex est: Vna à foris incidentibus, puta, aere, aqua, medicamento, quod saepe factitant in erysipelatis: Altera est propria patientis particulae temperies: Tertia ab influente in ipsam humore provenit. Nam is saepe numero seipso calidior effectus est, aut putrescens, aut contactu calidarum natura partium alterascens: cum interim quod partibus natura frigidioribus affricuit frigus, plurimo perdurat tempore. Atque tot quidem modis corpora tum indurantur, tum molliuntur. At medicamen emolliens, (Graeci vocant μαλακτικόν.) non de omnibus istis modis efferre videtur, sed peculiariter de istis, quae congelatione induruerunt, magisque etiam si in eis contentus sit humor praeter naturam, velut in scirrhis. Quippe si à siccitate induruerit, humectare potius, non mollire id praecipit, sicut impleta euacuare, non emollire. Sed de nominibus neque contendere honestum est, neque curiosum esse est necesse: verum rerum insistere diuersitatibus praestat: in quibus siquid peccatur, ingens aegrotis damnum malumque provenit. Itaque quod resiccatum est, humectantia poscit remedia, de quibus supra abunde disserui. At quod à frigore congelatum est, excalfaciētia postulat: quae nec ipsa obscura

Ascura sunt. At quod impletum est, aut refrigerantia requirit, aut excalfaciētia, aut quae proprie vocantur siccantia. Vniuersa siquidem haec humorem superfluum euacuant, sed sua ac peculiari quodque ratione. Frigida quidem duobus modis, nempe repellentia, simulque cum calore multam eductantia humiditatem, sicut Aristoteles docuit. Quae vero excalfaciunt, dum contentum in calefcentibus corporibus humorem in vapores dissolunt. Quae autem deliccant, velut quae vocantur dia phoretica, hoc est per halitum digerentia, & ipsa duplici ratione, aut humores ebibentia cum poris quibusdam insunt, aut totam alterantia partem. Verum quando tempestiuus cuiusque sit usus, non est praesentis negotij definire, sed ad curandi attinet methodum. Quae vero à frigore pariter & siccitate induruerunt, ea excalfacere pariter & madefacere expedit, non sicut pus mouentia calore & humiditate, secundum naturam attemperatis, sed tantò esse medicamen expedit calidius, quanto exuperavit frigiditas: tantoque humidius, quanto & vicit siccitas. In quibus mensuram finire ad curandi iudicium methodum pertinet. Sufficiat autem hic medicamentorum speciei formulam quādam exponere, idque pauculis exemplis. Igitur oleum & aqua calida humectant simul & excalfaciunt. Quod si ambo in vnum misceantur, multo magis tum excalfaciet, tum humectabit quod ex ipsis erit mistum, sicut aquae potabilis balnea cum oleo copioso exhibita. Idem efficit eduliorum qualitas, si similiter habeat. Itaque ingentis famis, quae βουλιμὸν nominant, illiusmodi sunt remedia. Est enim ea affectio frigiditas iuncta siccitati, & sanatio eius per contraria perficitur. Verumtamen cataplasma quod ex farina triticea conficitur, in temperatis naturis pus mouens, nec quicquam naturalis partium humiditatis aufert, quod quidem relatu sit dignum, multoque magis nec apponit: sicut nec calor intendere potest, nec hebetare: sed tantum in substantia ipsa augere. Ceterum non idem est, qualitatem intendere, & augere substantiam. Sed haec paulò post accuratius ostendam. Attamen id genus medicamenta humida calidaque dicimus, non ceu calidiora humidioraque quae nostra sit substantia, sed ceu similem habentia nobis temperiem, quae calida & humida est iuxta veterum sermonem, velut in libris de Temperamentis ostendimus. Nec tamen sic aquam humidam aut galbanum calidum dicimus: sed illam tanquam quae carnem nostram riget, hoc tanquam quod calfaciat. Nam tamen aqua calida euacuare partes quae per humorum influxum contumuerunt valeat: similes tamen saltem omnino humectat, sicut in primo libro à me monstratum est.

De medicamentis pus mouentibus.

CAP. 6.

Medicamenta itaque quae pus mouent: eo quod perinde ut aqua calida excalfaciunt, superfluum in spatij vacuis contentum humorem per halitum digerunt: sicut in libello de inaequali intemperie monstrauimus. Ipsi tamen similibus corporibus secundum naturam affectis, humiditatis nihil neque adiciunt, neque adimunt, quod quidem manifestum sit, & sentiri queat. Quippe cum temperaturam possideant similem, earum substantiam tueri potius quam alterare possunt. Nam in suppurationibus humiditas quidem alteratur, itemque siqua sit caro contusa: cetera vero quae secundum naturam habent, substantiam suam seruant. Etenim cum tres in animalium corpore fiat alterationes. Vna planè secundum naturam est, cum videlicet in ventre cibus coquitur, aut in visceribus & valis qui inibi generatur succus, unde rursum pars vna quaeque nutriatur. Altera contra planè praeter naturam, nempe in putrescentibus omnibus: atque haec quodammodo inuicem sibi contrariae sunt: Tertia ex vtraque mista & media est, partim primae quidquam obtinens ac naturalis, partim huius contrariae quae est praeter naturam. Siquidem alterationi secundum naturam duo haec insunt, ut & ex familiaris animantis materia fiat alteratio, & ab ingenito calore planè superetur. Eius vero quae praeter naturam est, & ab aliena caliditate mutatio provenit, & ad nihil vtile: At media earum, quae scilicet suppurationes comitatur, ab ingenito quidem fit calore, sed non planè vincente: neque enim ex materia peragitur quae prorsum benigna sit, neque tamen ex omnino aliena. Itaque quemadmodum naturales alterationes, quae ab innato proveniunt calore, à simili extrinsecus iuuantur, pari modo & quae in mouendo pure conspiciuntur. Nam quid aequè concoctioni ventris conferre nouimus, atque corpus humanum illum contingens? Proinde quidam pueros noctu ad mouentes per quietem, longè euidentissimum adiuuentum sentiunt. Conferunt siquidem amplius, magisque multo familiaris est eo calore qui à fomentis paratur. Eiusdem gratia utilitatis quidam paruos catellos per quietem ventri imponunt, copiam coquentis cibos caliditatis adaugentes, non qualitatem. Tale esse debet quod ad mouendum pus adhibebitur medicamentum, qualis est in naturis temperatis calor natiuus. At si iusto calidior natura fuerit, in eo corpore, quod pus mouebit medicamen, calidius sit oportet: tantò nimirum temperato calidius, quanto & natura eius temperata in caliditate exuperat. Itaque clarum iam illud est ex curandi methodo, cuiusque singularitatem hominis suum ac proprium esse puris mouendi medicamentum. Nec minus illud constat, quod saepenumero iam demonstratum horum comprobatur testimonio, omnes medicamentorum facultates ut ad optime temperatum hominem explorandas. Siquidem nulla constituitur ars possit, nisi prius velut regula ac scopo generi materiae, in qua versatur constituto, ad illum iam particularia omnia dirigantur. Rursum ergo proposito tanquam scopo quodam in hoc sermone, optime temperato homine, eius respectu aliud esse dicimus medicamentum pus mouens, quam quod indurata emollit: effectusque eorum temperaturas, quas superius esse posuimus. Eius quidem quod naturae

Quinta Classis.

EEEE in mouendo

in mouendo pure auxilio est cōmederatam & similem ei corpori cui admouetur: ac proinde q̄ natura nostra humida sit & calida, humida calidaq̄ medicamēta eiusmodi frequēter appellari: Eius verò quod indurata emollit, temperata natura multò calidiorem, non tñ iam valde calidam.

De ortu scirrhī.

CAP. 7.

Oritur autem induratorum affectio ex fluxione viscosa & crassa, paruis particulæ poris siue meatibus impacta. Digesta verò per halitum quæ in ea parte est tenui humiditate, ac deinde quod reliquum est refrigerato ac velut congelato, vocata sequitur scirrhosis: ac proinde frigidum pathos aiunt, & per calfacientia curari. Porro quoniam cum frigiditate humiditas redūdat superflua, idcirco etiam compositam eius esse medelam, ob refrigerationem scilicet excalfaciētia poscente affectu, ob alienam verò & superuacaneam humiditatem, euacuantia. Vnde fit vt eorum quæ scirrhī in morem indurata sunt, nullū curari valeat, neq̄ a validè exiccantibus, neq̄ a fortiter excalfacientibus, neq̄ ab ijs quæ vtracq̄ hæc præstare possunt. Nam quæ validè excalfaciunt, hærens ac contentum in particula humidum violenter digerentia atq̄ elicentia, reliquum omne desiccant, & incurabile constitunt: quæ verò fortiter desiccant, etiam si non excalfaciant, tñ ipsa non per medium, euacuādo scilicet quod subtile est, sed ex professo, ac ex natura sua ad summam duritiem infixam particulæ fluxionem adigunt. Sola igitur ea quæ calfaciunt, sed non admodū, vnaq̄ exiccant non magnopere, eiusmodi sanare affectus possunt: vocaturq̄ ea medicamēta græcè *μαλακτικά* (latine emollientia nomino) eodem tempore vtruncq̄ agentia, nempe quod congelatum est fundentia, & sensim per halitum digerentia.

Emollientia medicamenta in hoc à pus mouentibus differunt, quòd emollientia calidiora sunt, & moderatè desiccant existentem in partibus humiditatem: pus autem mouentia corporibus quidem nostris similem calorem obtinent, sed tamen exissentem in eis humiditatem seruant.

CAP. 8.

Quapropter calida sunt id genus medicamenta, nec admodum sicca, atq̄ a pus mouentibus eo dissidentia, q̄ calidiora sunt, & sicciora. Illa enim cognatam ac, simillimam corporibus nostris caliditatem possident: emollientia verò licet validiorem habeant, non tantā tamen vt attractionis violentia reliquum desiccant. Præterea ea quæ pus mouent, humorem qui præfuit in partibus induratis, seruant: emollientia verò paulum quiddā eius absumūt. Proinde quāuis innumera sint calfacientia simul atq̄ exiccantia medicamenta, sola tamen ea quæ convenientem ac symmetricum calorem possident, vnaq̄ illi respondentem sortita sunt siccitatē, mollire quæ scirrhī instar indurata sunt possunt, quale est bdellium, styrax, galbanum, thymiana, ammoniacum, medulla tñ ceruina, tum vitulina, adeps caprinus, & taurinus, & quæ eius sunt generis. Nam nūc cōsilium non est omnem expromere materiam, sed solum de id genus facultatibus omnibus genera lem constituere doctrinam. Præstat namq̄ in genere de pus mouentibus atq̄ emolliētibus cognoscere, q̄ illa æqualem accendunt calorem ei, qui est in homine secūdum naturam: quæ verò emolliunt, multo maiorem. Quocirca illa quidem quantitate potius q̄ qualitate caloris agere sunt nata: at quæ indurata emolliunt, qualitate potius. Itaq̄ si in parte quæ suppuratione indiget, assidue impolitas seruare manus, aut aliam quāuis partem possibile foret, celerrimè sic suppuratio procederet. Parī quoq̄ modo si medicamentum hominis temperaturæ sit quāsimillimum, ocyllimè cōcoquet quod in pus verti debet, vt est non nunquam caro, nimirū vbi contusa fuerit, interdum verò humor qui phlegmonem produxit.

Quòd pus mouentia etiam emplastica esse conueniat.

CAP. 9.

Quinetiam q̄ emplasticum esse debeat eius generis medicamentum, vt exactè suppuratorium sit, & ipsum liquidò mihi apparere videtur. Nam si substantiam innati caloris augere, non intendere qualitatem ipsam conueniat, poros corporis obstructos esse necessum est, quò videlicet halituosos transpiratus includant. Siquidem ea cataplasmata quæ aut detergentia, aut validius excalfaciētia, halitus diffilari permittunt, exiccant quidem, sed pus non mouēt. Talis est hordeacea, cicerum, scenigræci, fabacea q̄ farina, amplius etiam ærina, eruina, panici, lupinorum, milij, omniumq̄ adeo exiccantiū: quippe cū tum per ea quæ detergunt, etiam si non admodum excalfaciant, sed quia obstructione liberant, referantq̄ meatus, vna quoq̄ calor particulæ euolet, vt naturalis haudquaq̄ seruetur cōmoderatio: tum ab admodum excalfacientibus huius etiam non parum vacuetur, & qui reliquus est incalescat: ex quo fit vt natiui caloris substantia diminuat, sed qualitas intendatur, quorum neutrum fieri expedit: verum halituosum & calidū spiritum contineri quāplurimum, & ad vnguem caliditate symmetricum: quippe cū hic in pueris copiosissimus, omnes actiones naturales adaugeat. Sed sunt quos id fugit, & cum hoc quod ignorent, Hippocratem insuper accusare nō verentur, q̄ dixerit Crescentia plurimum habere caloris innati. Sed nos dicta eius haud perperā capere oportet, ac cognoscere innatum dixisse calorem, quem in quoq̄ animantium & natiuum spiritum nominamus, de quo & Aristoteles scriptū reliquit. Verū nihil prohibet, sanguineā substantiam simulq̄ aerēam vna cū spiritu calidum inaudi re innatum. Ac Stoici quidem hunc ipsum spiritū animæ esse substantiam autumant. Nos sanè de animæ substantia nō admodum pronunciare quippam audemus, & ad præfens superuacaneum arbitramur.

† In Græcis codi. habetur tantum *ῥιπτόντων*. i. detergentibus & ita in antiqua tralatione.

* Af. vlceribus.

Arbitramur. Quāq̄ nos iam antè spiritum innatum, etiam si non sit animæ essentia, saltem primū eius esse instrumentum in cōmentarijs de Hippocratis Platonisq̄ placitis demonstrauimus: & certè dicimus eum spiritum in omnibus animantis contineri partibus, sed nō vndiquaq̄ esse sui similem, veluti nec sanguinē, esse necesse. Tum in spatijs inanibus nō paruam eius inesse substantiam, immo potius velut materiam quandam, leuiculam etiam num mutationē exposcentē ad innati spiritus qualitatis suis absoluti generationem, nihilo secius tñ iam tum etiam admodū ad naturalia opera conducentem. Porro autem vnum ex naturalibus operibus est, ea quæ in pus fit conuersio. Nam & illic quædam perficitur coctio. Cū autem quidquam coquere consilium est, quāplurimum, meo iudicio, spiritum seruari intus oportet. Atqui digeritur tum ab ↑ euaporantibus ac detergentibus, qualis est hordeacea fabacea q̄ farina: tum a resiccantibus, qualis est panici, lupinorū, milij: tum ab excalfacientibus, qualis est scenigræci. quin multò etiam magis ab ijs quæ simul & excalfacere & resiccare possunt, puta lolio, eruo, cicere, ochris. Igitur omnium ad puris generationem aptissimum est. Ex ijs vtiq̄ quæ perfunduntur, aqua tēperata, aut cui additum oleum est, quod hydrelgem Græci vocant: Ex ijs verò quæ irrigantur, oleum tēperatum: At ex ijs quæ ex hydrelæo illinuntur, farina triticea, & panis ipse. Sed is modicè coctus sit oportet: Nam qui plurimum coctus est, quodāmodo sicciior est, aptusq̄ phlegmonis quæ agrius concoctionem admittunt: qui verò minus, ijs quæ admodū calidæ sunt, atq̄, vt sic dixerim, feruent, congruit. Tum cui plus additū olei fuerit, pertinacius coctioni aduersantibus conuenit: Cui minus, feruentibus magis cōpetit. Et sanè quod ex pane cōficitur cataplasma, difficulter coctioni cedentibus phlegmonis idoneum est, siquidem panis tñ sal, tum fermentū admistum est. Quod verò ex triticea farina preparatū est, calidioribus vtilius est. Et ipsius etiam triticeæ farinæ q̄ pura est, tum panis quoque qui purus est, puri mouendo competentior est, nimirū cū furfur minus sit calidū, & magis delicet. Farina autē pura, quæq̄ alere est nata, humida est & calida: qualia certè ad pus producendum conferre ostendimus. Itaq̄ medicamēta q̄ phlegmone tentatis imponuntur partibus, si calida sint & humida, ad pus mouendū conducunt, vt i adeps suillus, & vitulinus. Nam tauri & capræ actiores esse ostēdimus: quāobrè phlegmonis tñ frigidioribus, tum durioribus magis cōgruit. At suillus & vitulinus, ijs q̄ propriè phlegmonæ appellatur, familiarissimus est. Est & adeps gallinaceorū familiarissimus, magisq̄ etiam anserū, quodammodo tñ ad digerendū potentior: est enim substantia sua tenuior, sicut & bubulus & caprarum crassior, & terrenus magis. Quin & agrestium animalium omnium acrior est adeps simulq̄ sicciior multò q̄ domesticorum, maximeq̄ pardalis & leonis. Quare horū nullus omnino puri mouēdo idoneus est, sed, vt dixi, suillus & vitulinus. Porro pus mouent & pix, & resina, nēpe oleo quopiam aut rosaceo subactæ. Sed & hic ad feruentis phlegmonis ex rosaceo eas liquare oportet: ad frigidiores verò excalfacientium quopiam, puta cicino, raphanino, veteri, & sicyonio. Quòd si quando sola vtaris cera, alijs ad manū nullis, ad pus mouendum, & ipsam in excalfacientium quopiam dissoluere oportebit: quippe cū ipsa perse minus sit calida q̄ vt pus mouere possit. Siquidem illinendū certè vim obtinet. Solis itaq̄ feruentibus phlegmonis apta est, ex calidorum oleorū quopiam liquata. Verū quemadmodū hæc symmetrica ac mediocritate inferior est, vt ad medias temperie phlegmonas, hominumq̄ & partium naturas, sic paulum quiddam excedunt resina & pix. Quapropter hæc omnia simul mista moderatè pus mouent. Sed hæc iam ad tractatū de medicamentorū compositione attinet, quem vt aliquatenus attingeremus, speculationis ipsius nos sequela adigit. Rursum ergo ad propositū reuertor. Est autem propositū definire, quæ sit in genere pus mouentium natura. Dictum verò est, q̄ modicè humectantem & excalfacientem esse eam oporteat: quod alijs verbis est, vt neq̄ excellat, neq̄ inferior sit temperatura corporis ipsam immutantis, sed quoad fieri possit simillima. Cæterum q̄ medicamentum puri mouendo idoneum tale sit facultate: & actu, siue energia fiat eiusmodi, dum corpori nostro admotum est, sæpenumero iam antè dictum est: sed nunc nihilo secius id repetimus, quandoquidē vtrobiq̄ eius meminisse oportet. Atq̄ eiusmodi est pus mouentis medicamentū tēperies. Porro corporis ipsius constitutio emplastica est: qua maxime polent quæ lenta & viscosa sunt, velut adeps porcini, butyrum, thus, & quod ex farina triticea cōficitur cataplasma: quippe quæ moderatè tum calida, tum humida lentaq̄ sunt, ac proinde puri mouendo idonea. Chondrus tñ farina triticea sicciior est, quāq̄ nihilo minus lentus sit, nisi forte etiā amplius, vnde fit vt in medijs tēperatura phlegmonis puri mouendo ineptior, in humidioribus etiam triticea farina præstantior sit. Verū & hæc iam præsentis commentationis limites excedunt. Itaq̄ denuo ad medicamēta duritates emolliētia reuertor, hætenus & hic curandū methodum attingens, quantum dicendorū claritati conducāt. Scirrhū vocāt tumorem præter naturam, doloris vacuū, sed durum. Sunt autē inter eos quidā, qui vbi plurimū increuerint, simulatq̄ indurati fuerint, non modo dolore carent, verū etiam sensum exiguum, aut etiam nullum habent reliquum: porro nascuntur ex humore crasso & frigido, quales sunt in animalium corporibus dūtaxat duo, bilis videlicet atra, & superexcicata pituita. Proinde tumores scirrhosi omnino aut pituitosa sunt substantia, aut atrabilaria, aut ex vtracq̄ misti. Sed de agnitione eorum nō est nunc tēpestiuum differere, verū de medicamentis emolliētibus illud vt nunc dicam opportunum est.

Quinta Classis.

EEEE ij nempe

nampe q̄ proprie vocantur emollientia, quæ medentur scirrhosis tumoribus ex pituita reliccata E
 crassiq; prognatis. Consiueverunt autem ij potissimum in musculorum capitibus, & qui ex eis
 prodeunt tendonibus consistere. At quæ ab atrabilario succo indurantur, cancrofa sunt omnia, &
 ab emollientibus medicinis asperantur. Sed his quo pacto prospicere oporteat, in Commentarijs
 methodi curandi docebimus. Quæ verò à lento crassoq; humore congelato indurata sunt, calida
 poscunt siccaq; medicamenta, sed non tamen quæ valida sunt ac violenta: sed sufficit interim vt se
 cundi aut tertij sint ordinis excafciantium, primi exiccantium. Porro cum non exigua sit in cor
 poribus sic induratis maioris minorisq; latitudo, necessarij vtiq; est & medicamentorū illis meden
 tium non paruam esse lassitudinem. Siquidem adeps caprinus, & gallinarum, quæ sic indurata
 fuere iuuarunt. Verum illi quidem imbecilliores sunt, & moderatas duritates emolliunt. Valen
 tior gallinarum gallorumq; adipe anserinus est, caprarum verò hircinus, validior quoq; & tauri
 nus, sed minus tamen q̄ hircinus. Quinetiam medulla ceruina modicè emollit, & j cum ea vituli
 na: quippe cum id genus omnia medicamenta calida sint, & mediocriter sicca, multoq; magis ex
 calfacere q̄ exiccare nata. Vnde si quis fortè ea quandoq; calida dicat & humida, nō repugnandū:
 nam paulum absunt ab ijs quæ neq; humectant neq; deliccant. Eodem ex genere sunt, quāq; vali
 diora, ammoniacum thymiana, & styrax, et galbanum, & bdellium scythicum: sed ad emolliendū F
 præstantiora ex ijs sunt quæ recentia sunt. Siquidem inueterata validius q̄ oportet desiccant, id
 ipsum viuenerit in medulla & adipe, quippe quæ & ipsa vetustate seipis tum acriora, tum sicciora
 euadunt. Quin et oleum quoq; sicyonium ex hoc est genere, nec in postremis id quod inueteratū
 est, & ea quæ præparantur, vt fusinum. Sed de compolitjs hic dicere statutum non est. Porro radix
 altheæ, & cucumeris agreftis, nōnullæq; alia plantæ partim in oleo, partim in aqua decoctæ emol
 lientium medicamentorum facultatem induunt, sicut maluæ agreftis folia tum cruda, tum cocta.
 Atq; hoc simplex medicamentum est, sicut porcini adeps vetustatem passus: sed salis nihil oportet
 adijcere, sicut nec alijs quæ emolliunt: valde enim desiccant sal. Porro quæcūq; alia emolliere pos
 sunt, seu simplicia seu composita sint medicamenta, (alibi enim ea recensimus) calida sunt ex
 secundo & interdum ex tertio ordine, leuiter verò sicca. Sed & his sanè illinendi vis (emplasticam
 vocant) insit necesse est, non aliter q̄ ijs, quæ pus mouent. Sed quanto maiore euacuandi facultate
 pollere debent, tantò vtiq; minus etiam meatus illitu obstruere.

Quod medicamenta indurantia humido frigidoq; sunt temperamento.

C.A.P. 10.

SAnè emollientium facultas medicamentorum abunde iam exposita est, proinde deinceps de
 indurantibus verba faciam. Frigida itaq; hæc sunt oportet & humida, velut semperuiū, por
 tulaca, psyllium, lenticula palustris, solanum: aut hoc quidem certè non est temperamento humi
 do, sed medium absolute humectantis et exiccantis, ex pugnantis facultatibus compositū, exic
 cante videlicet & humectante: nimirum cum & duplicem in se habeat substantiam, terrenam &
 aqueam. Sed iam non est mihi cōsiliū ad particularem materiam sermonē deducere, verum ge
 nerales duntaxat breuiter facultates definire. Sanè si quis simul & refrigeret & desiccet, & ipsum
 profecto omnino indurabit: sed non est ex ijs quæ proprie indurant. Siquidem congelatione po
 tius q̄ euacuatione durum efficitur corpus, prout supra posuimus. At si quis sit quod proinde quia
 natium humorem nō retinet, induratum est, id siccum potius q̄ durum appellabimus: consistatq;
 eius sanatio rigatione & humectatione, non emolliatione: sicut certè & tenlio curatur laxatione: et
 laxatio tensione.

De tendentibus laxantibusq; medicamentis.

C.A.P. 11.

Sed hæc vt se habeant liquido conspiciuntur, cum in cute, quemadmodum & ab Hippocrate
 dictum est, cutis duræ mollificatio, tenis laxatio: tum etiam frequenter in articulis. Igitur la
 xatio provenit humectatis immodicè quæ circa eos sunt ligamentis pariter & tendonibus: tenlio
 vero non etiam simpliciter, sed aut plusculum exiccatis, aut refrigeratis, aut phlegmone affectis, H
 aut scirrho. Atq; ita quidem in articulis. In cute vero non tantum ita, sed musculis quoq; qui ei su
 biecti sunt, quoquo modo in tumorem sublati. Nam & præ carnis sæpe copia quibusdam tendit
 tur. Quod vero & in phlegmonis id ipsum illi accidat, supra positum est. Quamobrem non sim
 pliciter vna est species laxantium remedium, vt pote cum alia humectado, alia calfaciendo, alia
 vero emolliendo, quædam euacuando, nonnulla tumores præter naturam purgando, alia etiam
 per coniugationem horum quampiam agentia, laxare assolent. At Thestalus, fereq; sequaces
 eius vniuersi, sicut in alijs multis, ita et in his appellationes simul cum rebus confundūt, quicquid
 obuū est, citra vllam examinationem conscribentes. Quamobrem, vbi quæ in manibus sunt
 absoluerimus, necesse nobis forsan fuerit aliquando in eos stylum conuertere: in præsentiarū au
 tem quod dicta continuo sequitur, persequamur, rursus sumpto principio ab ijs medicamentis
 quæ vocantur emplastica, quia sæpe iam ante & de ijs diximus. Breuiter ergo Emplasticum me
 dicamentum est, quod tenaciter corporis poris siue meatibus illitum inheret. Porro abundè di
 ctum est nobis de pororū, quos nos statuimus, natura in libris de Temperamentis. Demonstrat
 tum autem est & in libro hunc præcedente, mordacitate vacare omnino debere medicamentum
 emplasticum: nam siqua illi inerit mordacitas, hære in poris non poterit, sed omnino facile ex
 cernetur,

Interpres forte
 legit καθάρω
 τα. cum tamen
 oēs græci cod.
 quos viderim,
 habeant καθάρ
 ωντα. i. detra
 hēdo, vt ipse ali
 bi vertit, vel de
 struendo vt an
 tiquus.

† Alii græci cod.
 & vetus irala
 tio habet, aut.

† Αλ. μετ' αυτον.
 i. post eū, & ita
 etiam vetus tra
 latio.

A cernetur, aut partium aliquam liquando, aut certè humorem aliquem ex alto attrahendo. Sed &
 illud satis constat, terrenæ consistentiæ et viscosum esse oportere emplasticum.

Quod poros purgantium medicamentum vnumquodq; calidum sit, & tenuium partium:

nam amara omnia & nitrosa sunt.

C.A.P. 12.

Sed de istis supra abundè dictum est. Quod verò illi contrarium est, dici queat poros repur
 gans, & infarctu liberans, sicut & ipsum emplasticum non modo emplasticum dicitur, sed &
 εμψακτικόν, quasi dicas infarciēs. Fuerit autem id sicut effectu contrarium, ita et corporis natura,
 neq; viscosum, neq; mordacitatis expers, sed nitrosum & subtile. Nam in ratione maioris ac mino
 ris inter se differunt, substantiæ genere minimè diuersa, tum emplastica ab ijs quæ sordem nutriūt,
 tū poros repurgantia ab extergentibus. Nam quæ in superficie sordem auferūt, siue in cute, siue in
 vlcibus, ea extergentia siue rhyptica nominantur. Quæ vero poros etiam expurgant, ea subtili
 liorum his partium sunt & emplasticis contraria: proinde pororū ephraetica & eccathartica, qua
 si expurgantia & farctu liberantia dicas, appellantur. Sunt autem hæc tum nitrosa, tū amara. Atq;
 cuti extimæ imposita solam nitrosam qualitatem possideant exactam est opus ad ea peragenda
 quæ dicta sunt. At intro in corpus assumpta, etiam adiuuncta sit quædam adstrictio, possint tamē
 Sic quoq; magnos purgare abstergereq; meatus, cuiusmodi sunt in vasis. Nam foris meatuū exi
 guitas prius ab adstrictione occlusa, q̄ probè queat expurgari, non etiam inde in altum abstergen
 tem substantiam recipit, nec expurgatur. At quæ circa ventrem sunt partes omnes, quæq; in ioci
 nore, liene, alijsq; omnibus visceribus, cum maximos in se meatus habeant, maius accipiunt com
 modum ex vasorum corroboracione, q̄ propter osculorum exiguitatem ledantur. Proin intus ab
 synthium repurgare potest, foris non potest: quippe quod compositum est, vt supra dixi, ex ama
 ra acerbaq; facultate. Quamobrem eius generis medicamenta particulatim vt perfequar, non est
 necesse. Quæcūq; enim reppereris nitrosa & amara, ea ad purgandos meatus omnes valere noue
 ris. At cutis vniuersæ ac vlcis sordes non hæc tatum, sed viribus minora auferre possunt, qua
 lia sunt dulcia quæ tenuium sunt partium, puta mel, & ex cerealibus seminibus quædam, vt eruū,
 fabæ, hordeum, lupini: Quamquam in ipsis fabacea hordeaceaq; farina tatum extergit, non etiam
 meatus farctu liberat: eruū autem & lupinorum potissimum si amara fuerint, supra q̄ q̄ extergūt,
 nonnihil quoq; meatus purgare valent. Simile quiddam amygdalis accidit: nam & horum ipsorū
 ea quæ amara sunt, & detergunt, & meatus expurgant: quæ verò edendo sunt, detergunt quidem,
 non tamen infarctu liberant. Quin & vrticæ semē, non secus atq; eruū amygdalaq; amara, mea
 tus purgat. Ex eodem genere scilicet sunt scilla, & iris, & quæcūq; alia vincetem in se qualitatem
 amaram possident. Siquidem nitrum ipsum per se, & aphronitrum, & spuma nitri, & seriphō,
 & abrotonum, & id genus reliqua cum cibo potuq; assumpta eandem vim obtinent. Proinus
 enim his inest vt crassos lentosq; humores extenuadi vim obtineāt, sicut emplasticis oibus crassos
 lentosq; corporis succos reddendi. Quamobrem lentis ac pituitosis thoracis, pulmonisq; humo
 ribus, aut puri, & incidendis, & extenuandis, & educendis aptiora inuenire alia præ istis medica
 menta nequeas. Iisdem istis & iocinoris obstructions expurges, & modicas etiam lienis: nam
 quæ maiores sunt, vehementiora desiderant, nempe capparitis corticem, radices tamaricis, sco
 lopendrium, & scilla, & eam quæ id ipsum nomine representat, asplenon appellata. Sed tamen
 istis vtendum in quoque viscerum est: ad iecur, ipsis per sese duntaxat: ad lienem verò, mistis ace
 to, aut ei incoctis: ad thoracem pulmonemq;, melicrato, ptisanæ, oxymeliti, aut dulcium vinorum
 cuiuspiam. Sed hæc ad curandi pertinent methodum: proinde in præsens rationibus ea confir
 mare omitto. Nam & in illo opere, & in alio quod De componēdis medicamentis inscribetur,
 eas explicabo.

Quod vrinam cientia ex acrium genere sint, ac proinde calida & sicca, tum quod

sanguinem serosum segregent, crassum vero cogant.

C.A.P. 13.

Porro quæ necesse est vt dictis adijciam, ea duntaxat expromam, nempe cum plurimam mo
 uere vrinam annitimur, non admodum dictis vtendum pharmacis, sed quæ acriora sunt, &
 magis excafciant. Dictum liquidem supra est, acre omne esse calidum: eius generis sunt semen
 apij, petroselinij, foeniculi, dauci, agriofelinij, smyrnij, & sane ipsum quoq; seseli, & ammi, & phu, &
 meon, & asaron, & acoron, a quibus sanguis non extenuatur duntaxat, sed & funditur ac secernit
 tur, nō secus atque lac quod coagulatur seroso videlicet & tenui serosum segregato, crasso verò in
 sese coeunte. Siquidem quò facillimè ad se attrahant renes, quod in sanguine aqueum tenuèq; ac
 serosum est, vtraq; hæc conferunt, nempe totius sanguinis primum sulio, deinde segregatio, quo
 rum neutriū absq; valido calore peragi queat. Quamobrem puris ex thorace expuitioni ea omnia
 aduersa sunt: quippe cum natura eorum sit tum excafcatoria exiccatoriaq;, tum etiam coactoria,
 & secretoria. Cogitur quidē in sese quod crassum est, excernitur verò ac secernitur in ipso coactu,
 quod in sanguine serosum ac tenue defertur. Atque hoc ad sese trahere renes anteuertunt: quod
 verò coactum est atq; exiccatum, haud etiam facile expuitur. Proinde vt modo posui, incidendi
 vim habeat eiusmodi medicamentum oportet, sed non tamē insigniter calidā, ne videlicet valide
 deliccet: ac eiusdē profecto commoditatis gratia cum sorbitiunculis potionibusq; humectantibus

Quinta Classis.

EEEE ij exhiberi

exhiberi postulat. At quæ renes expurgant, & ipsa quidem incidētia sunt, verum larga humiditate non indigent. Porro quæ callosas siue tophaceas consistentias incidere sunt idonea, & ipsa utique admodum incidunt, sed minimum caloris possident. Quandoquidem caliditas porum exiccando contrahit, non incidit neque diuidit. At quæ minus sunt calida, cum hoc quod incidere valeant, meliora quoque sunt, velut radices regiorum asparagorum, & rubi, et betonica, et polium, tum ochra, & vitrum vitum, & ex scilla confectum acetum, & quæ sunt eius generis. At Theffalus insulissimus atque imperitissimus, sicut plerumque alia artis. Dumeliss ac probis immerito afficitur: ita & hæc quoque discerpere contendit, nullum esse medicamentum censens, quod proprie sit aut hepaticum, aut nephriticum, aut pleuriticum.

Quod rarefacientium temperies moderata sit tum caliditatis, tum siccitatis, consistentiæ verò tenuium partium: anastomoticorum autem tum calidior, tum etiam mordax atque acris, ac crassarum partium: porro condensantium adstringens et aquea potius: stipantium verò siue στενωτικών, crassarum partium, & frigida. C.A.P. 14.

Sed illius peccata alijs libris detexi. In præsentem autem libro reliquas simplicium medicamentorum facultates edisseram, exordio rursus ab aperientibus ac rarefacientibus (illa anastomotica, hæc aræotica nominant) desumpto. Videntur enim & hæc quodam sanè modo iam dictis esse vicina, nepe quæ extergere, incidere, obstructions tollere, diuidereque diximus: quam non vndiquaque esse similia. Sanè & horum ante omnia distinguenda notio est, ac sic inquirenda substantia. Quæ cutis meatus referant, rarefacientia dicimus: quæ verò valorum oscula, aperientia. Quin & illis contrariorū, si quod poros contrahit, condensans appellatur: si quod autem osculum occludit, haud etiā proprio designant nomine, sed generalioribus, & contrahens, occludens, constringens, atque obstruens nominant. Porro utriusque natura sic habet: rarefacientium quæ tū modicè calida est, tum minimè desiccans, tum tenuiū partium: aperientium verò, tum crassarū partium, tum acris ac mordax. His porro contrariorum, condensantium quidē frigida sanè, sed non terrena, neque aerea, sed potius aquea. Eorum autem quæ apertiones siue anastomosis occludunt, crassarum partium, & frigida. Exempla horum sunt, rarefacientis quidē naturæ chamæmelū, & althea, & quod ex ipsis præparatur oleum, nec minus quod ex agrestibus conficitur cucumeribus. Quin & vetus, & cicinum, & raphaninum oleum ex eadē sunt nota. Aperientis verò facultatis, quæ acris sunt simulque terrena, cyclaminus, allia, capæ, fel taurinum, vnguentorumque omnium subsidentiæ, quæ simul crassarum sunt partium, & calida, cuiusmodi est irinum, & amaracinū, quæ utique & occæcatis aperiant hæmorrhoidas. Porro quæ vteri os à phlegmone, aut scirrho, aut ariditate oclusum aperire dicuntur, ex accidenti, non aut primario & per se eiusmodi habere facultē censentur, velut nec ea quæ labiorum à phlegmone oclusorum, aut genarum, aut narium, aut gutturis, aut præputij, aut scroti, aut alterius eiusmodi osculi instrumenti phlegmonē sanant, atque occlusionē corrigunt. Ea namque phlegmonem soluere dici possunt, haudquaquam aperientia siue anastomotica. Peccat sanè in istis Dioscorides, nonnunquam aperientis inquiriens facultatis medicamentum quod laxat, aut emollit, aut humectat, aut phlegmonem soluit. Atque rarefacientium & aperientium eiusmodi sunt essentia. At eorum quæ ipsa contraria sunt, condensantiū quidem essentia aqua est frigida, semperuiui, portulacæ, tribuli viridis, psyllij, herbæ quam muris aurem vocitant, lenticulæ palustris, & ut semel dicam, quæcunque refrigerant, sed non adstringunt. Proinde & mandragora, cicuta, altercū, papauer, ipsas nunc dico herbas, si quis modicè utatur, condensandi vim obtinent: si liberalius, non modo condensandi, sed & obstupesciendi: si vero etiā plurimū, non tantum obstupesciendi, sed & enecandi. At eorum quæ aperientibus aduersantur, substantia cum sit crassarum partium & frigida, adstringentium est omnium, quæ quidē admittam non habent acrimoniā. Quorum sanè materiæ abunde multa posuimus in quarto huius exempla, in quo & essentiam eiusmodi medicaminum terrenā frigidamque exposuimus. Mirum ergo videri non debet, si sola contrahere occludereque possit: aperta præter naturā valorum oscula: soli enim huic, quæcunque requirunt ea quæ contrahi debent, omnia adfunt. Nimirum quæ consistentiæ crassitudine foris incubat, nec paruos meatus penetrare possit: tum frigiditate sua intro premat, atque vndiquaque in sese contacta vicinaque corpora cogat ac contrahat: ac proinde quod desiccet (eiusmodi enim esse ostensum est, quicquid adstringit,) humorem de pascatur, & partem roborat. Itaque si hæc omnia conueniant, osculum claudetur, ceu à manibus foris, ipsis nimirum adstringentis substantiæ partibus contractū. Ea verò medicamenta quæ frigida quidem sunt aut æquæ, aut amplius, sed substantiā sortita sunt aqueam, ea inquam, debilitat & contrahunt, & constringunt, nimirum propter mollitiem: quippe quicquid valenter tum constipare, tum constringere debet, robur quoddam renitens & durum habeat oportet: quo cum careant medicamenta naturæ magis aqueæ, tenues quidem poros in vnoquoque corpore contrahunt atque condensant, cæterum instrumentum vndiquaque totum constringere nequeunt. Quamobrè merito talia condensantia quidē sunt (græcè στενωτικά) non tamen obstruentia, (græcè στενωτικά dicta.) Intelligas nunc velim obstruentia siue stegnotica me dicere corpora, quæ sensibiles excretiones cohibent: corpus. n. stegnoticū, quod στεγνός siue claudit ac continet in se, nec quicquid sensu queat percipi, ex sese emittit, græcè στεγνόν nuncupatur. Atque hæc eiusmodi sunt tum temperaturæ, tum facultatis.

Ad rarefacientia

At rarefacientia prorsum quidem calfaciunt: nec enim aliter diffundere & laxare possent substantiam: ad quod consequitur, ut & pori dilatentur. Debent autem non admodum esse calida temperie: siquidem ea iam acris sunt, & inhorre faciant: neque item exiccatoria: nam & hæc sensilia corpora colliquant, doloremque in ipsis excitant.

Quod escharotica crasse sunt consistentia, ac vehementer caustica, siue vrentia: adeo ut corpus sensibiliter colliquent: ac septica, quæ videlicet non dicuntur proprie caustica, & ipsa colliquare sunt nata: non tamen ita valenter quim escharotica: ad hæc consistentia sunt tenui, ac proinde latentem moluntur colliquationem. C.A.P. 15.

Itaque quæ citra molestiam exalfaciunt, ea sola omnium sunt rarefacientia. Si verò non modò calida fuerint: sed etiam consistentia crassa, siquidem vehemētia sint, & caustica, hoc est vrentia: & ignis instar corpus colliquat, & sæpe escharas, hoc est crustas, ritu cauterij efficiunt. Porro si debilius quæ ut vrere possint calfaciant, anastomotica siue aperiendi vim obtinent. Itaque medicamen omne anastomoticum essentia quidem terrea simulque ignea est, hæc tamen exalfaciens, ut nondum vrat. Si porro causticū sit, non tamen vehementer, præterea essentia tenuioris, id plane ab omni aberit mordacitate: aut cum exiguo tum dolore, tum morsu carnosas partes eliquabit. Nam quod non confertim alterat, uti quæ vehementer sunt calida, quodque non ægrè penetrat, sicut quæ crassa sunt essentia, latentem ea actionem obtinent. Si quidem alterationes subitæ confertæque, mutationes maximè sensibiles si sunt, tum penetrationes, quæ violentæ sunt. Quippe quod in crassa essentia causticum est, id cuiuscumque inhæserit parti, stipitis ritu infixum excruciat. Verum hoc quidem escharoticum est, perinde ut caustica: cæterum de quibus nunc agitur, crustam non faciunt, & vocantur septica, hoc est putrefacientia, haud quidē appellatione propria, (nam quæ verè sunt septica, humectant simul & calfaciunt,) verum tamen symptomatis similitudo, ut sic appellemus, efficit: ut potè cum ab vtriusque nullo doloris sensu fiat corruptio. Multis enim modis corruptum quid potest. Si quidem quæ nimio plus refrigerata sunt, aut exalfacta, tum exiccata, aut humectata, ea omnia corrumpuntur: cæterum non quicquid corrumpitur, σήπεται, hoc est putrefcere dicimus, sed quibus id cum foetore accidit. Sed de nominibus non admodum esse sollicitum oportet: verum nouisse expedit ea medicamina, quæ septa & septica nuncupantur, ut sunt auripigmentum, (ἀυριπιγμένον Græci vocant,) sandaraca, chrysololla, dryopteris, pityocampe, aconium, omnia tum eliquare, tum colliquare, ac potissimum carnē tenellam, idque absque dolore. Sed sunt inter ea quædam quæ proprie vocant cathæretica, hoc est detractoria, eisque vtuntur ad inducendam vlcibus excrecentibus cicatricem. Sunt tamen & ipsa eiusdem genere facultatis, septices scilicet: verum tantulo imbecillioris, quæ extimam modò superficiem, quam contigerint, detrahant, non tamen in altum subire valeant: verum alia petrae flos: quam nec talia ipsius re vera facultatis cicatricem inducunt, quam vocant ἐπιουλωτικόν, sunt. Si quidem quæ huius sunt facultatis, non detrahere, neque liquare carnem sunt nata, verum indurare & desiccare, cuiusmodi sunt alumen, galla omphacitis vocata, æs combustum, præsertim lotum: nam quod lotum non est, quiddam obtinet cathæreticum, velut & æris squama: quod autem lotum est, omnium medicaminum cicatricem inducentiū longè præstantissimum est: quippe quod probè cicatricem inducit, modicè adstringat oportet, atque desiccet. Quapropter spinæ ægyptiæ fructus, & mali granati putamina sicca, & eius generis vniuersa cicatrici inducendæ sunt medicamina.

Quod cicatricem inducentia medicamenta adstrictoria esse & desiccatoria conueniat: quæ verò vlcera caua implent, mediocriter extergentia, & morsu vacantia. C.A.P. 16.

Cæterum confusa est apud plerumque medicorum non solum appellatio, verum etiam omnium id genus medicaminum facultatis cognitio. Si quidem quæ carnem detrahent ac colliquare sunt nata, ea non nunquam nominant epulotica, hoc est cicatricem inducentia, scilicet quæ horum sæpe vlcera ad cicatricem perueniant: sed id neque primario, neque peculiari ipsorum facultate, neque in omni vlcere sequitur. Si quidem ad exactum pulueris leuorem redacta id genus medicamenta per specilli cuspidem carnem leuiter contingentia ad cicatricem vlcera perducunt. At si paulo largius vtare, mordicant colliquantque carnem, & vlcus cauum efficiunt, contra quam in istis quæ re vera sunt epulotica. Si quidem nisi satis magnam eorum quantitatem imponas, nihil proficies. Id enim est in planis vlcibus ad cicatricem ducendis consilium, ut caro alteretur, fiatque cutis: id quod perficitur per ea, quæ illam contrahere, constringere, constipare, densare: præterea siccare, & calli instar indurare valeant: quippe cum cutis velut in callum durata caro sit. Quæ igitur medicamenta sic agere possunt, primario proprieque dicuntur epulotica, siue ad cicatricem perducunt: cætera verò, nempe cathæretica, hoc est detractoria, secundario, & per accidens: sicut & ea quæ absque adstrictione desiccandi vim habent mordacitatis expertem. Nam & hæc quoque ex accidente cicatricem inducunt, cuiusmodi utique medicamentum est myrrha, & lithargyrus, & combusta ostreæ & diphreges: quandoquidem & ipsa, sæpe numero cicatricem inducunt sicca illita. Cæterum scire oportet, vbi tum in his libris, tum alijs omnibus hanc vocem, sæpe numero, adijcio, id me velle significare, quod aliquando promissa frustrantur, propterea quod nec primario, nec sua facultate efficiant. Porro epulotica medicamenta vlcus omne planum claudere cicatrice valent:

Quinta Classis.

EEEEE iij sicut

sicut mediocriter citraque; morsum abstergentia cavitates implere. Cæterum de hoc genus medica-
mētorū facultate silius dicitur in cōmentarijs de rōne curādi, cū quo multis locis magna est huius
libri affinitas, ceu ēt ab initio præfatus sum. Proinde suspenso de istis sermone, ad alterū genus fa-
cultatem, nempe attrahentium & repercutientium, siue repellentium, transeundum censeo.

*Quod attrahentium essentia & calida sit, & tenuium partium repercutientium
verò & frigida, & crassarum.*

C.A.P. 17.

Igitur attrahentes sunt, quæ ex alto vehementius extrahunt: repercutientes verò, quæ in altū
occurrentes sibi succos repellunt. At essentia illis quidem calida est, & tenuium partium: his
verò frigida, & crassarum. Attrahit enim perpetuò calidum, repellit verò frigidū: verū quod cū ca-
liditate cōiunctā habet partium tenuitatem, trahit vehementius: quod verò cū frigiditate partium
crassitudinē, veluti adstringēs, id violentius propellit. Itaque ex actionis vehementia nomen vtriusque
impositum est. Atque adstringentium quidem nota est essentia: attrahentium autem alia spon-
tē nata est, alia verò ex putrefactione acedente generationem sortita. Spontē nata, vt dictamni
essentia, & propoleos, & thapsia, & sagapeni, & succorum cyrenaici & medici, & si qua his simi-
lis extiterit. Ex putrefactione, qualis est fermenti, & pforici, quod vocant. Quod si firmis quoque
ex putrefactione generatio constat, vtrique omnes attrahendi facultate pollebunt. Sed non par-
ua illis inest diuersitas. Nam columbinus admodum attrahit: ex æquo autem vtrinque ab hoc
recesserunt, ad calidius quidem anserinus, ad frigidius verò gallinaceus: hoc etiā magis vincuntur
humanus & suillus. At canum sterco simile est medicamentis extergentibus, maximè si ve-
scantur ossibus. Crocodilorum autem terrestrium sterco magis etiā id perficit atque absoluit.
Sed & aliud est attrahentium genus medicamentorum, quod qualitatis familiaritate attrahit: id
quod aliud est nihil quàm totius essentia similitudine, ceu quæ nutriuntur, familiaria nutrimenta
attrahunt. talium medicamentorum sunt purgantia omnia, & non nulla alexiteriorum siue
amuletorum. Cæterum calida vt sint id genus omnia necesse est. Nam inter ea, quæ essentia simi-
lia sunt, quod calidius est, id potentius attrahit, vtpotē quod similitudini auxiliarium adiunxe-
rit calorem. Siquidem cū ipsum duabus causis attrahat, superabit id quod vna sitaxat trahit.
Porro nihil refert ἐπισπαστικὸν, aut ἐλκτικὸν, aut ἐλκυστικὸν ὀνόμαζον dicas, {latine attrahentem siue at-
tractoriam} facultatem.

*Alexiteriarum & alexipharmacarū facultatum, quæ dī alterando quod mortiferum est, iuuant, quæ
dam verò euacuando. Et earum quæ alterant, aliæ vna aut duabus qualitatibus agunt,
aliæ tota essentia. Similiter quæ euacuant, quædam substantia similitudine
euacuant, quædam caliditate subtili ac tenui.*

C.A.P. 18.

Verum quandoquidem de istis abundē dictum est: transeamus ad facultates quas vocant alexi-
terias, & alexipharmacas. Est autem harum natura duplex. Siquidem quædam alterant: quædam
verò euacuant ex corpore patiente seu venenum corrumpens, seu deleterium medica-
men. Alterant igitur aut vna qualitate, aut duarum coniugatione, aut denique tota substantia. Eu-
cuant totius substantia similitudine, & caliditate subtilium partium. Quatuor itaque sunt vniuer-
sæ differentia proficiscētis ab illis vtilitatis, duæ alterantes, & duæ vacuantes. Atque ea sanè quæ qua-
litas contrarietate auxilio est, manifesta est. Nam si frigidum sit medicamen deleterium, aut ven-
enum animantis, ab excalfaciētibz petendū remediū: si calidū, à refrigerantibus. Si verò
humidum, ab exiccantibus: si siccum, ab humectantibus. Sic etiā si humidum sit & frigidum,
ab exiccantibus & excalfaciētibz: si calidum & siccū, ab humectantibus & refrigerantibus:
& in reliquis duabus coniugationibus ex proportione. Sed nec obscura est alteratio quæ fit per
totius substantia facultatem, vtrique ipsi qui memoria tenent quæ demonstrata sunt in Cōmentarijs
de naturalibus facultatibus, & in illis quæ inscribuntur de Temperamentis. Siquidem facultates
quæ deleteria medicamina alterant, naturam habent mediā inter corpora perpetientia, & medi-
camenta ipsa lædentia: vt videlicet eadem sit proportio corporis ad facultatem alexiteriam, quæ il-
lius ad deleteriam: & rursum deleterij ad alexiterium, quæ alexiterij ad corpus. Ea propter prope-
modum omnia quæ deleterijs aduersantur, si largius sumpta fuerint, grauiter animantis corpus
oblædunt. Quamobrem ea moderatione quantitatis omnes id genus facultates exhibere oportet,
vt neque copia nimia corpus offendat, neque exiguitate sua à deleterijs vincantur. Sed hoc
iam attinet ad curādi methodū. Nunc autem quæ reliqua sunt persequamur. Omne deleterium
venenum à foris impositis medicamentis euacuatur, nepe aut caliditate attractionē molientibus,
aut totius substantia similitudine. Sed & hic quoad fieri poterit maximè mediū natura alexite-
rium sit oportet, corporis videlicet quod curatur, et veneni lædentis. Nam si aduersissimum foret
corpori, in ipsum ageret potius, ceu deleteriū, haud euacuaret venenū. Etenim, vt claritatis gra-
tia summam repetamus, scire oportet deleterias facultates vniuersas temperatura esse aduersissi-
mas corporibus, quæ ab ipsis læduntur. Itaque si à similibus temperie medicamentis euacuentur, erūt
& hæc corporū naturis contraria. Sanè & sunt quadantenus contraria, non tñ adeo vt interimāt,
sed ambigant potius, in medio sita eorū quæ ex professo corpus animantis lædunt, & quæ iuuāt.
Porro nihil intererit deleterias facultates, an phthoropceas, an phthoropceas, an alio quouis modo
appellare

A appellare voles: similiter nec an alexiterias, an alexipharmacas. Attamen si qui ea, quæ venenatarū
bestiarum ictus aut venena sanant, alexiteria nominare velint, quæ verò medentur deleterijs, alexi-
pharmaca, ceu quidam censere, disceptandum cum istis ac pugnandum de nominibus nō est.
Nec enim ex istis comparatur curandi morbos peritia, sed ex rerum ipsarum cognitione.

*Quod anodynorum, hoc est dolorem sedantium, & paregoricorum, hoc est lenientium aut mitigantium vo-
catorum medicamentorum, quædam verò vera sunt eiusmodi, velut calida coniunctam habentia
partium tenuitatem: alia vero nomine duntaxat, veluti narcotica, hoc est stupefa-
cientia, qualia sunt refrigerantia omnia.*

C.A.P. 19.

Porro quandoquidem & de his, quod ad præsens conueniat, satis iam expositum est, transeun-
dum deinceps est ad sermonem de facultatibus anodynis, hoc est dolorem sedantibus, & pa-
regoricis aut praynticis, id est lenientibus aut mitigantibus, aut vtriusque nuncupare libebit. Facul-
tas igitur anodyna, alia re vera est, alia tantum dicitur, tanquam si quisquam hominem mortuum
dicat anodynū, quia dolore vacet. Cæterum facultas re vera anodyna est eorum quæ primo ordi-
ne excalfaciunt, si vtrique in essentia tenui contineatur. At facultas eorum, quæ dicitur, frigidorum
est, quæ absoluto vtriusque frigore partem obtupeciant. Est autem stupor paulo minus quæ insensibi-
litas, sensus ue priuatio. Porro quæ affectum sanando, dolorem sedant, nec ea merito anodyna
dici possunt. Nam id commune est omnium quæ curant. Itaque quæ re vera sunt anodyna, partium
sunt tenuium, & calidiora, quæ symmetra sunt, necesse est: vt scilicet euacuent, ac digerant, tum
rarefaciant, extenuent, concoquant, & æquabile reddant quicquid in partibus dolore vexatis aut
humorum acrium, aut lentorum, aut crassarum, aut multorum tenuibus spiramentis infarctorum,
aut etiam vaporosi, aut crassi, aut admodum frigidi spiritus exitum commodum non inuenientis
inhæsit, atque inclusum est. Itaque nihil prorsum adstrictionis habeant oportet, ne si pars quidem aut
etiā affectus exposcant. Ex quibus liquet, quod interdum affectionem non iuuabunt, sed dolorem
tantummodo mitigabunt, quando videlicet re vera dicentur anodyna. Interdum vero etiam affe-
ctum ipsum adiuuabunt, & facultatem habebunt duplicem, nempe anodynam, & sanantem. Sed
de talibus copiosius agetur in curādi voluminibus. At i presenti hoc dixisse sufficiat, nempe quod ho-
rum anodynorum proprie nuncupatorum medicamentorum quædam, vt est ante dictum, primi
sunt ordinis excalfaciunt, quæ sanè proprie sunt anodyna, ceu oleum anethinum, quædam verò
similiter vt corpus nostrum, velut pus mouentia nuncupata, de quorum materia supra disser-
tum est. Sed de ipsorum vsu in libris de curandi ratione definietur. At ea quæ κατὰ φύσιν, id est fo-
porem epota moluntur, ac proinde anodyna & ὑπνωτικά, hoc est somnum conciliantia à plerisque
appellatur, temperiem fortiuntur vel summè aduersam ipsi quæ re vera sunt anodyna. Refrigerat
siquidem omnia corpus, & sensum eousque obtupeciant, vt si paulo liberalius ebibantur, mortē
asserant. Cæterum ad vsū propositum optima sunt quæ desiccant. Nam quæ frigida cum sint, hu-
miditatis item copiam obtinent, ceu cicuta, ea potui non sunt vtilia: talis est mandragora, excepto
cortice eius sicco, & altercum, præter semen. Sed tamen & in his candidum semen atro præstat.
At sunt quæ tota essentia nobis contraria sunt: proinde si vel minimum eorum assumptum fuerit,
omnino lædat necesse est, ceu dryopteris, & pityocampe, & thapsia, & solanum manicum, & hy-
dragyros, & fungorum nonnulli, præterea salua & fel venenatorum animalium. Nam talia om-
nia genere sunt deleteria, non quantitate, ac proinde nihil eorum in alexiterias antidotos indi-
tur, veluti papaueris succus, & myrrha, & styrax, & crocus. Siquidem hæc si largius bibantur, quæ-
dam dementant, quædam mortem inferunt: verum conuenienti quadam mensura alijs admista
adiuuant. Porro quæcumque inter ea mentem lædunt, continuo etiam plerique caput degrauant, va-
porum prauorum congerie ipsum implentia. Sed & quædam os ventriculi tentant atque affligunt,
vt & inde caput per consensum lædatur. Communiter verò vniuersa duobus modis cerebrum af-
fligunt læduntque, aut cum tota substantia sunt contraria, aut cum vna duabusue qualitatibus tem-
peraturam immutant.

*Duobus modis dicitur cathartica, hoc est purgans facultas: aut enim quocumque modo expurgans corporis ve-
crementa, aut quia vim attractoriam familiarium succorum obtinet.*

C.A.P. 20.

Cæterum quoniam de his sufficienter dictum iam est, quod quidem ad presentia faciat, tem-
pestiuum nunc est, resumptis dictorum capitibus, ea adscere quæ sermōni reliqua esse videan-
tur. Nam in veritate quidem nihil est reliquum, nimirum cum secundæ iam facultates omnes sint
expositæ, quales sint genere. s. nec pauca speciatim superius explanata, ceu exēpla, vnde quis or-
sus, quorumque auxilio reliquas ipse queas assequi. Verū nihilo sese res deterius habebit, si clarita-
tis gratia breuibz iterum capitibus ea fuero complexus. Primum. n. facultatem oēs purgatoriā
in ore habent. Non tñ oēs perinde intelligunt: quod vocabulum duo significat, alterum cōmune om-
nium quæ quouis modo animalis excrementa expurgant: alterum verò quod per excellentiam
de ipsi tantummodo dicitur, quæ aut per vomitum, aut per ventris deiectionē purgant: neque quod
eiusdem est generis tum ea quæ fit per nares, tum ea quæ per os fit purgatio. Vocant autē ea medica-
menta, quæ naribus, (quas Græci ῥινῆς nominant) capitis purgandi gratia infunduntur, errhina.
At quæ in ore colluuntur, aut dentibus manduntur, omnia vna nomenclatura comprehendentes
apophle-

apophlegmatizantia nuncupant, ac eorum facultates, apophlegmaticas appellat. Eiusdem cum istis sunt generis, quæ vuluæ admota expurgant. Quæcūq; liquidè purgare memoravi, ea trahēdi vim possident, alia vnum quempiam succum, alia duos, aut etiā plures: & id illis inter sese commune est. Nā quæ crassis lentisq; humoribus extenuandis aut vrinam ciere possunt, aut ex pectore pulmoneq; efficiēdis excretionibus auxiliari, purgāt sanè & ea quidē quodāmodo, verū antedictis nō similiter nūcupantur: sed alia vocātur vretica, alia bechica, alia menses mouētia, hac re à superioribus diuersa, q̄ nō habeāt vim familiariū succorum attractricē, vt illa. Quāobrem & in hīc sermo aliam distinctionē postulat, nēp̄ huiusmodi. Quæ in pessis, aut fomētis, aut quouis modo simili, vuluæ admouētur, ea duplici ratione agere consueverunt. Nam alia calfaciendo duntaxat prouocant, alia facultatibus attractorijs & purgatorijs, quas vocāt, quas demōstrauimus trahendorū familiaritate, vacationes peragere. At quæ hoc nomine bibūtur, vt sanguinem extenuent, & meatus obstructione liberent aperiantq; ea trahēdi facultate vacationem non perficiunt. Atq; priora quidem cum purgantibus eiusdem sunt generis, secunda verò cum ijs quæ lac & sanguinem generant: de quibus paulo infra verba faciemus, vbi prius de bechicis disertum à nobis fuerit: quan doquidem & hæc bifariam nominata sunt, partim quia tussim prouocent, partim quia sedēt. Atq; contrariæ horum facultates sunt. Alia enim extenuandi naturam habent, alia incrassandi. Atque extenuandi quidem facultas in calidis & tenuium partium substantijs sita est, incrassandi verò in frigidis & crassarum partium essentijs inest. Atq; hīc sermo hoc in loco finem habeat. Conuenit autē transire ad id quod paulo ante distulimus. Est enim societas & similitudo quædam tum operum tum facultatum in ijs quæ prouocant sedantq; menses, lac, & semē. Sed & affinia illis quodā modo vicinæ sunt, quæ vrinas mouent, & bechica. Proinde de quolibet seorsum disserendum est.

Quod lac generantium, aut semen prouocantium facultas moderatè sit calida & humida, alimentorum verò in totius essentiæ consistat similitudine.

CAP. 21.

LACTIS & SEMINIS EFFICACIAS FACULTATES sunt partim in medicamentis tantū, partim in alimentis. In medicamentis, cum succos pituitosos exalfacientes in sanguinem vertimus. In alimentis autem secundum substantiæ totius similitudinē: vbi videlicet boni sunt succi, & moderatè humida, ac tepidè calida, ceu ipsum lac. Siquidē sanguis caloris est particeps animalis mediocris: plus quàm verò mediocris, flaua bilis: sicut pituita, frigiditatis. In medio autem pituita & sanguinis est lac, vtiq; quod ad calorem attinet: Non tamen æquè ab utroq; abest, sed lōgius abest à pituita, propius accedit ad sanguinem. Cum ergo minus quàm expediat ad vbera lac venit, velis autem copiose prouenire, ipsum contemplator sanguinem. Aut enim paucior est quàm cōueniat, aut deterior. Itaq; qui paucior est, vniuersam victus rationem exposcit humectantem & exalfacientem: qui autem deterior est, siquidem biliosus fuerit, primū purgationem desiderat, mox victum quē modo dicebamus: si pituitosus, medicamenta requirit exalfacientia aut primo aut secundo ordine, non tamen desiccantia. Verum inter ea potiora sunt, quæ non tantum sunt medicamenta, sed & nutrimenta, velut eruca, sceniculum, anethum. Dico autem ipsas herbas etiamnum virentes & humidas. Nam sicca, plus quàm oporteat & exalfaciunt & desiccant. Huius generis est & myrtilinum, apium, sion, polium, eaq; virentia prius quàm siccantur: quippe cum ea quæ desiccant, humorem sanguinis depascentia, ipsum crassiorem simul pauciorēq; efficiāt: tum si natura quoq; sint calida, iusto etiam calidiorem, si frigida, frigidiorē. Debet enim esse modice calidus, ac neutiquam crassus, vt lac generet. Quocirca quæ sunt illiusmodi, extinguunt magis lac, quā procreāt. At quæ sic vt dictum est calfaciunt, nullamq; insignem adiunctam habent siccitatem, lactis procreatricem habere facultatem merito dicta sunt. Verū eo numero sunt perquā exigua. Nec enim profecto facile inuentu est, quod propositam in temperie fortitum sit mediocritatem: cæterum in finita sunt vt ita quispiā dicat, & multitudinē incōprehensa quæ lac lædāt: Etenim quæcunq; plus q̄ expediat calefaciūt, quæq; desiccāt aut refrigerant, partim qualitātē ipsius sanguinis vitiatia, partim ipsum minorem reddentia, lac prouenire prohibent.

Quod menses mouentium medicaminum facultas calidior est, & modice desiccet, alimentorum verò est secundum totius substantiæ similitudinem.

CAP. 22.

PORRÒ DICTIS ADSIMILEM vim obtinent, quæcunq; prouocare aut sedare menses possunt. Vtrorūque enim communis materia est, nempe sanguis in venis contentus. Itaque vbi hīc fluxilis fuerit, & quantitate contemperatus, vtq; abundantem suppeditat copiam. Communes quinetiam vberibus vteriq; venæ sunt non exiles. At quæ nam eæ sint, alibi dictum est. Itaque vbi ad alterutram partium sanguis defertur, altera siccescit, † proinde quibus menses mediocriter feruntur, ijs lac in mamillis nō colligitur: quibus verò hoc large suppetit, ijs planè menses supprimuntur. Itaq; mirandum non est, si tum victus, tum medicamenta similia sint, nempe & ea quæ generāt, sedantq; in menses singulos ex vtero purgationem, & ea quæ lactis in vberibus generationem procurant ac supprimunt. Quāq; hæc tenus differant, quod & calidioribus & magis incidentibus purgatio menstrua non nunquam indigeat: quippe cum ea in parte sitæ venæ magis aperiri debeant, q̄ quæ tendunt in mammas, & sanguinem fluxilem magis requirāt, nimirum cum vterus ad delationem eius nihil conferat. Mittuntur enim in venas quæ illi committuntur, haud

† Ap. proinde quibus menses feruntur, ijs lac in mamillis mediocriter colligitur.

A HAUD ATTRAHUNTUR menses. At sanguis in vbera non tantum mittitur, sed & trahitur: ac proinde leuiore subsidio medicaminum opus habet, cum non abundè in mammas confluit. Et medicinæ quæ iuuant vt sanguis in mamillas eat, deficientes atque imperfectas purgationes etiā adiuant. Sin autem multum oblatæ sint, aut planè retentæ, nulla ex eiusmodi eas sanare potest: verum Sabina, & Meum, & Iris, & Calamintha, & Pulegium, tum Dictamnus, Afaron, Costus, Cassia, Cinnamomum, Amomum, Aristolochia, Bunium, & eius generis reliqua absolutas vteri purgationum retentiones sanant: nam talia quoque vrinam prouocant. Sed ab ipsis vreticis vocatis medicamentis hoc solo differunt, quod non vehementer desiccant. Siquidem exalfactio tribus generibus medicaminum communis est, puta quæ lacti procreādo succurrunt, quæq; mensibus ciendis, & vrinæ conueniunt. Differunt tamen caloris mensura, tum etiam quod quædam desiccant quædam non. Siquidem quæ non desiccant, & modicè exalfaciunt, lacti generando vtilia sunt. Quæ verò plus exalfaciunt, non tamen valenter desiccant, mensibus eliciendis sunt congrua. Verum & vtraque hæc vrinas prouocant: & ad hæc cum primis ea, quæ calefaciūt & desiccant. Et ppter hoc ea peculiariter dicuntur vretica, siue vrinam mouentia, non quia sola moueant vrinas, sed quia solas, & non etiam menses aut lac. Nam præter alia & reddendis ex pectore pulmoneq; excretionibus incommoda sunt desiccantia. Poscunt enim & ipsa incidi quidem, at non sicari, ceu & renum vesicæq; calculi. Verum de talibus medicamentis supra disserui.

Quod quæ semen prouocant, quorundam vt medicamentorum quidem facultas est flatuosa & calida, aliorum verò vt ciborum flatuosa quidem etiam, sed tota substantia familiaris.

CAP. 23.

VT LAC, ita & semen quædam generare dicuntur, & quæ his sunt contraria, extinguere: tum quædam prouocare, & ipsis contraria supprimere: ac generare quidem, quæ procreant quod antea non erat, extinguere verò quæ corrumpunt: prouocare autem, quæ quod in alto delitesceret, in apertum proferunt, & his contraria, quæ supprimunt. Igitur semen generant cibi quidem qui bene nutriunt, & flatuosi sunt, totisq; substantijs familiares: medicamenta verò flatuosa & calida. Extinguunt autem desiccantia & refrigerantia omnia, & quæ totis substantijs sunt contraria. Porro prouocant quæcunq; calida sunt & flatuosa absque desiccatione, supprimūt verò contraria. Etenim cum seminis substantia ex bona superfluitate generationem sortiatur; sitq; etiam efflatuosa: bene nutriant & flatuosa sint necesse est quæcunq; semen aut procreare, aut prouocare possunt. Itaque bulbi, cicer, fabæ, polypodes, conus, edulia dicuntur multi feminis, & sunt. At scincus & saryrion medicamenta sunt. Porro simul cibi ac medicamina multi feminis sunt lini semen & eruca. Cæterum quæ refrigerare sunt nata tum edulia, tum medicamina semen cogentia, incrassantia, & stabile reddentia, vim habent ipsum supprimentem, non autem corruptentem: nempe lactuca, blitum, atriplex, cucurbita, mora, melopepones, cucumeres seu pepones, seu non pepones, hoc est maturi, seu non. Porro quæ resiccant, prorsum ne esse quidem semen permittunt, etiam si calida sint natura, velut ruta. Si autem non calfaciunt, multo minus, vt nymphaea. Atque hæc sanè rationabile est substantiæ proprietate contrariè affecta esse semini. Eandem proportionem tum esculentorum, tum medicamentorum est inuenire in lacte & mē sibus. Porro alio modo sub idem genus cadunt, quæ respirantium instrumentorum reijciendis excretionibus auxiliantur, quæq; vrinam ciere possunt. Hæc enim omnia extenuandi facultatem obtinent, vti contraria incrassandi. Sed de victu extenuante priuatim conscriptum est, nihil secius in eodem volumine indicatis quæ incrassant. Verum extenuantia & incrassantia medicamenta ex libris, qui deinceps sequentur, seligito: in extenuantibus quidem scopum habens caliditatem iunctam partium tenuitati, in incrassantibus verò contraria. Ostensum enim est in superioribus libris, quod propria quædam sit medicamentorum essentiæ tenuis natura, nō solis exalfacientibus coniuncta. Eadem ratione & incrassantium natura non solis inest refrigerantibus. Cæterum vt in talibus facultatibus proportio quædam inest, eundem in modum quærendum est in omnibus, etiam si nomen non sit impositum. Vocantur enim quædam oxydencicæ facultates, quæ oculos, vbi nullum illis insit sensibile pathema, malè tamen munere suo fungentes corrigūt, & in integrum restitunt. Ac nimirum & in auribus, & in naribus, & per quemque aliorum sensum singulatim proportione talis quædam sit facultas, necesse est: nec tamen facultas nominata est ab acumine auditus oxycoos, sicut nec in olfactu, nec in gustu, nec in tactu, cum tamen in rebus ipsis sensibus ex proportione insit. Porro si quis similitudinē plus etiam extendat, per quanque nostri particulam, talem existere medicamentorum facultatem necesse est, à qua videlicet melior reddatur partis ipsius actio, vt verbi causa, ventris actio. Siquidem talem eius imbecillitatem inuenire est sæpenumero, qualis est in oculis amblyopia, hoc est hebetudo visus, cum ij nec phlegmone teneantur, nec influxu torqueantur, nec vlcerati sint, nec aliud quiduis malū perpeffi. Et sanè in medicamentis, quæ affectum ventris eiusmodi emendant, peptica siue concoquentia nuncupantur, appellationis quidem figura nihil proportionale habentia oxydencicis, cæterum opere ipso & facultate similia.

De facultatibus

De facultatibus à partibus corporis cognominatis.

CAP. 24. E

Porro quoniam & quasdam appellatas à corporis partibus facultates esse diximus, nihilo fuerit deterius & de his differere. Nec enim, (quod quispiam forsitan existimet) omnibus partis affectibus congruunt, nec ita vni, vt alij nihil prolint, sed quoniam frequentissime aut maxime agat ea in parte à qua nomen sunt mutuatae. Ophthalmicæ quidem, quando quidem maxime ac plurimum ad oculos ipsas vsurpamus, velut colliryiū dicitur ῥόδιον, & aliud dicitur πομφόλυγος, & cygniū appellatū, & lybianū, & alia omnia: quibus vti quidem licet & ad aures affectas, aut os, aut nares, præterea pudendum, & anum: verum non ita frequenter, nec tanto cum fructu. Rursum autem alias nuncupamus hepaticas, alias splenicæ, pleuriticæq; & stomachicæ: nimirum cum & ipsas ea in parte, quam nomine designant, sæpissime simul ac potissime prodesse cōspiciamus. Porro quæ sit profectus & adiumentum causa, in opere de curandi ratione explicabimus, in quo cetera quoq; omnia de medicamentorum vsu exponuntur. Itaq; nihil etiam hic hærendum atq; immorandum est, nisi qd vocabulorum non nihil declarandus est vsus: quem cum alij nō nulli recentiorum medicorum, tum præsertim qui vocantur Methodici, inaniter innouarunt atq; induxerunt.

De inani nominum vsurpatione, quam medici recentiores & inter eos maxime Methodici induxerunt.

CAP. 25. F

Nam quod stalticæ quasdam facultates, hoc est sistentes seu supprimentes, & constringētes, & contrahentes, & repellentes, aut alias id genus proferant, id nequaquam absurdum est, nec obscurum. At cum metafyncriticas tum materias, tum facultates nominant, nec apertum est quod dicunt, nec verum, nec etiam sectæ congruens eorum, qui se fugitare profitentur, quæ à dogmaticis opinionibus (hypolepsis vocant) proficiscitur, indicationem. Sufficere namq; aiunt sibi apparentes communitates. At qui excedentibus corporis meatibus ex statu naturali in statū præter naturam, in proprietate excedendi existere quædam pathæ, ea dogmatica hypolepsis est. Sequitur verò ad hæc quasdam esse facultates, eiusmodi παθῶν metafyncriticas, videlicet { quæ commutent meatuum alienam à natura confulsionem: } nam sic vsurpant nomina Thessali sequaces: atq; ad ea quæ diutina fluxione vexantur, facultates eiuscemodi adhibent, cum nec monstrarint meatuum alterationes, in talibus prouenire affectibus, neq; qd hæc medicamenta transmutare (nam ita verto τὸ μετασχηματισμῶν) vitiatum meatuum statum possunt, demonstrare valeant. Nam, per Deos immortales, cur obsecro napy, thapsia, pyrethrū, capparix radix, & absolutæ quæcūque vrere possunt, si diutius corpori inhaereant, meatuum statum commutāt? Nam qd partes quæ tentantur alicuius fluxione, ab hoc genus medicamentis iuuentur, perspicuo videtur: at quamobrem iuuentur, naturalis speculationis problema est. Ac nos quidem dicimus earum frigidam simul atq; humidā esse temperiem, ac proinde poscere medicamenta, quæ simul & excalfaciant & desiccant. Atq; alij aliam causam proferēt, pro opinione nimirum, quam conceperunt de corporis elementis. Nec tamen vsurpari conuenit metafyncriticos vocabulum à quoquam alterius sectæ, præterquam eorum qui animantium corpora & existimant & appellitant syncrimata, seu confusiones ex corpusculis infecabilibus, minimisq; & partitionis expertibus, ac similaribus: quanquam nec istis omnibus, sed ijs duntaxat, qui, vt Thessalus in Canone, meatuum alterationi id genus morbos ascribunt. Non enim qua methodicus est Thessalus id dicit, (siquidem vbi tanquam methodicus disse- rit, illic ab obscurorum recedit indicatione), sed qua dogmaticus, scilicet ab iisdē quæ Asclepiades ponit elementis exorsus, cæterum haud vbique sequens. Sed nunc tempus non est super talibus prolixius differere. Nam quædam curandi Methodo magis sunt propria, quædam verò in opere de Themisonis & Thessali secta exactius expromuntur. Tempestiuum itaque nunc est, { contra- ctis huius libri velis } quiescere, si modo duo illi præterea capita adiecero: alterum superius dilatū, nempe de facultatibus contrarijs: alterum ad insequentem sermonem necessarium, definiturus sci- licet cuiusque tum excalfacientium, tum refrigerantium, tum exiccantium, atq; humectantiū me- dicamentorum ordinem.

Quo pacto contrarias iudicare facultates oportet.

CAP. 26.

Igitur contrarias iudicare facultates ex operibus oportet, sicut toto hoc libro sæpenumero ostē- dimus, dicentes quasdam facultates emplasticas, & his cōtrarias extergentes, tum farctu libe- rantes & infarciētes, præterea emollientes & indurantes, ac laxantes & contendentes: nam ad- stringentes, aut acres, aut amaras, aut acidas, aut dulces, non facultates medicamentorum, sed gu- stus esse qualitates monstrauimus. Itaq; in his aut prorsum quærenda nō est contrarietas, aut non vt in facultatibus quærenda. { Quanquam } & in istis duplex est scopus, nempe earum actiones, & temperatura. Actiones quidem, in densando & rarefaciendo, aut quippiam ex alto extrahen- do, aut repellendo, in crassando materias, aut extenuando, aut infarciendo meatus, aut farctu libe- rando. Temperaturæ verò in calido, frigido, humido, & sicco: de quibus omnibus abunde in quar- to libro determinatum est, monstrantibus nobis, qd adstringens terrestre sit & frigidū, acidum verò subtile frigidum, amarum autem terrestre subtile, quod vero est absq; vlla insigni qualitate, frigi- dum aqueum. Sic acre igneum ostendimus, salsum verò terrestre calidum, nondum tamen igneū: similiter dulce calidum, sed nondum vrens: quæ verò oleosa sunt, omnia aquea sunt & aëria.

Secuta

† ἀλλοιοῦσας δηλονότι τὴν πρὸς φύσιν τῆς συγμῆς ὡς ἡμῶν ποιοῦσας.

A Secuta sanè sunt temperaturæ eorū & opera. Nam adstringens contrahere, constringere, densa- re, repellere, & in crassare, et ante hæc omnia refrigerare, exiccareq; natū est: Acidū verò incidere, extenuare, diuidere, farctuq; liberare, per purgare, (διαικιδίον Græci vocāt.) citra excalfactionē. Acrc verò limiliter vt acidum agere quod ad extenuationem per purgationemq; attinet: cæterū hoc differt, qd acidum refrigeret, acrc verò excalfaciat: ad hæc qd illud repercutiat, hoc attrahat & di- gerat. Sic amarū quoq; meatus per purgat, abstergit, extenuat, incidit humorum crassitiē absque manifesta excalfactione: Frigidum verò aqueum in crassat, cogit, contrahit, constringit, obstupefa- cit, atq; extinguit. Porro acrc extenuat, per purgat, digerit, perumpit, attrahit, & escharā siue cru- stam efficit. At salsum contrahit, constringit, condiendo seruat, delicatescitra apertam aut calidita- tem aut frigiditatem. Dulce verò concoquit, laxat, rarefacit. Oleosum deniq; humectat, emollit, laxat. Facilius itaq; iam erit ex modò dictis ponderantem saporē, inuenire qui temperamento, quicq; operibus sint contrarij.

De limitatione ac finitione ordinis cuiusq; excalfacientium, frigefacientium, humectantium, & desiccantium.

CAP. 27.

B Porro congruens iam tempus est, definitis temperamentorum & facultatum, quæ in medica- mentis sunt, ordinibus hunc librum absoluere. Igitur symmetrum medicamentum, et quod sit similis temperamenti cum eo cui admouetur, cum neq; calefaciat, neq; frigefaciat, neq; desic- cet, neq; humectet: nec calidum, nec frigidum, nec siccum, nec humidum appellare conuenit. Quod verò aut calidius, aut humidius, aut frigidius, aut siccus est, à vincente seu excedente co- gnominatur facultate. Porro per vnumquemq; excessum quatuor posuisse ordines, quod ad vsum spectat, sufficit: calidum quidem nominantes primi ordinis, quod nos excalfacit, non ta- men euidenter, verum vt opus sit insuper aliqua demonstratione rationali: sic frigidum, humidū, & siccum, quod demonstrationem requirat etiam, nondum actionem euidentem adeptum. Quæ verò manifeste aut calefacere, aut frigefacere, aut humectare, aut desiccare possunt, ea secūdi esse or- dinis dicentur. At quæ iam vehementer quidem, non tamen summe, tertij. Quæ autem adeo ex- calfacere possunt, vt escharam moliantur & vrant, quartij. Sic quoq; quæ vehementius refrigerāt, adeo vt extinguant, & ipsa quartij sunt ordinis. Cæterum nullum inuenire est quod quarto ordi- ne desiccet, quod non etiam vrant: nam quod summe desiccet, omnino id etiam deurit. Attamē ter- tij ordinis exiccantium esse quippiam queat, quod non vrant, ceu omnia quæ vehementer adstrin- gunt, ex quibus est omphacion, rhus, alumen, balaustium, galla omphacitis. In his aut ipsas quæ- dam vicina iam sunt adurentibus, vt squama æris, & æs vsutum, quasi inter tertium quartumq; or- dinem dubiè hæreant. In medio tertij est æs vsutum, si lotum sit. In principio tertij hypocystis. Sic autem & in secundo & quarto differentias constituere licet triplices. Nec enim perinde vrant cau- terium, & napy, licet ambo quartij sint ordinis. De his sanè omnibus in sequentibus libris per sin- gula seorsum medicamenta determinabitur.

GAL. DE SIMPLICIUM MEDICAMENTORVM

FACULTATIBVS LIBER SEXTVS.

ARGVMENTVM LIBRI.

D Agit de effectricibus qualitatibus singulorum medicamentorum, quæ plantæ, aut ipsarum partes existunt, quorum historia ad nonum vsque librum continetur.

Quid agendum reliquis libris simplicium medicamentorum, & qui authores rectè, qui perperam de ipsis tractarint.



De simplicium medicaminū forma pariter & facultate scribere nobis aggressis primis duobus libris ante omnia prauos modos ratiocinationū, quibus recetio- rū medicorū pleriq; vsi grauissimè hallucinātur, indicare est vsutum. In tertio ve- lut elementa quædā totius doctrinæ tradidimus. Deinde verò in quarto de saporū natura disquisitionem, studio inueniēdorū omnium, qd ex illis ad facultatū cōduce- re cognitionē possent: disseruimus autē i extremo ipsius libri de qualitatibus me- dicamentorū quæ ad odoratū attinent. Porro in quinto ad reliquū facultatū ge- nus transgressi, quod quidē ab ipsis operibus, quæ peragere natę sunt, denominatur, & illic quoq; cuiusq; substantiam ostendimus. Et sanè generalis sermo de simplicium medicamentorum facul- tate

tate vniuersus iam finem sortitus videtur. Tempus verò est ad sermones particulares, seu speciales, seu vtiq; nominare cuiq; visum erit, transire. Et sanè hi priuatim in vnoquoq; medicamine peragentur, ceu protinus in initio fecimus in horum commentariorum primo quidem de aqua et aceto contemplati: in secundo verò de oleo & rosaceo, nisi q; illic velut in exemplis sermonem transegimus aduersus eos, qui non rectè de illorū facultate quid protulissent: hic aut breuius de vnoquoq; differam, non amplius curans, si quis malè de quouis eorum quippiam pronunciarit, id tm̄ scripturus, quod mihi videbitur verissimum, omīssa aduersus illos qui quid peccarunt, concertatione. Porro q; non modo obscura futura est oratio ijs, qui superiora ignorant, verum demonstrationis destituta quoq; fide, vel me tacente clarum arbitror. Sed tamē & in memoriā reduxisse forsitan præstiterit, primum quidem q; in natura temperatissima faciendum est medicaminum facultatis periculum, deinde in imtempata, postea deinceps in morbis simplicibus. At si quis ex gustus qualitatibus indicatorie coniectari velit de eorum facultate, in quarto monstrauimus quenam sit in his methodus. Si quis ergo aut negligenter lectis superioribus, aut planè non lectis, statim ad hunc librum pergat, festinans quamprimum medicaminum facultatis peritus effici, haud certam eorum habebit notitiam. Cæterum quoniam medicamenta omnia partim sunt partes animalium, aut plantarum, aut fructuum, aut horum liquores, (quos *πρωὶς* Græci vocant) aut succi, partim verò ex metallis sumuntur: optimum mihi visum est de plantis ante omnia differere, tum q; numerosissimum illarum est genus, tum q; virium robore præcellentissimum: inde de metallicis tractare, atq; hinc ad animalium partes transire. Quinetiam eo illas ordine perscribere decreui, qui in elementis visitur, eas plantarum primo loco collocans, quarum appellationes initium sui sortita sunt elementum, secundo verò loco quæ à β. incipiunt, & sic tertio, quarto, quintoq; loco: atq; ita deinceps, pro literarum videlicet ordine. Nam & Pamphilus eum in modum tractatum de herbis composuit. Verum is ad fabulas versus aniles est, simulq; præstigiaturas quasdam deliras ægyptias, iunctis nonnullis incantationibus, quas cum herbas colligunt admurmurant. Et sanè vitur ad periapta, id est quæ suspenduntur, & mangansas non solum curiosas, & à medicina alienas, sed etiam falsas vniuersas. At non neq; horum quippiam, neq; nugaces istorum narrabimus transformationes: nec enim vel paruis admodū pueris vtilis tales esse fabulas existimamus, nedum ijs qui medicinæ operam obire properant. Et profecto protinus in Aphorismorum initio ab Hippocrate dictum mihi videtur. Vita breuis, ars verò longa: vt tēpus non in inutilia impenderemus, verum quammaximo studio festinaremus viam incedere compendiosissimam, nempe per ea quæ sunt in arte vtilissima. Pleraq; verò ista herbarum nomina aut Ægyptiaca, aut Babylonia, quæq; nonnulli aut priuatim, aut notè gratia illis imposuerūt, hic adscribere mihi visum est superuacuum. Nam præstat, si quis hæc volet curiosius persequi, seorsum & per se apud illos legere qui transulere: nam ita & libros illos inscribunt, vt qui eos non composuerint, velut Xenocrates Aphrodisiensis fecit, vir cum in alijs supra modum curiosus, tum à præstigiatura non alienus. At Pamphilus, is scilicet qui libros de herbis composuit, planè ex ijs quæ vel ipse scribit, præfert grammaticum, indicatq; se nec conspexisse herbas de quibus cōscribit, nec vires earum expertum, sed ijs qui ante ipsum scripsere, fidem habuisse citra vllam explorationem. Sic sanè libros expleuit, annexo ad quancq; herbam nominum aceruo, deinde etiam exponens liqua ex homine ferebatur transformatio: tum epodas, seu incantationes, & libationes, atque thymiamata, quæ in colligendis illis adhibebantur, adscribens: necnon & alias eiusmodi præstigiaturas nugaces. At Anazarbensis Dioscorides quinque libris materiam omnem vtilem absoluit, non herbarum tantum, sed & arborum, & fructuum, & succorum, & liquorum: emorans insuper & metallica omnia, & partes animalium. Et mihi vtiq; videtur omnium perfectissime tractatum de materia medicamentorum confecisse. Nam licet à maioribus eo plurima de illis bene scripta extent, tamen à nemine omnium æque de omnibus, nisi si quis Tanitrum prædicet Asclepiadis. Nam & huic cætera bene dicta esse probantur extra ratiocinationes quas super causis assert. Atque hæc nimirum perlegere debet quisquis peritus medicamentorum materiam euadere studet. Ad hæc quoq; quæ scripta reliquit Heraclides Tarentinus, & Crateuas, & Mantas: verum illi non similiter scripserunt, nec in vnum collegerunt omnia, ceu Dioscorides, qui de materia quinque libris fecit titulum: verum seorsum, verbi causa, de preparatione aut probatione medicamentorum scripserūt, vt Heraclides Tarentinus: seorsum verò de purgantibus, aut propotifimis, aut clysmis, vt fecit Mantas: separatim de facile parabilibus remedijs, vt Apollonius: aut de ijs quæ secundum locos, vt Mantas. Porro plerunque medicamentorum vsum veteres in curandi tractatibus prodiderunt, vt & iuniorum medicorum propè omnes. Nam & ab Hippocrate dicta sunt multa, & ab Euriphonte, & Dieuche, & Diocle, & Plistonico, & Praxagora, & Herophilo. Nec est veterum medicorum quisquam, qui non aliquid plus minusve arti contulerit ad medicamentorum scientiam, idq; citra præstigiaturam aut mendacium, quæ postea inuexit Andreas. Itaque cui ocium suppetit legendis vtiliter de medicamentis scriptis libris, multos quidem habet, vt est dictum, antiquorum, sed nec paucos iuniorum, adusque Pamphilum & Archigenem. Quin & Rufus Ephesius cum multa medicamenta in curandi libris conscripserit, tum de herbis versibus hexametris

* At. quatuor. A metris quinque libros composuit. Nec metus est defecturos libros vtilis, etiā si in tota vita quis aliud nihil q; de medicamentis legere volet. Verum abstinendum ab Andrea est, alijsq; similiter mendacibus: multoq; etiam magis fugiendus Pamphilus, qui ne per somnium quidem herbas vidit, quarum aggreditur figuras perscribere. Nā id genus hominū, (quo mō assimilauit eos Heraclides Tarentinus), simillimum est præconibus, qui formam ac notas fugitiui mancipij, licet ipsi non viderint vnquam, præconio tm̄ publicant: notas enim ab alijs qui norunt accipiunt, & ceu cætilenam eas proferunt: vt si forte is, quem præconio indicant, propè adfiteret, agnoscere tm̄ non possent. Equidem non possem non accusare & illos quoq; qui primi herbarum formas scriptis docere sunt conati, cū melius existimē ab ipso præceptore oculis discere, ac non ad similitudinem ijs, qui ex libris prodeunt gubernatores: nā sic & verior & manifestior esset doctrina, nō herbarū modò & fructu arborūq; sed & aliorū omnium medicaminū. Verumenimvero si omnino libris est opus, quis adeo miser est, vt præteritis scriptis Dioscoridis, Nigri, Heraclidis, Crateuas, & aliorum innumerorum, qui in arte ipsa cōsenuerunt, libros grammaticos, scribentis incantationes, transformationes, & decanorum demoniorumq; herbas sacras perferat? Nam q; hominibus istis præstigiatoribus vnicū fuerit studium, vt vulgus imperitū talia scribentes in sui admirationē verteret, vel ex ipsis Paphili libris discere liceat, qui primā inter herbas conscripsit Abrotonon omnibus nobis cognitā: ac deinde Agno siue Viticē, & ipsam admodū notā: inde Agrostin herbā, nec vulgo ignotam: mox Anchusam, quā nec ipsam quispiā ignorat: sicut nec Adianton, q; illi deinceps scripta legitur: atq; in his vtiq; nihil, quod quidē sciā, superuacuum scribit: verū postea herbæ meminit nomine, (vt ait,) Acti, hoc est Aquilæ, de qua fatetur Græcorū nulli quicq; esse proditū, verū scriptam se reperisse in libello quopiā ex ijs qui inscribitur Mercurio Ægyptio, cōtinēte trigintafex sacras heroscoporum herbas. Quas clarū est esse oēs nugas meras, atq; autoris ipsius fragmenta similia Ophionis Conchlacis. Nec enim profum quispiam extitit Conchlac: ad risum enim fictū nomen est, sicut pleraq; alia in libro eius conscripta. Nec trigintafex herbæ illæ vltra nomen ipsum quicq; sunt, nec vlla ipsis res subiacet: verum Paphilo sicut & plerisq; alijs ocium fortassis supererat inutiles fabulas libris intexere. At nos nunc quoq; tēpus nos perdidisse arbitramur, qui proluxius eorum meminimus. Itaq; quæ vtilia sunt iam nunc ordiamur.

Abrotonon.

A Brotoni herbæ nec spēm formamve scribere post tot tantosq; viros oportet, nec particularum & actiones, ceu illi facitauerunt, quas vt non definitè distincteque, saltem clarè significarūt: verum & nos quoq; eas copiosius exponemus in opere de componendis pharmacis, simulq; de paratu facilibus: interim verò etiam in curandi methodi libris, nimirum vbi exposcet vsum. Verum quod ab initio propositum fuit, nempe vniuersales duntaxat medicamentorum omnium facultates inspicere, id quidem & in alijs consentaneum est, & nunc sanè et faciendum, dicendūq; Abrotonon esse calidum & siccum facultate, in tertio ordine siue recessu post mediā situm. Porro q; eiusmodi ordo vt ad temperatam naturam expenditur, sæpe ante diximus. Sed & inueniemus tēpericē eius non minime quidē & ex gustu ducta cōiectura, vt potè cū sit admodū amarū. Porro saporē eiusmodi, cum terrenæ sit essentia, à largo calore extenuatum ostendimus. Itaq; non instrenuē excalfacit pariter & delicat. Quinimo & cum distincta illa experientia, de qua supra frequenter dictum est, diligenter explorassemus, ex eadem temperie medicamen hoc comperimus. Nam siue comam cum floribus, (nā reliqua eius palea inutilis est,) cōtusam vlceri puro illinas, mordax & irritans videbitur: siue eo in oleo macerato caput voles aut ventrem perfundere, admodum calfacere reperies. Quin & si quibus per circuitum redeunt rigores, eos ante inuasionem rigorū hoc voles conficere, minus vtiq; rigore concutientur: immo & sensus quidem protinus vbi ad motum fuerit, ipsum calfacere percipit. Porro q; lumbricos interimat, par est, nimirum cū sit amarum, ac proinde vel anteq; experiaris manifestum, si quidem memoria reneas quæ in horum commentariorum quarto de amari saporis natura prodidimus. Sciesq; protinus, q; & digerēdi & incidēdi quandam vim habeat: sed & q; magis q; Absynthio id ipsi necessario insit, in promptu erit colligere, primum quidem ex gustu, (paucissimæ siquidem acerbatis particeps Abrotonon est, non pauca verò Absynthiū,) deinde ex eo q; inimicum sit stomacho Abrotonon, velut etiam Seriphon: gratum verò & amicum Absynthium. Si quidem de istis supra ostensum est, q; amarum ipsum per se omnifariam insensum sit stomacho: austerum verò, aut acerbum, aut in summa adstringens, stomacho amicum. Porro vbi qualitates hæc inuicem permixtæ fuerint, quæ vehementior fuerit, ea vtiq; vicerit. Atq; hæc satis est in hoc tractatu nouisse. Monstrabitur autem in libris de ratione curandi, quo pacto quis optimè medicamento eiusmodi vti possit. Ac proinde querendum haud etiam est, quamobrem cum malo cydonio cocto illitum, aut pane, oculorum sanet phlegmonas, neq; qd cum farina hordeacea tritum ac coctum digerat phymata. Neutrum siquidem horum, nec aliorum quiduis huic propositio nobis tractatui proprium est: sed qui Empiricam profitentur doctrinam, ij in paratu facilibus medicamentis ea conscribunt. At qui ex ratione artem tractare volūt, ijs opus est methodo curandi. Nam alioqui damnum magis q; vtilitatem ex tali consequantur narratione. Sanè Hippocrati, qui in Aphorismis scripsit: Dolores oculorum

H † Legitur i an
tiqs Græcis co
πλαν̄ et τὰ vi
γρον̄ τῆς ἐπι
τοῦ τοῦ ἀσπῆ
πιδίου, i. nisi
qs Nigri ascle
piadi op̄a p̄di
cet.

lorum soluit meri potio, aut balneum, aut fomentatio, aut sanguinis missio, aut purgatio: nec adiecit quosnam dolores vini potio, quos balneum, quos fomentum, quos sanguinis missio, & quos purgatio: ignoscendum forsitan quis arbitretur, tribus, vt arbitror, de causis. Siquidem aphoristicam faciebat doctrinam, in qua propter breuitatem & compendium pleraque ita dici concessum est: & omnia quae dolores soliuunt enumerauit, tamen si non definiunt ad quem dolorem quodnam ex illis congrue ret. Tum multis in locis aliorum librorum occasione nobis praestitit, distinctiones in ijs quae hoc pacto dicuntur inueniendi. At qui neque in alijs libris: de talibus scribere distinctionibus, aut in enarratorio & prolixo tractatu aphoristice tamen ac breuiter scribunt, aut insuper etiam ex multis vniu- tamen indicant: ijs plus nos laedunt quam iuuant. Nam cum sint multae in ophthalmijs differentiae, atque vna duntaxat ex eis praedictum poscat cataplasmata, aliae vero omnes ab eo laedantur: si quis id ad oes sine discrimine adhibeat, multo plus laedet quam iuuabit. Ad hunc itaque modum non tamen de Abrotono, sed de alijs quoque omnibus scribendum nobis est, eas quidem facultates quae sunt in calefaciendo, frige- faciando, humectando, siccandoque, ijs quas saepenumero memorauimus methodis, reperientibus: quae vero secundum totius substantiae proprietatem perficiuntur, sola experientia. Et de his ostensum est quod deleteria sint, & deleteria alexiteriae & purgatoriae. Nam has ex ratione inuenire est impossi- bile, praeterquam quod in quibusdam suspicionem duntaxat probabilem inuenire liceat, neque enim in omni- bus, sicut hoc in superioribus monstratum fuit. At de facultatibus quae hoc pacto inueniuntur, se- paratim postea differemus, vbi videlicet prius singulatim per quodque medicamentum de ijs quae ca- lefaciendo, frige faciando, humectando, siccandoque agunt: tum de ijs quae ad has consequuntur, narratione absoluero. Porro vbi vnum modo adiecero, finem faciam de Abrotono dicendi, nempe quod summe suscipiendus ille Pamphilus, etiam si hanc primam herbarum recensuit, ac forsitan vt nullam deinceps aliam, tamen hanc saltem oculis suis conspiciari voluerit: attamen vel maxime hallucinatur, existi- mas hanc herbam a Romanis appellari Santonicum. Differt enim ab Abrotono Santonicum, ve- lut etiam Dioscorides exactissime scripsit in tertio de materia, & omnes id norunt tum medici tum rhodopolae. Nam Abrotoni duae sunt species, altera quam marem, altera quam femina nuncu- pant: quod ipsum definitum est tum apud Dioscoridem, tum apud ipsum Pamphilum, aliosque in- numeros. At aliud est ab eo Absynthium, cuius rursum tres statuendae sunt species: quarum vnam eodem cum genere ipso nomine appellitant: cuiusmodi potissimum est Ponticum: alterum San- tonicum: tertium Seriphum. Si vero aliud placet appellare Absynthium, aliud vero Seriphum, aliud aut Santonicum, nihil interest, quod ad praesens certe attinet. Nec enim nomen diuisuri ve- nimus, sed studium nobis est ipsis de rebus. Porro quoniam haec tum specie seu forma, tum gustu, tum facultatibus inter se diuersa sunt, non obscure vno, si ita lubet, omnia nomine nuncupes, verum exacte vires eorum edoceas. Ac nos sane sufficienter ipsas formas a Dioscoride explicatas esse, alijsque non paucis, iam diximus. Itaque denuo eadem scribenda non sunt, quae maioribus recte sunt prodita. At siquid illi in facultatibus omisere indistinctum, cuius profectio gratia ad hanc narra- tionem venimus, ea nos adijcere tētabimur. Absynthium quidem dictis minus est calidum, nem- pe plurimam obtinens adstrictionem. Quod cum sit & minus quoque tenuium quam illa partium, & vtiq; minori etiam quam illa ad eundem modum extenuandi facultate, attamen non minus desiccato- rium est. At ceterorum Santonicum quidem a Santonia regione in qua nascitur, nomen sortitum proximam habet facultatem, Seriphum paulo imbecillius in excalfaciendo et extenuando desiccandoque. Porro ipsum Seriphum Abrotono minus est calidum, verum calidius Absynthio, stomacho impendio inimicum, nempe cum amaritate falsedinem quandam praeseferens. Sed & quandam licet minimam, adstrictionem obtinet. Sic & Abrotonon & Santonicum admodum infesta sunt stomacho. Solum autem inter ea Absynthium, & maxime ponticum, gratum est stomacho, quia plurimam adstrictionem continet. Abrotonum vltimum, calidum, siccumque facultate est, magis etiam quam Cucurbita sicca vsta, & Anethi radix. Illa enim vlcibus humidis simul et citra plegmonem cal- lo induratis conueniunt, ac proinde maxime vlcibus, quae in pudendorum preputijs fiunt com- petere videntur. At cinis Abrotoni vlcibus omnibus mordax est: ac idcirco cum oleo tenui, ci- cino scilicet, aut raphanino, aut sicyonio, aut veteri, & maxime sabino ad alopecias accommoda- tur: tum barbam seignius tardiusque enascetem cum aliquo dictorum oleorum elicit: sed nec minus illis lentifcino maceratum. Quippe pro eo quod tenuium est partium, rarefaciendi vim obtinet, & mor- dax est, & calidum: quas vtiq; maxime eius facultates nouisse oportet, nec quicquam etiam particulare in hoc tractatu requirere.

Agnos. Vitex.

Agnos, aut lygos, hoc est vitex, plata illa fruticosa, quae calidus quidem est & siccus tertio ordine, verum multum tenuis substantiae, tum gustu acris simul & adstringens: ipsas quidem vitices ad medi- cinam habet inutiles: ceterum folia semenque calida siccaque facultate sunt, substantia vero tenui. Nam & vtentibus ita apparet, & gustantibus acris simul & subadstringens percipitur tum folium, tum flos, tum fructus. Edendo tamen etiam fructus est: veruntamen perspicuo calfacit, & simul capiti dolore parit. At si frigatur, (nam & sic editur cum tragematis) minus caput tentat. Porro flatus ventris discutit & cum non frictus, & multo magis cum frictus fuerit, Cohibet porro impetus in venerem, tum

† In codice quo- dam graeco anti- quissimo, & i- tralatione vete- ri, verba haec non habentur, indico- aut esse glosse- ma, epitomen verborum Ga- leni continens.

A tum frictionis expertus, tum etiam ipsam expertus: folia item floresque ipsius fruticis id ipsum praestare possunt. Itaque non tamen est potaque ad castitatem conferre creduntur, verum etiam substrata. Hinc est quod Athenis in Thesmophorijs, hoc est sacris Cereris, mulieres totum sibi fruticem sub- sternunt. Hinc illi quoque nomen inditum agni, hoc est casti. Ex quibus omnibus manifestum est, siquidem memoria teneamus quae superioribus commentarijs sunt dicta, agnum calfacere, simulque excicare, tum omnium maxime flatus discutere. Porro quod tenuium sit partium, facultas eius indico- cio est. Nam quod caput tentat, non magis a multitudine vaporum ab eo prognatorum, quam a caliditate eius ac subtilitate partium fieri rationale est. Nam si flatuosum spiritum procreare possit, sane & ventrem inflaret, & venerem stimulare, perinde vt eruca. Verum cum non tantum non excita- re, immo etiam reprimere queat, fuerit profectio secundum ritum maxime facultatem tum in excalfa- ciendo, tum in reliccando: non tamen illi par est. Nam vtroque paulo est inferior. Siquidem ruta tum magis est excalfactoria, tum magis desiccatoria. Differt etiam qualitatis simul ac facultatis missione. Nam agni semen ac germina modicam ferunt adstrictionem: at ruta vbi aruerit, exacte amara est & acris: vbi vero humida, subamara. Non tamen austeritas aut acerbitas illi inest: aut sicui videatur inesse, ea vtiq; omnino obscura (scio) videbitur, nec par ei quae est in agno. Quocirca & ad iecur, & lienem

B indurata, & obstructa agni semen potius quam ruta competit. Sed haec ad curandi iam methodum perti- nent, quam quidem vt oino non attingam de medicamentorum pronuncians facultatibus, fieri non po- test: verum celeriter his omisissis ad re propositam reflectere, viri est vtiq; temperati. Magisque etiam id in sequentibus medicamentis efficere conabor: hoc est, vbi ex quibusdam paucis euidentibus generali facultatem collegero, particulares postea actiones omittam. Nam in praesens id nouisse sufficit, quod agnus calidus est & siccus facultate, idque non mediocriter, sed tertio excessu: tum ad- modum tenuium partium. Haec qui norit, ac postea methodum curandi didicerit, ipsemet inueniet quo pacto mens hinc cieat, quo pacto partes induratas digerat, quo pacto lassitudinem sol- uens, seu acopum, & excalfactorium ex eo vnguentum praeparetur.

Agrostis. Gramen.

Graminis radix modice frigida est, & siccata mordacitatem quandam exiguam, & partium tenuitatem obtinens. At herba ipsa primo quidem excessu refrigerat, in humiditate vero & siccitate moderata. Porro semen alibi quidem imbecillum est, in Parnaso vero desiccatorium, & tenuium partium, & subacerbum. Gramen et culentam habet radicem, vbi mollis fuerit, dulcem quidem instar aquae, sed acre quiddam exiguum & subacerbum obtinentem. Haec herba plane aquea gustantibus est. Ex quibus apertum est radicem modice esse tum frigidam, tum siccam, ac proinde cruenta vlcera glutinare. At ipsa herba illita non vehementer refrigerat, in medio constituta hu- miditatis & siccitatis. Porro mordacitas & tenuitas quae radici inest, exigua est quidem, sed inter- dum tamen lapides frangere affolet, siquis eam decoctam ebibat. At semen alterius quidem im- becillum est: eius vero quae in Parnaso nascitur, vrinam cieat, & fluxus venteris & stomachi reliccat: vis enim eius est excicatoria, tenuium partium, & subacerba.

Anchusa.

Anchusae quadruplex species est. Quarum onoclea quidem radicem habet admodum refrige- rantem & desiccantem, tum adstringentem & subamarā, tum quae sufficiat extenuandis & extergen- dis humoribus biliolis, corporibusque condensandis. ceterum folia habet imbecilliora quidem radi- ce, adstringunt tamen & ipsa, & desiccant. Porro lycopsos cognominata refrigerat & desiccant, magisque eius radix, quam onoclea adstringit. At onochelos calidior est, & magis medicata, nam plufculum habet & gustu ipso protinus acrimoniae. Haec vero etiam calidior est reliqua & parua, quae & ama- rior, & magis etiam medicata est. Anchusae non omnes easdem vires obtinent. Nam onoclea quam vocant, radicem habet simul adstringentem & subamarā, corporibus condensandis & mo- dice extenuandis idonea, tum absterge dis quoque & abluendis biliolis salis succis. Dictum enim supra est, quod qualitas acris mista amaritudini ea praestare queat. Sic sane aurigini & lienosis & renu- affectibus est utilis. Sed & refrigerare idonea est. Et sane cum polenta illita iuuat erysipelata: & abstergit non modo epota, sed & foris imposita. Proinde vitiligines & lepras sanat cum aceto. Ac radi- cis quidem haec opera sunt, & operum facultates quas diximus. At folia ipsius herbae radice quidem sunt imbecilliora, non tamen aliena sunt a reliccacione, & adstrictione. Itaque etiam profluuium sanant po- ta cum vino. Et quae lycopsos nominatur, eodem modo erysipelatis congruit, & radicem habet quam onoclea magis adstringentem. At onocheli & alcibiadiae cognominatae vis magis est medicata. Nam & gustu protinus maiorem habet acrimoniam, & eos, qui a viperis morli sunt, admodum iuuat tum illita, tum suspensa, tum esca. Reliqua vero, nempe quarta, quae parua est, & fere nomine caret ex illis sola, alcibiadio quidem persimilis est, verum & amarior, & magis medicaminosa, ac proinde ad latos lumbricos idonea, oxybaphi mensura cum hyslopo & nasturtio epota.

Agarici radix.

Agarici radix, hoc est quae truce innascitur, primo quidem gustu dulcis quodam modo, sed paulo post subamara apparet, & acrimoniae quadam speciem temporis spatio inducit, leuiculaeque adstrictionis. Est & consistentia laxa. Ex quibus omnibus manifestum est, siquidem quae superius dicta sunt

Quinta Classis.

FFFFF

meminerimus,

meminerimus, q̄ medicamentum hoc compositū est ex substantiā aeriā & terrea à caliditate exte E
tenuata. Porro minimum habet essentia aquae. Hac ratione & digerendi vim habet, & crassitudi-
nem incidendi, tum infarctus viscerum expurgandi: proinde regio morbo laborantes sanat, eos
vtiq; qui sic ab infarctu iecoris laborant. Iuuat & morbo comitiali obnoxios eadē facultate: tum
rigores per circuitum recurrentes ex crassis aut viscosis humoribus natos sanat. Iuuat et morfos à
bestijs frigore ledentibus, aut compunctos, tum foris in affecta parte impositum, tum intrò in cor-
pus sumptum pondere drachmā vnus cū vino diluto. Est & purgatorium.

Ageratum.

Ageratum facultatem digerendi habet, & leuiter quadantenus phlegmone liberandi.

Adiantum.

Adiantum in caliditate quidē & frigiditate symmetrū est, verū desiccatur, & extenuatur, & dige-
rit. Etenim caput ex alopecia glabrum capillis conuertit, & strumas & abscessus digerit, lapidesq;
frangit epotū, & viscosorum crassorumq; è pectore pulmoneq; excreationibus non mediocriter
confert, & vētris profluuiū sistit: non tñ vllam manifestam caliditatē affert, sicut nec frigiditatem.
Verū posuerit ipsum quispiam secundum hanc oppositionem & temperiem in ordine medio.

Aszoon. Semperviuum.

Aszoon vtrunq; tum maius, tum minus desiccatur quidem leuiter, quādoquidem & mediocri-
ter adstringit omnis alterius vehementis qualitatis expers: quare in eo plus ceteris abundat essen-
tia aquea. Ceterum nō mediocriter refrigerat. Est enim ex tertio ordine, & recessu refrigerantiū.
Hinc etiam ad erysipelata, & herpes, & phlegmonas à fluxione natas accommodatur.

Aegilops. Avena.

Aegilops digerendi vim possidet, id quod ex gustu patet: leuiter enim est acris. Verū & ex eo
liquet, q̄ phlegmonas induratas & aegilopas sanat.

Aera. Lolium.

Lolium desiccatur & calfacit efficaciter, vt propinqua sit acris, magis q̄ iris: sed non est perinde
vt illa subtilis essentia, verū multum in hoc deficit. Secundum hoc ponat ipsam quisquam in
principio tertij ordinis exalfacientium, extremo verò secundi exiccantium.

Aegyrius. Populus nigra.

Aegyri flores calidi quidē sunt in primo recessu à teporatis: at in differētia, quē habet in siccādo
& humectādo, paulū qdā ad siccius deflexerūt: sed & subtiliorū potius q̄ crassiorū sunt partium.
Et folia quoq; ipsius quodāmodo floribus similia sunt, nisi q̄ ad omnia imbecilliora, minusq; effi- G
cacia. Sed & resina eius, floribus similem facultatem obtinet, atq; etiam calidiorem. Porro semen
tum resina, tum floribus & subtiliorū est partium, & exiccantius, non tamen admodum calidius.

Acacia.

Acacia & plātā ipsa acerba est, & fructus, & succus, q̄ lotus quidē & imbecillior, & minus mor-
dax redditur, vt potē acrimoniā quādā in lauatiōe deponēs. Porro si parti alicui sanē illinātur, pri-
nus eā & sicciore et contractā efficiet, nullū qdē caloris sensum inuehēs, sed nec frigoris admodū
valentē. Vnde cōstat medicamē id esse frigidū & terrosū, immista quādā etiā essentia aquea. Et
sanē cōiectura est nō esse simile, verū quādā in sese dispās habere partes tenues & calidas, quā
in ipsa ablutione segregentur. Est q; hoc tertij ordinis exiccantiū, & secūdi refrigerantiū, vbi
quidem elorum fuerit, illorum verò primi.

Acalephe. Vrtica.

Vrtica, & huius herbae tum fructus, tum folia (nā haec potissimū sunt vsui) admodum digerētis
sunt facultatis, adeo vt & phymata & parotidas sanent. Sed & quiddā flatuosum obtinent, quo &
venerē extimulant, & maximē vbi cū musto semen bibitur. Porro q̄ nō vehementer calfaciat, sed
multū tenuium sit partū, testimonio est crassiorū viscosorumq; humorum ex pectore pulmoneq;
eductio, tū q̄ partes quas contigerit pruriant. Porro flatuosum eius, cuius esse particeps dicta est, H
dum concoquitur, nascitur: nō enim actu flatuosa est, sed facultate. Ventrem autē modicē subdu-
cit ipsa duntaxat abstersione, ac veluti titillatione, non purgatione. Et gangranosa, & cancrosa, &
in totū quē exiccarī citra mordicationem postulant, ea conuenienter sanat, nimirum cū subtilium
partium sit, & temperaturae siccae: non tamen tantum habens caliditatis, vt iam mordicet.

Acanthos. Spina vulgaris.

Acanthos, alij quidem Melampyllum nominant, alij verò Pæderota. Folia quidem mediocri-
ter digerentem facultatem obtinent, ac radix exicatoria est, & leuiter incisoria, & tenuiū partū.

Acanthon.

Acanthiū, radix huius & folia facultatis sunt tenuiū partū, & exalfactoria, vt & ijs q̄ cōuellū-
tur auxiliatur.

Acantha leuce. Spina alba.

Acantha leuce, Hāc qdā Leucacanthon nomināt: radix eius desiccatoria est, et modicē adstrin-
gens. Quamobrē & coeliacos & dysentericos iuuat, & sanguinis reiectiones cohibet, oedemataq;
illitu contrahit, ac dētes dolentes iuuat, si decocto eius colluantur: semen tenuis essentia & calide
facultatis est. Itaq; potū dari ijs, qui cōuellūtur cōuenit.

Acantha aegyptia.

Spyna aegyptia, quidam Arabicam vocant: similis autem est spinā albā nostrati, verum facul-
tate

A tate validius adstringente pariter & desiccante. Itaque profluuium muliebre radix eius iuuat, &
alia, quibus auxilio est, quae apud nos nascitur spina: sed efficacius tamen omnia adiuuat tum
radix, tum fructus. Hic verò & columellae prodest, & ijs quae in sede inflata sunt: tum vlcera ad-
cicatricem ducit, mediocrem habens & non molestam adstrictionem.

Acorum.

Acorum. Huius vrimur radice, quae gustu acris est, & modicē amaro, odoreq; non inuicundo.
Itaque constat facultatis calidae esse, & consistentiae tenuis. Huic consentaneum est, vt vrinam
moueat, & lienes induratos iuuet, tum ceratoidis crassitiem detergeat simul atque extenuet: sed
ad hoc melior est ipsius succus. Omnino verò siccificum esse clarum est. Et sane ordinis esto ter-
tij in vtroque, in calfaciendo scilicet et desiccando.

Aconitum, siue Pardalianches.

Aconitum, siue Pardalianches. Hoc septicā & deleteriē facultatis est. Itaque in cibo potūq; su-
gendum: attamen ad putrefaciendum quaedam extra os et sedem aptum est: herbae autem radix
ad hęc est utilis.

Aconitum, seu Lycototum.

Aconitum, seu Lycototum, est & hoc similis alteri facultatis, sed peculiariter lupos interficit,
sicut illud pardos.

Aste, Sambucus: & Ebulus.

Aste, tum magna illa & arborea, tum herbacea, quā & Camæacten Græci vocant (Latini hanc
Ebulum, illam Sambucū) vtraq; potētia habet tū desiccandi, tū cōglutinādi, modicēq; digerēdi.

Alimum.

Alimum. hac planta frutex est, plurimo in Cilicia præcipuē prouentū, vbi & germina eius re-
centia elitant, & reponunt quoque in posterum futura vsui. Semen pariter et lac planta ipsa gene-
rat, estq; gustus salis, & subadstringentis. Ex quibus omnibus palam est ipsam esse dissimilarem.
Maior autem pars eius calida est temperatē, cum humiditate inconfecta, & leuiter flatuosa.

Aloe.

Aloe. Hac herba non admodum apud nos prouenit: & quae nascitur in magna Syria, aquosior
est, & facultatis imbecillioris: attamē vsque adeo desiccare potest, vt vulnera glutinet. At in regio-
nibus calidioribus, qualis est Cœlosyria, & Arabia, multo est melior. Optima autem Indica, cuius
liquor est id quod ad nos importatur cognominatū Aloe, medicamentū ad plurimas res propter
C exiccationē mordicationis expertē vtile. Est autē non simplicis naturae, sed, vt est indicio gustus,
adstringit simul & amara est: adstringit quidē modicē, sed fortiter amara est. Subducit & venurē,
vtputa ex numero medicamentorum, q̄ Græci ab excernēdo stercore vocant *ἐκκαρπυρία*. Itaq; ex
dictis patet, (siquidem memoria tenemus quē in quarto libro sunt demonstrata,) quod tertij sit or-
dinis exiccantium, calfacientium autē aut primi intēs, aut secūdi remissi. Sed et ipsius facultatis
mistrā attestatur particularia eius opera. Nam & gratū stomacho medicamē est, vt si quid aliud:
& sinus glutinat. Sanat & vlcera quae ægrē ad cicatricem duci possunt, & maximē quae in ano sunt
& pudendo. Iuuat & eorū phlegmonas aqua subacta, & vulnera eundē ad modū glutinat. Con-
gruit similiter vtenti & ad phlegmonas in ore, ac naribus & oculis. In summa, repellere & dige-
rere simul potest, cum hoc vt paulū extergeat, quantū videlicet vlceribus puris nō sit molestum.

Alysson.

Alysson. Nuncupata est hęc herba alysson, quod mirificē iuuet morfos à cane rabido. Sed & ra-
biētī quoq; data sola sepe in totū sanauit: atq; hoc ex totius substantiē similitudine efficit. Dicitūq;
prius est talem facultatem ex sola percipi experientia, & plane nulla constare methodo. Quod si
quis ad multa experiat, cognoscat facultatem habere mediocriter siccificam, & digerētē, cum
D hoc vt absterforium nō nihil etiam obtineat. Hac ratione & vitiliginem & ephelin expurgat.

Alfina. Auricula muris.

Alfina, aut Myosota. Similē hac facultatem Helxinā obtinet, nempe refrigerantem & hume-
stantem: est enim essentia aquea, frigide: quare & citra adstrictionem refrigerat. Quocirca ad fer-
uientes phlegmonas & mediocria erysipelata competit.

Amaracon. Maiorana.

Amaracon exalfacit non instrenuē, non valde autem desiccatur, sed in caliditate quidem tertij
est ordinis, in siccitate verò secundi.

Ambrosia.

Ambrosia illita vim habet adstringentem, ac repellentem.

Ami.

Ami. Herbae quam vocant Ami, semen maximē est vtile: facultatis est exalfactoria: & desicca-
toria, tenuiumq; partium. Sed & gustu subamarum est, & acre: & clarum est, quod & digeratur, &
vrinam moueat. Fuerit autem in calfaciendo resiccandoq; ex ordine tertio inteso.

Amarantum.

Amarantum facultatis est incidentis & extenuantis: coma igitur eius menses cum vino pota
Quinta Classis. FFFFFF ij educit.

* A.P. folia ipsa
acerba sunt.

* Stomachico

educit. Sed & grumos sanguinis liquare creditur, non solum in ventre, sed & in vesica. Sed tunc potius cum mulsio bibenda. Et omnes simpliciter fluxiones pota desiccant, stomacho infesta.

Amorce. Amurca.

Amurca terrestris est substantia, calida, non tamen tamen possidet caliditatis ut palam mordicat. Quod si coquatur quoque, multo etiam magis terrosa redditur: & fuerit sane ex secundo ordine excalfacientium, & siccantium in tenso quodam modo magis. Sic & vlcera corporum temperatura siccorum curat: quae vero in alijs omnibus sunt, exasperat. Siquidem contendit perinde ut resina, & pix sicca, & bitumen. Quae & ipsa in corporibus admodum duris, quae vulnus habent aut sinum, glutinatoria sunt: alia vero omnia contendunt atque irritant.

Ampeloprason.

Ampeloprason. Si inter alia & prason, hoc est porrum, mediu quiddam concipias, facultatem ampeloprasali inuenieris. Est enim agreste, ut sic dicam, porru: quod obrem & acrius eo & siccus est, si cut agrestia omnia reliqua hortensibus, ac proinde stomacho quod illud nocetius: sed & crassos et letos humores potius incidunt, valentiusque in facta organa, obstructioe liberat. Hac quoque ratione vrinas, & menstrua sepe, prouocauit, ubi a crassis & letis retinebantur humoribus. A deo vero est calidum, ut illi tum cataplasmatibus modo exulceret. Dicitur etiam retro, quod quod est in modum sunt calida, extremi sunt ordinis. F

Ampelos agria. Vitis agrestis.

Vitis agrestis racemi extergendi vim habet, ut epheliss, & neuos, & id genus omnia in extrema cute existentia curare possint. Sed & adstrictionem quandam extrema germina (ακρηνουας Graeci vocant) obtinent, quae & sale condiri assolent.

Ampelos hemeros. Vitis sativa & culta.

Vitis cultae adsimilis facultas est agrestis, sed ad omnia imbecillior.

Ampelos leuce. Vitis alba.

Ampeli leuces, quam & bryoniam & psilothrum vocant, prima quidem germina ab omnibus pro more edere solent, ut potest edulium stomacho propter adstrictionem acceptum, sed & subamaram & modice acere adstrictionem possident: quare & vrinam modice cient. At radix & abstergentem, & desiccantem & tenuium partium vim habet, & moderate calidam: quam obrere & lienes induratos liquat tum epota, tum foris cum ficibus imposita: & psoram & lepram sanat. Porro fructus eius, racemi speciem praefrens, ijs qui coria depant, est utilis.

Ampelos melana. Vitis nigra.

Vitis nigra, vocatur autem haec proprie bryonia, supradictae tamen ad omnia similis, nisi quod imbecillior.

Amygdala.

Amygdala, quae quidem palam amara sunt, omnino extenuandi vim possident, quod & qualitas ipsa indicat, & experientia comprobat. Ac de amara quidem qualitate in quarto horum commentariorum proditum est. Caeterum duo experientiae exempla proponi satis est, unde vim eorum possis discere. Siquidem ephelin expurgat, & excreationibus ex pectore pulmoneque crassorum lentorumque humorum impendio conferunt. Porro haec ostensa sunt genere quidem attenuantis, specie vero extergentis esse facultatis. Quin & quod per accidens facultate item habeant ab obstructione liberandi, & ipsum supra demonstratum est. Sed & experientia monstrat. Nam in iecore crassorum viscosorumque humorum in extremis valis impactorum obstructiones, abunde expurgant expediuntque. Quin & laterum dolores ab huiusmodi causa natos, & lienis, & coli, & renum sanant. Porro & ipsa arbor similem sortita vim est. Nam huius radices coctae atque illitae epheliss purgat. Quotquot vero sunt amygdala dulcia, & ipsa leuicula amaritudinem possident, quae tamen dulcedine superate occultatur: caeterum id temporis spatium clarum fit. Demonstratum autem retro est qualitate dulcem moderate esse calidam.

Ammoniacum.

Ammoniacum, opus siue liquor est ferule cuiusdam: hoc habet emolliendi facultatem intensam, adeo ut & articulorum topus dissoluat, & lienes induratos sanet, & choeradas per halitum digerat.

Amomum.

Amomum acoro similem facultatem obtinet, nisi quod acorum siccus sit, maiore autem quadatenus concoquendi facultate amomum.

Anagallis.

Anagallis vtraque, tum ea quae coeruleum habet florem, tum ea quae purpureum, admodum extergentis sunt facultatis. Habent vero non nihil etiam caloris, & quandam trahendi facultatem, adeo ut & infixa corpori extrahant. Succus earum ex naribus purgat eadem de causa. In summa autem desiccandi vim habent citra mordicationem: quam obrere & vulnera glutinant, & putrida adiuuant.

Anagyris.

Anagyris frutex est grauiter olea, acris, & digerentis, excalfacientisque facultatis. Sed folia etiam virentia, cum propter humiditatis admisionem minus sint acris, idcirco tumentia reprimunt: at resiccata incidentis sunt exiccatisque valenter facultatis. Similem ferè facultatem habet radice eius cortex. Semen autem magis subtilium est partium. Sed & vomitum prouocat.

Androsæmum.

A

Androsæmum.

Androsæmum planta fruticosa, natura duplex: vnum enim ascyron, & ascyrosdes nuncupatum est, species hyperici. Alterum vero a quibusdam dionysias appellatur. Est autem fructus eorum purgatorius. Foliorum vero facultas modice extergens & desiccans, ut & ambusta curare credantur. Caeterum in vino austero decocta vinum ipsum vulnerum grandium glutinatorium efficiunt.

Androsaces.

Androsaces, amara & acris herba. Potest autem resiccata ebibataque tum ipsa, tum fructus eius magnopere vrinam prouocare, & nimirum etiam digerere, & desiccare.

Andrachne. Portulaca.

Andrachne frigida & aquea temperie est, paucae particeps austeritatis, proinde fluxiones repellit, & maxime biliosas & calidas: cum eo quod eas mutet, & in qualitate alteret, magnopere refrigerans. Et fuerit sane in refrigerandi quidem facultate tertij excessus a temperatis ac medijs, in humectandi vero secundi. Hac ratione & aestuantes, ut si quid aliud, adiuuat tum ventris osculo imposita, tum totis hypochondrijs, maxime in febribus heceticis. Praeterea dentium stuporem sanat, nempe quae ab acidorum contactu asperè exiccata fuerant leniens, atque replens, ut potest cum

B

viscolam habeat humiditatem: Similiter vero & succus eius. Itaque non foris modo impositus, sed epotus quoque refrigerat. Hoc sane & toti herbae comestae accidit. Quoniam autem subadstringit, vtiliter dysentericis editur, & muliebris profluuii, & sanguinis reiectionibus. Sed ad haec quidem multo est, quam herba, succus ipsius efficacior.

Anemone.

Anemone oes acres & extrahendi, & attrahendi, & ora vasorum referandi facultatem obtinet. Itaque radix comansa pituita euocat, & succus ex naribus purgat, & oculorum cicatrices extenuat. Insuper fordida vlcerum anemone expurgat, & lepras detrahunt, mensisque appositae eliciunt, & lac trahunt.

Anethum.

Anethum adeo excalfacit, ut habendum sit aut secundi ordinis intensi, aut tertij remissi. Exiccantium vero ordinis est secundi incipientis, aut primi finientis. Itaque merito in oleo decoctum digerit, dolorem sedat, somnum conciliat, & crudos & incoctos tumores concoquit. Fit enim ex eo oleum, cuius propinqua sit temperies pus mouentibus, & concoquentibus vocatis medicamentis, nisi quatenus paulo illis tum calidius, tum subtilius est, ac pinde digerens. Vt autem tertij ordinis tum excalfacientium, tum desiccantium fit, & proinde vlceribus nimis humidis mollibusque inspersum

C

prodest, potissimum ijs quae in pudendis consistunt: at quae in praeputio sunt inueterata, ea probe cicatrice includit. Caeterum viride adhuc & succulentum humidius est scilicet, & minus calidum: itaque magis concoquit, & somnum conciliat magis, quam siccum, sed minus digerit. Idcirco in illi videtur veteres coronis ex eo plexis uti solere in symposijs.

Anthillis.

Anthillis duplex est, sed vtraque modice desiccant, ut & vlcera glutinet. Caeterum altera, ea scilicet quae chamæpityi adsimilis est, quadatenus subtiliorum est partium quam altera, adeo ut & comitalibus competat. Quin & ipsa magis quam altera extergere potest.

Anthemis, aut Chamæmelum.

Anthemis, aut Chamæmelum. Dicitur quidem in tertio libro copiosius est de hac herba, diciturque nunc summam, quod calfacit & desiccant in primo ordine: est & tenuium partium, ac proinde digerendi, laxandi, & rarefaciendi vim obtinet.

Anisum.

Anisi semen maxime vtile est, acre & subamarum, ut propere ad vrentium accedat caliditatem. Est autem in siccato tertij ordinis, sicut & in calfacendo. Proinde & vrinam cient, & digerit, & inflatões ventris reprimunt.

Antirinum.

D

Antirinum aut anarinum fructum habet vituli naribus simile, ad sanationes inutile. Ipsum autem adsimilis est cum bubonio facultatis, sed multo minoris. Itaque ex illo de hoc conijcitur.

Aparine.

Aparine, quidam philanthropon, alij omphacocarpum cognominant, modice extergit, & desiccant, habetque nonnihil subtilium partium.

Apios. Pyrus.

Pyrifolia pariter ac turiones austeri sunt: fructus dulcedinis etiam quiddam obtinet aqueae: ex quibus clara quoque temperies est, inaequalis secundum partes. Nam pars vna terrea est, alia aquea, & caeterum vtraque frigida: tum alia temperata. Proinde esu pyra stomacho grata sunt, & sitim phibent. Illita autem desiccant, & modice refrigerant. Nam ego ijs illitis vulnus glutinasse me memini, cum aliud ad manum esset nihil.

Achrades. Pyra syluestria.

Achrades vocata, magis quam pyra reliqua adstringunt, & desiccant, & proinde sane maiora vulnera glutinant, fluxusque repellunt.

Apocynum, aut Cynocrambe.

Apocynum, aut Cynocrambe. Vocant autem quidam eam Cynomorum, quando quidem canes celerrime interimunt, sicut Lycocotonon lupos. Est autem hominibus venenum, herba multa.

Quinta Classis.

FFFFF iij tum

Græce καὶ καὶ ἐκέρπον το μὲν τὴν ψυχρὴν, τὸ δ' ἐνκαρπὸν. id est, & secundum utramque, altera quidem frigida, altera vero tepida. Antiqua tralatio. Sed si tu uis dicere per alium modum, dices quod quaedam illarum sunt frigida, & quaedam sunt equalis complexionis. Vide tur. u. legisse καὶ καὶ ἐκέρπον τριών.

tum grauius olens: proinde omnino calida est non infrenue, non tamen proportione deficcata. E
Itaque illa admodum digerentis est facultatis.

Argemone.

Argemone. Et huius herbae facultas absterforia est, & digerens.

Arisarum.

Arisarum multo minus est Aro. Radicem habet oliuae magnitudine, sed multo est ipsa acrius.

Aristolochia.

Aristolochiae radix multo est ad medicationes utilissima, amara & subacris. Sed ex illis omnium subtilissima est rotunda, & ad omnia efficacior: aliarum vero duarum quae Clematidis appellatur, fragrantior est: itaque ea ad vnguentum virtutem vnguentarii: sed ad sanationes infirmior. At longa minus quidem tenuitatis obtinet quam rotunda, sed nec ipsa inefficax est, verum abstergendi atque excalfaciendi potentiam possidet, minus quidem quam rotunda abstergens ac digerens, sed non minus calfaciens, immo forsitan plus quoque. Itaque in quibus usus est modice absterforis, commodior est longa, puta in vlcibus carne explendis, & fomentationibus vteri. At in quibus crassum humorem validius extenuare oportet, illic usus est rotundae. Proinde dolores ab infarctu aut crassitie crudorum spirituum natos magis curat rotunda, & spicula extrahit, & putredines sanat, & sordida vlcera repurgat, F dentes & gingiuas candidas efficit. Auxilio est & asthmaticis, singultibus, comitialibus, podagricis, si cum aqua bibatur: tum ruptis & conuulsis, ut si quod aliud medicamentum, idoneum est.

Arceuthus. Iuniperus.

Iuniperus calida & sicca vtrinque tertij ordinis. At fructus similiter quidem calidus est, sed non similiter siccata, verum in hoc primi fuerit ordinis.

Arctium. Lappa minor.

Arctium illud, quod thapso verbasco est simile, radice tenera, candida, dulci, caule oblongo & molli, semine Cymino simili, facultatis est admodum tenuium partium, & ob id exiccantis: ex-
tergentis quoque non modice. Quamobrem radix ac semen eius cocta cum vino quadantenus dolores dentium mitigant. Porro ambusta & chymethla, id est perniones non horum modo decoctum per-
fusum, sed & caules teneriores sanare possunt. Arctium aliud lappa maior, bardana. Alterum vero
Arctium, quod Prosopitida & prosopion. i. personatum vocant, cuiusque folia cucurbitae simili-
ma sunt, nisi quatenus tum maiora, tum duriora: digerit simul & deficcata, sed et adstringit non ni-
hil: quamobrem folia eius veteribus vlcibus mederi possunt.

Arnoglossum. Plantago.

Arnoglossum. mista & hoc est temperata: habet enim quiddam aqueum frigidum, habet
vero & austerum quiddam, id quod terreum est, siccum, frigidum. Itaque refrigerat simul & deficcata,
& in vtroque secundi excessus a medijs est. Porro medicamenta, quae cum hoc quoque refrigerant, vna
etiam adstringunt, ea & ad vlcera rebellia omnia, & ad fluxiones, & putredines conueniunt, ac pro-
inde & ad dysenterias. Nam & sanguinis profuua sistunt, & siquid aduratur refrigerant: tum linus
quoque glutinant, & alia vlcera recentia simul & vetera. In omnibus ferè id genus medicamentis
primas tenet, aut certe nulli secundum est Arnoglossum, idque temperatae symmetria & conuenientia.
Nam siccitatem obtinet morsus expertem, & frigiditatem, quae nondum obstupesciat, & fructus
& radix similis sunt facultatis, nisi quod tum siccioris, tum minus frigidae. Sed fructus quidem subtilio-
rum est partium, radices autem crassiorum partium: & ipsa herbae folia exiccata subtilioris & minus frigi-
dae sunt facultatis, nempe diffiato ex eis ac digesto excremento aqueo. Hac ratione & radicibus v-
tuntur ad dentium dolores tum mandentes, tum collutionibus incoquentes: praeterea ad iocinoris
& renum obstructions non has tantum adhibent, sed folia quoque, & multo magis fructus. Haec
enim omnia quandam in se abstergendi facultatem obtinent: quam & in herba viridi inesse satis
conijci potest, verum ab humiditatis copia deuinci.

Aron.

Aron. Terrena & ipsum essentia constat, calida: proinde extergendi vim possidet, verum non
valentem, sicut Dracontium. Est itaque in exiccando & excalfaciendo primi ordinis. Radices eius
maxime sunt viles: siquidem comestae crassitiam humorum mediocriter incidunt, adeo ut & ex-
creationibus ex pectore idoneae sint: sed magis tamen aptum est Dracontium.

Artemisia.

Artemisia. Duplex quidem est herba Artemisia, sed vtraque excalfacit, & modice deficcata: & sint,
quod ad calfactionem attinet, excessus secundi: quod vero ad resiccationem, aut primi intensi, aut
secundi incipientis: sunt autem & modice tenuium partium. Itaque ad renum calculos mediocri-
ter commodae sunt, & ad fomentationes vteri.

Afarum.

Afarum. Huius herbae radices viles sunt, facultate similes radicibus acori, intensiores tamen.
Itaque ex his quae de illis prodita sunt, hic facienda coniectura.

Asclepias.

Asclepias. In tertio Dioscorides de hac herba conscripsit: at nos eius non dum periculum fecimus.

Aspalathos.

Aspalathos.

Aspalathos gustu quidem acris simul & adstringens est, facultate vero ex dissimularibus con-
stat, nempe partibus suis acris excalfaciens, partibus vero alijs, austeris scilicet, refrigerans. Itaque
vtriusque ratione deficcata, & proinde ad putredines & fluxiones est utilis.

Asparagus.

Asparagus petreus, aut mycanthinus abstergendi vim habet, idque citra manifestam aut calidi-
tatem aut frigiditatem. Hinc renes ac iecur infarctu liberat, & maxime herbae ipsius radices & semen.
Quin & dentium dolores sanat siccitatis nomine citra calefactionem, quam vel maxime dentes requirunt.
Porro Athenienses per phidicunt Aspharagus.

Asplenium.

Asplenium tenuium quidem partium, non tamen calida est herba. Hac vtriusque ratione & lapides
frangit, & lienes liquat.

Astragalos.

Astragalos fruticellus est exiguus, radices habet adstrictorias: quamobrem etiam ex numero est
non infrenue exiccantium. Nam vlcera vetera glutinat, & aluum fluxu tentatam sistit, siquis in
B vino decoctam radicem bibat. Plurimum huius fructus proventus est in Pheneo Arcadiae.

Aster atticus.

Aster atticus. Alij bubonium vocant, non ob id tantum, quod illitum, sed etiam quod suspensum bu-
bones sanare creditur: habet quiddam etiam digerens, habet vero non minime & refrigerans quod-
dam ac reprimens: ut mista sit potentia, uti rosa: verum id non adstringit.

Astaphis. Vna.

Astaphis, culta quidem, concoquendi, adstringendi, & leuiter digerendi facultatem possidet.
At agrestis vehementer acrem obtinet, adeo ut ex capite purget, quod ἀποφλεγματιζεν Graeci di-
cunt, abstergatque valenter. Itaque ad psoram accommodata est. Sed & vrendi vim habet.

Asphodelus.

Asphodelus. Et huius radix utilis est, sicut Ari, Afari, & Dracontij, nempe extergentis & dige-
rentis facultatis: vltima autem cinis calidior, & exiccantior, subtiliorque, ac digerere potestior efficitur,
ac proinde & alopecias sanat.

Atractylis.

Atractylis, aut cnicus agrestis, haec planta ex spinarum est genere: facultatem habet deficcandi,
* Calidam. C & modice digerendi.

Atriplex. Atriplex.

Atriplex humida & frigida temperie est, humida quidem secundi ordinis a medijs, frigida vero
primi, quam vtriusque tepidam esse caliditatem posuimus, cuiusmodi rosae inest: non tamen adstrictio-
nis est particeps, sed aquea est, & minimum terrena, quemadmodum malua. Quin & ventre celeriter p-
meat, ut illa, ob lubricitatem. Porro paululum omnino eius est, quod digerendi obtinet potentiam.
Hortenses autem atriplex & malua, quae agrestes tum humidiores sunt, tum frigidiores. Proinde phlegmo-
nis & phygethils incipientibus, gliscitibusque, & emollibus etiam, ac velut feruentibus hortē
ses, vigenibus autem, & declinantibus, ac indurecentibus commodiores sunt agrestes. Semen eius
abstergendi vim habet: itaque ad auriginem ex pituitate infarctu prognatam utilis est.

Aphace.

Aphace vim habet adstringendi, sicut & ipsa lenticula (φάκων Graeci vocant.) Sed & similiter vt lē-
ticulae edii solet: ceterum agrius quam illae concoquitur: valentius autem deficcata, & moderati caloris est.

Asynthium.

Asynthium adstrictorium, & amarum, & acrem simul qualitates possidet, excalfaciens pariter
D & extergens, & roborans & deficcans: proinde biliosos ventris humores per egestionem infernam
propellit, ac per vrinam euacuat. Magis autem quod in venis est biliosum, per vrinam expurgat. Ob haec
contenta in ventre pituitam nihil adiuuat sumptum: sic sane si in thorace aut pulmone contineat-
tur. Nam adstringens in eo facultas, quae amara, valentior est. Porro quod insit quoque acrimonia, idcirco
maiori portione calidum est quam frigidum. At si opus est generatim comprehensam eius temperie secundu-
m primas circumscribere facultates, (etiam anomomeres & dissimilare sit,) calidum ipsum dixerim pri-
mi excessus, siccum tertij. Succus autem eius longè quam herba ipsa calidior est.

BALANOS MYREPSICA. GLANS VNGVENTARIA.

Balanus myreplica, hoc est glans vnguentaria, adfertur ex barbarica regione. Vtuntur vnguen-
tarij carnis eius succo, qui facultate calidus est. Reliquiae autem, vnde expressus est succus, ter-
restres scilicet & durae, vincentem habent qualitatem amaram. Sed & admista est quadam adstri-
ctio. Proinde extergentem simul & incidetem, contrahentemque, & stipantem effectum possident.
Itaque ad ionthos, leutes, ephelin, & pruritum, deinde & ad psoram, & lepra conueniunt. Verum in numero
& lienes liquant iecurque indurecentia. Quod si quis carnem eius drachmae pondere cum melicra-
to bibat, medicamentum experietur vomitorium. Saepè etiam per infernam aluum largiter subducit.
Itaque cum hoc medicamento vtimur ad viscerum expurgationem, & maxime iocinoris lienisque.

Quinta Classis.

FFFFF iij ex oxytrato

ex oxycrato ipsum exhibere consueuimus. Gaudet uero vel maxime alioqui aceto ad actiones extrinsecas. Adeo enim efficax efficitur, ut & psoras, & lepras extergeat, & multo etiam magis quae his sunt minora, lentes, vitiliginem, ionthos, ephelin, exanthemata, achoras, tum vlcerosa, & quae crassi sunt succi omnia. Sed & cicatricibus decorem affert. Porro q̄ cum illinenda est lieni, praeter admistam esse farinarū quampiam exiccantiū, cuiusmodi est erui ac lolij farina, id iam potius ad cōponendorū medicaminū tractationē, haudquaquam ad praesens institutum pertinet: sed & in paratu facilibus ipsum dicitur. Verūm in praesens si. fficit abstergentē & incidentē cum adstrictione quapiam propositi medicaminis dixisse facultatē, ac sic ad aliud transgredi: cortex tñ eius admodum adstringit. Itaq; & hunc quoq; possis vbi validae vsus est adstrictionis, accommodare.

Balsamum.

Balsamum desiccatur & excalescit secundo excessu: est autem & tenuium partium, adeo vt odoratum sit. Sed liquor eius subtiliorum etiam partium est q̄ ipsa planta, non tamen adeo calidus, vt quidam existimant tenuitate partium falsi. Porro fructus eius per similes genere facultatis est, ceterum longē in subtilitate partium inferior.

Balaustium.

Balaustium flos est agrestis punice, sicut domesticarum cytinus. Valenter gustum adstringit: et sanē desiccantis & refrigerantis facultatis est, & nimirum etiam crassae essentiae, si quidem memores sumus eorum quae in quarto horum commentariorum sunt prodita, vbi ostēdimus omne adstringēs terrestre esse frigidum. Aliarum autem qualitatum nullius praeter fert indicium. Proinde ipsum quis cenfeat strenuē & exicare & refrigerare. Siquidem non perperam in quarto horum voluminum terreis frigidis corporibus adstringentem inesse qualitatem demonstratum est. Sanē vero & euctus ipse comprobatur. Nam si intertriginibus & alijs vlceribus ipsum illinas, celerissime illa videbis cicatricem contrahere. Hoc sanē nomine & ad sanguinem resicientes, & ad dysenteriam, tum ad ventris vteriūq; profluvia non est quispiam medicorū, qui curandi tractatus conscripserit, qui hoc non vtatur medicamento.

Batus. Rubus.

Rubi folia, germina, flos, fructus, & radix qualitate adstringēte participant, eaq; non obscura: Sed hoc inter se differunt, q̄ folia ac praecipue mollia & recens nata plurimum in se habeant substantiae aquae, paucum vero adstrictionis: eadem ratione & germina. Itaq; si mandantur, aphthas & alia oris vlcera sanant. Quin & alia vulnera glutinare valent. Est enim eorū temperies & ex terra frigida essentia, & aquea tepida. At fructus, si quidem maturus fuerit, non parum habet succi calidi temperati, qui dulcis est, vt monstrauimus. Itaq; ob hoc & ob modicam adstrictionem esui non insuauis est. At immaturus a frigida substantia terrea vincitur, ac proinde acerbus est & valde exiccatorius. Et sanē vterq; siccatus reconditur validius q̄ recens desiccans. Sed et flos eandem vim fructui immaturo possidet: vtraq; ad dysenterias, & ventris profluuia, & atonias. i. imbecillitates, & sanguinis expulsiōnem idonea remedia. Porro radix praeter adstrictionem non paucā habet substantiam in sese tenentem, per quam & lapides renum comminuit.

Batrachium.

Batrachium quatuor habet speciatim differentias. Omnia vero vehementer acrem qualitatem possident, adeo vt cum dolore exulcerent: hac ratione si moderatē ac conueniēter vtare, psoras & lepras excoriant, & vngues diuellunt: tum leprosis stigmata digerunt, & acrochordonas & myrmecias detrahunt. Quin & alopecias iuuant paucō tempore admota. Nam si diutius inhaerent, non excoriatur solum ipsa cutis, sed & in crustam vritur. Atq; haec omnia caulibus & foliorum sunt opera, si imponas virentia. Porro radix arefacta sternutationem prouocat, similiter alijs omnibus quae valēter desiccant. Sed & dētes dolentes iuuat, vt & frangat eos, valēti scilicet exiccatione: & vt semel dicam, calida & sicca valde est tum radix, tum vniuersa adeo herba.

Bdellium.

Bdellium, quod scythicum nominant, quod sanē & atrius est, & resinofum magis, emollientis admodum & efficacis virtutis est. At alterum, nempe arabicum, quod dilucidius est, magis desiccatur quam emollientia. Igitur recens & humidum est, & cōtufum facile mollescit, ad omnia ad quae scythicum, idoneum. At quod antiquius est, & admodum gustu amarum, & acre, & siccum, ab eorum, quae indurata molliunt, mediocritate excidit. Vtuntur autem quidam illis, & potissimum arabico, & ad bronchocelas, & hydrocelas, saliuā matutina ieiunaq; subigentes, vt emplastrū consistentiam accipiat. Porro arabicum & calculos renum in potu sumptum frangere appareret, tum vrinas ciere, & crudorum flatuum discursus, praeterea laterum dolores & rupturas persanare.

Bechium. Tusilago.

Bechium inde adeo nūcupatum est, q̄ bechas, hoc est tuffes & orthopnoeas iuuare sit creditū, si quis folia arida aut radicem in prunis vrens ascendente inde fuliginem inspiratu attrahat. Est autem modicē acris, vt sine molestia noxaue omnes thoracis abscessus credita sit rumpere. Sanē folia virentia partes cruda phlegmone obsessas illitu extrinsecus adiuuant, nempe ob aquae humiditatis

A humiditatis admittionē, qua omnia viridia teneraq; participant, alia plus, alia minus. Nam sicca bechij folia acriora sunt, quam vt phlegmonis conueniant.

Blitum.

Blitū holus est esculentū, humide frigidēq; tēperature, in secundo maxime excessu a tēperatis.

Bulbus faruus.

Bulbus esculentus quidem frigidiorē & crassiorem lentūq; succum procreat. Nā & coctū difficilis est, & flatuosus, & vnerem prouocans. Attamen illitus ob amaritatem simul & adstrictionem abstergit simul & glutinat, & nimirum ēt exiccatur. Est enim ostensum amaritudinem in extergentibus esse substantijs, adstrictionem vero in glutinantibus. At siccitas vtranq; cōsequitur.

Bulbus vomitorius.

Bulbus vomitorius multo est calidioris temperaturae, quam superior.

Bubonium.

Bubonitū, aut Aster atticus, nūcupatum est ita, quia creditū est bubonas sanare tum illitū, tum inguinū adalligatum. Est autē mediocriter digerentis facultatis, quia videlicet & modicē calidum est: nec vehementer, nec ita desiccatur, vt contendat, maxime cum etiam nū molle ac recens fuerit.

Buglossum.

Buglossum humidā calidāq; tēperie est. Itaq; vinis iniectū laetitiae ac hilaritatis causa esse creditū est. Sed & ijs q̄ ob supremi gutturis, (pharynga Graeci vocat) asperitatē tussitū, coctū in melicrato conuenit.

Bunium.

*A. Arctium.

Bunium, aliq̄ Arctium, adeo excalescit, vt & vrinam moueat, & menses prouocet: sed & pseudobunium ad similes illi caliditatis est.

Bupthalmum.

Bupthalmum sic appellatum est a floribus, qui figura quidem boum oculis videantur ad similes, colore autem anthemidis floribus simillimi sunt, sed multo tum maiores, tum aciores: proinde & vehementius digerunt, adeo vt & dūritias sanent cerato misti.

Brathy. Sabina.

Sabina ex numero est fortiter exiccantiū, idq; secundum tres qualitates quas in gustu praesert, similiter ut cupressus, nisi q̄ ea & acrior est, & vt sic dixerim, magis aromatica, seu odoratio. Igitur huius quā modō dixi qualitatis est particeps, nempe acrimoniae cōsistentis in tēperamento calido, praeterea amaritudinis & adstrictionis obscurioris q̄ in cupresso. Quantum. n. ipsa cupressum superat in acrimonia, tñ ab ipso superatur in adstrictione. Quo manifestū est q̄ omnino calidior est cupresso, & ob id ēt potentius digerit. Itaq; glutinare nequit vulnera ob siccitatis & caliditatis robur. Nam illi tñ viriusq; inest, vt ēt contendat, & inflammationē afferat. At putredinibus similiter ut cupressus accōmodari potest, maxime vbi rebelliores fuerint & diuturniores. Nā haec citra noxam vim medicamenti perferunt. Quin & quae atra sunt reddita, & admodum sordida ea cū melle expurgat. Carbunculos item soluit. Porro essentiae tenuitate menses quoq; prouocat, vt siquid aliud: & sanguinē per vrinas mouet. Foetum ēt videntem interficit, & mortuū educit. Esto autē hoc medicamen tertij ordinis tum excalescentiū, tum delicantiū, ex numero eorum quae vel maxime tenuium sunt partium. Et hoc vtiq; nomine vnguentis inditur, & maxime gleucino, & in multis antidotos iniicitur. Quidam uero ēt cinnamomi vice duplum eius subiiciunt. Est enim extenuandi & digerendi facultatis, si epotum fuerit.

Bretanica.

Bretanicae herbe folia adstringentia sunt, & vulnerum glutinatoria, similia agrestium lapathorum folijs, nisi quatenus acriora sunt, magisq; hirta. Sed & expressus ex illis succus perinde natus est adstringens: itaq; coctum quidam reponunt tanquam inter stomatica medicamenta efficacissimū.

D Videtur enim sanare iam etiam putrescentia.

Bromus.

Bromus vnum est ex leguminibus, verum vt medicamentum similem hordeo vim obtinet. Nam illitum desiccatur & digerit mediocriter, & sine morsu. Temperiem autem habet paulo frigidiorē. Non nihil etiam adstrictionis obtinet, vt ventris profluvia iuuat.

Bryon thalattion. Alga.

Bryon thalattion compositum est ex terrena & aquea essentia, vtraq; frigida. Siquidem & gustum adstringit, & calidis quibusvis illitum, ea euidenter refrigerat & adiuuat.

Bryon aut Splanchnon. Muscus.

Bryon, quidā verō Splanchnon. Inuenitur autē in quercubus, & piceis, & populis albis, vim habet adstringentem inualidā. Nec. n. multum est frigidū, sed proximē fermē medijs, quia videlicet & digerendi & molliendi facultatis est particeps, maxime quod in cedrinis lignis reperitur.

GALLIVM.

Gallium inde adeo nomen sortitum est suum, q̄ lac coagulet. Ad simile autem est aparinae, facultatem obtinēs exiccatoriam & subacrem: flos eius sanguinis profluujs competere videtur, & combustis mederi. Est autem boni odoris, & coloris lutei.

Gentiana.

Gentiana. Huius herbae radix multum est efficax, cum opus est extenuatione, purgatione, absterfione obstructionis liberatione: nec mirum si haec possit, cum impense sit amara.

Gigarta, siue acinorum vnae nuclei.

Acinorum vnae nuclei ex secundo ordine sunt exiccantium, refrigerantium verò primo. Substantia eorum crassa est & terrena: cui gustus indicio est, nimirum cum acerbi appareant. Quin & experientia comprobatur. Nam omnibus ventris cum profluuio iunctis affectibus impendit conferunt.

Gingidium.

Gingidium, sicut gustu amaritatem & adstrictionem praefert, sic temperie quoque ipsa caliditate & frigiditate. Secundum vtraque verò qualitatem desiccatorium est. Sed enim stomacho amicum est, utpote non paruam obtinens adstrictionem. Quamobrem non admodum conspicuam caliditatem possidet: duobus autem numeris desiccatur.

Glaucium.

Glaucium adstringit cum quodam fastidio. Tum adeo manifeste refrigerat, ut solum saepe erysipelata, utique si valentia non fuerint, curare possit. Mistura eius composita est ex aqua terreaque substantia: vtraque sane frigida, verum non summe, sed ceu aqua fontana.

Glaux.

Glaux herba. & ipsa lactis generandi vim obtinere videtur. Quod si sit, calida quodammodo humidaque fuerit.

Glichon. Pulegium.

Pulegium. Et haec herba, quandoquidem acris & subamara est, valde tum excalfacit, tum extenuat. Porro quae excalfaciat, abunde magnum est testimonium, quod illita rubrificat: & si quis diutius tuleret, exulcerat quoque. Quod verò extenuet, satis indicat, cum humida, crassa & lenta ex thorace et pulmone excreatu facilia faciat, mensesque moueat.

Glaeos. Strigmenta balnearum.

Glaeos modice emolliendi vim obtinet.

Glycyrrhiza. Dulcis radix.

Glycyrrhiza. Huius fructus radicem succus in primis utilis est, similiter ut eius radices, dulcis si mulque leuiter adstringens. Proinde asperitates lenire potest, nec modo in arteria, verum etiam vesica scabra, idque temperaturae mediocritate. Quocirca fuerit sane natura eius familiaris nostrae temperaturae: nam tale monstratum est esse dulce: sed cum adstrictio quaedam adiuncta sit, vniuersum eius temperamentum quantum ex caliditate & adstrictione est, tepidae potissimum caliditatis fuerit, quam proximè accedens ad symmetrum siue temperatum. Porro quoniam temperie quoque est humidum id quod modice est dulce, iure sane etiam sit congruens medicamentum est, nimirum modice humidum, simul & humana natura frigidius. Refert Dioscorides radicem siccam ad leuorem redactam, pterygiorum seu vnguium oculorum idoneum esse illitu remedium.

Glycyfida. Paonia.

Glycyfida, quam pentorobon & paoniam nuncupant, radicem habet leuiter adstringentem cum quadam dulcedine: ac si plusculum dentibus mandas, acrimoniam item quampiam subamarum subesse percipies. Proinde menses ciet ex melicrato amygdali pota quantitate. Sane tundere eam necesse est, ac ita cribratam inspergere. Expurgat porro etiam iecur obstructum, & renes: sed haec efficere nata est, qua acris & subamara est: qua verò quiddam etiam adstrictorium obtinet, in ventre prouenientes fluxiones sistere potest. Caeterum eam tunc in austerorum vinorum quopiam decoctam potare conuenit. Est porro omnino & resiccatoria. Eapropter haud desperauerim eam ex collo pueris suspensam merito comitiali morbum sanare. Equidem vidi puellum quandoque octo totis mensibus morbo comitiali liberum, ex quo haec radicem gestauit, ac postea forte fortuna cum, quod à collo suspensum erat, decidisset, protinus denuo conuulsione correptum, rursusque suspensum in loco cum illius alio inculpatè postea egisse. Porro visum est mihi satius esse rursus id collo detrahare, certioris experientiae gratia: id cum fecissem, ac puer iterum esset conuulsus, magnam recentis radicis partem ex collo eius suspendimus, ac deinceps prorsum sanus effectus est puer, nec postea conuulsus est. Rationabile itaque erat aut partes quaspiam à radice defluentes, ac deinde per inspirationem attractas, affectos ita locos curare: aut aereum à radice assidue mutari & alterari. Nam hoc pacto succus cyrenaeus columellam phlegmone affectam iuuat, & melanthium frictum palam catarrhos & coryzas desiccatur, si quis id in calidum linteam rarum liget, assidueque calorem ex eo per inspirationem in nares attrahat. Quinetiam si copulatur linis, & maxime marinae purpurae, collo viperæ injectis, illis viperam praefoces: eaque postea cuiuspiam collo obuincias, mirifice profuerit tum parithymis, tum omnibus his quae in collo expullulant. Sane de talibus priuatim aliquando forte confcribam. Ac nunc paoniae cognoscendum temperamentum est tum exiccatorium, tum subtilitatem esse partium, haud tamen insigniter calidum, sed aut symmetrum, aut pauxillo calidius.

Gnaphalium.

Gnaphalium inde adeo nominatum est, quod folijs eius mollibus pro tomento vtantur. Sunt autem

A autem candida, & modice adstringunt, ac proinde quidam id exhibent ex austerorum vinorum quopiam dysentericis.

Gongilis. Rapum.

Gongilidis semen venerem excitat, utpote spiritum flatuosum procreans. Sic & radix coctu difficilis est, inflatque, & semen generat.

DAMASONIVM. ALISMA.

D Amafoniū, aut Alisma. De hac herba in tertio libro tradit Dioscorides, quae radix eius epota dysenterias sanet, & aluum sistat, atque oedemata mitiget. Sed nos ea quidem experti non sumus: quae autem constitutos in renibus calculos aqua in qua decocta fuerit, pota comminuat, id certe experti sumus. Ex quo liquet quae absterforiam quandam facultatem obtinet.

Daucus. Staphylinus.

Daucus, quem quidam etiam staphylinum nuncupant, agrestis quidem domestico minus est esui idoneus, caeterum in omnibus vehementior: at domesticus esui aptior, sed imbecillior: acrem, & calefaciendi facultatem obtinet, ac proinde etiam extenuandi. Certe radix praeter iam comprehensa flatuosum quiddam obtinet ac venereum. Semen autem domestici quidem & ipsum quaedam ad venerem ciendi potentiam possidet, agrestis verò planè flatu caret, quod a quoque vocant: ac proinde urinam mensesque ciet.

Dauci semen.

Dauci herbae semen excalfaciendi vehementer facultatem habet, adeo ut inter prima efficax sit tum urinae mouendae medicamen, tum mensibus prouocandis. Multum etiam digerere per halitum foris impositum valet. Ipsa verò herba similem quidem vim obtinet, tamè semine infirmior, nimirum ob aquae humiditatis misturam, quanquam utique & ipsa calida sit temperie.

Daphne arbor. Laurus.

Lauri arboris & folia & fructus desiccant & calefaciunt vehementer, plusque etiam fructus quam folia. At radicis cortex minus quidem acris est & calidus, plus tamen amarus, habetque etiam adstrictionis non nihil. Quamobrem & calculos confringit, & iecori prodest: bibitur ex vino fragrante trium obolorum pondere.

Daphne herba. Chamedaphne.

Daphnes herbae, quam & dapnen Alexandrinam appellitant, temperatura euidenter est calida, & gustantibus acris simul est & subamara, potaque tum urinas, tum menses prouocit. Porro chamaedaphnes germina tenera edi quoque assolent. Est autem perfimilis viribus daphnae Alexandrinae, sicut sane & quod daphnoides nuncupant.

Diclamnum.

Diclamnum tenuiore essentia constat quam pulegium, caetera illi simile. At quod vocat pseudodiclamnum, ad omnia imbecillius diclamno est.

Dipsacos.

Dipsaci spinae radix ex secundo ordine exiccatoria est, habetque non nihil & absterforium.

Dorycnium.

Dorycnium temperamento papaueri simile est, & mandragorae, ac caeteris, quae parè habent refrigerandi potentiam: excellit & frigiditate aquea: quamobrem pauculum quidem, soporem conciliat, plusculum verò somptum interimit.

Dracontium. Dracunculus.

Dracontium quiddam Aro perfimile obtinet tum folijs, tum radice, caeterum illo tum acrius est, tum amarum: ac proinde caustorium magis, & tenuioribus partibus. Habet etiam leuiculam quandam adstrictionem, quae quandoquidem cum comprehensis duabus qualitatibus, acris scilicet & amara coniuncta est, medicamentum factum est, ut quae maxime, efficax. Nam radix viscera omnia expurgat, crassos potissimum & lentos succos extenuans: optimumque remedium est contumacium vlcera, quae naonibus nuncupant. Expurgat quoque extergitque profecto strenue tum alia, quae exteriorum desiderant, tum vitiliginem cum aceto. Tum folia item, utpote similem facultatem habentia, vlcibus vulneribusque recens insidit accōmoda sunt, & quanto minus fuerint sicca, tanto magis conglutinant. Nam quae sicciora sunt, viribus sunt acrioribus, quam ut vulneribus conueniant. Creditum quoque est caseum humidum, si illis foris tactus reponatur, ob temperaturam illorum siccitatem à putredine conseruari. Fructus valentior est non folijs tantum, sed & radice: itaque & caneros & polypodas eliquare creditus est. Succus quoque eius vitia oculorum expurgat.

Dryopteris. Filicula.

Dryopteris gustu mistam qualitatem praefert, dulcem, acrem, subamaram: in radice verò item acerbam. Facultatem habet septicam: proinde etiam pilis glabram cutem efficit.

Drys. Quercus, siue Robur.

Quercus partes omnes adstringentis qualitatis participes sunt. Sed plus tamen habet quae in trunci cortice membrana subest, tum quae sub glandis ipsius calculo, ea videlicet quae fructus carnem

nem conuellit. Quamobrem ad profluuium muliebre, & sanguinis exuptiones tum dysenterias & diurnos ventris fluxus commodam esse credunt. Maxime vero ea vtuntur decocta. Valētius tñ astringunt fagus & ilex, seu quis eas species esse Roboris velit, seu toto genere diuerfas. Quin & folia harum plantarum tenella illita non infrenuē desiccare valent, minus autem quæ sunt alterius Roboris, nimirum quanto minus sortita sunt adstrictionis. Siquidē ego quandoq; glutinasse me vulnus memini securi inflatum, cum nullum adesset ad manū medicamen præter ipsius quercus folia: terebam ea in læui petra, & vulnus omnemq; vicinum locum contexi. Eandē folijs vim habet & fructus Roboris, eoq; medici non nulli ad incipientes et crescentes vtuntur phlegmonas. Nam quæ iam vehementes sunt, adstringentia respuunt. Sed talia ad curandi potius rationem q̄ præsentem tractatū attinent. Cæterum in præsentia nouisse, q̄ eatenus adstringentem, quatenus dictum est, facultatem quercus obtineat, sufficit: ac proinde desiccandi, atq; adstringendi: exalfaciendi autem paulo infra media, in genere, scilicet eorum quæ, (vt sic dicam) tepida sunt.

EBISCVS. ALTHEA.

EBiscus, siue althea: est autem malua agrestis facultate digerendi, laxandi, ἀφλεγμαντος, hoc est phlegmone leuandi, mitigandi, concoquendi difficiles coctu phlegmonas. Radix porro eius & semē cætera quidē pari folijs viridibus modo agūt, verum tenuiorū partium, magisq; exiccato riā, ad hæc magis exterioriam facultatem ostendunt, vt & vitiligines detergant, & semen renū calculos confringat. At radices decoctum ad dysenteriam, diarrhoeam, hoc est profluuium, & sanguinis reiectionem aptum est, nemp̄ cum adstringentem quandam facultatem possideat.

Ebenus.

Ebenus ex ijs lignis est, q̄ trita cū aqua in succū soluūtur, sicuti nōnulli lapides. Vis ei inest exalfaciendi, extergendi, & tenuium partium. Quāobrem quæ pupillas offuscāt, extergere creditur: miscetur alijs remedijs ocularibus, quæ ad vlcera antiqua, fluxiones, & bullas siue pustulas accomoda sunt.

Elea. Olea.

Oliuæ ramī q̄tum habent adstrictionis, tantæ & frigiditatis participes sunt. Fructus verò, siq̄dē ad vnguē maturuit, moderatē calidus est: sin immaturus est, magis tum adstringit, tum refrigerat.

Elem. Oleum.

Oleum quod ex oliuis conficitur, quod sanē propriissimo nomine oleum appellamus, cuiusmodi sit temperaturæ, superioribus libris definitum est. Quipp̄ hūmectatoriū esse & moderatē calidum ostēdimus. Eiusmodi est, quod est dulcissimum: sitq; potissimum ex oliuis quas Græci ὀπυπρῆς vocant, nos druppas. Cæterum quod omotribes & omphacinum nuncupant, id quantum in se habet adstrictionis, tñ etiam illi inest frigiditatis. Porro oleum vetus quod quidē ex dulci inueterato efficitur, & calidius est, & potentioribus ad euaporandum viribus. Quod verò ex crudo, id dum reliquum quippiam serauerit adstrictionis, mistæ permanet facultatis: vbi verò illam prorsum abiecerit, reliquo sit simile. Quinetiam quicumq; in præparando ramos iniiciūt, ij & ipsi omphacino simile oleum efficiunt. Cæterum rogandum non est, quo pacto sit præparatum, sed gustādum est potius: ac si præferat adstrictionis quippiam, eatenus et frigidum esse existimandū, ceu illud quod ab Iberia portatur, quod Spanum, id est Hispanicū nominant. Quod si nequaquā gustantibus adstringere appareat, sed ad amulsum videatur dulce, id modice esse calidū putādum. Porro si tenue quoq; cernatur, (tale est quod purum est, quodq; intuenti translucidum videtur) ac modicum eius latissime per cutem extensum sibi maneat continuum, celeriterq; à cute combibatur, id vtiq; pro optimo ducendum, ac olei virtute q̄ maxime pollere, quale est fabinum. Porro quod oleum lorum minime omnium mordacitatem cōtinet, supra positum est. Cæterum quo potissimum modo id probissimè laues, in sequenti tradam opere, quod inscribetur de medicaminū compositione: vbi & de sicyonio, & siquod eius generis præterea oleum est, agetur: nunc sermo mihi est de simplicibus, adijciamq; & de alijs olei speciebus. Vocatur enim quoddam cicinum oleum, in Ægypto maxime proueniens ex fructu ricini. Tum raphaninum, sesaminum, amygdalinum, caryinum: ad hæc sinapinum, lentiscinum, laurinum, melanthinum, terebinthinum, mastichinum, myrtinum, balaninum, hyoscyaminum: nec pauca præter hæc ex fructibus expressa omnia, cæterum tñ inter sese discrepantia, quantum & fructus ipsi à se inuicem dissident. Est. n. cicinum tum tenuius, tum ad discutiendum potentius, quam simillimum oleo ex oliua vetusto. Quāobrem siquando in medicamenti compositione cicinum oleum adscriptum fuerit, si ipsum non adsit, communi vtendum oleo, maxime si fuerit fabinum. Raphaninum autem cætera huic simile est, sed calidius tñ, at hoc etiam calidius sinapinum. Huic simile est quod ex melanthio, hoc est gith, conficitur. Pugnans cum istis myrtinum & sesaminum, tum q̄ adstringant, tum q̄ crassarum sint partium. Mistæ facultatis est lentiscinum, & terebinthinum, & mastichinum: non enim tantū emolliunt, sed & adstringunt. Amygdalinum porro amaritatē exuperantē possidet, cæterum cuiusdam etiam adstrictionis est particeps: non tamen caryinum, sed id vel maxime simplicis est digerendi facultatis. Calidius eo est ac magis digerens laurinum, & hoc et magis cedrinū: proximum ei est, quod ex nigra pice cōficitur. Dadinum minus quidem laurino calidum, verum valētius desiccans. Hyoscyaminum verò mistæ facultatis est, emolliendi videlicet, & refrigerandi. Oleum porro cicinum

* Forte loco amygdalini olei caryinum, rursusq; pro caryino amygdalinū legendū est. Nullam. n. astringentē amygdalis attribuit Gal. cap. d. amygdalis. Nucib' at quādā inesse ait adstrictionē cap. de caryis seu nucibus.

* A. C. cicinū. **A** cicinū ventrem subducit. Hoc verò magis, quod fit ex gnidio grano, tanto nimirū, quanto granum potentiorē purgandi vim obtinet, q̄ ciciis, id est ricinus. Iam quod ex agresti oliua oleū exprimitur, non simplicem temperaturam obtinet, sed extergit, simulq; astringit. Squallidissimum id est ex omni olei genere, & post istricū quoq; deinceps post illa est hispanū. Pinguissimum est lybicum, & cilicium: simul autem pingue & tenue fabinum. In medio comprehensorum omnium sunt tum id quod per Cyclades insulas nascitur: tum quod per Græciam, Aliamq;. Porro oleum pingue æstimatur iudicaturq; viscositate: tenue verò, si pluceat, si purum sit, si plurimum minima eius portione inūgatur, si facile à cute combibatur. Ex dictis cognoscere iam liceat & de alijs olei generibus, q̄ æquiuocē ipsis dicuntur vnguētis, puta rosaceo, melino, liliaceo, & quæcūq; id genus floribus, fructibus, germinibus, folijs in oleo maceratis cōficiuntur. Horum quodq; vbi vna cum aromatibus præparantur, vnguentum efficitur. De his copiosius dicitur in opere de componendis medicamentis. Porro vbi quod in presentiarū vile est exposuero, desinā. Pro cuiusq; iniectorū natura oleum variari contingit. Ex ijs ergo, quæ in toto hoc opere de quoq; iniectorū generatim disces, singillatim quoq; confectum ex iisdem oleum cognoscere dabitur.

Elatine.

B Elatine modice tum refrigerat, tum adstringit.

Elaphoboscus.

Elaphoboscus facultatis est exalfactoriæ, & tenuium partium, ac proinde exiccatoriæ secundo maxime excessuum ordine.

Elenium. Emula campana.

Elenij herba radix maxime est utilis, non primo statim occurru exalfaciens, ac proinde dicenda est non calida & sicca exacte ceu piper tum atrum, tum candidum, sed cum recrementis humorum. Quapropter eligatis, quæ faciunt ad educendos ex pectore pulmoneq; crassos lentosq; humores, idonee commiscetur. Rubrificat illa quoq; partes frigidis ac diurnis vexatas affectibus, cuiusmodi sunt non nullæ coxarum passionēs, ischiadas vocant, & exiguæ assiduæq; articularum quorundam præ humiditate proidentiar ac luxationes.

Elesiphacos. Salua.

Elesiphacos cuidenter exalfacit, ac leuiter subadstringit.

Elleborus. Veratrum.

C ad alphas, lichenas, p̄oras leprasq;, accomodi sunt. Quinetiam niger si in fistulam callo induratum immisus fuerit duobus tribusve diebus, callum detrahit. Dētibus prodest cum aceto colluētibus. Sunt autem in tertio ordine exalfacientium & desiccantium. * Porro niger gustu calidior est, candidus subamarus.

Elxine.

Elxine. Alij perdicium nominant, alij parthenium, alij sideritū, sunt qui heracleam appellat: cæterum vis ei inest abstergendi & leuiter cōstringēdi cū humiditate subfrigida. Quāobrem phlegmonas oēs in initio & augmēto sanat vsq; ad statū, (ἀκμῆν Græci vocant,) & maxime si calide fuerint. Quinetiam incipientibus phygethils cataplasmatibus ritu illinitur. Tum etiā ad aurium dolores phlegmonosus succus eius cū rosaceo mediocriter profuerit. Gargarizandum item non nulli exhibent ad paristhmia. Sunt verò etiam ex medicis quidam, qui ijs qui diutina tussi vexātur, illam exhibuerint. Certē euidenter extergendi experimentum præbet & in vasis vitreis.

Elxine.

Elxine, quæ & cissampelos nuncupatur, digerendi facultatem obtinet.

Elymus. Meline. Panicum.

D Elymus: vocat autē & Meline. Panicū ex leguminū genere ē, milio specie simile, facultate certē pauci nutrimentū, & exiccatoria. Sistet quoq; nō nihil v̄tris fluxus, ceu ipm et millū. Si verò foris illinat, exiccatur atq; refrigerat.

Empetron.

Empetron ad solas purgationes esse videtur commodum, bilem ac pituitam educens. Gustu falsum est: proinde ad alia quoq; vtaris licet, ad quæ pollere ostēdimus substantiam falsam. Nominatur item prasodes.

Epithymum.

Epithymum thymi facultatem habet, ad omnia efficacius: exiccatur & exalfacit in tertio gradu.

Eptimedum.

Epimedij vis est moderatē refrigeratoria cū aquea humiditate: quare nullā habet insignē qualitātē: vberibus illitum ea recta seruare potest. Aiunt verò si potu hauriatur, sterilitatem parere.

Epimelis.

Epimelis. acerba hæc plāta est, vtq; dixerit quispiam, pomus syluestris. Vocatur autem ab Italia rusticis Vnedon. Ingens eius in Calabria prouentus. Fructus eius acerbus quidem est, nihilo minus tamen stomacho ingratus, & capitis mouēs dolores. Admissa siquidem ei est aliena quæpiam qualitas.

Erebintus.

Erebinthus. Cicer.
Cicer legumen est flatuosum, copiosi nutrimenti, alio mouendæ habile, ciendæ vrinæ idoneū, lacti & semini generando aptū: prolicet verò & menses. Porro quod vocatur criū, hoc est rarietiniū, cæteris efficacius vrinā prouocat. Decoctum eius calculos renū confringit. Reliquum aut cicerū genus (vocalur aut orobiæū), eadē vi pollet, puta attrahendī, digerendī, incidēdi, extergēdi. Sunt enim calidi, & modicē sicci: participes item sunt amaritatis: cuius vi lienē, & iecur, & renes expurgant, pforasq; & lepras, & lichenes extergunt, tū abscessus post aures proueniētes, (*παρῳτιδῶς* Græci vocāt) & testes induratos discutiunt. Tum et vlcera, quæ cacoethe vocant, cū melle sanant.

Erebinthus agrestis.
Erebinthus agrestis ad omnia efficacior domestico est, hoc est tum calidior, tum sicciior, quanto & acrior & amarior.

Erice.
Erice digerendī per halitum facultatem obtinet. Flore eius potissimum ac folijs vtendum.

Serpillum.
Serpillum vsque adeo excalfacit, vt & menses, & vrinas moueat: gustu multum est acre.

Erysimum.
Erysimi semē sicut gustu nasturtio apparet simile, ita facultate igneū est, et excalfactoriū. Porro vbi in elimate vti ex vsu est, præstat aqua maceratū refrigerare, aut linteolo inuolutū & crusta pistoria circūlitum torrere. Vtile est cū eligmatis ad promouēdas crassorū lētorūq; pectoris pulmonisq; humorū exuitions, Quin & parotides induratas & duritias antiquas vberū et testicularū iuuat. Refert Dioscorides, q; cū aqua & melle cataplasti in morem illitum oculis proffit cancris.

Erythrodanum. Rubia pasiaua.
Erythrodanū. Est aut tinctorū rubia radix acerba gustu, & amara. Itaq; q; cumq; agere dicta sunt superiore libro, vbi eiusmodi coierint qualitates, ea omnia in hac radice luculēter cōspiciēs: pppe cū & lienem & iecur expurget, & vrinas crassas multasq; ac nonnunquam etiam sanguinolentas moueat. Quin & menses ciet, & mediocriter quæ exteriorum postulant extergit: proinde vitiligines albas cum aceto illita iuuat. Sunt qui eam ischiadicis, hoc est coxendicum doloribus afflictis, & resolutis, in potu cum meliocrato exhibeant.

Eupatorium.
Eupatorium herba ipsa tenuium partium, incidendi extergēdiq; facultatem citra manifestam caliditatem obrinet: quocirca obstructions iecoris expurgat. Inest itidem ei & adstrictio quædam, per quam robur visceri addit.

Euphorbium.
Euphorbium causticæ siue vrentis facultatis est, & tenuium partium alijs succis similiter.

Ephemerum.
Ephemerū, nō illud letale ac deleteriū, quod & colchicū nomināt, sed alterū, quod & irin agre stē cognomināt, folia & caulē lilio similē obtinet, radicē oblongā, non rotundā ceu colchicū, digiti potissimū crassitudine, adstringētē, & boni suauisq; odoris. Ex quibus palām fit facultatis temperaturæq; esse mistæ, nempe repellentis, et halitu euaporātis. Testificantur opera, quæ particulatim ædit. Siquidē non inefficaciter radix eius in dentiū doloribus colluitur. Tū phymatum augmento & flatui folia congruunt. Oportet autem ea in vino decocta prius, q; pus moueas, illinere.

Echinus herba.
Echini herba fructus acerbus est, ac proinde repellentis & exicatoriæ facultatis. Vtuntur eo ad oculorum fluxiones & aurium.

Z E I A.
Z E I A vniuersa sua facultate quodāmodo in medio est tritici & hordei. Itaq; ex illis cognoscatur.

Zingiber.
Zingiberis radix utilis est, vtiq; quæ ex Barbaria ad nos cōuehunt. Excalfacit valenter, sed non primo statim occurru velut piper: vnde sanē & minus esse subtiliū partium q; piper existimādum, siquidem in tenues solueretur partes, & celerrimē actu vt illud fieret calidū. Apparet. n. illaborata & crassior adhuc quædā ei inesse substātia, nec ea sicca & terrestris, sed humida potius atq; aquea. Quo fit vt facile perforetur, cum. f. recrementitia insit humiditas. Neq; n. quicq; eorum, quæ aut planē sicca sunt, aut humida, sed elaboratam & familiarem continent humiditatem, tale aliquid patitur. Idem vsuuenit piperi longo. Atque hinc est q; diutius perseverat quæ proficiscitur à zingibere aut pipere longo caliditas, q; quæ ab albo aut nigro. Nam sicut ab aridis calamis flamma simul celerrimē accēditur, & vnde quæq; dispergitur: eundem in modum quæ à siccis potestate medicamētis editur caliditas. At q; prodit ab humidioribus, ceu ligna sunt viridia, & tardius accēdit, & durat diutius. Ex quo fit vt vtriusq; medicamētī diuersus sit vsus. Siquidem vbi totum corpus celeriter excalfacere consilium est, ea tunc exhibenda sunt, quæ & celerrimē à calorē nostrī contāctū incalēcant, & promptissimē vnde quæque ferantur. Verum vbi partem quamuis refrigeratā recalfacere studemus, contra agendum, nimirum, quæ tarde calefcentia plurimo tempore perdurent, ea præbendo. Cæterum licet zingiber & piper longum hac ratione à nigro pipere differant,

non

A non magna tñ est differētia: at nasturtium, napy, thapsia, & agrestium colubarū sterco maiorē tpe pfectē accēditur, & plurimo tpe pdurat.

Zythus.
Zythus acrior est nō paulo hordeo, & succi prauī, vtpotē qui ex putredine proueniat: est & flatuosus: tum partim acris est & calidus: partim verò plurimū frigidus, aqueus, acidus.

Zyme. Fermentum.
Fermentum tenuium est partium, & mediocriter calidum. Proinde sanē sine molestia ac mordacitate quæ in profundo sunt tum extrahit, tum digerit. Cæterum ex contrarijs & ipsum facultatibus temperatum est, sicut alia multa. Particeps nanq; est aciditatis cuiusdam frigida, & caliditatis ex putredine nata, cui accedit et ea, quæ ex sale est & farina natura.

HEDIOSMOS. MENTA.
Hediosmos: alij verò minthen odoratam nuncupant. Est enim & alia quædam minthe non odorata, quam calaminthen vocant. Vtraq; gustu acti, & facultate calida est, ex tertio ordine excalfacientiu. Infirmior tñ est menta odorata q; calamintha: et minus excalfacit. Vt. n. in vniuersum dicam, hæc ceu syluestris quædam est, illa ceu domestica: quam obrē sanē ob eam, quæ ex cultu accedit humiditatem, mediocriter item ad vnerem excitat. Id quod omnibus accidit quæ

Hedyfarum.
Humiditatem semicoctam & flatuosam continent. Ob talem ipsius herbae temperaturam in abscessibus ea quidem cum polenta mista vitur. Id quod in calamintha facere nequeas, propterea q; valentius tum excalfaciat, tum desiccet, q; id genus poscant. Habet vero etiam quiddam amarū in se & acerbum: illo quidem lumbricos interficit: acerbitate vero si cum oxycrato bibatur, recens sanguinis reiectiones reprimat. Substantia est, vt si qua alia herba, tenuium partium.

Hemerocalles.
Hemerocalles radicē habet lilij radicē similē, nō figura tñ, sed & viribus: prodest nō secus atq; illa, igni ambustis: quippe q; leuiter digerentē facultatē habeat, & cū hoc non nihil repellentis.

Hæmonitis.
Hæmonitis simul & adstrictiōnem & amaritudinem possidet: quamobrem cū aceto pota lenosis auxilio est.

Herigeron.
Herigeron facultatem mistam obtinet, simul refrigerat oriam, & modicē digerentem.

Heryngium.
Heryngium caliditate aut parum, aut nihil quod temperatum est, superat. Cæterum nō parua habet siccitatem in tenui essentia consistentem.

THALIE TRVM.
Thaliëtrum folia habet coriandro similia, caulem crassitudine rutæ. Vis ei inest exicatoria citra morsum: itaq; vlcera inueterata ad cicatricem perducit.

Thapsia.
Thapsia acris habet ac valētē excalfaciētē facultatē cū humiditate cōiunctā. Quāobrē ex alto violenter extrahit, & quod extraxit digerit. Verū plusculū ad ea efficienda tēpus postulat, vt quæ larga humiditate excrementitia impleta est, cuius vitio et fit, vt celeriter corrumpatur.

Thermis. Lupinus.
Lupinus edi potest coctus, multis ante diebus p macerationem amaritudine in aqua deposita. Fitq; tunc nutrimentū succi crassi: cæterum hic, vt medicamentum quidem, ex genere est emplasticorum. At vbi natua etiamdum manet amaritas, extergendi digerendiq; vim obtinet. Interfici lumbricos tum illitus, tum addito melle linctus, tum ex posca epotus. Quin & decoctum eius lumbricos eicere potest: tum etiā foris itidem perfusum vitiligines, achoras, pustulas, (exathemata Græci vocant,) pforas, grangranas, vlcera maligna, q; cacoethe vocant, iuuat partim extergendo, partim citra mordacitatem digerendo siccandōq; expurgat iecur & lienem cum ruta & pipere suauitatis gratia assumptum. Elicit menses ac foetum cum myrrha & melle impositum. Porro lupinorū farina sine mordicatione digerit: nec. n. liuida tñ, sed & choeradas & phymata dura curat: sed tunc in aceto, aut oxymelite, aut posca coquatur oportet, idq; pro laborantium temperamēto, & affectus diuersitate, quod ex vsu est eligendo. Sed non est præsentis instituti talia distinguere. Digerit item quæ liuida sunt: & quæcūq; modo diximus præstare posse decoctum, eadē omnia efficit & farina. Sunt verò et qui eam ischiadicis cataplastatis modo illinunt.

Thlaspi.
Lupinus agrestis amarior est, & ad omnia valētior domestico, eiusdē genere cū ipso facultatis.

Thlaspi semē, habet & ipsum facultatē acrem, adeo vt internos abscessus potū distrumpat. Menses ciet, & foetum necat. Per sedē infusum sanguinolenta euacuās ischiadibus prodest. Est. n. alio qui tum supernē, tum infernē biliosorū humorum euacuatoriū oxybaphi mensura epotum.

Thridax.

Quod hi libri haud negligenter legendi, ac de quatuor gradibus simplicium medicamentorum.



Eptimum de simplicium medicaminum facultatibus commentarium scripturus necessarium duxi praefari, solis ijs apertum ac clarum fore, qui in superioribus libris non velut aliud agentes, aut obiter fuerint versati: alios vero potius perperam inaudituros, quae eorum quae in eo dicenda sunt, aliquid percepturos existimo: tum sese falsuros, & nos forsitan, tanquam non recte quaedam scripserimus, calumniaturos, atque conuictiis laceraturos. Itaque qui sanioris mentis sunt, monitis, scio, auscultabunt: ac si qua illis cura est praesentis huius speculationis, ab initio totum opus perlegent. At qui praecuriositate potius quam discendi studio huc accesserunt, monita nostra contemnent. Enimvero mirum videri non debet, si inuenti sunt, qui mysteriorum libris a mysterijs alieni legere non sunt reueriti. Verum illos sui autores non scripserant prophanis: nec ego, me Hercules, ijs qui in principiis non sunt exercitati. Exponitur hoc in libro, & eo, qui hunc subsequitur, reliquarum plantarum primae facultates eo doctrinae ordine, qui in literis a quibus incipiunt videntur. Antecedente itaque libro versus ad, progressi sumus. Hic autem principium sumemus a, id modo praemones etiam, quod ad ante demonstrata principia totum referemus. Siquidem hinc omnis membratim medicamentorum in agendo prouenit diuersitas, quae haecenus eorum vnumquodque aut calidum est, aut frigidum, aut sicum, aut humidum, aut tenuium partium, aut crassarum. Caterum iuxta exactam veritatem quatenus in comprehensorum vnoquoque processum sit, explicatu certe est impossibile. Sed nos id tam claris limitibus circumscribere sumus conati, qui quidem ad artis usum sufficerent: Vnum esse medicamentorum genus monstrantes, quod ad similem corporibus nostris temperaturam pertingeret, cum a calore qui in illis est, mutationis alterationisque acciperet principium. Alterum, quod calidius quam nos efficeretur: cuius quatuor constituendos esse ordines visum est. Primum, qui sensu obscurus sit, adeo ut ratione sit opus, quae verum deprehendat. Alterum ab eo secundum, quodammodo iam sensu clarum. Tertium deinde alium, qui valenter quidem exalfaciatur, sed nondum vrat. Quem sequitur quartus, & postremus iam adurens. Sic quoque refrigerantium. Primum quidem eorum, quae rationis subsidio indigent, ut refrigerare demonstrantur. Secundum eorum, quae sensibilibus refrigerant. Tertium eorum, quae valenter. Quartum eorum, quae extinguunt, ac mortem frigore inducunt. Proportione istorum & de humectantibus, ac siccantibus.

CALAMINTHA. NEPITA.

Calamintha essentia est tenui, & calida siccaque temperie, ex tertio quodammodo ordine vtraque qualitate. Horum manifesta sunt indicia, partim gustu apparentia, partim experientia cognita. Gustu siquidem acris & palam calida est, ac paulum omnino subamari obtinet. Periclitantibus autem & corpori admouentibus extrinsecus impolita primum quidem valde exalfacit & mordicat, cutemque exugit, postremo etiam vlcus efficit. In corpus autem intro assumpta tum ipsa per sese sicca, tum etiam cum melicrato perspicuo calfacit, & sudores ciet, omneque corpus tum digerit, tum exiccatur. Ea ratione ducti quidam ipsam contra corporis concussionem rigoresque per circuitum repetentes adhibuerunt: foris quidem oleo incoctam toti corpori inungentes cum frictione non segni: intro vero assumentes sicuti est dictum. Quinetiam & coxendicibus eam quidam in agitudinibus ischiadicis tanquam strenuum remedium illinunt. Trahit enim, quae in profundo haerent, ad extimam superficiem, totumque adeo articulum exalfacit, cutemque non obscure adurit, mensesque tum epota, tum appolita admodum efficaciter prouocat. Bonum etiam elephantorum remedium, non eo tantum quod strenue tenues humores digerit, verum etiam quia extenuet & incidat valenter crassos, qui talem morbum procreant. Sic & cicatricibus atris candore reddit, & fugillata digerit. Sed ad talia in vino concoquentes, emplastri modo ipsam imponere, & virentem magis quam arentem praestat. Quippe arefacta vehementior redditur, & ad vrendum promptior. Porro talis cum sit, ad venenatarum bestiarum morsus allumitur, velut etiam cauteria, & quaecumque medicamenta calida sunt & acris, tenuiumque partium, quaeque facile ex alto ad sese circumiacentem omnem humiditatem possunt attrahere. Caterum quae illi inest amaritas, plane exigua est, verum ad quaedam ita efficaciter agit, ut quae valentissima est, nimirum cum coniuncta sit vehementi calori cum tenui essentia. Quare & ascaridas & lumbricos succus eius aut infusus, aut epotus enecat. Eadem ratione aurium vermes, aut si alicubi in corporis parte sinuosa aut implicata, quae putredine tentetur, talis prouenerit affectus. Sic & conceptum seu pota, seu admota interimit & eicit. Igitur incidendi quidem ei vis adest propter calorem eius, tenuitatem, & amaritudinem: abstergendi vero propter vnicam

Quinta Classis.

GGGGG

amaritudinem,

Thridax. Lactuca.

Lactuca humidum est frigidumque holus, non tamen extremum, (siquidem edendo non foret) verum maxime secundum aquam, ut sic dicam, fontanae frigiditatem: proinde ad calidas phlegmonas accodemum est, & ad parua & leuia erysipelata: non tamen maioribus satisfacere idonea est. Est etiam edulium sibi aduersum. At semen potu geniturae profluuium cohibet: quamobrem etiam ijs qui libidinosis somnijs vexantur, datur: sic & agrestis lactuca semen, cuius colligitur succus, argemas & caliginis expurgans, tum ad adustiones cum lacte mulierum inungi solitus.

Thymum.

Thymum incidit & calfacit vehementer: ob id et vrinam, & menses prouocat, foetum euellit, viscera potu expurgat, educendis ex thorace et pulmone confert. Itaque in exalfaciendo exiccandoque in tertio ordine statuendum est.

IDAEA RADIX.

Idaea radix gustu admodum acerba est: ac si opere periculum facias, eandem vim praefert: nimirum sanguinis profluuiam, alui fluxus, dysenterias, profluuium mulierum, & quaecumque eius sunt generis tum pota, tum foris imposita curans.

Icos. Viscum.

Viscum ex plurima aerea & aquea calida, paucissima terrena substantia constat. Nam acrimonia in eo amaritudinem excellit. Itaque est effectus substantiae respondent. Siquidem valenter ex alto humores extrahit, nec eos tamen tenues, sed & crassiores, eosque diffundit ac digerit. Est autem ex eorum genere quae non protinus admota exalfaciunt, sed quae tempus requirunt, velut thapsia: sed & supra hoc communiuimus inesse calidis facultate medicamentis, vbi largum continent humorem recrementitium.

Ios. Viola.

Violae folia aqueam & subfrigidam substantiam superantem possident: proinde tum per se, tum cum polenta illita calidas phlegmonas mitigant. Imponuntur & ori ventriculi aestuati, & oculis.

Hippuris. Cauda equina.

Hippuris adstringentem cum amaritudine facultatem possidet, ac pinguem valenter, simulque citra mordacitatem exiccantem. Itaque vulnera vel maxima illita coagulat, etiam praefectos esse neruos contingit: praeterea vocatas enterocelas glutinat. Ad haec ad sanguinis reiectionem, ad profluuium muliebrem, potissimum rubrum, ad dysenterias, & reliquos ventris fluxus strenuum ac generosum est remedium herba ipsa aut ex aqua, aut ex vino epota. Sunt quoque de ea scripturae reliquae, quae non nunquam et vesicae, ac tenuium intestinorum vulnera sanant. Eius vero succus prodest et profluuium sanguinis prorumpenti ex naribus, tum fluxilibus in ventre passionibus ex austerorum vinorum quopiam potus, ac si febre teneantur, ex aqua.

Hippomarathrum.

Hippomarathrum, vna cum foeniculo & de ipso differemus.

Isatis.

Isatis domestica quidem, qua vtuntur tinctorum, facultatis est valenter exiccantis, nondum tamen mordacitatis: est enim simul amara atque adstringens. Proinde magna vulnera corporum durorum glutinat, etiam si in capitibus musculorum fuerint: & sanguinis profluuium laborantibus partibus vtiliter illinuntur: tumores oedematodes mirifice digerit simul ac reprimunt, & aduersus omnia vlcera maligna & cacoethe mirabiliter resistit, etiam si putrescant, etiam si exedantur ac erodant. Quod si quando pro laborantis natura valentior appareat, folijs eius tritis miscere oportebit aut panem, aut hordeaceam farinam, aut triticeam, aut polentam, pro vincete nimirum in vnoquoque affectu. At Isatis syluestris manifeste iam acre quiddam gustu, tum actione praefert. Proinde quae domestica valentius desiccans valentius humidis est putredinibus obsistit, ad caetera vero iam comprehensa deterior: Immoderatus enim iam mordaciterque desiccatur: talia autem irritantur hoc pacto, & phlegmone grauari incipiunt. Caterum ob facultatis robur lienosis quoque vtilis fuerit, cum altera nondum prodelle possit.

Isopyron, aut Phasiolon.

Isopyrum aut Phasiolum semine habet amarum & subacerbum. Extergit itaque & incidit humores crassos cum hoc vt corpora contrahat & constringat. Quamobrem excreationibus pectoris conducit, & iecur expurgat, & sanguinem spuentibus non est aduersum: immo est iuuare creditur. Nam propter temperaturam mutationem contrarijs etiam congruere videtur.

Itea. Salix.

Salicis folijs ad cruenti vulneris glutinationem vti possis: verum floribus eius maxime prope oes vtuntur medici ad exiccantis emplastri praeparationem: est enim vis eorum ita desiccatoria, vt morsu abstineat: habet vero etiam quandam adstrictionem. Sunt vero etiam, qui succum ex ea expressum, medicamentum feruent mordacitatis expers, & exiccatoriū, ad multas res vtile. Haud enim inuenias quid ad plures res vtilius medicamentum citra mordacitatem exiccantem, quod paulum et adstringat: sicut in opere de medicamentorum compositione exactius docebimus. Porro arboris cortex similem facultatem obtinet tum floribus, tum folijs, nisi quod temperaturam sit siccoris, velut oes cortices: sed hunc quiddam coibunt, eiusque cinere vtuntur ad ea omnia quae valenter desiccare oportet. Nam clauos quos vocant, callos, (Graeci τάλως vocant) myrmecias tollunt, aceto acris ipsum macerantes. Nonnulli autem dum floret salix, corticem eius incidunt, & succum quandam colligunt, vtunturque ad ea quae pupillas offuscant, extergente videlicet simulque tenuium partium medicamine. Vti vero illo ad multa quis possit, siquidem talis fuerit.

Galeni

† Ap. ex antiquis codicibus graecis & translatione veteri. aut sicubi in vlcere putredinoso in alia corporis parte talis prouenerit affectus nam ελαως non ελιως habet.

amaritudinem. Itaq; asthmaticis ob omnia antedicta prodest: ictericis verò, siue regio morbo laborantibus, potissimum ob amaritudinem, sicut alia ferè omnia amara, vt pote abstergentia & expurgantia in fecinore prouenientes obstructions. Ad omnia iam dicta efficacior est montana.

Calamus odoratus.

Calamus odoratus leuiculam quandam adstrictionem, ac minimam acrimoniam possidet: maxima ex parte essentia eius terrena est & aerea, in caliditatis frigiditatisq; coniugatione temperata. Quamobrem moderatè vrinam mouet, & facultatibus quæ iecori stomachoq; imponitur, misceri potest: tñ in fomenta quoq; vteri, quæ phlegmo'es gratia, aut irritandis mensibus assumuntur, vtiliter admiscetur. Ponatur itaq; habeaturq; secundi ordinis eorum quæ exalfaciunt & desiccant, valentius tamen desiccant q̄ exalfaciunt, inest quoq; ei quædam partium tenuitas, velut alijs omnibus odoratis, siue aromatibus. Cæterum illorum compluribus tenuium partium plurimum, calamo verò non multum adest.

Calamus phragmites. Canna.

Calami phragmitis radicem cum bulbis aculeos & stipites ex alto extrahere quidam scripsere, ceu trahendi quædã vis ei inesset. Nos tamen eius rei periculum non fecimus: verum quatum gustu liceat coniscere, abstergentem facultatem possidet non paucam, minimeq; acrem. Quinetiam folia ipsa abstergentis sunt facultatis: cortex verò eius combustus admodum tenuium partium, & digerentis facultatis efficitur, adiunctum habens absterforium quiddam, vt excicet & exalfaciat tertio quodammodo ordine, plus tamen desiccet q̄ exalfaciat. Vitadus est eius flos, quem anthelelen vocant. Nam si in aures incidat, adeo tenaciter adhærens affigitur, vt auelli nō possit, audituq; vitiat: quamobrem sæpissimè exurdat.

Cancanus. Cacalia.

Cancani radix facultatem habet mordacitatis expertè, & modice exciccantè, essentiã crassam, & emplasticã. Quapropter macerata vino sicut tragacantha & lincta arteriæ asperitates sanat: nec minus si quis eam commandat: succus eius defluens prodest arteriæ similiter vt glycyrrhizæ succus.

Canabis.

Canabis semen flatus extinguit, adeoq; desiccet, vt si plusculū edatur, genituram excicet. Sunt qui viridem succum exprimentes ad aurium dolores ab obstructione, opinor, natos eo vtantur.

Capnios. Fumus.

Capnios, alij capnos, acris simul & amaræ qualitatis est particeps: nec tñ planè expers est acerbæ. Quamobrem vrinam biliosam multamq; prouocat, sanatq; iocinoris obstructions & debilitates. Succus eius oculorum aciem acuit, non paulum trahens lachrymarum, velut ipse fumus. Nã hinc ei appellatio indita. Plebeius quidam ea vti solebat ad stomachum roborandū, vnaq; ventrè lubrificandū. Si quidem herbam primum desiccata cõdebat, porro cum vti volebat subductionis quidam gratia, melicrato inspergebat: roborandi verò stomachi causa, vino nimirum diluto.

Capparis.

Capparis radicis cortex vincentem habet qualitatem amarã, proximam acrem, deinde acerbã. Ex quo liquet q̄ diuersis pugnãtibuscq; constet facultatibus: quippe abstergere, per purgare, incidere potest amaritudinè: exalfacere, incidere, digerere acrimonia: porro contrahere, densare, constringere acerbitate. Itaq; lienes induratos, siquid aliud, hoc medicamentum iuuare valet, tum foris idoneis illinendis remedijs admistum, tum intro in corpus assumptum, siue decoctū in aceto aut oxymelite, & id genus, siue aridum contusum, illisq; permistum: quippe cum apertè crassos lētosq; humores hoc pacto sumptum euacuet, nec eos tantum per vrinam, sed & per ventrem: sæpe etiam sanguinolentos defert, vnde & lienes adiuti sunt, & coxarum dolores. Quinetiam menses promouet, & ex capite purgat detrahítq; quod ἀποφλεγματιζεν vocant, auxiliaturq; ruptis atque conuulsis. Cæterum cuiusmodi ipsum potioni in quoq; affectu misceri conueniat, non est presentis instituti persequi, sed aut eius, vbi de componendis agitur medicamentis, aut vbi curanditraditur methodus. Porro radicis eius cortex viceribus malignis cataplasmatibus modò impositus nō malum est remedium: vt qui illa extergere valeat, nec segniter desiccare. Præterea dentium labores prædictarum qualitatum: ratione adiuuat, interim cum aceto coctus, interim cum vino, sæpe etiã solus dentibus mansus ac morsus. Sed nō pertinet ad præsens negocium, quando quodq; horum tempestiuum sit, definire: nec n. id nūc propositum est: sed ex quoq; particularium eius operum, virium eius quandam sumere indicationem, sermonem ad principia ab initio proposita reducendo. Ex dictis ergo clarum est incidendi quandam ei facultatem inesse, itemq; extergendi, digerendi, contrahendi. Vitiligines siquidem cum aceto detrahít, & choeradas, & duros tumores digerit idoneis ad ea medicamentis mistus. Radicis cortici, fructus proportione viriū respõdet, nisi q̄ ad omnia sit imbecillior. Immo & folia & caules eius similem vim obtinēt: meminiq; me folijs quãdoq; paucis diebus duritiem choeradis naturã referentem discussisse. Sed admiscemus scilicet illis quippiam, quod eorū virium obtundat vehemētiam. Nec mirum est q̄ succus aurii vermes amaritate occidat sua. Porro capparis quæ in admodū feruentibus regionibus prouenit, vt quam fert Arabia, multo est nostrate acrior, adeo vt plurimum etiam habeat facultatis adurentis.

Cardammum.

Cardammum. Nasturtium.

Nasturtij semen adurentis seu causticæ facultatis particeps est, velut napy: proinde coxendicis & capitis dolores, atq; adeo quodcūq; aliud rubrificationē postulat, eo exalfacit, sicut napy. Miscetur quoq; remedijs quæ exhibentur asthmaticis, tanq̄ valenter crassos incidere valeat, velut & napy. Nam omnia ei simile est. Porro & herba arefacta similit̄ semini vim possidet. Humida verò adhuc ac viridis propter aqueæ humiditatis admisionē multò semine inferior est, adeoq; tunc mordacitas eius moderata est, vt cum pane ea vti liceat ceu opsonio.

Cardamomum.

Cardamomum est & ipsum sanè facultatis admodum calidæ, non tamen vsque adeo vt nasturtium, sed quãtò suauius magisq; fragrans est nasturtio, tantò & imbecillior ei calida facultas inest: nec enim vlcerare idoneum est vel ipsum per se illitum. Porro adiunctum habet quiddam etiam amaritudinis, qua lumbricos interficit, & cum aceto valenter pforas detergit.

Caron.

Cari semen calfacit, & excicat tertio quodammodo ordine, moderatè acrem qualitatem possidens: itaq; & flatus extinguit, & vrinam ciet non semen tantum, sed & planta.

Casia.

Casia excicat & exalfacit tertio quodammodo ordine, sed & tenuium admodum partium est, gustu verò plurimum habet acrimoniam, leuiter quoque non nihil adstringens. Quamobrem ob hæc omnia incidit, simulq; digerit quæ in corpore sunt recrementa, & ad hæc robur etiam instrumentis addit. Idoneum verò etiam suppressis mensibus, cum videlicet ob copiam simul & crassitudinē excrementorum, quod sufficiat, euacuari nequit.

Carya. Nuces.

Carya, arbor tum i folijs, tum in germinibus adstrictionē quandam possidet, cæterum euidentem plurimamq; in nucis putamine recenti pariter & sicco, proinde eo fullones quoq; vti solent. At nos eius expressi succo, similiter vt mororū & ruborum, in melle decocto, vice stomatici medicaminis vtimur, & ad omnia reliqua adhibemus, ad quæ modò dicti succi conuenire cõsentur. Porro ipsius id quod edẽdo est, oleosum est, & tenue: itaq; etiã facile exprimit: & quo diutius reconditum fuerit, magis tale efficitur. Quamobrè oleum ex eo inueterato exprimere liceat. Tunc sanè admodū fit per halitum euaporatorium. Itaq; quidam eo gangrenas, & carbunculos, & agi-lopas sanant, ac non nulli ad neurotrota, hoc est, neruorū vulnera vtuntur. Cæterum si recens sit, adstringentis non nihil qualitatis etiam obtinet. At quod imperfectum est etiam dum, ac nōdum siccum, veluti reliqui fructus omnes qui virides sunt, plenū est semicoctæ humiditatis. Nucleus tamen eius vbi inaruit, ac vsus sit, tenuiū partium & excicatorium est medicamentum, morsus expers. Est & aliud genus nucum minorū, quæ nimirum ponticæ nuncupantur, plus habens essentia terrefrstris ac frigida: itaq; etiã gustanti auferior tum cortex, tum planta, tum fructus apparet: cætera magnæ nucis similes sunt, quæ à quibusdã vocatur græcè καρρον βασιλικόν, latinè iuglans. Appellatur autem parua hæc nux à multis λεωτοκάρνον græcè, latinè Auellana.

Caucalis.

Caucalis, quidam daucum syluestrem nuncupant: est enim ei adsimilis gustu simul ac viribus: exalfacit enim vt ille, & desiccet, tum vrinam ciet, & muria ad repositionem conditur.

Carpesium.

Carpesium simile est vocato phu, hoc est valerianæ, nō gustu tantum, sed & facultate. Sed plus habet tenuitatis: proinde magis eo etiã viscerum obstructions extergit, & vrinam mouet, renesq; calculis degrauiatos expurgat. Non tñ eatenus tenuium est partium, vt liceat loco cinnamomi, si nō ad manum sit, vsurpare, sicuti faciebat Quintus. Præstantius est ponticum carpesium laertio, nō tñ vel ipsum cinnamomi viribus vicinū est, immo nō paruo deterius optima casia. Nuncupatur vtrūq; à montibus quibusdam Paphylia in quibus nascitur. Ingensq; eius prouentus est in Syria.

Cenchrum. Milium.

Milium primo ordine refrigerat. Excicat verò tertio exoluto, aut certe secūdo intenso. Paululum etiã habet tenuitatis. Ex hac tñ consistentia, tum tēperatura esu quidẽ planè inter omnia frumentaria edulia minimū confert nutrimentū. Sed & ventrem desiccet. Porro foris impositū in faculis idoneum est fomentū ijs, quæ citra morsum excicari postulant: & cataplasmatibus modò illitū excicare potest: attamen admodum friabile est: proinde difficilis est eius in cataplasmatibus vsus.

Cedrus.

Cedrus specie duplex est, altera fruticosa iuniperis adsimilis, altera arbor nō exigua: vtraq; est calidæ siccaq; tēperaturæ tertij quodammodo ordinis secundum vtramq;. Cæterum cedrea (vocatut ita cedri oleum,) quartū etiam ordinē videtur attingere, admodū calida, simul & tenuiū partium. Mollem itaq; carnem promptè citraq; dolorē putrefacit, sicut alia omnia, quæ cum eiusdẽ sint in calfaciendo ordinis, adiunctam etiã habent substantiæ tenuitatē. At in duris, plusculo tēpore, & vix effectū potest consequi. Porro talia omnia medicamenta septica vocantur, & septa: sed inter sese maioris minorisq; ratione dissident. Est aut̄ in hoc genere medicamentorū ex primo & Quinta Classis. GGGGG ij infirmissimo

f. Oribafius & Aetius legunt affirmatiue. Verumtū vlcerate idoneum est.

* Ap. Sida, quæ est urbs paphylia.

infirmissimo ordine cedrea: pleraque enim eorum admodum sunt efficacia. Talia itaque & mortuorum corporum carnes corrumpunt: cedrea exiccat, simulque a corruptione tuetur corpora demortua, ut potest humiditates eorum superfluas depascens, ceterum solida corpora haud attingens. At in uentibus calor ipse qui in corporibus est, cedrea vires adaugens causa efficitur, ut tenerae ab ea carnes deurantur. Nec mirum videri debet, si cum tanta polleat potentia, lendes, pediculos, & tineas, & in corporibus natos vermes interficere valeat, tum foetum viuentem quidem apposita interimat, mortuum autem efficiat, sicut sane etiam in coitu semen pudendo circumlita. Proinde partui aduersum est medicamentum, si sic utaris, nulli secundum. Aliaque multa eiusmodi particulatim efficit. Itaque argumentum est ipsum valenter excalfacere, sicut ubi dentium foraminibus instillatur. Siquidem dolores eorum mitigat, sed & ipsos costringit. Extenuat quoque oculorum cicatrices, & visus hebetudini ab humorum crassitudine ortae medetur. Porro quod eius est pinguisimum, & ad vnguentum oleosum, quod suspensum supra eam, dum coquitur, lanis excipitur ac colligitur, tota cedrea tenuius quidem est, sed minus acre, quam non minus excalfaciens. Eandem quippe rationem habet ad id, quod reliquum est cedreae, crassius illud videlicet, quam oleum ad amurcam. Proinde illud, ut potest crassius, mordax est, & maiore aperiendi facultate praeditum. Itaque vlcera irritat, phlegmonemque illis excitat. Porro oleosa illa cedrea adeo clementibus est viribus, ut etiam plebeij experientia docti, vulnera ouibus occasione ronedendi a forfice facta, illa illita sanent, sicut etiam pice humida. Vtuntur autem ea & ad ouium scabiem, & ricinos, Graeci *κρότωνες* vocant. Porro cedrides (nam ita fructum cedri nuncupant,) moderatiores vires obtinent, adeo ut comedi quoque possint. Attamen si liberalius ijs vtare, capiti dolorem inferent, ardoremque ac morsum in ventre percipies.

Centaurium maius.

Centaurij magni radix sicut gustu contrarias qualitates, ita in vsu contrarios effectus praestat. Gustu itaque acris simul adstringensque apparet cum leuicula dulcedine. At in actionibus acrimonia quidem caliditatis opera ostendit, menses prouocans, & foetum mortuum euellens, viuumque corrumpens atque efficiens. Adstrictione vero opera crassa terrenaque frigiditatis, cum vlcera glutinet, & sanguinem reijicientibus proflit. Exhibentur autem eius drachmae duae, febrientibus quidem cum aqua, febrim vero liberis cum vino. Porro secundum omnium simul qualitatum actionem, ruptis, conuulsis, dyspnoeae, siue spirandi difficultati, tum inueteratae tussi conuenit. Nec enim talibus euacuare solum, quod praeter naturam est, oportet, sed partem quoque euacuatae roborare ac confirmare. Vacuationi itaque accommodata est acrimonia, utique cum non sola sit ac pura, sed aut dulcedini interiecta, aut certe non prorsum amaritudinis. Siquidem vehementiam tunc atque violentiam mista illi temperata quadam substantia, cuiusmodi est dulcis, non obtinebit. Porro ad ea, quae euacuata sunt, roboranda contrahendaque adstrictione est opus. Eadem, quae radix, & succus ipsius efficit, vtunturque eo quidam vice lycij.

Centaurium minus.

Centaurij minoris radix plane inefficax est, sed caulis eius extremus, & potius folia quae illi inherant, & flores, utilissima sunt: vincit in eis qualitas amara, paululum habens & adstrictionis, atque ob eiusmodi temperamentum admodum exiccatorium est medicamen, expers mordacitatis. Porro quae omnia talia utilissima sint, supra commouit, & nunc nihilo secius tamen nos repetere tempestiuum est, omnes eius particulatim actiones memorantes. Vlcerum itaque magna herbae ipsius recetis illitu glutinantur: & vetusta, quaeque aegre ad cicatricem perducunt, cicatrice eodem modo utentibus includuntur. Arefacta vero glutinatorijs & desiccatorijs miscetur facultatibus, ijs videlicet quae sinus & fistulas sanare sunt natae, veteresque duritias emollire, tum vlcerum maligna & caeothae sanare. Miscetur etiam ijs quae rheumaticis affectibus medentur. In quibus ea medicamina praestantissima sunt, quae vehementer desiccantia cum quadam adstrictione nullam habent mordacitatem. Decoctum herbae quidam ischiadicis infundunt, ceu biliosa & crassa ducens: nam & talia purgat: quam cum adeo vehementer operabitur, ut cruenta euacuet, tunc plus proderit. Succus porro eius cum adsimilis sit facultatis, hoc est exiccatoriae & absterforiae, & caetera iam comprehensa pulchre praestare potest: & cum melle oculis illinitur, mensesque, & foetum appositus euocat. Sunt qui ipsum praebant & ijs, quibus nerui affecti sunt, ut qui euacuet & desiccet innoxie quae impleta sunt: Quippe cum iocinoris quoque obstructions optime expediat, bonumque sit lienem indurato remedium foris impositum, nec secius si quis bibere sustineat.

Cerasus.

Cerasus arbor fructum fert non parum adstrictionis in omnibus particulatim plantis participem. Nam & in harum, sicut etiam in malorum granatorum, & malorum, quibusdam austera qualitas, in quibusdam vero dulcis, non nullis autem acida exuperat. Quinetiam ipsorum dulcium ea, quae nondum cocta sunt ac matura, quaedam admodum sunt acerbata, quaedam similiter moris acida. Sed in moris immaturis acida qualitas acerbata exuperat, in cerasiis non semper. Ergo quae dulciora sunt, magis quam in intestinalibus sunt, subducunt, sed minus grata stomacho sunt: contra austera. Acida pituitosis excrementosisque stomachis sunt apta. Siquidem austeris magis desiccant, & non nihil etiam incidunt. Porro ipsius arboris gummi comitem quidem omnibus viscosis, & mordacitatis expertibus medicaminibus facultatem obtinet,

Obtinet, quae & ad arterias exasperatas accommodata est: Propria autem, siquidem quod quidam scribunt verum est, quod cum vino bibitum calculis vexatos adiuuat. Nam sic illi tenuium partium inesset facultas quaedam.

Ceratonia.

Ceratonia exiccantis est & adstringentis facultatis, sicut & fructus eius, quae ceratia vocant, non nihil etiam dulcedinis continens. Accidit autem istis quiddam simile cerasiis. Nam si humida sumas, magis ventem subducunt: sicca vero magis sistunt: ut potest cum humiditatem expirant, & quod essentiae est crassioris, tantum reliquum habeant.

Cestrum. Betonica. Psychotrophum.

Cestrum, aut Psychotrophum, Romanè verò Betonica, vim habet incidendi, ut gustus indicat. Amariuscula enim est & subacris ipsa herba: id quod ostendit & particulatim adita actio. Nam consistentes in renibus calculos rumpit, & pulmonem, pectus, & iecur expurgat abstergitque: menses quoque ciet, & comitialibus prodest: tum rupta conuulsaque curat, & omnibus bestiarum moribus, vlceri illita, auxiliatur. Postremo acidum ruentibus, (ὄψυγε μαιώνας Graeci vocant,) & ischia dicis bibita auxilio est.

Cecis. Galla.

Galla quae omphacitis nuncupatur, admodum acerbum est medicamen, pleraque sui parte essentiae terrena & frigida, per quam desiccata & repercutit fluxiones: ad haec constringit contrahitque partes laxas ac languidas, omnibusque fluxionum affectibus strenue resistit. Esto vero tertij in desiccando, secundij autem in refrigerando ordinis. Altera autem galla, flaua illa & magna laxaque, & ipsa desiccata quidem, sed tanto minus, quanto minus acerbatae qualitatis est particeps. Cocta itaque per se, ac deinde trita cataplasma est non infrenuum sedis phlegmonarum, ac proidentiarum. Porro coquenda est, si modica opus sit adstrictione, in aqua: si vehementiore, in vino. Ac si augere insuper adstrictionem sit opus, vino vtare austeriusculo. Haec rustici nostrates *οιωνισιάς*, quae si vinigallam dicas, nominant. Denique gallae combustae sanguinis reprimendi facultatem acquirunt, ac nimirum etiam calorem & acrimoniam exustione assumunt: suntque ijs quae ignem experatae non fuerint, tum subtiliorum partium, tum maiore desiccandi potestate. Ceterum cum ad sanguinis suppressionem preparare eas voles, carbonibus impositas, dum vnde quaque candent, acetum aut vino extinguere oportebit.

Cera.

Cera quodammodo medium tenet calfacientium, refrigerantium, humectantium, et desiccantium. Habet vero quiddam etiam essentiae crassae, atque emplasticum: quamobrem non modo exicare, sed & per accidens humectare videri fortassis poterit, perspirationes videlicet prohibens. Quamobrem aliorum medicamentorum tum excalfacientium, tum refrigerantium materia est. Ipsa autem per se ex genere fuerit debilitat concoquentium: nec tamen intro in corpus assumptorum, sed foris impositorum. Habet enim paulum quiddam digerentis caliditatisque potentiae, quae plurima mellis inerat.

Cici. Ricinus.

Ricini fructus quemadmodum purgat, detergit ac digerit, sic quoque folium, sed vnde quaque debilitat. Oleum quod ex semine conficitur, tum calidius est, tum tenuiorum partium, quae est oleum commune, ac proinde potentius quoque digerit.

Cinnamomum.

Cinnamomum summè tenuius est partium, non summè tamen calidum, sed ex tertio quodammodo ordine: nihil autem aequè desiccata eorum quae pari sunt excalfaciendi facultate, propter tenuitatem scilicet essentiae. At Cinnamomis est velut imbecillum cinnamomum. Nonnulli ipsam pseudocinnamomum nuncupant.

Circea.

Circae herbae radicem scribit Dioscorides ex vino dulci pota secundas purgare: est enim boni odoris, & calfactoria: semen autem eius in sorbitione exhibitum ad lactis generationem conducit.

Cisthus.

Cisthus, aut Cistharus, frutex est gustu adstringens, omnibusque particulatim operibus. Porro folia, & parua germina trita adeo desiccant adstringuntque, ut vulnera glutinare valeant. At flores magis sunt efficaces, adeo ut cum vino poti dysenterias, ventris imbecillitates, fluxusque ac humiditates sanent: cataplasmatibus ritu illita vlcerum putredinosa iuuant. Est enim facultas eorum non infrenue desiccans, sed secundi excessus a temperatis absoluti. Adeo vero frutex hic frigidus est, ut tepidi caloris sit particeps. Porro hypocisthis, quam vocant, multo est magis adstrictoria quam folia, admodum efficax remedium ad omnes fluxionum affectus, puta sanguinis reiectiones, profuua muliebricia, coeliacos, dysentericosque affectus. Quin si quam partem roborare consilium sit, quae videlicet plusculo humore exoluta fuerit, robur ac firmitatem illi non seigniter addit. Sic sane stomachicis epithematis, hepaticisque commiscetur, & ex viperis confecto antidoto inditur, nimirum quo corpora confirmet ac roborat.

Cisthus.

Cisthus aut Ladanum. In calidioribus regionibus hic cisthus proueniens, tamen haud alius sit genere qui apud nos nascitur, eximium tamen a regione ac peculiariter, digerentemque caliditatem nactus est.

Quinta Classis,

GGGGG iij atq;

atq; vtroq; a nostrate differt, tum quia frigiditatem deposuit, tum quia calorem assumpsit. Itaq; ce-
tera quide huius cisthi, illis quae in nostrate videntur, similia sunt. Verum ladanum quod vocant,
ex eo provenit, medicamentum primo excessu iam quodammodo completè calidum, vt videlicet
& secundum attingat, habens etiam adstrictionis paululum. Ad haec substantia tenui, ac proinde
emolliens, siue malacticum, pariterq; moderate digerens, ac videlicet etiam *συμπλεκτικόν* hoc est
concoquens. Itaq; mirandum non est, si peculiariter ad vteri vitia coueniat, quandoquidem ad di-
cta paulum quiddam adstrictionis obtinet. Quocirca diffuientes capillos retinet. Nam quicquid
ad radices eorū prauū humoris federit, id omne absumitur: tum meatus quibus infixi sunt, cōstringit
contrahitq; adstrictione. Caeterū alopecias, & ophthalmias siue lippitudines sanare nō potest, vt-
potè grauiore vire, q̄ quae ladanū insunt, poscēt: quippe proueniunt isti ex prauis succis lentis
crassisq; quos secantia ac digerentia medicamenta potissimum euocant atq; euacuant. Caeterū te-
nuium partiū sunt facultatis oportet, & minime adstringētis, non tamen vsque adeo tenuiū partiū,
& desiccatoriae, vt nimio plus desiccet, vnaq; cū collectis inibi succis praeter naturam, naturalem
quoq; humiditatē incrementa pilis suppeditantē absumant. Nam sic non tantum alopecia libera-
bunt, sed & caluitiem afferent. Sed haec ad curandī rationem pertinent.

Cissos. Hedera.

Hedera ex contrarijs composita est facultatibus: habet enim quiddam adstringētis substantie,
quam terrenam & frigidam esse ostendimus: habetq; etiam non nihil acris, quam calidam esse vel
gustus comprobat. Nec deest tertia: aqueam namq; substantiam quandam tepidam obtinet certè,
si viridis sit. Siquidē dum arefcit, haec prima exhalet necesse est: manetq; quae terrea & frigida ad-
stringensq; & ea quae calida & acris. Viridis autem, folijs eius in vino decoctis, vlcera grandia cō-
glutinat: quaeq; maligna sunt, ad sanitatem reducit: tum igne factas exulcerationes cicatrice inclu-
dit. Porro cum aceto decocta folia lienosis profunt. Flores autem quodammodo validiores sunt,
vt ad laeuorem redacti cum cerato ambustis conueniant. Praeterea succus medicamentum est er-
rhinon, hoc est, in nares fufum, capiti purgādo idoneum: tum vetustas aurium fluxiones sanat:
ad haec vlcera vetera tum in auribus, tum in naribus. Porro si acrior appareat, aut rosaceo aut dul-
ci oleo miscetur. Lachryma eius lēdes interimit, pilis nudat: vsque adeo calidā potestatis, vt obfcu-
re adurat: est enim velut aqueus quidam liquor, sicut aliae omnes lachrymae.

Clinopodium.

Clinopodium excalfaciendī vim obtinet, sed nondum adurendi: est verò etiam essentia subtili:
ponatq; ipsum quispīam in tertio ordine tum excalfaciendum, tum resiccantium.

Clematis.

Clematidis folia acrem & adurentem siue causticam facultatē obtinent, adeo vt & lepras exco-
riant. Fuerit itaq; in quarti ordinis excalfaciendum in initio. Vocatur autē clematis & daphnoides,
quod quidam myrsinoides, alij polygonoides appellitant. Caeterum id nequaquam exulcerato-
rium est aut acre, sicut quod ante dictū est, immo profurijs ac dysenterijs cū vino potū prodest,
dentiumq; dolores mansum mitigat: tum vteri quoq; doloribus in pello admotum vsui est: tantū
abest vt perinde vrat aut vlceret, ceu illud superius. Sed summè nobis suspiciendus Pampphilus il-
le sicuti in reliquis nugatur de ijs, quae nunq̄ vidit, literis ea mādans, sic haec ambo in vnum confu-
dit. At Dioscorides vtriusq; in quarto meminit, & eius quae simpliciter vocatur clematoides, idq;
in fine libri: & alterius, sed in principio: quamobrē non est necesse, vt ego rursum notis suis vtrūq;
distingam, sicut nec in alijs feci.

Cnicus.

Cnici femine duntaxat ad purgationes vtimur. Tertij est ordinis excalfaciendum, si quis foris
eo vti volet.

Coccus cniidius. Granum gnidium.

Granum gnidium & ipsum quoq; purgat: sed acris est adurentisq; facultatis.

Coccus baphicos. Granum tinctorium.

Granum tinctorium adstringentem simulq; amaram qualitatem possidet. Vtraq; sine morfu
desiccatur. Proinde ad ingentia vulnera congruit, & ad neruorum vulnerationes. Sed tunc ipsum
quidam cum aceto terunt, alij cum oxymelite.

Coccymelea. Prunus.

Pruni fructus ventrem subducit, recens quidem plus, aridus minus. Caeterū haud scio cur Dio-
scorides pruna damascena siccata ventrem listere dicat, cū & ipsa palām etiā subducant, minus ta-
men q̄ quae importantur ex Iberia. Siquidē damascena magis adstringunt: at quae Iberia fert, dul-
ciora sunt. Quin & ipsae arbores fructibus proportionē respondent. Minus enim adstringūt quae
in Iberia nascuntur, magis verò quae Damasci. Caeterū vt in summa dicā, quorum in folijs aut ger-
minibus adstrictio quaedam inesse apparet manifesta, ijs decoctis phlegmonae in columella aut tō-
sillis existētes idonee colluuntur. Porro agrestium fructus euidenter adstrictorius est, ventremq;
sistit. Nominatur autem haec planta in Asia prunum. Gummi autē arboris, sunt, qui dicant cū
vino potum lapides confringere: cum aceto, pterorum sanare lichenas. Ac si id praestat, clarum est
extenuandī incidendiq; illi facultatem inesse.

Colla,

A

Colla aut gluten.

Gluten, quod ad libros preparant ex similagine & gāro, emplastice cōcoctoriaq; facultatis est,
quibuscunq; ipsum partibus illinas.

Colocynthe. Cucurbita.

Cucurbita humidā frigidāq; tēperaturā est, vtraq; qualitate secundī ordinis: quocirca ramen-
torum eius succus ad aurīū dolores cum phlegmone iunctos cum rosaceo vtilis est, sic tota quoq;
illita calidas phlegmonas mediocriter refrigerat. In esu autē humida est, & sitim propellens.

Colocynthis.

Colocynthis gustu amara est. Sed quae illi amaritudinis dum potatur adsunt opera, ea euidenter
efficere nequit ob purgatoriam facultatē, quā validam in sese cōtinet: nimirū cum ijs, quae purgat,
ante & ipsa per aluum excerni praerertens. Viridis ipsius succus intritus ischiadibus prodest.

Comarus. Arbutus.

Arbutus arbor ipsa qualitate acerbā vna cum fructu est. Eum memecylum nūcupant. Est autē
hic & infensus stomacho, & capiti dolorem commouens.

Commi. Gummi.

Gummi lachryma est congelata concretaq; in truncis arborum ipsam producentium, velut re-
sina quoq; in multis videntur, quae resinam proferre possunt. Caeterum q̄ exiccatoriae emplasticae
potentiae sit, constat. Proptereaq; asperitatis medetur.

Conia. Lixiuium.

Lixiuium sic, quod velut ablutio est cineris, nominatur. Porro omnium maximè tum absterfo-
rium, tum exiccatorium illud est, quod ex cinere ficus & tithymallorum efficitur: fereq; septicae
seu putrefacientis est facultatis: quae cuiusmodi sit, in quinto volumine exposui.

Conyza.

Conyza & maior, & minor adsimilis sunt tū tēperaturā, tū facultatis, gustu amarē & acres: ex-
calfaciuntq; admodum luculenter, siue quis folia cum teneris ramulis (est enim fruticosa planta)
parti cuiuspiam illinat, siue vbi in oleo coxerit, eo vtatur. Siquidem cōcussiones siue rigores per cir-
cuitum redeuntes tale sanare oleum videtur. Flores quoq; eorū adsimilis sunt facultatis. Itaq; qui-
dam & ipsos cum folijs tritos in vino bibendos exhibent ad menses fortiter ducēdos, ericiendūq;
foetum. Est & tertij conyzae genus in locis humidioribus, pueniens, vtrūq; illis tū graueolentius,
tum imbecillius. Sed primae memoratae tertij sunt ordinis in excalfaciendo exiccandoq;.

Coriannon, Corion. Coriandrum.

Coriannon, siue Corion, aut vt cunq; vocare lubet. Vetustiores Graeci Coriannon nominabāt:
at recentiores medici omnes Corion appellat, sicut & Dioscorides, refrigeratoriam esse herbam
ipsam dicitans, sed perperam. Siquidem ex contrarijs facultatibus constat & composita est, pluri-
mum habens essentiae amarae, quam ostendimus esse tenuium partium, & terrenam. Nec parum
etiā aqueae humiditatis obtinet, quae tepentis est facultatis: his adiunctum est quoq; adstrictionis
pauillimum. Ex quibus omnibus varie quidem agit ea, quae scribit Dioscorides, sed non tantum ex
refrigeratione. Caeterum ego cuiusq; particulatim actionis causam enarrabo, tam etsi propositum
fuerat mihi meā vnus duntaxat hoc in libro sententiam expromere: sed forte nihil obstat: im-
mo, si verum fatendum est, proderit non nihil superiores methodos, quae in paucis medicamē-
tis sunt dictae, hic repetere. Primum ergo non Dioscorides tantum, sed & alij complures medico-
rum indeterminate de morbis pronunciant, sicut sanè hac quoq; tempestate non paucos inuenias
medicos vel insignes, praeter alia, hac in re turpissime hallucinantes. Interdum enim atra, liuida fri-
gidaq; reddita parte, quae erysipelas habuit, nec amplius refrigerantia poscente pharmaca, ceu an-
tea, sed ea quae infixum parti praeter naturam humorem eliciant, quidam tamen refrigerare perse-
uerant: alij ad digerentia quidem transeunt, caeterum ea erysipelas sanare dicunt. Quanquam scri-
bant incipientibus etiamnum, atq; gliscentibus, crescentibus vt erysipelatis alia esse medicamen-
ta, alia verò iam declinantibus ac flaccescentibus. Sed ita res non habet. Neque enim erysipelas
etiam vocari debet, postea q̄ inflammatio eius, & feruor, ac biliosum illud abierint: neque quae fa-
cultate funt frigida, neq; quae illa sanant, remedio esse putandum: sed velut si vel in initio protinus
aut percussis, aut alia de causa quavis tumor in parte quapiam aut liuidus, aut niger extiterit, eum
esse frigidum affectum existimabis, & quae digerant excalfaciantq; poscere: ad eundem, opinor,
modum, si calida affectio in frigidam reciderit, negligenda quidem prior est, sed secunda alio ap-
pellanda nomine: aut si displicet nominis mutatio, saltem, sicut quidam alia scribunt principij, alia
declinationis remedia, haud sanè cēsendū frigida esse declinationis remedia: Concedendum sanè
est, si cui ita placet, vt talis affectio etiam erysipelas vocetur: sed eam etiam calidam dicere vbi iam
refrigerata est, id verò neutiquam concedendum. Itaque ne, quod tunc ei auxilio est, refri-
geratorium esse credamus, sicut Dioscorides coriandrum, quod cum pane aut polenta, vt ipse in-
quit, erysipelas curet illitum. Nam quod ad vnguem est erysipelas, quod vti que inflammatum est
& flauum, haud vnquam sanare queat cum pane coriandrum, sed illud quod iam refrigeratum
est. Proinde nos superioribus voluminibus, cum determinata ac definita experientia cuiusque

Quinta Classis. GGGG iij medicaminis

* Ant. codices legunt γυρωσ i. pollinē. & ita veteres iterpres, Oribasius, Aetius, & Paulus.

* A. Arbitror legendum esse ophthalmias, non ophthalmias, quod quidē de pilos affectibus se- mo ipsi ē. Qui & Aetien. cap. de Ladanū vti- tur habuissit: hanc lectio- nem. Adde qd̄ ophthal- mia ea non ex- poscit curatio- nem.

* A. vulnera

† A. exantijs Graecis. ea quae in hunc modū in paucis medi- camētis dicun- tur, iuuabit ali- quid, ac reme- morabit supe- riores metho- dos.

† A. neq; quae has affectiones sanant, facultate frigida esse putandum est.

medicaminis facultatem explorandum censuimus, quod maxime fieri posset simplicissimum eligi affe-
ctum consulimus. At plerique medici neque quod vel plurimi morborum protinus ab initio compositi
inuadant, norunt: neque quod alius affectus sit erysipelas exactum, alius vero is qui vocatur ab omni-
bus nobis vilitate, ut a veteribus quoque phlegmone: alij autem inter hos medij plurimi, partim ut
sic dicam, erysipelata phlegmonode, partim phlegmonem erysipelatos. Ac inuenias non nunquam
ubi neutrum vincat, sed ad vnguem paria sint. Quinetiam non nunquam oedematodes esse erysipe-
las conspicitur, sicut aliud scirrhodes: ut compositorum morborum non paruus aceruetur numerus.
De quibus copiosius cum alibi differuimus, tum in curandi rationis voluminibus. Dicitur autem
& nunc, quoad saltem eorum meminisse necesse est, quod exactum erysipelas haud vnquam ab ante-
dicto cataplasmate curari possit. Voco autem exactum, cum a biliosa fluxione pars impleta fue-
rit. Porro quod longè a refrigeratione absit coriandrū, vel ex ijs quae ipse scripsit Dioscorides, discere
liceat. Nam choeradas siue strumas cum eregmo, siue lomento, inquit, discutit. Porro quod nullum re-
frigerantium medicamentorum idoneum sit discutendis choeradibus, vel ipsum Dioscoridē non
dubitaturum arbitror, quippe qui sexcenta scripserit medicamenta choeradas sanare potentia, quod
omnia tum temperie calida tum actionibus digerentia esse confessus est.

Coronopus.

Coronopodis radix coeliacis prodesse creditur manducata.

Costus.

Costus leuiculam planè amarā, plurimam autem acrem & calidam in se qualitatem simul &
facultatem continet, adeo ut etiā exulceret. Vnde ex oleo corpus eorum, quibus per circuitum
rigor inuadit, ante accessionem illo conficitur: sic verò etiā in resolutis, & ischiadicis, atque in sum-
ma in quibus excalfacere partem quāuis, aut ex alto in superficiem extrahere quippiam est opus,
ad costum confugitur. Eadem de causa vrinas mensesque prouocat, & ad rupta, conuulsa, ac laterū
dolores congruit. Porro ob amaritatem quae illi inest, lumbricos latos necat. Ob eandem & ad con-
tractas velut ex sole maculas, ἐφελσῖς Graeci vocant, cum aqua aut melle vsurpant. Inest itē flatuosa
quaedam illi temperiei humiditas, per quam & venerem excitat cum vino mullō.

Cotyledon. Umbilicus Veneris.

Cotyledon facultatis miste est, nepe humidā subfrigida, & cuiusdā obfcurè subadstringentis,
& cum ea leuiter amarā. Vnde refrigerat, repercutit, abstergit, & discutit. Itaque phlegmonas erysi-
pelatos, & erysipelata phlegmonode curat: & maxime stomachi ardore aestuantis admodum vri-
le est epiplasma. Putantur folia cum radice manducata calculos confringere, & vrinam mouere.

Crania. Cornus.

Corni arboris fructus admodum acerbus est, eius aptus. Itaque mirum videri non debet ipsum valē-
ter ventrē restringere, sicut & mespila. Folia quoque & germīna gustu acerba sunt, valēterque defici-
cant. Itaque maxima vulnera glutinare possunt, potissimum durorum corporum: at paruīs vulneribus
& mollioribus corporibus potius contraria sunt. Nā nimium ea contendunt, ac plus satis deficcant.

Crambe. Brassica.

Brassica esculenta deficcandi vim habet tū esca, tum foris imposita, non tū etiā admodum acere.
Alioqui & vlcera glutinat, & maligna vlcera sanat, praeterea phlegmonas iam induratas, ac aegre
solu biles, & id genus quoque erysipelata. Eadem facultate epinyctidas & herpes sanat. Habet quod-
dam etiā in se absterforium, quo lepras curat. Porro semen eius potum lumbricos interficit, maxi-
mè brassicae Aegyptiae, quanto scilicet temperatura sicciore est. Sanè amarā qualitatis particeps se-
men est, sicut videlicet omnia alia medicamenta quae ad lumbricos idonea sunt. Secundum eandem
facultatem ephelidas, & lentes, & quaecumque modicam absterfionem postulant, adiuuat. Porro cau-
les brassicae combustae cineres efficiunt admodum deficcantes, ut videlicet iam & causticam siue adu-
rentem vim participant. Hac ratione ei veterem adipem commiscentes, ad inueteratos laterum do-
lores, & si quid eius fuerit generis, adhibent. Nam valenter digerens pharmacum efficitur.

Crambe agraria. Brassica agrestis.

Brassica agrestis quodammodo calidior siccioreque domestica est, ceu alia prope modum omnia agre-
stia sui generis domesticis secundum vtrancumque hanc facultatem valentiora sunt. Quāobrem neque intra
corpus citra noxam sumitur, ut quae longius ab humana recesserit temperatura. Eadem de causa & gu-
stantibus amarior est quam domestica: quāquam domestica quoque acrimoniae non nihil & sub amaritudi-
nis continet, sed vtrancumque habet agrestis validam: quare et extergit & digerit quam domestica valentius.

Crambe thalattia. Brassica marina.

Brassica marina supra quod ventrem deiciat, vtpote subfalsa & subamara gustu, fuerit sanè etiā
ad externorum corporis vsus, & ad omnia ea, ad quae tales qualitates accommodantur, idonea.

Crataegonos.

Crataegoni herbae fructus & acris gustanti est, & ventri frigidus, similis milio.

Crethmon.

Crethmon gustantibus salsum quodammodo est cum paucula amaritate: quāobrem vis eius est
exiccatoria & absterforia. Vtracumque tamen imbecillior ei est quam in amaris.

Crithe.

Crithe. Hordeum.

Hordeum primi ordinis in exiccando & refrigerando: habet etiā paucillum absterfionis.
Paulo etiā plus deficcet quam farina fabacea, cui non insint cortices: caetera verò similia sunt fo-
ris vrentibus. In cibo autem hoc fabis praestat, quod flatuosam naturam exuat: fabis, quantūcumque co-
xeris, flatuosa natura remanet: sunt enim crassioris essentiae quam hordeum: quāobrem eo plus etiā
alunt: porro quā vtrancumque paulum modo a medio recessit, multo sunt vsui. Nam talia medica-
menta multis alijs miscentur ceu materiae quaedam: itaque etiā cera & oleum non paucis medica-
mentis coniunguntur. Alphiton verò, hoc est polenta, multo plus hordeo deficcet.

Crimmon.

Crimmon, quod crassa essentiae est tum in tritici, tum in zea farina, ita appellari consuevit. Plus nu-
trit quam polenta, sed aegrius concoquitur. Porro forbitio quam ex eo conficiunt, poltos nuncupatur, eaque
si ex zea conficiatur, leniter ventrem sistit, ac magis si frigatur.

Crimos. Lilium.

Lilij flos temperaturam mistam obtinet partim ex tenui, ac terrena essentia, ex qua vtrique habet
ut gustu sit amara: partim ex aquea, eaque temperata. Itaque et quod ex eo conficitur oleum ac vnguen-
tum, cum morsum digerendi simulque emolliendi facultatem obtinet: vnde fit ut vteri duritiibus sit
aptissimum. Porro radix foliaque per se trita deficcant & abstergunt, & digerunt moderatè: proinde
quoque ambustis competunt. Si quidem haec quoque moderatè deficcantem extergentemque facultatem po-
stulat. Radicem ergo tostam, ac deinde cum rosaceo contritam ambustis, quoad obducatur cicatrix, impo-
nunt: quippe cum alioqui & aliorum vlcerum omnium bonum sit inducendae cicatricis remedium.
Quinetiam vteros emollit, mensesque prouocat. Folia verò praecoquens, & ipsa ad obductam vsque
cicatricem imponunt, non in ambustionibus duntaxat, sed alijs quoque vlceribus. Sed & sunt qui
aceto ea condientes ad vulnera suo tempore vtantur. Plus tamen inest abstergentis facultatis in radice quam
in folijs, quāquam tamen nec in ea ipsa multum insit, sicut praediximus. Nam primi ordinis abstergentium est
medicaminum: itaque cum aut vitiligines, aut psoram, aut lepram, aut achoras, aut aliquid id genus
extergere volumus, commiscemus illi aliquid aliorum medicaminum validius extergentium, cu-
iusmodi est & mel. Caeterum si id moderatè illi ac conuenienter admisceatur, & ad neruorum diuisio-
nes competit, & ad alia vniuersa quae valenter exiccari postulant absque morsu. Reposuimus verò
et quāquam & foliorum succum cum aceto & melle coctum. Succus quoque partibus plus vtrique erat: in-
signe medicamen ad omnia ea, quae valenter exiccari postulat absque morsu, ceu vulnera omnia ingentia,
& maxime quae in capitibus musculorum eueniunt: tum ad ea vlcera quae nimis mollia sunt, & diuturna,
atque aegre ad cicatricem perducuntur. Sed haec iam ad medicamentorum componendorum institutum
attinent, a quo quantum licet, abstinere in praesentiarum adnotor, caeterum rerum ipsarum natura saepe-
numero ut attingam adigit: celeriter verò relinquenda sunt, atque ad propositum reuertendum.

Crocodylium.

Crocodylij semen acre est, atque odoratum, vrinam mensesqueiciens. Itaque facultatem habuerit ca-
lidam, digerentem, & exiccantem. Succus tum caulium, tum seminis, ut quae similes sint facultatis, ne-
phríticos adiuuat. Radix pectoris excreationibus valenter conducit, minus quidem quam semen acris,
non tamen minus amara. Trahit verò etiā per nares sanguinem.

Crocus.

Crocus paulum est adstringens quid obtinet, quod terreum frigidum ostendimus: sed superat
in eo calfaciens & qualitas, & facultas, ut tota eius essentia secundi sit ordinis excalfacientium, &
primi exiccantium: proinde concoquendi quoque vim quandam obtinet, adiuuante. In hoc & pau-
cula illa adstrictione. Quippe quibus medicamentis, cum non admodum excalfaciant, paucula
adeo adstrictio, ea parem facultatem habent essentia emplasticis vocatis: quas cum iunctas esse
caliditati non vehementi contigerit, pepticas, hoc est concoquentes esse ostendimus.

Crommyon. Capa.

Capa ex quarto est ordine excalfacientium: essentia eius potius crassarum est partium: vnde etiā
haemorrhoidas aperit tum apposita, tum cum aceto inuncta. In sole alphas abstergit, tum alopecij
attrita pilos alcyonio citius restituit. Porro si succum eius exprimas, quod reliquum est admodum ter-
reae substantiae est, eiusque caliditas: succus aqueae aereaeque caliditatis. Hic igitur ijs qui suffusi sunt, aut
aciem oculorum obtusam praecrassitudine humorum obtinent, inunctus prodest: ex huius temperatura
tota capa flatuosa est manducata. Itaque quae temperatura sunt sicciore, minus flatuum generant.

Cyamos. Faba.

Faba in vtrique medij temperamenti proximè est in exiccando & refrigerando. Caro eius pau-
lum quoque abstergentis facultatis continet, sicut putamen non nihil adstringentis: idcirco medico-
rum non nulli totam fabam cum oxycrato decoctam dysentericis, coeliacis, vomitibus, quos ἐμετικόν
nominant, exhibuerunt. Porro ut edulium, flatulenta est, ac coctum difficilis, siquid aliud: excreatio-
nibus ex pectore & pulmone idonea. Ut medicamentum verò foris imposita, deficcet innoxie.
In podagricis ea saepenumero vsi sumus ex aqua decocta, & ita adipi suillo admista. Ad neruorum
tū contusiones, tum vlcerationes farinam eius cum oxymelite imposuimus. Ad eos quos ex icu iam
phlegmone

phlegmone occupauerat, cum polenta. Sed & testium & vberum aptum est cataplasma. Nam he partes cum phlegmone tenentur, moderatè refrigerari amant, maxime cum vbera ex lacte in ipsis concreto phlegmonem patiantur. Quin lac quoque ab eo cataplasmate extinguitur, sicut puerorum pubes farina fabacea illita plurimo tempore glabra permanet.

Cyclaminos. Rapum, siue tuber terræ.

Cyclaminus varias vires possidet. Nam & abstergit, & incidit, & ora venarum aperit, & attrahit, & digerit: clarum id est ex particularibus operibus. Nam succus eius hamorrhoidas referat, violenterque ad secessum, puocat in crocyde siue floccis, & positus. Sic et facultatibus phymata, strumas, aliasque omnes durities digerentibus commiscetur, ac suffusus cum melle illitus competit: ad hæc quoque per nares expurgat. Adeo vehemens eius facultas est, ut abdomine illito ventrem subducatur, & foetum interimat. Nam & alioqui validum interimendo conceptui medicamen est, in pefso appositus. Tota autem radix succo imbecillior est, quam ipsa vehemens sit. Nam & menses siue epota, siue apposita euocat, & aurigini prodest, non modo ipsum viscus expurgas, sed et, quod in toto corpore bilis fuerit, eam per sudorem eiciens. Proinde sane post potionem sudoris adiuuanda omnino prouocatio est. Modus eius bibendi est drachmarum trium, siue cum melicrato, siue cum passo. Cutem detergit cum in alijs, tum quod alopecias, ephelidas, omniaque exanthemata siue efflorescentias curet: lienem quoque induratum iuuat emplastrum modo illita tum recens, tum arida. Sunt qui radicem siccam asthmaticis seu anhelantibus exhibeant. Porro altera cyclaminus, quam quidam cyssanthemon nominant, propterea quod cyssus, hoc est hederæ flore sit affinis, radicem quidem inutilem habet, sed fructum admodum efficacem: nam hic cum vino albo pluribus diebus duobus cyathis potus lienes sanat vrinas mouens, ac veterè subduces: secundas quoque eijcit, & asthmaticis prodest. Qualitas eius gustanti acris est, & sublentia.

Cuminum. Cuminum.

Cymini semine maxime vtimur, quemadmodum anisi, ligustici, cari, petroselinii. Est verò & facultatis excafacientis, sicut illorum vnumquodque, tum vrinam mouens, et flatum extinguens: ex tertio ordine excafacientium.

Cynosbatus. Sentis canis.

Cynosbatus. Huius fructus non segniter adstrictorius est, folia verò mediocriter. Itaque particularis eius vsus haud ignotus est. Cauendum ab eo quod in fructu eius lanae speciem habet, ceu arteriam vitians.

Cyparissus. Cupressus.

Cupressi folia, germina, pilulae recentes, & molles magna vulnera conglutinant in duris corporibus: ex quo clarum est quod resiccandi vim habeat absque in ligni acrimonia, aut caliditate, sicut certe & gustus testificatur. Apparet enim in calidis quidem acrimonia, sed plurima amaritudo, multoque etiam plus acerbatis in tota planta. Tanta ei inest acrimonia caliditasque, quanta satis sit deducenda in altum acerbatis, ac nullam tamen mordicationem aut caliditatem in corporibus efficiat. Proinde in alto latentes in flaccidis putrescentibusque affectibus humiditates innoxie tutoque depascitur, atque absumit: cum que excafaciant simul deliccantque, eas quidem quae contentae sunt, absumat, ceterum acrimonia & caliditate alias attrahant. Sic enterocelicos iuuat: si quidem exiccat, roburque addit corporis partibus prae humiditate laxis: vt potè cum adstrictio in altum subeat deducente ipsa caliditate, quae admista est, eum seruante modum, vt deducere quidem valeat, non tamen mordicare queat. Quidam ea vtuntur ad carbunculos, & herpes polentae miscentes, tanquam absumat citra excafacionem eos morbos facientem humiditatem. Sunt qui ad erysipelata vtantur, admista nimirum polenta cum aqua aut oxycrato aquoso.

Cyperus. Tuncus quadratus.

Cyperii radices maxime vsui sunt, excafacientes pariter & exiccantes absque mordacitate. Itaque vlcibus quae prae nimia humiditate cicatricem difficulter admittunt, mirifice profunt: habent enim quiddam et adstringens: quapropter vlceri item oris conueniunt. Quin & incidendi vim quamprimum illis inesse testificandum, quae & calculo vexatis congruunt, & vrinam mensesque prouocant.

Cypros.

Cyprus. huius arboris folia summaque germina in vsu veniunt, & facultatis, & qualitatis mistae habent. nam quiddam digerens cum aquea substantia modice calida, habetque et adstrictorium quiddam ex terrena substantia frigida. Itaque eorum decocto quiddam ambusta fouet. Vtuntur verò et aduersus igneas phlegmonas & carbunculos. Nam absque molestia & morfu desiccant. Quinetiam sponte prouenientibus in ore vlcibus, ac maxime aphthodesi, & ipsis et puerorum aphthis commissa accommodata sunt.

Cytisi.

Cytisi folia digerendi facultatem obtinent aqueae temperatae mistam, sicut & maluae.

Ciconia. Cicuta.

Cicuta quae extremè refrigerantis sit facultatis, omnes norunt.

Conos.

Coni fructus, quem quidam cocalon nuncupant, & strobilon, viridis totus, habet cum humiditate

Amiditate amaritudinem quampiam & acrimoniam: proinde purulentis, & quibuscumque adeo, quae in thorace & pulmone sunt, facile extollere & expuere expedit, accommodus est. Porro fructus ex eo esculentus, nutrimentum est coctum difficile, & validum. At vt medicamen asperitati lenientem cogruat, cum videlicet in aqua maceratus omnem in ea acrimoniam reliquerit. Nam reliquum omne minime mordax, maximeque emplasticum redditur, in medio calidae & frigidae qualitatis commixtus, ex aqua & terrea mistum substantia, minimum participans aerea.

L A G O P V S.

Lagopus facultatis est desiccantis, adeo vt fluxus alui probe exiccet.

Lathyrus.

Lathyrus. sunt qui dicant & hanc esse tithymalli speciem, tum quod similiter illis succum habeat, tum quod eodem modo purget, totaque illis facultate affinis sit, nisi quod semen gustatibus videatur dulce: quod sane etiam purgatoriam vim maxime possidet.

Lampfane.

Lampfane esa quidem succos prauos procreat, ceterum illita abstergendi non nullam digerentiamque facultatem possidet.

Lapathum.

Lapathum moderatè digerentem sortitum facultatem est, at oxylapathum mistam: nam cum eo quod digerit, non nihil quoque repercutit. Semen eorum manifestam quoque quaedam adstrictionem obtinet, vt & dysenterias, & diarrhoeas siue profluuiam sapet, & maxime oxylapathi. Porro hippo lapathum, quod in totum in paludibus prouenit, eadem dictis facultates obtinet, sed imbecilliores.

Lemonium.

Lemonij fructum, vt potè auferunt, exhibent coeliacis, & dysentericis, hemoptoicisque, siue sanguinem spurcentibus: iuuat & profluuium muliebre. Satis est oxybaphi mensura.

Lechen.

Lechen, quod in petris nascitur, est velut muscus quidam, sed rectè ex plantarum censi genere potest. Porro ita nominatus videtur, quod lechenas curet: extergentem habet ac modice refrigerantem facultatem, vt ranque verò resiccantem. Atque abstergentem quidem atque exiccantem a petra obtinet, refrigerantem verò ab humore aqueo: nascitur enim in humidis & roridis saxis. Porro quod ex talibus componitur, aduersum esse phlegmonae, (quod a phlegmanton vocant,) nihil mirum est. Ceterum an hamorrhagias sistat, vt refert Dioscorides, id verò neutiquam dicere queam.

Leontopetalon.

Leontopetali radice maxime vtimur: quod digerendi facultate, & exiccandi, excafacientiamque in tertio ordine possidet.

Lepidium.

Lepidium ex quarto est ordine excafacientium, simile nasturtio tamen odore, tum gustu, tum viribus: sed minus eo deliccet.

Leucas.

Leucas acris possidet qualitatem exupantem, temperaturam vero calidam siccatamque in tertio quodam ordine.

Leucacanthos.

Leucacanthos, quidam autem polygonaton, alij ischiada nuncupant: huius amara radix est, ac proinde incidit, & exiccat in tertio ordine: in calfaciendo autem ex primo est ordine.

Leucoron.

Leucorij frutex vniuersus extergentem facultatem possidet, ac tenuium partium, plus tamen flores, & iter hos, qui sunt sicciores, magis et quam virides, adeo vt et oculorum cicatrices crassas extenuet. Tum menses quoque decoctum eorum mouet, & secundas, partumque emortuum elicit: ac si bibatur, abortum facit. Est ergo id medicamentum, vt si quod aliud, amarum. Ac si quis virum eius vehemētiam multa aqua admista retundat ac mitiget, aut certe id genus aliquo, habebit & ad phlegmonem non malum medicamen. Sic decoctum eius, si non merum fuerit, vteri phlegmonas item perfusum sanat, potissimum tamen diutino tempore ad scirrhi modum induruerit. Sic cum cerato vlcera aegre ad cicatricem praeuenientia curat. Sunt verò et qui cum melle & ad aphthas adhibeant. Semen cum eiusdem facultatis sit aptissimum est duarum drachmarum mensura potum, tum mensibus ciendis appositum cum melle conuenire creditur, partumque viuentem interficere, ac mortuum eijcere. Radices similis quoque facultatis, nisi quatenus crassioris sunt essentiae, & magis terreae, cum aceto lienes induratos sanant. Nonnulli verò & phlegmonas in articulis induratas ipsi curant.

Leuce. Populus alba.

Leuce arbor miste quodammodo temperaturae est ex aquea tepida, & terrena extenuata essentia, quamobrem & abstergentis facultatis est particeps.

Libanotus. Thus.

Thus excafacit ordine secundo, deliccet primo, habet quoque subadstringens pusillum. Sed minimum manifesta adstrictio est candido: cortex eius euidenter adstringit: proinde sane strenuè quoque deliccet, adeo vt ex secundo sit ordine completo desiccantium. Est autem crassiorum partium quam ipsum thus, & minime particeps acrimoniae. Ob has ergo tum facultates, tum qualitates multas

multus est eius vsus apud medicos in hemoptoicis, stomachicis, coeliacis, ac dysentericis, non tantum ijs, quae extrinsecus applicantur, ipsum admiscentes, sed & ijs quae intro in corpus sumuntur. Ramus eius tum siccoris, tum calidioris est facultatis quam ipsum thus, adeo ut ad tertium vsus excessum perueniat. Habet vero etiam absterforium quiddam. Itaque eo nomine & expurgare & implere quae in oculis consistunt vlcera videtur, velut & qui ex myrrha, & qui e styrace.

Libanotides.

Libanotides tres sunt, vna sterilis, duae fructum ferentes: omnes vero eiusdem facultatis, emollientis, & digerentis. Succus tum radicis, tum herbae misceus mellis obtusam oculorum aciem ab humorum crassitudine emendat. Porro eius libanotidis, quae ad coronas est utilis, quam Romani rosmarinum nuncupant, decoctum regio morbo laborantes potum adiuuat. Omnes enim libanotides abstergentis & incidentis facultatis participes sunt.

Lignys. Fuligo.

Fuligo omnis exiccatoria est, ac proinde terrestris est essentiae, habens quaedam et ignis qui materiam combussit, reliquias: sed id pusillum est. Porro tota natura terrena est, tenuium partium. Sed quae speciatim in ea differentiae sunt, eae pro vna materia eueniunt, ex acriore & calidior, tali est proveniente fuligine, ex dulciore simili quoque & hinc fuligine proveniente. Primum, n. thuris fuligine vtuntur in ocularias medicinas misceas, eas videlicet quae ad oculos etiam nunc phlegmone tentatos accommodantur, atque etiam fluxione vexatos, & vlcera habentes, nam illa expurgat, & carne implet. Ad haec vsurpant quoque eam ad facultates quas vocant calliblepharas. Praeterea terebinthinae myrthaeque fuligo molestia caret, non aliter quam thuris: sed styrae quodammodo valentior est: magis est picis liquidae, qua est magis cedri. Porro acrioribus vtuntur ad vitia palpebrarum vocata ptila, & erosos oculorum angulos humidosque: citra phlegmonem. At mollioribus mitioribusque tum ad haec, tum ad ea, ad quae competere paulo superius diximus thuris fuliginem.

Libyficum.

Libyfici radix, & semen ex genere exalfacientium sunt, adeo ut & menses cieant, & vrinas prouocent, flatuque extinguant.

Linospermon. Lini semen.

Lini semine esum flatuosum est, et si frigat: adeo sane recrementitia humiditate plenum est. Est vero et in primo ordine quodammodo calidum, ac humiditatis & siccitatis quodammodo in medio est situm.

Linozostis. Mercurialis.

Linozostide vtuntur omnes ad ventris purgationes duntaxat. Verumenimvero si quis eius facere periculum volet in cataplasmate, sane admodum eam esse digerentis experietur facultatis.

Lonchitis.

Lonchitidis, eius videlicet quae semen habet triangulare, cuspidis figura, radix potissimum quodammodo similis est radici dauci: proinde vrinam ciet. Porro eius, quam scolopendriae similia habet folia, ea ad glutinanda vulnera idonea sunt viridia, sed sicca cum aceto bibita lienes induratos sanant.

Lycion.

Lycion, siue pyxacathon, arbor spinosa, ex qua lycium, quod vocant, conficitur, id videlicet medicamentum liquidum quo ad fugillata vtuntur, & sedis orisque phlegmonas, vlcerationesque, tum herpetas, putredines, & vlcera contumacia, & aures pure fluentes, & intertrigines, ac paronychias. Est autem facultatis exiccatoria, compositum ex diuersi generis substantiis, quas *ερεπυρες* Graeci vocant, altera quidem tenuium partium, digerente atque calida, altera terrestris frigida, ex qua ad strictionem obtinet. Porro haec qualitas pusilla medicamento inest, digerit vero & desiccatur non parum, nempe in secundo ordine: in calore autem medijs & symmetris proximam est: proinde ad varia hoc vtuntur medicamine, vt abstergente quidem ad putredines, & caeothae vlcera: vt con trahente vero, coeliacis, dysentericis, ac muliebri profluuiio adhibentes. Lycium hoc in Lycia & Cappadocia plurimum prouenit. Sed Indicum ad omnia valentius est.

Lysimachios.

Lysimachios supantem habet qualitatem adstrictoriae, per quam & vulnera glutinat, erupentesque ex naribus sanguinem emplastrum illita reprimunt: quoniam & reliquas sanguinis eruptiones sistere potest tum ipsa, tum succus eius multo magis. Pota dysenterias, sanguinis reiectiones, ac muliebri profluuium sanat.

Lychmis.

Lychnidos coronariae semen calidum est secundo quodammodo ordine, aut iam etiam tertio: sic cum sane eodem modo.

Lotos herba.

Lotus domestica, quam quidam triphyllon, hoc est trifolium nominant, vt mediocriter abstergentis vim possidet, sic est exiccandi: in caliditatis frigiditatisque coniugatione media quodammodo est, & temperata. Lotus autem agrestis plurima in Libya prouenit: semen eius secundi est ordinis exalfacientium, habetque non nihil absterforium. Porro aegyptiae loti semen etiam in panes fingitur.

Lotos arbor.

Lotus arbor non ita multae adstrictoriae qualitatis est particeps, sed & tenuium partium est, &

*baλλος de primate legi codici. impressis, legendum est, αἰθρα, vt antrig cod. & Orbassius habet, fuligo vel fauilla. Antiquus in terpes habet fumus.

†AP. dendromalache.

†AP. quoniam id assu mit tanquam expurgans, quoniam pupillam obtenebrat.

A. & exiccatoria. Itaque lignorum eius assulae derasa muliebri accommodatur profluuiio, & dysenterijs, & coeliacis affectibus. Decoquitur vero interim in aqua, interim in vino, nimirum prout vsus poposcit: nec infunditur nisi, sed & bibuntur. Quinetiam quod pilos defluentes cohibeat, non mediocre signum est ipsum adstringentis esse cuiusdam, similiter mediocriter desiccantis facultatis. Dicitur quoque esse & in sermone de ladano eiusmodi esse facultatis oportere, quod fluentes capillos esset cohibiturus.

M A C E R.

Macer cortex est, qui ex India conuehitur, gustu multum acerbo, cum leuicula quadam acrimonia odorata, iucundum sane redolens, vt pleraque aromata siue odorata, quae ex India conuehantur. Videtur itaque & ipse ex mista constare essentia, pleraque terrena frigida, pauca vero calida, & tenuium partium. Quamobrem valenter desiccatur, adstringiturque: proinde coeliacis & dysentericis miscetur facultatibus, in tertio exiccantium consistens ordine, in caloris frigorisque differentia neutrum insigniter efficiens.

Malabathrum.

Malabathri folium spica nardi similem facultatem obtinet.

Malache. Malua.

B. Malua, agrestis quidem, digerentis paululum & emollientis leuiter est facultatis: hortensis vero quanto plus habet aqueae humiditatis, tanto facultate imbecillior est. Fructus eius tanto validior est, quanto & siccior. Porro huius generis est & ea, quae anadendron malache nuncupatur, sed efficacissima comprehensarum in digerendo. Appellatur etiam Althea.

Mandragora.

Mandragora vincentem habet facultatem refrigerantiam, adeo vt tertij sit ordinis refrigerantium. Veruntamen non nihil etiam caloris inest & in pomis humiditatis: proinde soporem ea conciliandi vim habent. Radicis cortex cum sit valentissimus, non tantum refrigerat, sed & desiccatur: reliquum quod intus est, imbecillum est.

Marathrum. Foeniculum.

Foeniculum tam valenter exalfacit, vt ex tertio ordine exalfacientium ceteri promereatur: desiccatur vero non equè, sed ipsum quod in hoc primi esse ordinis posuerit: proinde lac praeceat: quod, si admodum desiccaret, non sane efficere: suffusus eadem ratione auxiliatur: vrinas mensesque ciet. Porro est & alterum foeniculum agreste, quod praemagnitudine hippomarathrum nuncupant: cuius radix ac semine amplius quam domesticum, desiccandi vim obtinet: quocirca ventrem quoque eo nomine sistere videtur.

C. Nec sane manifesta illis inesse videtur adstrictio. Huius non radix modo, sed & multo magis semine Cachryi affimile est, potestque & calculos frangere, & auriginosos sanare, mensesque & vrinas mouere: non tamen lac congerere, sicut illud superius. Aliud est hippomarathrum, cuius semine rotundum est & acre, simile semini coriandri, facultate quidem hippomarathro simile, sed debilius.

Mastiche.

Mastiche candida quidem, & Chia consueto more cognominata, quodammodo ex contrarijs composita facultatibus est, adstringente videlicet & emolliente. Proinde stomachi, ventris, intestinorum, iecorisque inflammationibus competit, vt puta secundo ordine exalfaciens & desiccans. Nigra vero, quam Aegyptia cognominatur, tum magis desiccatur, tum minus adstringit: quamobrem aptior quodammodo est ad ea, quae validiore digestionem per halitum exposcunt: hac ratione furunculis bonum est remedium. Porro oleum vnguentumque mastichinum ex Chia conficitur, non admodum sane ex Aegyptia. Ceterum similis est & ipsum mastichae facultatis.

Melanthium. Nigella.

Melanthium exalfacit atque desiccatur tertio ordine. Videtur etiam tenuium esse partium: hoc enim nomine catarrhos sanat calidum in linteo admortum, atque assiduè olfactum. Quinetiam si intro in corpus sumatur, vel maxime status extinguit. Vnde constat essentiam ipsum esse subtilis, & ad vnguentum a caliditate elaborata: propterea sane est amarum est. Ostensum vero in quarto horum voluminum est, quod cum ad extremam tenuitatem atque elaborationem terrena pertingit substantia, amara proueniat qualitas. Itaque mirum non est si lumbricos interimat non esum modo, sed etiam foris ventri impositum. Si quidem & id praestare posse saporem amarum monstratum est. Nec sane etiam mirandum si lepras, clauos, myrmecias eiiciat, ei praesertim qui in superioribus libris comprehensorum haud est immemor. Sic vero etiam orthopnceam iuuat, & menses prouocat, qui utique ob crassitatem aut viscositatem humorum retenti fuerint. In summa vero, vbi sectione, exstersione, desiccatione, exalfacitione est opus, praestantissimum id remedium est.

Melilotum.

Melilotum mistae facultatis est: habet enim quiddam adstringens: sed & digerit & concoquit: copiosior enim in eo est substantia calida quam frigida.

Mel.

Mel desiccatur & exalfacit ordine secundo. Est autem simplicis, quoad fieri potest, tum facultatis tum temperamenti, extergentis, vt nobis appellare mos est, medicamentorum speciei exsternis. Porro coctum minus acre absterforiumque redditur: itaque ad sinuosorum vlcerum glutinationes

tiones eo vtuntur. Ceterum si quod mel amarum est, ceu Sardoum, clarum est & ipsum miste esse facultatis: tanquam si nostrum quispiam ei absynthium admiscuisset. Sed & Sacchar, vt vocant, quod ex India atq; foelici Arabia couehitur, in calamis, vt aiunt, concrefcit, & ipsum mellis est species, minus certe nostrate dulcius, sed ad similes ei vires obrinens, quod ad abstergendum, desiccandum, & digerendum attinet. Porro quatenus nec inimicum stomacho est, ceu nostras, nec sitim affrens, eatenus ab illo substantia differt.

Melissophyllum. Citrigo.

Melissophyllum marrubio simile est facultate, sed plurimum ab eo vincitur: quamobrem nec vtitur eo quispiam. Superuacaneum siquidem foret praesente marrubio, cuius tantus est vbique terrarum proventus, velle vt melissophyllo: ceterum si cui forte ad manum quandoque marrubium non fuerit, illo vti liceat, modo non exciderit, quanto ab hoc exuperetur.

Mespilum.

Mespilum, alij tricocum nominant, quod tria intus in vniuersum gerat grana, quorum vnū quodque arboris est semen, ceu ea, quae in malis inueniuntur, ipsius mali: & vinacei, ipsius vitis: & ficus, minuta illa grana, quas cenchramidas Graeci vocant. Arboris huius fructus admodum acerbus est, vixque edi potest, ventrem strenue coercens. Quin & in germinibus & folijs acerba haec qualitas non pauca reperitur.

Medion. Trifolium odoratum.

Medij radicem contra atque fructum ipsum temperatam esse contigit: nam illa quidem austera est, & fluxiones cohibet cum alias, tum vero etiam profluuium muliebre quod vocant. At semen tantum abest vt tale quid efficiat, vt etiam menses cieat, nimirum tenuium partium, & incidendi facultatis.

Mecon. Papauer.

Papauer alterum rhoeas nuncupatum est, q. s. celeriter flos eius defluat. Alterum domesticum, quoniam quidem colitur. Quin & aliae duae praeter has sunt species syluestris papaueris: alterum velut insidentem calicem sustinens, alterum longiorem quam illud calicem obtinens, totum autem procerius ac squallidius. Ab hoc succus defluit: atque hinc est quod hanc speciem quidam roeada nominant. Porro omnium facultas refrigeratoria est. Ceterum satiuum semen, quod & thylacite cognominant, mediocriter somnum conciliat, visu candidum: proinde panem ipsum inspergunt, ac melle maceratum edunt. At eius quod primo loco recensimus, cuius florem celeriter decidere posuimus, validius semen refrigerat: itaque nequaquam quis innoxie solo vti possit, sicut satiuo siue domestico, melli admiscens. Admodum vero si ita sumptum sit, somnum conciliat. Ceterum pusillum eius inspergunt ijs, quae ex melle conficiuntur, bellarijs, atque itrijs, panibusque. Porro tertio loco dictum semen atrum est medicamentosum est, admodum refrigerans. At quod quarto loco positum est, omnium est medicatissimum tum in semine, tum in caliculis, tum in folijs, tum in succo. Valide enim refrigerat, ad stuporem usque & mortem perducens. Sed medici, quod probe eo vtantur, medicamentis miscentes, frigiditatis vehementiam retundunt. Est enim ex quarto & vltimo refrigerantium ordine. Porro quo pacto maxime ex methodo missionem facere oporteat, non est praesentis tractationis proprium, sed eius quae de componendis medicamentis agit, quae post hoc opus a nobis exponetur.

Mecon ceratitidis. Papauer cornutum.

Papauer cornutum nominatum quod sic est a fructu leue inuersione habere, velut & foenugraecum: vt bouis cornu esse videat simile. Vocatur porro a quibusdam paraliu, quoniam quidem vt plurimum iuxta mare nascitur. Vim habet incidendi, et abstergendi. Itaque radix herbae in aqua decocta ad dimidium, hepaticos affectus adiuuat. Porro folia & flores fordida admodum & contumacia vlcera iuuant: sed ea rejicere oportet vlceribus iam expurgatis. Adeo enim abstergere valent, vt & purae quoque carnis non nihil eliquent. Hoc virium robore non sordem duntaxat, sed & crustam vlceribus detrahit.

Mecon Heraclaea. Papauer Herculeum.

Papauer herculeum, vocatur vero & aphrodes, hoc est spumosum: eo quod totum candidum est & spumosum, exile. Semen habet pituitam expurgans.

Melea. Malus.

Malus non omnino eiusdem naturae est, velut nec eiusdem fructus. Quippe quaedam mala dulcia sunt, quaedam austera, non nulla acerba, non nulla acida, alia extreme exoluta & aquea: & sane in istis aquae exuperat, vt temperies eorum sit tum humidior, tum frigidior: in acerbis autem terrenum frigidum. In austerioribus vero tum istud, tum aqueum frigidum, sicut in dulcibus aqueum temperatum. Sic quoque succi, cortices, foliaque arborum inter sese dissident. Itaque si austeriora sunt atque acidiora, vulnera illis glutinare possunt, tum in phlegmonarum principio influxione repercutere, ac stomachum ventremque exolutum ac languidum roborare: at aquosioribus mediocres phlegmonas incipientes & gliscientes remittere. Sed haec iam ad curandi rationem attinent: proinde ea citius est relinquenda. Porro quae plurima pomis omnibus recrementitia frigidaque insit humiditas, vel hinc liqueat, quae eorum omnium nullus omnino succus durare, ac vetustatem ferre possit, verum acescant corrumpanturque vniuersi. Solus, n. cydoniorum & struthiorum, (vt potest quae propter vincentem adstrictionem minus caeteris sunt humida,) succus coctus cum melle durare potest: tamen si ipse per se non ita durare queat.

Melea

Melea persice. Malus persica.

A Melea persice. haec vulgo nunc ab omnibus vocatur Persice tantum, illo videlicet omisso Melea. Ipsa igitur arbor in germinibus & folijs vincentem habet amaram qualitatem: proinde folia eius trita & super umbilicum imposita lumbricos necant. Alioqui sane etiam digerens medicamentum est. Fructus eius, nempe esculentum hoc persicum, humidior est & frigidior temperie.

Melea armenice. Malus armenica.

Melea armenice. huius vetus nomen deficit. Vocant enim omnes tum fructum tum arborem procoion. Fructus humidior frigidiorque est, vt runque secundo quodammodo excessu perpeffus.

Melea medice. Malus medica.

Melea medice. huius fructus non amplius malum medicum, sed ab omnibus citrium nuncupari adsolet: in semine quidem vincentem habens qualitatem acidam & siccam, vt ipsum tertium sit ordinis resiccantium refrigerantiumque: in cortice vero itidem desiccantem temperiem est sortitus, non parum tamen habentem acrimoniae: proinde desiccatur hic secundo excessu, non tamen frigidus est, sed aut temperatus, aut paulo infra. Porro caro eius pariter crassi succi est, & pituitosa frigidaque. Nam & ipsa editur sicut & cortex: Semen omne edi ineptum est, tum humidum illud & acidum, de quo primum differui, & nucleus qui in illo inuenitur, id quod reuera semen est. Hic amarus est, & digerendi videlicet siccandique facultatem obtinens, secundo quodammodo ordine a temperatis recedens. Folia vero denique exiccandi ac digerendi vim obtinent.

Meum.

Meum. huius radices perutiles sunt, calidae tertio ordine, sicca secundo: proinde vrinam mensaque ciere volentes hoc vtuntur pharmaco. Sed si plusculum fumatur, capiti dolorem mouet, vt potest cum plusculum sit calidum quam siccum: quippe cum humiditatem crudiusculam etiamnum & flatuosam caliditatem ad caput deferat, atque ita ipsum afficiat laedatque.

Milax trachea, hoc est aspera.

Milax trachea clauiculis plena est. Varietate namque arboribus circumuoluitur sursum deorsum. Folia leuiter acria gustantibus sunt, & alioqui vtentibus calida.

Milax leua, hoc est leuis.

Milax leua quodammodo iam dictae similes vires obtinet.

Morea. Morus.

Mori fructus maturus quidem ventrem subducit, immaturus vero vbi aruerit, admodum restringit. Itaque ad dysenterias accommodus est, & affectiones coeliacas, & quascumque alias fluentes: contuditur autem, ac obsonijs commiscetur, velut rhoi fructus: aut si cui ita videatur, ex aqua aut vino bibat. Porro quae maturorum succus ad stomachica medicamenta sit utilis, propter eam videlicet, quae inest illi adstrictionem, neminem latet. Praeterea ad alia complura particularia, quae medicamentis poscunt adstrictionem, competit. At immatura mora praeter acerbicatem, & aciditatem sortita sunt: & tota adeo arbor in omnibus suis partibus mistam aliquam vim obtinere videtur ex restringente & purgante composita. Attamen in radice cortice purgatoria cum quadam amaritudine exuperat, adeo vt & latum lumbricum interficiat. In alijs autem partibus restringens vincit: in folijs tamen & germinibus quodammodo media vtriusque temperies est.

Myagros.

Myagri semine pingue est: nam si tunda, oleosum quid effundit, quod emplasticam vim obtinet.

Mycetis. Fungus.

Fungus frigida humidaque admodum planta est: quae obrem est, proxime ad deleteriam & enecantem facultatem accedit: & sane inter eos sunt qui interficiant, potissimum qui ex natura mista habent qualitatem putredinosam.

Myle.

D Myles radix paruo bulbo similis est facultatis, contrahentis: nam cum farina aerina, hoc est lilijs, apposita apertam vuluam sanare scribit Dioscorides.

Myosotis. Auricula muris.

Myosotis, quaedam vero myosota, desiccatur secundo ordine: ceterum nullam evidentem caliditatem possidet.

Myrice. Tamarix.

Myrice abstergentis est ac incidentis facultatis absque perspicua desiccatione: habet vero etiam adstrictionem non nullam. Has ob qualitates facultatesque admodum prodest lieni indurato decocta cum aceto, aut vino: siue radice, siue folijs, siue extremis ramulis decoctis. Sanat porro dentium dolores. Ceterum fructus & cortex non pauca sortita sunt adstrictionem, adeo vt gallae omphacitidi proxima sint, nisi quae acerbitas euadens est in galla, sed myricae fructui temperatura inest inaequalis: immista est enim naturae eius multa partium tenuitas, atque vis abstergendi: quod sane gallae non accidit. Attamen vbi galla forte ad manum non erit, eo vti liceat ad omnia, ad quae illa vtuntur: ad eadem & cortice. Porro myricae combustae cinis admodum desiccatoriae facultatis est, plurimam habens abstergendi & incidendi facultatem, pauxillam adstringendi.

Myriophyllum.

Myriophyllum usque eodum desiccatoriae facultatis est, vt vulnera glutinet.

Myrrhis.

Myrrhis.

Myrrhis, quidam myrrhan nominant, radicem habet odoris iucundi, & dulcem, quæq; menses moueat, tum ea quæ thoracem ac pulmonem degraunt, expurgantem. Itaq; ex secundo ordine fuerit excafcientium, adiuncta quadam partium tenuitate.

Myrrhine. Myrtus.

Myrtus. ex contrarijs substantijs hæc planta constat: vincit tamen in ea frigidum terrenum. Habet verò etiam tenue quiddam calidum. Itaq; valenter desiccatur. Porro tum folia, tum germina, tum fructus, tum succus, non parum inter se in adstrictioe dissident. Porro quod ramis & trũco adnascitur tuberosum, quam quidam myrtada nuncupant, quanto dictis siccius est, tanto & desiccatur & adstringit vehementius. Quidã id reponunt tundentes, postea vino subigentes, ac in passillos formates. Folia item arida viridibus plus desiccant: misceat enim virentibus humiditas quã. Porro succus non tantum ex virentibus folijs exprimitur, sed & fructu. Cõstipandi vim hæc omnia habent tum foris imposita, tum intrò sumpta in corpus: q. s. nondum vllam deleteriam aut purgatoriam substantiam habeant admistam.

Moly.

Moly, hoc quidam vocant Peganon agrion, hoc est, rutam syluestrem. Non nulli Harmolã, Syri Befasan, sicut cappadoces Moly, quia radicem habeat nigram, & florem lacteum. Vis eius tenuium partium est, & calida tertio ordine: vnde & crassos et viscosos humores dissecat, ac digerit, & vrinam mouet.

GAL. DE SIMPLICIUM MEDICAMENTORVM FACULTATIBVS LIBER OCTAVVS.

Qualitates tantum effectrices simplicium medicamentorum hifce libri tractari, ac quid ex ijs, quæ antè tractata sunt, in memoriam reducendum.



Vantum itaq; reliquum est facultatis secundum naturã, id hoc libro dicitur: nec id quidem omne, sed tm effectricium qualitatum actiones. Nã totius substantiæ plantarũ opera postea per se exponã. Cõmonefactis itaq; lectoribus de ijs quæ supra tractauimus, nempe q; cuiusq; simplicis facultatis in maioris minorisq; ratione discriminationẽ quatuor ordinibus notauimus, quodq; per spicuis limitibus cuiusq; ordinis latitudinẽ circũscripsimus, tum q; inueniendarũ facultatũ rõnẽ quandã ac viã docuimus, horumq; omniũ demonstrationes confecimus, ac scopos posuimus, & cuiusq; facultatis iudicãdi normas tum peculiãres, tum cõmunes, sic iam reliqua adijciemus, hortantes, si quis sit qui in superioribus versatus non sit, vt aut hæc omnino relinquat, aut si amans laboris est, ab initio prius totum opus perlegat. Siquidem prius q; in illis exercitatus fuerit, obfcura omnia & demonstrationis expertia videbuntur dicenda.

NARDV STACHIS. SPICA NARDI.

Nardi spica excafcit excessu primo, desiccatur secundo iam cõpleto. Cõposita est ex adstringente sufficienter substantia, & acri calida non multa, & quadam læuiter subamara: ex his conitans facultatibus radix & ad iecur, & ad stomachum rationabiliter conuenit tum pota, tum extrinsecus imposita. Vrinam ciet, morsus stomachi sanat, in ventre ac intestinis cõsistentes fluxiones desiccatur, ad hæc & eas quæ in capite & thorace. Valentior est vocata Indica, quæ nigrior est quàm Syriaca uocata.

Nardus Celtica, hoc est Gallica.

Nardus Gallica iam dictis similis quadatenus in genere facultatis est, ceterum ad omnia imbecillior, præterq; ad prouocandam vrinam. Siquidem calidior illis est, sed minus adstringit.

Nardus orea, hoc est montana.

Nardus montana, quæ & thylacitis, & pyritis nũcupatur, plurima in Cilicia nascitur, sed prædictis debilior.

Narthex. Ferula.

Ferulæ semẽ excafcit & attenuat. Ceterum id quod intus inest, dum adhuc viridis est, quod medullã vocat, adstringentẽ qualitatem participat, cuius nomine sanguinem spuentibus & coeliacis conuenit.

Napy.

Napy calfacit & desiccatur ordine quarto.

Narcissus.

Narcissi radix vsq; adeo exiccãdi facultate pollet, vt & maxima vulnera cõglutinet vel ad incisiones vsq; quæ circa tendones accidunt. Habet verò quiddam absterforium & attractorium.

Neuras. Poterium.

Neuras, quidam Poterium vocant: desiccandi absq; morsu facultatem possidet, adeo vt & nervos

A iros incisos glutinare credatur. Radices eius potissimum eiusmodi vim obtinet: quin & decoctũ earum quidam exhibent ijs quibus affecti sunt nervi.

Nerium, aut Rhododaphne.

Nerium, aut Rhododaphne, notus omnibus frutex: foris quidẽ illitus digerendi vim obtinet. Porro si intrò in corpus assumatur, perniciosus ac venenosus nõ tantum hominibus, sed pleriq; etiam pecudibus est.

Nymphaea.

Nymphaea tum radix, tum semen desiccandi vim habet citra morsum. Itaq; ventris profluuiã cohibet, semenq; siue per infomnia, siue alio pacto immodicè profluens retinet. Iuuat porro etiã dysentericos. Ceterum nymphaea, quæ candidam habet radicem, potentioris est facultatis, vt & muliebri medeatur profluuiõ. Verum & hæc, & ea quoq; quæ atram habet radicẽ, ex vino nigro austero bibitur. Porro non nullam habent quoq; & abstergendi potentiam. Itaq; & alphas sanant, & alopecias. Ceterum ad alphas macerantur aqua, ad alopecias, pice liquida. Sed ad hæc aptior est ea, cuius radix nigra est, sicut ad alia, cuius alba.

XANTHIUM.

Xanthium, vocatur etiam phasganium. Fructus digerendi vim obtinet.

Xyris.

Xyris, quidã xyrida, tenuiũ partiu, attractorie, digerendi, ac nimirũ et desiccãdi est facultatis cũ radix, tum multo et amplius fructus, qui quidem & vrinã ciet, & lienes induratos sanare potest.

Xiphion. Gladiolus.

Xiphion radix, & maximè altera illa, quæ superior est, attrahentẽ, digerentẽ, & desiccantẽ scilicet et facultatem possidet.

OE. SORBVS.

Sorbis arbor, cuius fructus græcè vocantur, & à plerisq; oũa, hoc est sorba nominantur, adstringentem obtinet qualitatem, sed multo imbecilliorẽ q; mespilus: proinde sanè etiã esui iucunda est, minusq; q; mespilus ventrem constringens.

Oenos. Vinum.

Vinum ex secundo ordine excafcientium: sed quod admodum vetus est, ex tertio: sicut mustum quod vocant, ex primo. Caliditati eius proportionẽ respondet siccitas.

Olynthi. Grossi.

Grossi acrem & digerentem vim possident propter succum totius arboris cõmunem, qui illis inest. Cocci itaq; duos tumores discutunt, crudi verò myrmecias & thymos eiiciunt.

Olostium.

Olostium desiccandi vim habet cum adstrictione: quam obrẽ ipsum adrupta potui exhibent.

Olyra.

Olyra mediã tritici & hordei naturam possidet tam vt nutrimentum, quàm vt medicamentum. Ex illis igitur de istis colligito.

Onagron.

Onagron aut onothera, aut onotheris, huius radix arefacta vinosum quiddã redolet. Sed & facultatis vini est maximè.

Onosma.

Onosma, vel osmas, vel phlonitis, vel ononis, ex acri & amara cõstat substantia: proinde quoq; creditur foetus necare & ejcere, folijs eius in vino potis.

Onobrychis.

Onobrychis rarefaciendi digerendiq; vim obtinet: proinde folia eius virentis etiamnum, illita ad morem cataplasmatum phymata digerunt: arefacta verò, si cum vino bibantur, frangurias sanant. Quinetiam sudores elicit cum oleo inuncta.

Ononis.

Ononis radicem habet tertio quadantenus ordine excafcientem, cortex eius maximè est vt illis, habens quippiã absterforium & incisorium. Itaq; non tantum vrinas prouocat, sed & lapides confringit. Eadem facultate & crustas cito detrahit. Vtuntur porro ea quoq; ad dentium dolores collui videlicet eam in oxycrato coctam præcipientes.

Oxos. Acetum.

Acetũ in primo horũ cõmentariorum mista esse substantiã, nempe frigidã pariter & calidã, eiusq; vtriusq; tenuiũ partiu demonstratũ est. Ceterũ calidã frigidã exuperat. Porro magnam desiccãdi facultatẽ obtinet, adeo vt sit tertij ordinis desiccãtiũ iam cõpleti, vtq; cũ validũ extiterit.

Oxyacanthos.

Oxyacanthus. Hæc arbor vt pyro syluestri similem habet speciem, ita & vires non dissimiles: quin & ipsi fructus, pyri qdẽ syluestris prorsum atq; absolute acerbis est: ceterum q oxyacanthos, & tenuiũ est partium, & paulum quiddã incisiuum obtinet. Porro arboris huius fructus, pyri syluestris fructui similis nõ est, verum myrtis, scilicet rubes & rarus. Habet vero & nucleos. Porro non esus tantum, sed & bibitus affectus omnes fluxionũ, quos quidã Græci vocant, cohibet.

Opus, siue Succus.

Opus, siue succus, cyrenaicus quidem oēs & caliditate & tenuitate exuperat, ac proinde etiam

Quinta Classis.

HHHHH omniũ

*κατὰ φύσιν
est, secundum
nãm. sed forte
κατὰ φύσιν, id
est, in plantis.

omnium maximè per halitum digerit: quanq̄ sanè & reliqui admodum calidi sunt & spirituosi: si-
quidem plurima eorum pars essentia aeris est & ignea. Porro complures habentur succi. Qua-
uis nanq̄ radice incisa aut caule, quod ex vulnere crassum ac lentū effluit, succus est: cæterum spe-
cialius, & velut per excellentiā quandam Cyrenaicū ita nuncupant, & Medicum, & Syriacum.

Origanus.

Origanus, heracleotica quidem efficacior est onitide: sed agrestis, quam quidam Panaces hera-
clium, alij Conylem cognominant, valentior vtraq̄ est. Omnes verò incidendi, extenuandi, exci-
candi, calfaciendiq̄ facultatem possident: hæc q̄ tertio exc. ita obtinent. Porro ea quam Tragori-
ganum appellant, assumpsit etiam adstrictionis quippiam.

Orobos. Eruum.

Orobos desiccatur quidem excessu secundo intenso, calfacit verò primo. Porro quatenus amari-
tatis est particeps, eatenus incidit, extergit, atq̄ obstructiones expedit. Cæterum si sumatur copio-
sè, sanguinem per vrinas euocat.

Orobanche. Eruangina.

Orobanche sicca frigidaq̄q̄ temperaturæ est in primo ordine.

Oryza.

Oryza habet adstringitorium quippiam: quare mediocriter ventrem sistit.

Orchis. Testiculus canis.

Orchis, nūcupat & herba hæc Cynos orchis. Radici eius bulbosæ ac geminæ vis inest humida
& calida: ac gustatibus dulciuscula est. Cæterum maior radix multā videt habere humiditatē ex-
cremētitiā, & flatuosam: quapropter epota venerè excitat. Altera verò, minor videlicet, e contra:
nimirū admodū elaborata: vt sit eius tēperamentū ad calidius & siccius vergēs. Itaq̄ hæc radix tm̄
abest vt ad coitū stimulet, vt et planè contra cohibeat ac reprimat. Eduntur bulborū more tostæ.

Orchis. Serapias.

Orchis, quæ & Serapiada nūcupat, sicciore facultatē obtinet, f̄ q̄ vt primi ordinis haberi merea-
tur, } quocirca nec perinde ad venerè accommodus est. Oedemata illitus discutit, vlcera sordida ex-
purgat, herpes sanat. Siccatu multo amplius desiccatur. Nā & putrescentia cōtumaciaq̄q̄ vlcera sa-
nitati restituit: quippe cum & subadstringens sit, ac proinde etiam ventrem ex vino potus sistit.

Ostria.

Ostria herba, ex qua fiunt & cacōremata, amara inest qualitas, & obstructiones expediendi fa-
cultas. Quare & in iocinore consistentes adiuuat obstructiones.

PANCRATION.

Pancratiū. Radix huius scillæ similem gustū & facultatē refert. Quare ea quidā pro scilla, si
ea non adsit, vtuntur: efficit enim omnia in genere quidem similiter, sed longè imbecillius.

Palium.

Palium folia & radix adeo nō obscurā habent adstringēdi facultatē, vt & ventrem fluentē cohi-
beant: adeoq̄ digerūt, vt & phymata curent, quæ quidē nō admodū phlegmonode sunt et calida.
Fructus porro tantā obtinet incidēdi vim, vt & calculos vesicæ cōminuat, & pectoris pulmonisq̄
excretionibus auxilietur.

Papyrus.

Papyrus ipsa quidem per se in vsum medicinale haud ingredi. At macerata aut vsta vtilis
efficitur. Igitur oxycrato vino vt macerata recentia vlcera glutinat, maximè in circulum circūpo-
sita. Verum hic quidē est ceu materia, quæ medicamina sanantia accipiat: at vbi vsta fuerit, medi-
camentum est exiccatoriū, velut & chartæ combustæ cinis, nisi quatenus infirmior est papyri cinis.

Panax Heracleum.

Panaces Heracleum. Ex hoc fit vocatus opopanax, radicibus eius & caulibus scilicet excisis.
Porro opopanax ipse longè est ad plurimos vsus aptissimus, vt potè ex calfaciēs, emolliēs, & dige-
rens: ponatq̄ ipsum quispia in calfaciēdo tertij ordinis, in desiccando verò secundij. Cortex radi-
cis exiccatorium simul & exalfaciorū est medicamentū: sed minus q̄ succus. Quin & non nullā
habet abstergēdi facultatē. Quare eo quoq̄ vtuntur & ad nuda ossium, & ad vlcera maligna &
cōtumacia. Sufficiens. n. talia carnem procreant, scilicet abstergēdo simul ac desiccādo, nec ita
magnopere calfaciēdo: quæ omnia ad carnem generandam necessaria sunt, velut in libris de cu-
randi ratione ostendimus. Fructus calidus & ipse est, ac mensibus mouendis medicamentum accom-
modū. Cæterū nescio quo pacto nunc oēs ex more non panaces, sed panaca herbā hanc vocitent.

Panaces Asclepeum.

Panaces Asclepeum minus est calidum supra dicto panace: quāobrem floribus eius & fructu
melli mistis, ad vlcera, phymata, & phagedanas vtuntur.

Panax Chersonium.

Panaces Chersonium & ipsum similem prædicto facultatem possidet.

Paronychia.

Paronychia ab effectu nominata est: sanat enim paronychias: vt & refert Dioscorides, fauos
quoq̄. Vis eius est tenuium partium, & exiccatoriā, morsu vacans. Talia enim sint oportet quæ
paronychias

A paronychias sanat. Porro fati constat tale esse idoneum ad digerendos affectus oēs, qui digeri
postulant. Talia enim sunt, quæ, cum ex tertio sint ordine exalfacientium & desiccantium, velut
& hoc, essentia insuper subtilis sunt.

Pentaphyllum.

Pentaphylli radix desiccatur vehementer, minimum verò acris est: quare multo est vsui: velut alia
quoq̄ omnia, quæ cum sint tenuium partium, citra morsum desiccant. Est enim hæc radix desicca-
toria ex tertio ordine, minimum habens euidentis caliditatis.

Peplos.

Peplos: quidam verò mecona aphrode. Et hic fruticulus succum habet similem tithymallis, cū
in alijs, tum quia purgat ceu illi.

Peplium.

Peplium. & hic quoq̄ fruticulus succum obtinet sicut tithymalli: nasciturq̄ plerunq̄ ad mare,
radicem habens inutilem, vt & peplos: succum verò validum, nec ipsum admodum vtilem: sed se-
men vtile est & flatuosum, similiter vt semen pepli purgans.

Peperi. Piper.

*Al. πυρόδες
i. igneū. & ita
Diosco. & pau-
lus. Quin & Ae-
tius ex Hippo.
dicit esse discul-
foriū statum.

B Piperis radix vires costo similes potissimum obtinet. Porro fructus nuper quidem admodum
germinantis, longum piper est: quare etiā maturo humidius est: humiditatis eius indicium est, q̄
facile repositum perforatur, ac non protinus mordicet, sed post paulo incipiat, verum plusculum
duret. Porro fructus qui velut omphax est, piper albū est: nigro quidē acrius. Nam illud iā quasi
superassatum est, & superexiccatur. Verum vtrunq̄ valenter tum exalfacit, tum desiccatur.

Persea.

Persea folia adstringentem vim modicè participant, adeo vt queant etiam nonnunquam vtili-
ter sanguinis eruptione affectis partibus imponi.

Periclymenos. Volucrum maius.

Periclymeni vtilis est tum fructus, tum folia, adeo vehementer incidētis pariter & exalfacien-
tis facultatis, vt si plusculum bibantur, vrinam sanguinolentam efficiant, principio quidem vri-
nam duntaxat mouentia: porro foris cum oleo illita exalfaciunt. Iuuant & lienosos & difficulter
spirantes. Competens potionis mensura est drachmæ vnus cū vino. Porro desiccatur quoq̄ semen:
& quidam aiunt, si copiosius bibatur, sterilitatē omnimodam bibentibus afferre. Sed & sunt qui
certum dierum numerum ad talem potionem præfinit, vt Dioscorides, qui septem & triginta
C eos tradit refert. Hic etiam vrinam cruentam reddi à sexto die memorat.

Peristereon.

Peristereon. Appellata est inde adeo, q̄ in ea peristeræ, hoc est columbæ versentur. Vim habet
hactenus desiccantem, vt vulnera conglutinet.

Petalites.

Petalites ex tertio est ordine desiccantium. Quamobrem ad cacoethe & phagedanica vlcera
eam adhibent.

Petroselinum.

Petroselini semen maximè vsui est, cum tota etiam herba vnā cum radice similem sed imbecil-
liorem facultatem fortiaur. Est autem vt gustu acre cum amaritudine, sic & in operibus calidū,
vnā cum incidendi effectu. Hinc menses & vrinas assatim prouocat. Est & aphyson, hoc est, fla-
tus extinguit. Fuerit itaq̄ & ipsum tertij ordinis tum exalfacientium, tum desiccantium. Porro
Cilices, id modo petroselinon appellant, quod natum est in Amano. Sed id smyrnium potius fue-
rit, q̄ petroselinum. Non tamen ita multum à petroselini viribus abest.

Peucedanum.

D Peucedani radice quidem maximè, sed tm̄ etiam succo & liquore vtuntur. Sunt autem omnia
hæc eiusdem specie facultatis: sed valentior succus: admodū exalfaciens & digerens: quare affe-
ctibus omnibus circa nervos consistentibus conuenire creditur, tum morbis in pulmone thora-
ceq̄ ex crassitudine & viscositate humorum prouenientibus. Atq̄ intrò quidem in corpus sum-
ptus, sed tm̄ etiam olfactu prodest. Porro q̄ incidat & extenuet, sæpe etiam dentium perforatorū
dolores cauitati impositus protinus sedauit: quia videlicet tenuium est partium, & exalfaciorius.
Quinetiam lienes induratos iuuat nempe incidēdo, digerēdo, atq̄ extenuando crassos humores:
sed & radice ad hæc vti liceat, quæ & squamas celerrimè ab ossibus detrahit, quia videlicet validè
desiccatur, minus tamen q̄ succus exalfaciens. Et vlceribus cōtumacibus remedium est optimum
arida illita: ipsa enim expurgat, carnem inducit, & ad cicatricem perducit, exalfaciens quidem or-
dine secundo iam completo, desiccans verò tertio iam incipiente.

Peganon. Ruta.

Ruta agrestis ex quarto est ordine exalfacientium & siccantium: domestica verò ex tertio. Est
aut non solū gustu acris, sed & amaro. Ex quo sanè etiā digerere atq̄ incidere crassos lentosq̄ hu-
mores potest. Ob eā vim & vrinas mouet. Quin & tenuium est partium, flatusq̄ extinguit. Quare
ad inflationes competit, ac veneris appetitū cohibet, digeritq̄, atq̄ exiccatur sanè strenue: est enim

Quinta Classis.

HHHHH ij eorum

eorum ex numero medicamentorum quæ valenter desiccant. Porro quod superius moly & besafan nominari diximus, & ipsum utiq; fuerit ruta syluestris.

Pissa. Pix.

Pix sicca quidem desiccet & exsiccet secundo à mediocribus siue symmetris excessu: ac plus desiccare potest quæ exsiccet. Humida verò e contra, plus videlicet calfacit quæ desiccet: habetque non nullam partium tenuitatem, qua & asthmaticos & purulentos adiuuat. Satis est autem cyathi linxisse mensuram mellis misce. Sed & abstergendam quandam vim habet, atque concoquendi digerendique: veluti & in gustu subamarum quiddam & acre. Sic leprosos vngues eximunt mista cum cera, lichenasque detergit: concoquunt item duros & crudos tumores omnes cataplasmatibus inditæ. Ad ea omnia humida valentior est. Arida verò pix tametsi ad hæc quidem deterior est, glutinandis tamen vulneribus magis congruit. Ex his itaque clarum est humidam picem calidam humiditatem affatim esse admistam.

Pissileum.

Pissileum ex humida pice efficitur, genere quidem illi simile, sed essentia tenuioris.

Pistacium.

Pistacium. In Syria vbertim hæc planta nascitur. Fructus eius quodammodo tenuioris essentia est, subamarum quiddam & odoratum habens: obstructions itaque liberat, sed maxime iecoris, verumtamen etiam thoracis, pulmonisque.

Pityides.

Pityides, nominatur ita fructu πύριδος picearum. At quidam per abusum similiter quoque pini fructum nuncupant. Mistam vim obtinent, ut potest adstringentes, & acrimoniam quandam cum amaritate possidentes: quamobrem thoracis pulmonisque expuitionibus conferunt.

Pitys. Picea.

Piceæ cortex vincentem habet facultatem adstrictoriam usque adeo, ut & intertrigines bellissime illitus sanet, & ventrem potus sistat: sed & ambusta cicatrice includit. Porro tædæ cortex illi adsimilis est, sed viribus tam moderatioribus. In folijs arboris vtriusque, ut quæ multo sunt cortice humidiora, vis inest vlcereum glutinatoria. In cono, quamquam his similis sit, validior tamen facultas est tum in cortice, tum in folijs, adeo ut dictorum nihil probe efficere queat, verum molestam quamquam habeat mordacitatem. Porro fuligo quæ ex dictis colligitur, ad pilos superciliorum accommodata est, itemque ad angulos oculorum erosos, lippiantes, ac lachrymantes.

Pityusa.

Pityusa, & hanc quidam speciem putant esse tithymalli, quæ succum habeat ut ille, quodque similiter illis purget: cæteraque omnia viribus illis sit adsimilis.

Platanus.

Platanus humidioris frigidiorisque essentia est non ita multo quam symmetra. Proinde folia viridia trita & illita, non obscure phlegmonas nascentes adiuuant. Cortex autem & pilulæ magis desiccantem vim obtinent, ut ille quidem in aceto coctus ad dentium adhibeatur dolores, pilulæ vero cum adipe ad vlcera ambusta. Sunt autem qui cortice combusto medicamen desiccatorium & absterforium efficiunt, ut cum aqua lepras sanet: per se autem illitum, ob humorum nimium vlcera vetera & fordida. Vitandus est pulvis folijs arboris insidens: alioqui si spiritu attrahatur, arteriam offendit, valenter desiccans & exasperans: vocemque lædit, sicut sanæ etiam visum & auditum, si in oculos aut aures incidit.

Polygonon. Seminalis.

Polygonon uti adstrictionem quandam obtinet, ita sanè vincit in eo aqueum frigidum: ut videlicet secundi sit ordinis medicaminum refrigerantium, aut etiam quodammodo in initio tertij: proinde sanè quibus stomachus æstu feruet, foris frigidum illitum prodest, velut etiam erysipelata & calidas phlegmonas iuuat. Porro tale cum sit, & fluxiones repercutit, & hac ratione videtur esse exiccatorium. Quare cum herpetum, tum vlcereum, tum aliorum bonum est remedium, tum etiam efficacissimum in inflammatis & fluxione tentatis partibus. Est & cruentorum vlcereum glutinatorium. Sed & aurium vlcereum prodest. Ac si vel plurimum insit puris, hoc tamen etiam desiccet. Eisdem ob facultates sistit profluuium muliebrem, ac dyfenteriam, & sanguinis eiectiones, & vnde cuncta aliunde immoderatus quippiam feratur. Refert Dioscorides, quæ & vrinam prouocet exhibitum stillicidio & stranguria affectis: non tamen exacte dispositionem discriminat, in qua ipsum dari expediat. Porro mas ad omnia dicta quam femina validioris est effectus.

Polygalon.

Polygalon modice austera folia obtinet: videntur autem, si bibantur, lac generare. Itaque superauerit in eo calidum ac humidum.

Polygonatum.

Polygonatum mistam habet tum facultatem, tum qualitatem: habet enim adstrictionis pariter & acrimoniam quippiam, nec non fastidiosam quandam amaritatem explicatu difficilem. Quo circa nec admodum est vsui, sed tantum quæ radicem eius quidam vulneribus illinunt. Sunt etiam, qui neos in facie illo detergant.

Polemonium

Polemonium.

A Polemonium, quidam philaterium, quidam (veluti Cappadoces) chiliodynamon: tenuium partium est, & desiccandi vim obtinet: quamobrem quidam radicem eius cum vino ad ischiadicis, dyfenteriam, lienemque induratum potui exhibent.

Polium.

Polium amarum est gustantibus, & modice acre: obstructione itaque liberat viscera omnia, vrinamque & menses citat: viride etiamnum magna vulnera glutinat, & maxime species eius fruticosa: aridum cum fuerit: rebellia vlcera sanat illitum: & magis hoc præstat, quod minus est.

Polium minus.

Polium minus, quo etiam vtimur ad antidotos, nam & acrius & amarius est hoc quam maius, adeo ut ex tertio sit ordine desiccantium, ex secundo autem completo exsiccantium.

Polycnemum.

Polycnemum desiccet & exsiccet secundo excessu. Itaque & ipsum vulnera glutinat.

Potamogeton.

Potamogeton adstringit & refrigerat sicut polygonum, sed essentia eius crassior quam polygoni est.

Polypodium.

B Polypodium dulcem simul & austera habet vincentem qualitatem: ut facultatis sit admodum quidem desiccantis, citra morsum tamen.

Praesium. Marrubium.

Praesium, sicut gustu amarum est, ita si quis vtatur, convenientem huic saporis actionem possidet, iecur ac lienem obstructione liberans, & thoracem pulmonemque expurgans, ac menses promouens. Sed & illitum detergit ac digerit: ponatque ipsum quippiam in caliditate quidem secundi ordinis iam completi, in siccitate tertij medijs aut completi. Succo eius ad aciei oculorum claritatem vtuntur cum melle. Quinetiam & per nares auriginem purgant, & ad aurium dolores inueteratos adhibent, utique in quibus obstructionem discicere, meatumque ipsum & ramos meningum seu membranarum expurgare est vsus.

Propolis.

Propolis extergentis non ita valentis est facultatis, cæterum admodum valenter attrahentis: est enim essentia tenui: porro exsiccet ordine secundo completo, aut certe tertio incipiente.

Prarmice.

C Prarmices flores quidem ciendæ sternutationis vim obtinent: vnde & herbarum nomen obuinit. Totus autem frutex si contundatur viridis, sugillata, & reliquas ecchymoses digerit: est enim temperies eius calida & sicca, viridis etiamnum ordine secundo, siccata tertio.

Ptelea. Vlmus.

Vlmi folijs quandoque recens vulnus glutinauimus, confidentes adstringentem pariter & abstergentem inesse illis facultatem. Cortex amplius etiam subamarus est & adstrictorius. Itaque cum aceto & lepram sanat. Porro viridis etiamnum ac recens, si vulneribus vinculi vice circumligetur, ea glutinare potest. Radices eandem vim obtinent: nam & decocto earum quidam perfundunt fracturas, quæ topico siue callo inducto opus habent.

Pteris. Filix. Thelypteris. Famina filix.

Filix radice habet maxime vtilitatem: latum enim lumbricum interficit, si quis eam quatuor drachmis in melicrato ebibat. Ad eundem modum partum viuum quidem necare, mortuum autem eijcere mirum non est. Est enim amara, paulum habens adstrictionis. Quamobrem vlcereum imposita vim habet valenter desiccandi: non tamen mordax est. Similem ei vim habet Thelypteris nominata.

Pycnocomum.

D Pycnocomi radix, fructus, folia, omnia digerendi attrahendique habent facultatem, ut potest quæ & gustu sunt acris: folia itaque phymata, & furunculosis discutiunt: fructus valentior est: & hæc quidem efficere potest mistus alicui digerentium cataplasmatum, cuiusmodi est quod ex hordeacea farina conficitur: palos, & alia id genus infixam ad extimam cutem elicit. Porro radix ad supradicta quidem deterior est & infirmior, cæterum bilem flauam purgat.

Pyrethron.

Pyrethri radice potissime vtimur causticam vrentem, ut facultatem obtinentem, qua utique est dentium refrigerantem dolores mitigat: & ad rigores ante periodum cum oleo confricatur. Ad hæc stupidos quoque, quos vepxades vocant, & resolutos adiuuat.

Pyros. Triticum.

Triticum, ut alimentum quidem, quam habeat naturam, non est huius instituti exponere: ut medicamentum verò foris impositum primi est ordinis exsiccantium: non tamen nec resiccare, nec humectare manifestò potest, habet verò etiam quiddam lentoris, obstruentisque naturæ. Porro quod ex eo conficitur amyllum, eo tum frigidius est, tum siccus. Quod verò ex pane fit cataplasma, vim habet magis digerentem, quam quod ex tritico: nimirum cum & salem, & fermentum panis adiuncta habeat: quippe cum fermentum vim habeat attrahendi digerendique ea, quæ in alto resident.

Quinta Classis.

HHHHH iij Rhamnus

Rhamnus desiccatur & digeritur excessu secundo, refrigeratur in primo completo, aut secundo incipiente: proinde herpes sanat, & erysipelata non magnopere calida. Ceterum ad hæc tenentur utendum est folijs.

Raphanis. Radicula.

Raphanis exalfacit quidem excessu tertio, desiccatur vero secundo: agrestis autem in vtroque efficacior est. Quin & semen ipsum planta efficacius est. Facultas ei inest digerendi. Itaque ad sugillata, & alia id genus liuida ob talem facultatem accommodat existunt.

Rheum. Rha.

Rheum, quidam id Rha nuncupant, mistam habet tum temperaturam, tum facultatem: habet enim quiddam terrestre frigidum, ceu indicio est adstrictio: & adiuncta est quaedam caliditas: si quidem si plusculum mandatur, subacre conspicitur. Quinetiam aeræ cuiusdam substantiæ subtilis est particeps: quod indicat tum laxitas, tum leuitas: non minime vero & opera: ob id enim licet adstringens, non tantum conuulsis, sed & ruptis, & orthopnoeæ prodest. Sic quoque liuentia & lichenas sanat illitum cum aceto. Porro quod adstrictionis opera haud infrenua sunt, hinc discere liceat, quod sanguinem expuentibus, coeliacis, & dysentericis conferat: nec enim reluctatur terrestri frigido tenui aereum: immo eoque deducatur, & in altum perducatur, valentioris effectus causa existit.

Rhetina. Resina.

Resinae omnes desiccant & exalfaciunt. Ceterum inter se discrepant, quod plus ac minus habeant in gustu quidem acrimoniae, in facultate vero caliditatis: tum quod alia plus, alia minus sortitae sunt partium tenuitatis: praeterea quod nonnullae adstrictionis sunt participes, alia nequaquam. Primas meruit omnium non iniuria lentiscina, eam vocant mastiche. Nam praeterquam quod paucula ei adest adstrictio, adeo ut stomachi ventrisque, & iecoris imbecillitatibus, & phlegmonis conueniat, insuper illi inest mordacitate vacas desiccatio. Minimum enim acris est, & maxime tenuium partium. Inter alias praefertur terebinthina, manifestam quidem non similiter atque mastiche adstrictionem possidens, ceterum adiunctam habens amaritudinem quandam, per quam magis etiam quam mastiche digerit. Ob eandem qualitatem inest & absterfio, tanta quidem, ut & pforas sanat. Quinetiam quae in profundo resident, ceteris resinis magis attrahit, nimirum cum illis maiorem habeat partium tenuitatem. Attamen pinea, & hac etiam magis strobilina, acriores quidem ea sunt, sed non magis tamen digerunt neque attrahunt. Mediae inter has sunt picea & abietina acriores quidem quam terebinthina, minus tamen quam aut pinea, aut strobilina. Habet porro etiam emolliens quiddam terebinthina. Secundum locum habet in emolliendo lentiscina: sicut & cyparissina acris.

Rhodis. Rosa.

Rosarum vis atque facultas superioribus libris pluribus verbis exposita est, nempe quod ex aqua substantia calida mista duabus alijs qualitibus, adstringenti videlicet & amara, composita sit. Quinetiam cuius sit naturae vtraque, amara scilicet & adstringens, in horum commentariorum quarto declarauimus. Flos earum magis etiam ipsis rosis adstringit, ac proinde sanè etiam exiccatorius est.

Rhodiarhiza. Radix Rhodia.

Rhodia radix, ea videlicet quae in Macedonia nascitur, tenuium partium, & digerentis est facultatis. In calefaciendo vero secundi ordinis censenda est, aut certe tertij incipientis.

Rhododaphne.

Rhododaphne tota sua essentia venenum est, nec tantum homini, sed plerisque pecoribus. At tereperie sanè tertij est ordinis exalfacientium, incipientis vti que, primi autem desiccantium.

Rhoea. Malum granatum, siue punicum.

Malum granatum omne adstringentem qualitatem obtinet, non tamen in omnibus ea exuperat. Sunt enim inter ea quaedam acida, quaedam plus dulcia quam austera. Et sanè quae ab unoquoque eorum prodecedit utilitas, secundum vincendum eueniat qualitatem necesse est. Dicitur autem in quarto horum commentariorum est super dulci sapore, austero, & acido. Itaque ex illis de malorum puniceorum differentia liceat colligere. Porro acini succo ipsorum tum adstringentiores, tum exiccatores sunt: his et magis putamina: vocant autem Sidia. Ad similes illis vim habent Cytini: sic enim eorum appellantur flores.

Rhus.

Rhus fruticosa planta adstringit, & desiccatur. Nam & coriarij ad desiccandum & adstringendum coria planta vtuntur: ac proinde *Excoriaria* graecè, (latine Excoriaria) appellata est. Porro medicis in usu sunt in primis fructus eius & succus multum austerae qualitatis. Consentaneus est usus particularis ipsi gustus sensui. Fuerit itaque & hoc medicamen ex tertio ordine exiccantium, ex secundo vero refrigerantium.

Rhypos. Sordes.

Sordes a gymnasiolorum stantibus, in quibus largum oleum inhaeret, digerendi emolliendique vim obtinet. In palaestris autem, quantum accepit pulueris, tamen etiam diuersa est. Hanc sordem Graeci vocant. Prior cruda phymata digerit: secunda optimè est phlegmones mamillarum remedium. Si quidem feruorem earum veluti ignem extinguit, & quod affluit repellit: denique & quod continetur,

A continetur, halitu digerit. Cōstat enim ex puluere, oleo, sorde humana, & sudore. Ac puluis quidem emplastica vim habet, & refrigeratoriæ, repercussoriæque: oleum vero emollit: porro sudor & sordes digerentia sunt. Ceterum quae a stantibus corraditur cum puluere non habeat, & ab aere aeruginem quaedam sumpserit, non iniuria acrior est: porro huius mentionem modo fecimus, quod plurimum in se ipso sit oleosa substantia, quae ex planta originem sortitur. Sed & vbi de ijs, quae ab animalibus proueniunt, verba faciemus, eius tum quoque meminisse erit propter sudorem.

SAGAPENVM.

Sagapenum liquor est calidus, & tenuium partium, sicut & alij liquores. Sed & absterfionem quandam possidet, qua oculorum cicatrices expurgat atque extenuat. Quin & suffusionibus & hebetudinibus oculorum, quae ob humorum proueniunt crassitie, non malum est medicamentum. At ipsa planta ex qua prouenit, ferule affinis, imbecilla & inutilis est. Sanè ipsa primè sagapenum appellatur. At liquor eius abusiue hoc nomen obtinet, ceu alia quoque multa ex nominis defectu per abusum nuncupamus. Perfectius namque foret ipsum cognominare non sagapenum, sed sagapeni succum.

Sampsycon. Maiurana.

Sampsycon tenuium partium, & digerentis est facultatis: desiccatur enim & exalfacit ordine tertio.

Saprotis Xylon. Caries lignorum.

Caries lignorum, & maxime quae participant adstrictionis simul & absterfionis, velut vlmus, expurgat impletque vlcera humida.

Sarcocolla.

Sarcocolla lachryma est arboris perficæ: mistam vim habet ex emplastica quadam substantia, et paucula amaritatis: citra morsum desiccatur, ac proinde glutinare vulnera valet.

Satyrinum. Triphyllon.

Satyrinum, aut triphyllum, humidum & calidum temperatura est: quamobrem gustu quoque apparet dulce. Attamen recrementitiam & flatuosam humiditatem possidet. Quocirca ad venerem incitat. Haec verò & herbae ipsius radix praestare potest. Porro ut quidam aiunt, ex vino nigro austro potum sanat opisthotonon.

Selinon. Apium.

Selinum vsque adeo calidum est, ut & vrinas & menses cieat: flatus quoque discutit, & magis semen quam herba ipsa. Sed & oreofelini & hippofelini similis vis est: verum hippofelinon imbecillius est, oreofelinon valentius.

Seris. Cichorium.

C Seris holus est subamarum, & magis quod agreste est, quod ob id ipsum picrida, hoc est amarum quidam nuncupant, quidam vero cichorium appellant. Est autem ea sicca frigidaque temperatura, vtrumque primo excessu: porro domestica magis etiam quam agrestis refrigeratur. Sed & humiditatis multae admistio siccitatem extinguit: verum vtraque adstringentis qualitatis est particeps, velut & chondrila: nam & ipsa est sercos species.

Seriphum.

Seriphum, dicitur sane de hoc est & in sexto libro in sermone de absynthio. Est enim absynthio tum specie, tum gustu simile: attamen discrepat: gustu quidem, quandoquidem non aequè ut illud adstringat, plusque exalfaciat, amaritatemque quandam cum salsedine relinquit: facultate vero tum quod stomacho infestum sit, magisque absynthio lumbricos necet, siue foris impositum, siue intro in corpus assumptum. Et sane calfacere ipsum in secundo ordine intento censendum est, exiccare in tertio.

Sefeli.

Sefeli, & radix quidem, sed & fructus vsque adeo exalfacit, ut admodum vrinam mouere queat. Sed & tenuium est partium, ut & comitali morbo & orthopnoeae competat.

Sesamon.

D Sesamon non parum in se continet viscosum & pingue: quare emplastice est et emolliens, ac modice calidum. Eiusdem facultatis est, quod ex eo conficitur oleum: et herbae quoque decoctum simile vim obtinet.

Sesamoïdes.

Sesamoïdes magnum, quod & anticyracos helleboros appellatum est, propterea videlicet quia semen eius ut helleborus purgat: hoc & reliqua facultate helleboro simile est. Nam & in abstergendo, calefaciendo, desiccandoque, similem illi vim obtinet.

Sesamoïdes album.

Sesamoïdes albi semen non nullam item acrem qualitatem continet: sed multum amarum est: exalfacit itaque, rumpit, & extergit.

Sideritis.

Sideritis habet quidem etiam abstergendi quandam facultatem, sed plurima eius pars humida est, & mediocriter frigida: paucula vero inest adstrictio: quare phlegmonem sedat, & glutinat. Quiddam etiam vocat Achilleam Sideritin, quae proposita quidem, quod ad dicta attinet, viribus est non dissimilibus, ceterum adstrictione exuperat: quare ad sanguinis eruptiones, dysenterias, & muliebrem profluuium congruit.

Quinta Classis.

HHHHH iij Sicyos.

Sicyos. Cucumis.

Cucumis esculentus, pepon quidem, hoc est maturus, tenuioris essentiae est: qui immaturus est, crassioris. Sed & abstergendi & incidendi facultas eis inest: quare & vrinam mouent, & corpus splendidum reddunt, ac magis quoque si quis femine arefacto contusoque atque cribrato vice pulueris abstergorij, siue *βύμακτος* vtatur. Superat in eis humida frigidaque temperies, non tamen magnopere, sed quasi in secundo censetur ordine. Attamen si quis aut semen, aut radicem arefaciat, haud etiam humidam fuerit naturam, sed iam desiccantis, idque in primo quodammodo ordine, aut etiam secundo, sed incipiente. Est & in istis maior abstergendi facultas, quam in fructus ipsius carne.

Sicyos agrios. Cucumis agrestis.

Cucumeris agrestis tum fructus ipsius succus, quem vocant elaterium, tum non minime radicis & foliorum ad medicationes perutilis est. Elaterium itaque menses ciet, & foetum interimit apertum, ceu alia omnia amara & subtilium partium, maxime si quam habeant caliditatem, velut nimirum elaterium: summum siquidem amarum est, leuiter calidum: vt ex secundo sit ordine excofacientium: porro tale protinus quoque digerendi vim possidet. Sic igitur eo angina laborantes inungunt quidam cum melle aut oleo vetere. Bonum item est regio morbo affectis fusum cum lacte in nares. Sed & dolores capitis sanat hoc vsu. Atque elaterium quidem eiusmodi est. At radicis succus, vt & foliorum, licet elaterio similem vim habeat, imbecilliores tamen. Sed & ipsa radix ad similem facultatem possidet: abstergit namque, digerit, atque emollit. Porro cortex ea potentius desiccatur.

Silphium. Lasepicium.

Silphij liquor calidissimus est: verum in uero & folia, & caulis, & radix fat strenue excofaciunt. Sed omnia flatulentia magis essentiae sunt, ac proinde coctum difficilia: foris tamen imposita corpori, efficaciora: & omnium potissimum liquor, admodum trahentem facultatem possidens. Attamen & excrementas amolendi, & liquandi vim quandam propter propositam temperiem obtinet.

Sifon.

Sifon calidus & subamarus gustu est: quare & vrinam mouet, & concoquit, mensesque prouocat, omnesque viscerum obstructions dilicit.

Sion.

Sion, quantum gustu quoquomodo odoratum est, tamen est excofacientis facultatis est particeps. Sed & digerit, & vrinam mouet, & calculos renum frangit, & menses euocat.

Sisaron.

Sisari radix cocta stomacho grata est, & vrinam mouet, secundo ordine excofaciens, adiectamque habens amaritatem quandam cum leuicula adstrictione.

Sisymbrium.

Sisymbrium tenuium partium, digerentis, excofacientis, & resiccantis facultatis est, & temperaturae in tertio ordine. Sed & semine eius tenuium partium est, & calidum. Quocirca ipsum quidam cum vino exhibent singultientibus, & tormina patientibus.

Sisymbrium.

Sisymbrium, quod quidam cardaminem vocant, quam quidem cardamomo simile quiddam gustu praefert: cum siccu est, tertij est ordinis excofacientium & desiccantium: cum humidum & viride, secundum.

Scandix.

Scandix ex agrestium holerum genere est, subacre & amarum, adeo ut in siccano & excofaciendo sit secundi ordinis intensi, aut tertij incipientis: vrinam valenter ciet, & viscera obstructione liberat, ex dictis qualitatibus constans.

Scilla.

Scilla admodum incidentem facultatem obtinet, non tamen admodum calidam. Sed secundum hoc eam quispiam secundi ordinis censet excofacientium. Praestat autem aut assam, aut elixam huiusmodi: sic enim virium eius vehementia exoluitur.

Scolymos.

Scolymi radix copiosam vrinam graueolentem elicit, si quis eam in vino coctam bibat: ac proinde graueolentiam sanat tum alarum, tum totius corporis. Atque hoc sane medicamento ex tota inest essentia, nimirum cum succus sit purgatorius. At quae secundum qualitates eduntur actio, calidum in secundo ordine completo, aut tertio incipiente, medicamen indicat, siccu vero in secundo.

Scordium.

Scordium, ex varijs id tum saporibus, tum facultatibus constat, nam & amarum quid obtinet, & acerbum, & acre: & maxime scorodo, hoc est allio, ad similem eius est acrimonia: vnde sane, mea sententia, nomenclaturam fortitum est. Expurgat igitur simulque excofacit viscera: tum menses vrinamque prouocat. Praeterea conuulsa ruptaque, & laterum dolores ab obstructione & frigore natos sanat epotum: denique viride quidem illitum magna vulnera conglutinat: sed fordida perpurgat, & contumacia ad cicatricem perducit illitum aridum.

Scorodon. Allium.

Allium desiccatur & excofacit quarto excessu. Porro ophioscorodon agreste allium est, domesticum

A stico valentius, ceu reliqua agrestia omnia.

Scorodoprasson.

Scorodoprasson sicut gustu & odore mediam scorodi, hoc est allij, & prassi, id est porri, qualitatem possidet, ita & viribus.

Scorpioides.

Scorpioides excofacit ordine tertio, desiccatur secundo.

Smilax.

Smilax aut Cactus arbor est venenosae facultatis.

Smyrna. Myrrha.

Myrrha secundi ordinis est tum excofacientium, tum desiccantium. Itaque capitum vulneribus illita glutinare ea potest. Inest & amaritas non pauca, per quam foetum & lumbricos tum enecat, tum eicit. Adest hinc ei & abstergendi potentia. Sic igitur ocularibus miscetur facultatibus, utique quae ad vlcera & crassas cicatrices praeparantur. Eadem de causa inditur & medicamentis, quae ad tussim veterem & asthma, siue anhelationem exhibentur: non tamen arteriam exasperat sicut abstergentium non nulla. Verum adeo moderatam obtinet abstersionem, vt non nulli eam arteriacis, quae vocant, medicamentis commisceant, tanquam sufficienter excofaciens & desiccans medicamen: scilicet abstersionem proficiscentem ab amaritudine nihil verentes.

Smyrna boice. Myrrha boeotia.

Smyrna boice vim habet excofaciendi, fundendi, emolliendi.

Smyrniū.

Smyrniū quidem hippofelinū agreste cognominatur. Ex eodem genere et ipsum cum apio est, & petroselino. Fueritque apio quidem validius, imbecillius petroselino. Menses itaque & vrinas mouet, calidum siccumque tertio ordine. Cilices petroselinū nominant quod in Amano nascitur. Est sane & ipsum smyrniū, verum minus acre petroselino, smyrnioque, proinde sane vlceribus imponi potest, quia videlicet sine molestia desiccet. Sed & digerere quae idurata sunt potest. Reliqua vis eius apio & petroselino similis est. Quocirca & femine eius vtimur ad menses, vrinas, & asthmas, siue anhelationes.

Sonchus.

Sonchus vbi adoleuerit, ex spinosis platis est. Caeterum viridis etiam nunc & tener estur perinde vt caetera agrestia holera. Temperamentum eius quodammodo mistum est: constat enim ex aequa terraque essentia, vtraque leuiter frigida. Nam & adstrictionis cuiusdam est particeps: & siue cataplasmatum in morem illinatur, siue edatur, manifesto refrigerat: postea vero quae plane resiccatus fuerit, terrestre eius temperamentum redditur, modicam habens caliditatem.

Sparganium.

Sparganium & ipsum desiccantis est facultatis.

Spartum. Genista.

Sparti, quo et vites alligant, tum fructus, tum virgarum succus non instrenue trahentis est facultatis.

Staphilinus. Pastinaca.

Staphilinus satius imbecillior, agrestis ad omnia potentior est. Vrinas mensesque prouocat cum herba quidem tota, tum maxime semen ac radix. Habet porro et abstergorium in se quippiam: quare obrem vlcerum phagedanica quidam folijs eius viridibus cum melle, quo pura reddat, illinunt.

Stachys.

Stachys, frutex ille marrubio similis, gustu acri & amaro, tertij est ordinis excofacientium. Quare obrem rationabiliter non menses solum prouocat: sed & abortum affert, & secundas eicit.

Stoebe.

Stoebes fructus & folia maximo sunt vsui, adstringendi vim habentia mordacitatis expertem. Sed & desiccatur euidenter in tertio ferè ordine incipiente: quare obrem decoctum eorum dysentericis iniicitur, & auribus pure fluentibus: tum vulnera magna conglutinat. Euidetius haec praestat cum vino atro austero. Valenter, n. desiccatur oes praeter naturam humiditates. Praeterea folia viridia si illinantur, vim habent erumpentis sanguinis suppressi: denique & oculorum ex icctu suffusiones illita iuuant.

Stoechas.

Stoechadis gustu quidem qualitas amara est, & mediocriter subadstringens, caeterum temperies composita, nempe ex terrena essentia frigida exigua, vnde sane adstringit: & extenuata altera terrena copiosiore, a qua utique amara est. Ob vtrorumque vero conuenientiam & coitum, obstructione libera re, extenuare, extergere, roborareque tum viscera omnia, tum totum corpus est nata. Supra namque ostensum est, quod quae ex eiusmodi essentijs constant medicamina, dictos effectus reddere possint.

Stratiotes.

Stratiotes aquaticus quidem humida & frigida facultate est, terrestri vero non nihil habet adstrictionis: proinde sane & vulnera glutinare potest, & vlceribus esse utilis. Sunt qui eo & ad sanguinis eruptiones vtantur, & ad fistulas.

Struthion.

Struthij radice potissimum vtimur, utpote gustu acri, & calida siccaque temperamento, ex quarto

to quodammodo ordine. Sed & abstergit & irritat: proinde quoque sternutationem prouocat, ceu **E** cætera omnia quæ calida sunt temperie, & gustu acria.

Styrax.

Styrax ex calfacit, emollit, concoquit: quamobrem tussibus, catarrhis, pituitæ destillationibus raucedinibusque, quas *νοσηλας* & *βρογχους* vocant, prodest. Tum menses seu potum seu admotum prolicit. Combusti eius fuligo, thuris fuligini quodammodo est similis.

Syca. Ficus.

Ficus aridæ vim habent ex calfaciendi ordine primo est completo, aut secundo incipiente: habent verò est partium tenuitatem quandam. Ex istis duobus idoneæ sunt, quæ tubercula dura concoquant: statim verò est ea digerunt. Atque ipsæ per se illitæ eiusmodi vim obtinent. Sed & decoctum earum eiusdem utique naturæ est. Verum ubi magis concoquere consilium est, miscenda est farina triticea: ubi verò plus digerere, hordeacea: panis horum in medio. Sed hæc magis sunt propria tractatus de medicamentorum compositione, & rationis curandi: verum in præsentiarum hæc de ischadi bus, i. caricis nouisse sufficiat. Porro scire oportet, quod pinguius sunt, magis possunt concoquere: quæ verò gustu acriores, magis tum extergere, tum digerere. Cæterum quod ex his plurimum in aqua coctis efficitur, simile est mellis non solum consistentiæ, sed & facultate. Porro ficus virides comestæ propter admixtam humiditatem facultatis sunt imbecillioris: subducunt tamen aluum utraq; tum humidæ, tum sicca. Porro ficus caprifici acris & digerentis facultatis sunt: sic est domesticarum grossi, greci vocant *δλινθους*: inest enim illis non nihil etiam succi ex ficu arbore.

Syca. Ficus arbor.

Ficus arbor calidæ tenuiumque partium temperaturæ est, ceu indicant tum liquor eius, tum foliorum succus. Valenter enim eorum uterque calidus est. Itaque non mordicat tantum, aut vehementer abstergit, sed & ulcerat, & ora vasorum referat, & verrucas, quas myrmecias, vocant, efficit: sed & purgare potest. Porro ficus agrestis, quam erineum Græcè, (latine caprificum,) nominant, tum opositum, tum succus ad omnia que fatiuræ valentior est. Sed & cradae, i. rami earum adeo sunt calidi, tenuiumque partium, ut carnes bubulas duras, si coquendis adhiçantur, friabiles ac teneras efficiant.

Symphytum petraeum.

Symphytum petraeum ex contrariis constat viribus: habet enim secundi vim quampiam, qua collectum in thorace pulmoneque pus expurgare potest: habetque etiam quandam contrahendi vim, qua eiectionibus sanguinis auxiliatur: & tertia ad eas inest humiditas quædam non immodice calida, per quam gustantibus dulce apparet, & odoratu iucundum. Mansum sitim extinguit, & arteriæ asperitates sanat. Porro secundum omnium dictarum virium missionem simul digerere abunde potest, simulque corpora contrahere restringereque: proinde enterocœliis imponitur: & ad conuulsa & rupta cum oxymelite bibitur. Porro qui ipsum in vino decoctum ad dysenteriam exhibent & muliebri profluuium rubrum, vtuntur tanquam desiccante & contrahente. Qui verò ad nephritim, tanquam expurgante & incidente.

Symphytum magnum.

Symphytum alterum, puta magnum, similem dicto vim habet: non tamen gustantibus dulce est, aut odorantibus odoratum. Sed his sanè a modo scripto diuersum est. Cæterum quatenus viscositatem quandam & mordacitatem obtinet, scilicet simile est: vtitorque ad omnia ad quæ iam dicto.

Sphondylium.

Sphondylii fructus acris & secatis est facultatis: itaque ad asthma & comitalem morbum aptum est medicamen: prodest & aurigini. Et radix, nimirum ad similes facultatis, ad eadem accommodatur. Sed & insuper fistularum callos tollit: cæterum imponere eam oportet circumrasam. Porro floribus etiam succus ad diuturniora aurium vlcera conueniens reponitur.

Schinos. Lentiscus.

Schinos, frutex hic ex aqua essentia leuiter calida viribus, & terrena frigida non pauca compositus est, ob quam moderate adstringit. Desiccatur igitur secundo ordine completo, aut tertio incipiente: in caliditate, & frigiditate differentiâ quodammodo est medius & symmetrus. Simile omnibus suis partibus adstrictionem obtinet in radicibus, ramis, extremis turionibus, germinibus, ac folijs: præterea fructu, & cortice: ac si succum ex folijs eius viridibus exprimas, similis hic ordinis est, moderate adstringens. Itaque bibitur et per se, & cum alijs medicamentis, que dysenterias & alium affectus sanant: quin & ad sanguinis exspuitiones, sanguinisque ex vtero eruptiones, tum sedis vuluæque procidentias idoneus est, utpotè ad hypocyrtida non nihil propè accedens.

Schinu anthos. Schimi flos.

Schinu anthos modice calfacit, modiceque etiam adstringit, nec planè a tenuitatis natura alienus est. Quocirca his de causis vrinam mouet, mensisque ciet adhibitum siue in fomentatione, siue in potionem, prodest & iecoris, & stomachi, ac ventris phlegmonis. Magis eo adstringit radix. Quod verò florem vocant, calidius est. Porro in omnibus suis partibus, in alijs magis, in alijs minus, gustantibus apparet adstrictio: proinde medicinis quæ hæmoptoicis, siue sanguinem resicientibus exhibentur, commiscetur.

Schoenus.

Schoenus lea. Tuncus leuis. Oxyfchoenus. Holofochenos.

*Ap. holofochenos.

A Schoenus lea, quædam oxyfchoenus, alia oligofchoenus nuncupatur: gracilior duriorque oxyfchoenus, crassior laxiorque oligofchoenus. Fructus oligofchoeni somnum affert. At oxyfchoeni duæ sunt species: altera sterilis, cuius quidem in medicina nullus usus est: altera verò fructum fert: conuulsiat verò & huius fructus somnum, sed minus quam oligofchoeni: quod tamen hoc caput tenet. Vterque, si fructus cum vino bibatur, ventris fluxus desiccet, & muliebri profluuium rubrum sistit. Ex quibus clarum est, quod composita eorum temperies est, ex terrena videlicet essentia leuiter frigida, & aquea leuiter calida: ut & inferna desiccare possint, & sensim frigidus ad caput vapores submittere, quibus somnolentos efficiant.

TERMINTHOS. TEREBINTHVS.

Terebinthi tum cortex, tum folia, tum fructus adstrictorium quiddam obtinet. Sed & secundo ordine ex calfaciunt. Itaque quod etiam desiccet manifestum est: recentes quidem etiamnum humidique modice: sicci verò ordine secundo. Cæterum fructus aridus propinquus est etiam tertio ordini desiccantium. Est enim adeo calidus, ut mandentibus protinus eius caliditas percipiatur. Itaque etiam vrinam prouocat, & lienibus prodest.

Teulon. Beta.

Beta nitrosæ cuiusdam facultatis particeps est, qua tum digerit, tum extergit, & per nares purgat. Cæterum cocta nitrositatem omnem ac acrimoniam exuit, fitque facultatis aphlegmantæ, hoc est phlegmonis aduersæ, leuiter digerentis. Porro ad detergendum digerendumque validior est beta alba. Nam nigra adiunctum habet adstrictionis quippiam, & magis in radice quam alijs partibus.

Teucrium.

Teucrium incidendi & tenuium partium facultatis est: quare lienes sanat. Ponaturque ipsum quicumque in tertio exiccantium, secundo verò calfacientium ordine.

Tephra. Cinis.

*In quodam antiquo cod. hæc vox non repetitur.

Cinis, combustorum lignorum reliquæ sic nuncupantur, compositæ ex contrariis tum quali-
tibus, tum substantijs. Habet enim in se partim terrenum, partim velut fuliginosum, græcè ethalodes, siue lygniodes, id est fuliginosum, siue quomodocumque quod appellare volent: atque hæc sanè partes sunt tenues, & quæ maceratis aqua cineribus & percolata vna asportantur atque abeunt. Quod verò reliquum est, terrenum est & infirmum & morsu vacans in lixiuuium calida facultate in deposita. Sed non omnis cinis eadem temperatura præditus est, sed pro combustæ materiæ diuersitate variatur. At nescio quo pacto Dioscorides omnes cineres adstringendi habere vim prodiderit, cum ficulneus eiusmodi omnis qualitatis sit expers, utpotè cum & ipsa arbor nulla sui parte acerbam qualitatem præferat, ceu quercus, ilex, arbutus, fagus, lentiscus, hederæ, & hoc genus alia, verum plena succo valido tota sit, eoque acris & calido. Ergo ex acerbis utique lignis factus cinis non parum adstringit, meminique me quicquam, cum aliud ad manum non esset medicamen, per hunc sanguinis suppressisse eruptionem. Verum nullus vnquam ad tale uti ficulneo audeat. Siquidem hic acrimoniam multam adurentisque facultatis obtinet, mista absterfioni: & utroque differt ab eo, qui ex quercinis lignis conficitur, tum quod in eo fuliginem multo est acrius, tum quod in illis terrenum quodammodo subadstringens est, in hac abstergens, veluti in cinere thymallorum. Est & calx cineris quædam species, cæterum tenuioris essentia, que ex lignis fit: nimirum quantum lapides exactius torrerit, ut cinis fiat, postulant: sed tamen multum & ipsa reliquum in se habet velut naturæ igneæ, quod vocant *επιπρωμα*. Proinde elota medicamen est citra morsum desiccans, magisque si bis ter ue lauetur. Cæterum si marina aqua abluta sit, admodum digerit. Dicitur porro de ea, ubi de metallicis sermo habebitur.

Telephium.

D Telephium exiccandi & detergendi facultate est, non tamen insigniter calida: verum in hoc forsitan quispiam ipsum primi esse ordinis censeat. Desiccatur tamen secundo ordine inter se, aut certe principio tertij: proinde ad putrida vlcera conuenit, & vitiliginem utranque sanat cum aceto.

Telis. Fœnumgræcum.

Fœnumgræcum calidum est secundi ordinis, desiccatur primo: proinde feruentes phlegmonas irritat acerbaturque: quæ verò minus sunt calidæ, & magis duræ, eas digerendo curat.

Tithymalli.

Tithymalli omnes vincemum habent acrem calidamque facultatem: inest verò & amaritas. Validissimus itaque eorum est liquor: secundum locum tenent fructus & folia. Sed & radix dictarum facultatum particeps est, sed non ex æquo. Sanè ipsa cum aceto decocta dolores sanat dentium, maxime que illis erosio proveniunt: at liquores, ut qui valentior vim habeant, in foramina quidem ipsa dentium induntur: cæterum si aliam corporis partem contigerint, continuo adurunt, ulcerantque: proinde foris illis cera circumlinitur: quippe cum ex quarto sint ex calfacientium ordine, quæ esse adurentium posuimus. Sic pilos quoque succus inunctus tollit. Porro cum vehementior sit, oleo miscetur: & si id idētidē ac sæpe fiat, tandem prorsum pilorum radices adustæ corrumpent, corpusque depile reddet. Eadem facultate verrucas, quas acrochordonas nominant, & myrmecias, & pterygia, siue oculorum vngues, & thymos auferunt, detergetque lichenas & psoras: quia, si abstergendi facultas inest propter amaritudinem.

*Ap. Cœliacos.

*Ap. oris.

amaritudinem. Præterea vlcera phagedænica, anthracode, & gangranode, quia valenter tum
excalfaciunt, tum detergunt, si in tpe & moderatè vtare, iuuare aliqñ poterunt. Verum enim uero
& fistularū callos eadē facultate eximunt. Cæterū hæc omnia genere quidē similiter, imbecillius
tū & folia, & fructus præstare possunt. Quibus sanè & ad pisces in aqua stagnali capiēdos vti aslo
lent. Celerrimè nanq; ab illis in vertiginem a cti, ac semimortui redditi ad aquæ superficiem ferun
tur. Porro cū septem sint eorū genera, valentissimus est quē characian nominant, quem vtiq; etiā
quidā marem cognominant: & fœmina nuncupata myrtilites: & qui in petris nascitur ad modū
arboris: deinceps qui phlomo adsimilis est: & cyparissias: deir. de paralius siue marinus: deniq; he
lioscopus. Proportione verò comprehensæ illorum facultatis & cinis & lixiuuium ex ipsiis erit.

Tragacantha.

Tragacantha similē gūmī vim obtinet emplasticā qdā, & quæ acrimoniā hebetat. Et sanè simili
ter vt illud desiccatur.

Tragion.

Tragion folia, fructus, lachrymaq; trahētis digerētisq; sunt facultatis. Est verò & tenuiū partiū,
et facultate ī principio tertij iā quo quo mō ordinis calida: stipites & hæretia corporibus extrahit,
lapides frangit, mēses mouet drachmæ pondere potum. Porro in Creta sola nascitur, lentisco adsi
mile. Cæterū alterum tragium hoc minus, cuius folia scolopendrio similia sunt, vilitur quidē mul
tis in locis: sed non parum habet facultatis adstringentis: vt & ad fluxionum affectus conueniat.

Tragoriganum.

De tragorigano in sermone de origano supra est dictum.

Tribolos.

Tribolos ex humida essentia modicè frigida, & sicca non mediocriter, & ipsa frigida componi
tur: in terrestri tñ superat terreum frigidū, quod adstringens ostēdimus: in aquatico verò aqueū.
proinde ambo, & contra phlegmonarū generationes, & omnino contra oēs influxus congruū.
Porro terrestris ipsius fructus, cum tenuium sit partium, potus lapides in renibus comminuit.

Tripolium.

Tripolij radix gustanti acris est, & facultate calida in tertio excessu.

Triphyllum.

Triphyllum, quidam asphaltion, quidam oxyphyllon, nō nulli minyanthes, sunt & qui cnicū
vocent: prima quidem tria ab accidētibus fructi, reliqua duo nomina haud scio vnde. Vis plan
tæ est calida & sicca vt bituminis, cui odore est similis, vtrinq; tertio ordine. Proinde pota laterū
dolores ab obstructione natos iuuat, & vrinam mensesq; prouocat.

Trichomanes.

Trichomanes eadem præstat, quæ Adiantum.

Trychnon. Solanum.

Trychnon quidā præposito, s. trychnum vocant. Esculentū quidem quod in hortis nascit, no
tum est omnibus: vtunturq; ad omnia ea, q̄ refrigerari adstringiq; postulat. Potest. n. hæc duo or
dine secundo. Cæterorū non esculentorū vnum quidem nuncupat halicacabum, fructū habes ru
fum, acino vuzæ tum figura, tum magnitudine adsimilē, quo & ad coronas vtunt: alterū verò fructū
cosum, à conciliando somno hypnoticum: & tertium, quod infantiā afferat, manicum appellant.
Halicacabū igitur in foliorū facultate hortensī solano simile est, fructū habens ciendæ vrinæ ido
neum: proinde cōpluribus facultatibus cōpositis, quæ ad iecur, ad vesicā, & renes accommodant,
adiungitur. Solani verò hypnotici cortex radice, si cum vino bibatur, somnum accersit drachmæ
pōdere sumptus. Sed & cætera quoq; papaueris succo persimilis est, nisi q̄ hæc tenus imbecillior
est, q̄ ipse tertij habeatur ordinis refrigerantium, cū hic positus sit in quarto. Huius solani semen
vrinam ciendi potestatem habet. Cæterū si plus duodecim corymbis hauseris, dementiam quoq;
adsciscet. Porro quod reliquū est ex propositis solanis, ad medicationes quæ intrō in corpus adhi
bentur, inutile est. Nā si quatuor eius drachmæ offerantur, mortem inferent: si pauciores, infantiā.
Vna certè innoxie sumitur, cæterū nec ipsa vtile quid obtinet. Verum si foris corpori emplastri
modò illinatur, vlcera cacoethe, & nomode, siue pascētia curat. Sed ad talia radice cortex præfer
tur, desiccans secundo ordine iā completo, & tertio incipiente, refrigerans secundo incipiente.

HYACINTHVS.

HYacinthi radix bulbosa est, ordinis primi in desiccādo: secundi verò cōpleti, aut certè tertij
incipientis in refrigerādo. Itaq; pueros diutissimè seruare impuberes vino illita credit. Fru
ctus leuiter extergit & adstringit: quāobrem & ipse regio morbo laborātibus exhibetur in vino,
ordine quidē tertio quadatenus desiccans, cæterū in medio consistens caliditatis ac frigiditatis.

Hydnon. Tuber terræ.

Hydna oibus nota sunt. Substantiā habet vincētē terrestrē qdē cōsistentiā, sed tñ cū pauca qdā
partiū tenuitate mistam.

Hydropeperi.

Hydropeperi à locis in quibus nascitur, & à similitudine quæ illi cū pipere in gustu est, nomen
sortitū est. Cæterū non vsque adeo calidum est q̄ piper. Attamen herba ipsa etiamnum viridis
vnā cū fructu cataplasmatibus in modum imposita, sugillata & tumores induratos digerit.

Hyoicyamus.

Hyoicyamus. Alerecum.

A Hyoicyamus, cui semen atrum est, infantiā ac soporem affert: sed is, cui semen mediocriter fla
uum est, propinquam ei facultatem possidet. Verum vtriq; fugiendi sunt vt inutiles & venenosi,
seu deleterij. Cæterū cuius semen ac flos candidus est, ad sanationes vel maximè idoneus est, ex
tertio quodammodo ordine refrigerantium. Porro flos eius quidem, cui semen est nigrū, medio
criter purpureus est: eius verò, cui est subflauum, leuiter malū colorem refert.

Hypericum.

Hypericum calfacit & desiccatur, essentia tenui, adeo vt & mēses & vrinas prouocet. Sed ad hæc
totus sumendus est fructus, non tantum semen. Porro cum folijs illitus viridis ad cicatricem ducit
cū alia, tum etiam ambusta. Cæterū si sicca contusa inspergas, sanabis & mollia nimis, humi
daq; & putredinosa vlcera. Sunt & qui ischiadicis bibendum exhibeant.

Hypecoon.

Hypecoon refrigerandi vim habet ex tertio ordine refrigerantium, vt parū absit à papauere.

Hypoglosson.

B Hypoglosson inde adeo nuncupata est, q̄ summis corymbis velut ligulæ quædam exeunt. Cæ
terum radix & succus fructicis emolliendi vim possident.

Hysopum.

Hysopum desiccatur & excalfacit ordine tertio: sed & tenuium est partium.

PHACI. LENTES.

Lentes valenter adstringunt: medium tenent caliditatis & frigiditatis: desiccant tamen in se
cundo ordine. Ipsum itaq; earum corpus desiccatur, & sistit ventrem: cæterum decoctum pro
uocat: proinde etiam prior aqua abijcitur, vbi retentionis causa adhibentur.

Phacos. Lenticula palustris.

Lenticula palustris humidæ frigidæq; tēperaturæ est, vtrinq; ex secundo quodammodo ordine.

Phaleris.

Phaleridis herbæ tum succus, tum folia potari vtiliter creduntur ad vesicæ dolores,
ceum in sese habeant tenue quiddam & calidum.

Phalangites.

Phalangites, sic appellata est, q̄ morsis à phalangijs auxiliatur: est autem facultatis tenuium par
tium, desiccantis: quamobrem & tormina patientibus succurrit.

Phlomis. Verbascum.

C Phlomos: quidā per p literā & scribunt, & proferunt. Quædam folijs alba est, quædam verò ni
gra. Et albæ quidem mas est, cuius folia angustiora: fœmina, cuius maiora. Et præter has est alia
phlomos agria cognominata: flores habet aureos & luteos, siue melizontas. Sed & alia præter
has est, quam propriè phlomidā nominant, & thryallida. Priorum itaq; duarum radix acerbā gu
stu est, & fluxionis affectibus prodest: sed & ad dentium dolorem eam quidam colluunt. Attamē
folia digerendi vim habent: sic & aliarum folia, & maximè eius, quæ aurei coloris flores obtinet,
saut et pilis flauescens. Omnium enim folia desiccandi & mediocriter detergendi vim possident.

Phoenix. Palma.

Phoenix arbor adstrictoriæ facultatis omnibus sui partibus est particeps. Igitur ramorum suc
cus austerus est ex aqua substantia tepida, & terrea frigida cōstans. Similis nature est encephalos,
quæ vocant, hoc est cerebrū siue medulla, esui aptus. At fructus eius, & maximè dulcis, nō pauca
obtinere caliditatem. Cæterū cū edendo sit, multo est vsui, non tantum foris impositus, vbi quid
roborare & desiccare, contrahere, stipare, densareq; consilium est: sed & tanq; cibus sumptus &
simul cū alijs, & per se. Porro quod elaten vocant, nempe tenerum illud palmæ germen, eandem
cum cerebro eius facultatem possidet. Quod verò velut tegumentum eius est, adstringentem &
ipsum qualitatem habet, verū plus q̄ dicta omnia exiccatur: vt potè quod & essentia cōsistentia il
lis siccius est, & minimū habet humiditatis. Itaq; iure vtuntur illo ad vlcera putrescentia, miscētq;
medicamentis articulos plus iusto laxatos contrahentibus: ad hæc facultatibus hepaticis & sto
machicis, seu intrō sumantur, seu foris admoueantur. Sed & radix plantæ desiccatoriæ circa mor
sum facultatis est, adiunctum habens & ipsa adstrictionis quippiam.

Phorbion.

Phorbij semine ad leucomata, hoc est albugines, cum melle applicant. Sed & spicula extrahere
creditur. Porro & ipsa herba idem præstare videtur, Ex quibus constat q̄ tenuium partium, & at
trahendi detergendiq; potentiam obtinet.

Phu.

Phu, odorata quodam modo est huius herbæ radix, nardo viribus similis: sed tamen ad pleraq;
infirmitas: vrinas mouet plus q̄ aut Indica, aut Syriaca nardus, perinde vt Gallica.

Phycos. Alga.

Phycos humens etiamnum & virens ex mari exemptus desiccatur & refrigeratur ordine secundo:
habet enim quiddam modicè acerbum.

Phyllitis.

† AY ex grecis
antigs, & trala
tione veteri. qua
et capillos ha
uos reddunt.



Phyllitis.

Phyllitis, cū qualitatis sit acerbæ, non ab re diarrhoeas, siue profluuia, & dysenterias pota iuuat.

Phyllon malabathru. Foliū malabathri.

Foliū malabathri nardo similem vim possidet.

CHALBANE. GALBANVM.

G Albanū succus est plantæ ferulacæ molliēdi & digerendi vi. Fueritq; sanè ex tertio ordine excafcientiū incipiente, aut secundo completo: in desiccando verò, ex secundo incipiente.

Chamædrys.

Chamædrys vincētē hēt qualitātē amarā: & quodāmodo acris. Quocirca merito lienes colliquat, & urinas ac menses puocat: crassitudinē humorū incidit, & viscerū obstructions expurgat. Ponatq; eā quispīā in tertio ordine excafcientium & desiccantium: plus tñ desiccet, q̄ calefacit.

Chamæcissos.

Chamæcissi flos, cū sit admodū amarus, iecur obstructiōe liberat, daturq; ex coxēdice laboratib⁹.

Chamælea.

Chamælea vincētem habet qualitatem amaram: quamobrē admodum fordida vlcera, & quæ maximas habent crustas, cum melle perpurgare potest.

Chamæleuce.

Chamæleuce calidæ facultatis est tertio quodāmodo ordine, sicca primo.

Chamæleon.

Chamæleontis radix, nigri quidem, letale quiddā obtinet: quamobrem foris utiq; vsus eius ad psoras adhibetur, & lichenas, & vitiligines, & in summa quæ detersionem postulant: præterea digerētibus & emollientibus pharmacis commiscetur: & phagedænica vlcera sanat illita. Est enim sicca tertio ordine, calefacit verò secundo ordine absoluto. Porrò albi chamæleontis radix ad latos lumbricos potui datur cū vino austero mensura oxybaphi. Exhibent sanè etiā aqua inter cutem laborantibus ad similem habentem temperiem ipsius nigri radici, nisi quatenus illa acrior est.

Chamæpitys.

Chamæpitys gustu quidē amarum saporem validiorē acri obtinet, effectu verò expurgat abstergitq; viscera plus, q̄ calefacit: proinde auriginosis, & omnino qbus facile iecur obstruit, bonū est remediū. Quin & menses ducit tū pota, tum apposita cū melle. Sed & urinae mouendæ medicamen est. Sunt autē et, qui eā exhibent decoctā in melicrato ijs, q̄ coxendicis doloribus torquent. Herba porro ipsa viridis vulnera magna conglutinat, & vlcera putrescentia sanat: præterea vberum durities discutit. Est enim in siccano ordinis tertij, in calefaciendo verò secundij.

Chamæfyce.

Chamæfyce abstergerendi simul & acrem vim possidet. Itaq; acrochordonas, & myrmecias caules eius teneriores in modum cataplasmatismati admoti, quiq; ex eis profluit liquor, auferunt. Cum melle verò crassas oculorum cicatrices deterunt: sed & hebetudinem visus à crassitie natam adiuuant, sicut sanè & suffusionum principia.

Chelidonium.

Chelidoniū extergentis admodum & calidæ facultatis est: sed & succus eius ad acuendū visum cōmodus est, utiq; in quibus crassum quiddā in pupilla colligitur digestionē atq; discussionē indiget. Vbi sunt radice eius quiddā ad auriginem ab obstructione iecoris proficiscentē, in vino eam albo potui exhibentes cū aniso. Similiter māsa confert dentium doloribus. Porrò chelidoniū minus cū acrius sit maiore, celeriter illitū cutem exulcerat, vnguesq; scabros eiicit. Succus eius p nares purgat, vt potē admodū acer. Itaq; hæc herba quarti quodā modo ordinis fuerit calefcientiū incipientis. Maius autē chelidoniū tertij est ordinis absoluti iā, idq; tū in calefaciendo, tum in siccano.

Chondrila.

Chondrila. & hanc quidam serin nomināt. Est enim eiusdem ferē cum illa facultatis: nisi q̄ gustu amariuscula est, ac proinde facultate siccantiore.

Chondrus.

Chondrus est sanè nutrimentū optimū, sicuti & triticū: sed huius instituti nō est de nutrimento distinguere: verū vt medicamen emplasticæ facultatis est, tēperie tritico similis, plus tñ illo viscosus: quare sanè et illo plus nutrit. Estq; ceu materia quædam idonea excipiendis aceto, marina aqua, muria, & id genus alijs valenter desiccantibus: proinde quiddā ex genere admodum exiccantium esse & hoc semen autumarunt. Cæterū chondrus ex numero est potius concoquentium, vt & triticum, quæ minimè profectio desiccant. At ob exiccantium medicaminum admisionem, cū quod ex illis compositum est, exiccatorium sit, medicorum complures in errorem inducti sunt, vt falsò putarent desiccationem chondro acceptam ferendam, ijs, quæ admista erant, præteritis.

Chryfocome.

Chryfocome, vocat & chryfites. Radix vincētes habet acrē simul & adstringentem qualitates: quare non admodū multi vsus est. Vbi tñ est decocta in melicrato in peripneumonij, & morbis ephapticis siue iecorarijs: sed & mensuræ purgationis prouocandæ vim quandam obtinet.

Pseudodictamnium.

PSEVDODICTAMNVM.

A Pseudodictamnium imbecille dictamni vim habet.

Pphyllium.

Pphyllium semen habet admodum vtile, ex secundo refrigerantium ordine: in desiccando verò & humectando medium quodāmodo est & symmetrum.

OCIMON.

O Cimium ex secundo est ordine calefcientium: habet autem recrementitiam humiditatem: proinde nec commodum est quod in corpus sumatur. Cæterum foris illitum, ad digerendū & concoquendum idoneum est.

Ocimoides.

Ocimoides. quidam philitarium cognominant. Radix inutilis est. At semen tenuium partū, & desiccantis citra mordicationem facultatis est.

GAL. DE SIMPLICIUM MEDICAMENTORVM**B** FACULTATIBVS LIBER NONVS.

ARGVMENTVM LIBRI.

Agit de terrarum ac metallicorum facultate.

Replicantur quæ de adstringentibus, & combustis medicamentis quarto libro demonstrata sunt.



*A. species.

C Votquot plantarū partes sunt, & fructus, & succi, atq; liquores, supra dicta sunt omnia. Nunc autem de reliquis medicamentis, quæ metallorum genere censent, quæq; ipsius terræ proprie sunt, differere propositum est: post quæ deinceps nō nihil tractabitur de partibus animalium, utiq; quibus ceu medicamentis ad curationes vtimur. Cæterū prætare mihi videtur, communiter de illis omnibus præfari, quò videlicet tum clarius intelligi possint, tū quæ dicenda sunt, distincte ceu in articulos inaudiantur. Nā si quis in omnibus sequatur scriptores siue medicamentorum, siue materiarum, siue illorum præparandorum: in multis profectio turpissimè hallucinabitur, & ea quæ præfinitè ac determinatè à me posita sunt, perperā accipiet. Cæterum cum duo sint capita communis orationis iam proponendæ: Alterum est, an spontè nascentium medicaminum quæ combusta sunt, calidiora arbitrari oporteat, an frigidiora: Alterum de medicamentis adstringentibus, quorum in genere esse supra ostensum est tum austera, tum acerbata. Itaq; super his quidem in quarto horum commentariorum verba fecimus: sed & modo cōmemorare satius fuerit medicamentis adstringentibus & facultatem & qualitatem inesse cū acris pugnantisimā. Adstringunt enim Acacia, Balauftium, Hypocystis, Cytini, Galla, Rheon, Rhus, Omphacium, Mespila, Corna, Malicorium, Myrta. Acria verò sunt Euphorbium, Allium, Cæpa, Porrum, Napy, Piper, Gingiberi, Smyrniū, Origanum, Pulegium, Calamenthe, & Thymus. Reuocandum itaq; in memoriam dūtaxat qualem cuiusq; dictorum percipimus sensum, & protinus sequetur qualitatis eorum diuersitas, quam in quarto libro exposui vnā cum alijs omnibus gustus differentijs. Sanè contrahunt constipantq; atq; condensant substantiam nostram adstringentia: ac proinde in quamuis corporis nostri partem extrinsecus imposita, continuo illam rugosam & contractam efficiunt, contra quā acria, quæ imposita cuti perspicuo eam excafciant, atq; in molem attollunt, rubente colore: ac si diutius immorētur, etiam vlcerant. Hæc itaq; euidenter apparent tum incidere, tum excafcere, tum etiam à vicinis partibus ad sese sanguinē attrahere: at adstringentia refrigerando, contrahendo, constringendoq; in illis etiam contentum repellere. Facultas itaq; aduersissima est adstringentibus cum acris: nec quæ in gustu apparet qualitas, simile quippiam obtinet. Quid ergo non nullis in mentem venerit, vt piper, allium, atq; adeo acria omnia adstringere dicerent, sanè cogitatione assequi nequeo. Nam si vt hæc adstringere dicitant, ita Rhun, Balauftium, Omphacium, Mespilum, & quotquot eius sunt generis, acria cognominarēt, diuersa ac commutata in nominibus consuetudine: ignaros profectio illos vocum, & earum significatum, non tamen gustandi aut olfaciendi carere iudicio dicerem. Nunc verò cum res duas & olfactu, & gustu, & effectibus suis contrariam inter sese naturam ostentantes, vna appellatione nuncupent: admiranda profectio hominum aut stupiditas est, aut dementia, aut simul vtraq;: perinde enim faciunt atq; illi qui & ignis, & niuis eundem esse sensum aiunt. Atque adeo in quendam quondam incidi, qui præ tam aliena atque absurda vsurpandorum vocabulorum consuetudine, diceret nihil prohibere, quò minus diceretur nix eandem igni habere tum qualitatem, tum

tum facultatem: quia videlicet & hæc quævis visa sit pedes diutius per eam ambulantium adussisse. **B** Sanè non paruo tpe opus est, vt illis hominibus fordem animi expurges. At quibus non in tam profunda ignorantia caligine degere contigit, ac quartum horum cõmentariorum perlegerint, ijs quæ iam dicta sunt, memoriæ causa repetita sufficiunt, quò distinctè nomina de quaq; propriarum rerum ita inaudiant, quemadmodum Latinis efferre Græcisq; mos est. Tranſibo verò ad secundum scemta siue speculationem, haud etiã de nomine & significato eius habendum, verum de rei natura. Nam pleriq; existimant combusta omnia seipsis effici frigidiora. Alij econtra, combustorum omnium augeri caliditatem existimant: vtriq; s. i. errantes. Conspiciuntur enim liquido quædam calidiora reddita & ad gustũ, & ad tactũ, & ad eam quæ in vsu cernitur facultatem: velut supra dicebam de acribus & adstringentibus. Quædam contrã ab vsu minus apparent calida: idq; clarè discernimus tum tactũ, tum vsu. Dico aut̃ vsũ, ceu antè dixi, cum cuti imposta alia calidiorum rubentiorumq; partem efficiunt, alia exanguem & frigidam: & alia molem attollunt, alia contrahunt. Igitur acria multum caloris amittunt vsu. At quæ eiusmodi non sunt, affumunt. Sanè combustorum omnium nullum planè est frigidum. Relinquitur enim in illis velut *εμπυρευμα*, hoc est ignitio quædam, (nam ita vocabat Aristoteles.) atq; id est quod per ablutiones detergitur ex combustorum substantia subtilissimum: quod vbi cū aqua abierit, quod vsu reliquũ est, substantia terrena est. Siquidem humidum oẽ combustio absumit, reliquum aut̃ terrenum est vnã cū empyreumate ab Aristotele vocato. Hoc ergo vbi per lotionem ablatum ac semotum fuit rit, aqua, in qua medicamen ablutum est, calidam adiciunt facultatẽ, eamq; tenuium partium: quod reliquũ verò est, terreum simul & frigidũ est, desiccare citra mordacitatem potens. De his quidem & supra diximus: cæterum nihil deterius est in memoriã nunc ea reuocasse, vt repetita illorũ memoria, simul quæ dicenda sunt, exactius quis assequatur.

DE TERRÆ DIFFERENTIIS.

Cum duæ sint res, quæ terræ vocabulo significatur, necessarium duxi prius eas distinguere, vt clariora sint quæ dicenda veniunt. Altera sanè omnibus Græcis {pariter Latinis} maxime cõueta est. Siquidẽ vbi triticum, hordeũ, aut aliud quodpiã seminũ, quæ cerealia nuncupant, seminant, mediocriter humidã esse terrã oportere aiunt: at vbi vites, ficus, oleas, aut aliã quis arbore plantat, fugiendã præcipiunt tum eã, quæ vliginis planè expers sit & arida, tum quæ humidã sit & lutosa. Nã lutum vocant terrã humidã maceratã. Tum q de colendis agris seu georgica conscribunt, in regionum differentiis atram terrã, argillosam, arenosamq; discriminantes efferunt: sed & pinguem terrã vocant, ex qua lutum fit viscosum ac lentum: Alterã verò contrã q̃ hanc dispositam, quæ lutum efficiat, pinguitudinis expers, & friabile, vt sic dicam. Atq; hoc est vnum terræ vocabuli significatum, omnibus vsitatum. Alterum est solis philosophis vsurpatum, cū aiunt elementa corporum esse terrã, aquam, aerem, & ignem. Corpus nanq; extremè siccum ac frigidum terram nuncupant. Secundum hos ergo nullum compositorum corporum terra censetur elementaris: aiunt tñ ea plurimum habere terræ, puta adamãtem, & saxa: & quãtò corpore fuerint durior, tantò magis ea dicunt esse terrea, contrã q̃ agricolæ. Haud enim quo durior sit corporũ consistentia, eo plus terrã esse dicunt, verum lapides & petras planè ad agriculturã esse ineptissima contendunt. Cæterũ eam esse terram dicunt exactissimã quæ quam longissimè recessit à saxi consistentiã: quippe cū & argillosam, & arenosam ad pleraq; damnẽt inutilẽ. Secundum itaq; significatũ quod à philosophis celebratur, tribus finiuntur generibus terræ differentiã. Siquidem vnum eius genus lapis est, alterum corpus metallicum, tertium verò terra quæ colitur: facta apud eos differentia de metallicis corporibus, quæ fundi possunt, velut ære, stanno, plumbo. Hæc. n. quidam aiunt non terræ, sed aquæ plus continere. Attamen cæteri homines oẽs eam duntaxat terram nominant, quæ humidã macerata lutum efficitur: de qua vtriq; & ego nunc statui differentias exponere, id modò præfatus, q̃ proposita sectio corporum terrenorum in lapides, metallica, & terrã quæ colitur, absq; corporibus quæ propriè physica seu naturalia nominantur, dicta est. Nam si ea accedant, tum ligna omnia, & fructuum partes complures, velut et animalium, essentia esse terrena dicent: fructuum quidem partes, vt nucleĩ oliuarũ, & vinacei vuarum, putamina nucum, & conorum, & eius generis multa alia. Animalium verò ossa, cornua, dentes. Verũ de plantarum partibus, quæ terrenæ vtriq; sunt & duræ, partim iam supra dictum est, partim et nunc dicetur. At de ijs quæ animalium sunt, infra tractabitur, vbi prius terræ species absoluero. Licet. n. ea tibi aut differentias, aut species, aut et appellare genera. Dico aut̃ hæc, lapides, metallica corpora, terram in lutum solubilem. Ac primum omnium dicam ab Latinis nuncupatã terræ differentias, quæ commune hoc habet, vt addita aqua continuo solvatur, & fiat lutum. Nam quod à philosophis sic appellatur, nõ habet omnibus commune, sed illis tantum consuetum ac celebratum significatum.

DE DIFFERENTIIS NOMINATÆ PASSIM TERRÆ.

Terram vsitatè Latinis vocari dixi, quæ iniecta aqua statim soluitur, & fit lutum. Huiusmodi ergo est, quam homines ad culturam elaborant, differentias habens quasdam sanè secundum propriã rationem, dum pinguis est & viscosa, quæ vtriq; omnino & atra colore est: alia verò friabilior, & pinguitudinis expers, quam vocant argillam, quæ sanè quodammodo candidior est. Atq; hæc

A hæc contrariissimæ sunt differentiæ. Alia harum in medio sunt alteri, atq; alteri magis accendent: atq; adeo quædam etiam quæ ex æquo ad vnguem in medio, pari intervallo ab vtracq; distant. At alia sunt terræ differentiæ ex diuersi generis corporum natæ cõmissione: qua ratione lapidose & arenosæ habentur: atq; admistam talium substantiã segregant largæ aquæ effusione ac maceratione, dum totum humidũ efficiatur. Cũ. n. id effectum est, id quod defertur atq; inest lapidosum atq; arenosum, id omne subdit, & terra exacta supernat. Tale quiddã & in Lemniã terra visũ, quã cognominant quiddã Milton lemniã, id est rubricã lemniã, & aliã quiddã Sphragida lemniã, hoc est sigillum lemniũ, ob impressum videlicet illi sigillum Dianæ sacrũ. Siquidem hæc terram sacerdos cum patrio quodã honore sumens, haud maceratis animalibus, sed tritico atq; hordeo piamenti gratia terræ redditis, in vrbem cõportat: quã deinde aqua maceratã, atq; in lutum redactã, vbi valenter conturbauit, paulumq; inde quiescere suvit, aquã quæ supernat, primũ aufert, & mox quod sub ea est pingue terræ tollit, ac reliquum duntaxat quod ad imũ subsedit, lapidosum scilicet et arenosum relinquit vt inutile ac superuacaneum. Porro lutum illud pingue vsq; eo desiccatur, dũ mollis ceræ consistentiam accipiat: huiusq; exiguis acceptis particulis, sacrũ Dianæ sigillum imprimit. Ac postea rursus in vmbra siccandũ reponit, donec omnẽ planè humiditatẽ mittat, fiatq; illud medicis omnibus cognitũ medicamẽ Lemniã sphragis, siue sigillũ. Sic enim quiddã illã cognominant ob impressam illi sphragidã, hoc est sigillum: ceu etiã non nulli ob colorem lemniã milton siue rubricam appellant. Eundem ergo quem rubrica colorem obtinet, verũ ab ea differt, q̃ con tactu non contaminat atq; illa: & secundum collem in Lemno, qui totus colore fuluo est, & in quo naq; arbor, neq; saxũ, neq; planta nascitur, tm̃ huiusmodi terra visitur. Porro tres eius signatur differentia: vna quã posuimus terræ sacræ, quã alij nemini præter vnã sacerdotẽ contingere fas est: altera verò eius quæ reuera mitos est, siue rubrica: vtuntur aut̃ ea potissimum fabri: demum tertia eius quæ extergit, qua vtuntur qui lintea & vestes lauant, quibus vtriq; collibitum est. Ceterum cū & apud Dioscoridem & alios quosdam scriptũ legissem, Lemniã terræ hircinũ misceri sanguinem, atq; ex luto quod ea missione conficiebatur, sacerdotẽ lemniã quas vocant sphragidas tum conformare, tum consignare, cupiebam profecto & ipse missionis modum inspicere atq; symmetriam. Itaq; quemadmodum in Cyprium nauigauerã videndorum, quæ in ea sunt, metallorum gratia, & in caua Syriã Palestinã partem profectus fueram, bituminis & aliorum quorundam inspicendorum causa, ita nec in Lemnum enauigare piguit, vt quãtum sanguinis terræ admisceretur, conspicerẽ. Nã cum iterum ex Asia Romã pedestrĩ peterem itinere per Thraciã & Macedoniã, prius à Troade Alexãdria in Lemnũ ad nauigauĩ, nactus illic nauẽ quæ ad Thesalonica cursum destinabat. Conueniebam aut̃ cum nauclero, vt in cursu Lemno appelleret. Et sanè ille præstitit, sed nõ ad eam ciuitatem ad quã oportebat. Antea enim nesciuerã duas esse in insula ciuitates, sed credebam, vt Samus, Chius, Cos, Andrus, Tenus, & oẽs adeo quæ in Ægeo sunt mari, vnã duntaxat ciuitatem habent toti insula cognominẽ, ita & Lemnum nominis sui vnã habere ciuitatem. Porro vt ex nauĩ descenderã, intellexi ciuitati nomen esse Myrina: nec in regione ciuitatis illius aut Philoctetis templum esse, aut sacrũ Neptuni collem, sed in altera quæ vocaretur Hephæstias: nec ciuitatem eam Myrina esse propinquam. Cumq; me naucleris expectare non posset, dissiuli, vt cū Roma in Asiam redirẽ, tum Hephæstiaã viserem: id quod feci prout speraueram & proposueram. Nam vbi ex Italia in Macedoniã traiecissem, eamq; penè totam pedestri itinere pertransissem, peruenissemq; Philippos, quæ ciuitas est finitima Thraciã: inde ad mare descendĩ quod proximũ aberat centũ viginti stadijs: primumq; Thason transiĩ, distantem plus minus ducentis stadijs: atq; illinc in Lenum septingentis, ac rursus fermè septingentis in Alexandriã Troada traieci. Ac proinde sanè ex industria tum de nauigatione, tum de itadijs adscripsi, vt si quem eadem, quæ me, caperet Hephæstiaã visendi cupiditas, cognitio eius situ sic nauigationem institueret. In tota nanq; insula Lemno orientem spectat Hephæstias, occidentem verò Myrina. Et quod à poeta dictum de Vulcano est, qui græce dicitur Hephæstus, Decidit in Lemnum, propter collis naturam occasionem sumpsisse fabulæ crediderim. Apparet. n. cõbusto simillimus tũ colore ipso, tum etiã quia nihil in eo nascitur. In hunc itaq; collẽ sacerdos, quo tẽpore ego ad insulã accesserã, egressa certo quodã tritici hordeiq; numero in terrã cõiecto, alijsq; quibusdã pro religione patriã pperatis, plaustrũ totũ terra impleuit. Atq; vbi in vrbẽ conuexisset, quo dixi modo, illas fama hominũ adeo celebratas Lẽnias sphragidas preparabat. Visum ergo mihi erat pcontari, nũquid vnq̃ antea hircinũ aut caprinũ sanguinem huic misceri solitũ memoriẽ proditũ accepisset. Quo audito oẽs in risum soluti sunt, nec ij sanè quiuis ex vulgo, sed viri oppido q̃ eruditi cū in alijs, tũ præcipue in vniuersa patriæ historia. Quin & à quodã librum accepi quondã ab incolarum quopiam conscriptum, qui omnẽ Lemniã terrẽ vsũ edocebat. Quamobrẽ nec me quoq; piguit huius me dicamenti periculũ facere, acceptis sphragidũ viginti millibus. Sed & is, à quo librũ dono accepi, inter principes habitus ad multa hoc utebatur medicamine. Siquidẽ ad vulnera tũ vetera, tum cicatrici inducendẽ contumaciã: ad hæc ad morsus viperae, atq; adeo oẽs ferarũ morsus, nec non aduersus medicamẽta letalia non antè modo exhibere, sed & post sphragide vti consueuerat. Addebat porro sese periculũ fecisse medicamenti, quod quia fructũ iuniperi accipit, *δύε τὸν ἀνευβιδίω*

nuncupatur, cui vtiq; indebatur & terra Lemnia: vomitumq; ciere aiebat, siquis cum etiamnum **E** in ventre letale venenum haeret, alexiterium siue amuletum ebibisset. Et sane nos quoq; huius fecimus periculum in lepore marino, et cantharidibus, cum sese tale quippiam accepisse homines suspicaretur: verum hausto, quod lemnia sphragida habebat, medicamento, protinus omne euomerunt, nec postea vllum illis accidit symptoma eorum, quae ad leporem & cantharides comitari consueuerunt, tamen conuicta esset perniciosorum medicaminum exhibitio. Caeterum an ad alia mortifera medicamenta, haec in qua quae vocant deleteria, eadem vim habeat medicamentum quod ex fructu iuniperi & terra Lemnia conficitur, mihi vtiq; ignotum est. At ille ab Hephesiade profecto assererat adeo, vt & rabietis canis morsum eam sanare diceret in vino diluto epotam: vlceri autem ex aceto impense acrimosam. Sed & aliarum ferarum ictus ex aceto sanare referebat, extrinsecus folijs insuper impositis, quae putredini resistere didicimus. In primis vero praedicabat, Scordium, deinde Centaurium exile, inde Marrubium. Porro si quoniam nos sane ad vlcera cacoethe et putrida terram lemniam adhibuimus, magnifice profuit. Vfus autem est pro prauitatis vlceris magnitudine. Quippe id quod grauiter olet, impediensq; laxum molleq; est, ac fordidum, sustinet vt vel per acerrimum acetum lemnia terra in lutosam soluat, consistentiam, aliorum more pastillorum, quorum alius alio vititur: dico autem Polyidam, & Prasionis, & Andronis, & qui nunc dicitur est, quem **F** Betinum vocant. Siquidem hi omnes valenter desiccantes profunt vlceribus contumacibus, soluti interim quidem in vino dulci, interim sapa, interim cœnomelite, non nunquam etiam alborum vinorum quopiam, aut fuluorum, aut flauorum: prout nimirum vsus postulat. Nam de talibus alibi definitur. Similiter vero quoniam soluitur aut ex aceto, aut vino, aut aqua, aut oxymelite, aut oxycrato, aut melicrato. Porro lemnia terra ex aliquo comprehensorum soluta, medicamentum fit idoneum tum recentibus glutinandis vulneribus, tum medendis inueteratis, aegre ad cicatricem venientibus, & contumacibus. Similiter autem & alia quaeuis terra pharmacodes siue medicamentosa. Necessesse enim erit distinguere, sicuti supra, ab elementari terra, in qua et lapides comprehendebantur, eam quae in lutum soluitur: sic nunc ab ea, quae colitur, medicamentosa: nihil enim deterius erit ita cognominasse qua ad curationes vititur: tamen eius quoque quae colitur, si qua pinguis est, commoda est ad curationem earum omnium partium, quae desiccari possunt: vnde sane ea & Alexandria & per Aegyptum vtuntur multi sua vtiq; sponte ac iudicio, multi vero etiam moniti somniijs. Vidi enim Alexandria quosdam aqua inter cutem laborantes ac lienosos Aegyptiae terrae luto vtentes, multos qui sibi furas, femora, cubitos, brachia, tergia, latera, pedesq; inungerent, ac perspicuo iuuarentur. Eundem in modum & veteres phlegmonas, & laxa oedemata adiuuat lutum hoc. **G** nisi quidem quosdam, qui ex immodica per haemorrhoidas euacuatione turgentes effecti ac tumidi, non obscure fuere adiuti. Sed & quidam diutinos fixosq; parte quapiam dolores perpessi, luto hoc plane persanati sunt: desiccandi namque vim terra quaeuis possidet. Quoniam vero corpus eius natura siccum est, & quando prorsum ignee substantiae mistionis est expers, ita desiccatur, vt minime sit mordax, ad quod tamen etiam proficit si lauetur.

{DE TERRAE LOTIONE.}

CAeterum lauatur terra omnis ad eundem modum, quo propositum est de Lemnia. Primum quidem maceratur aqua, quae nullam habet medicamentosam qualitatis suspicionem: at vbi lutum cõfederit, effunditur quae inat aqua: deinde quod post ipsam erat, segregatur a lapidosis atque arenosis quae ad inum resederunt. Ac si exercitatum habes gustandi sensum, ipse iudex eris accuratur, quae oporteat terram lauare, quam non. Nam quaedam lauari non desiderant, quaedam etiam bis terq; elui exposcunt. Ac lemniam quidem paratam accipis semel a sacerdote lotam, quae iterum ablui non exigit.

{DE TERRA SAMIA.}

AT Samiam ne lauari quidem opus est: vititur autem altera eius specie magis, quam Samiam altera cognominant, ad sanguinis exspuitiones vnde quoniam natas, velut etiam Lemnio sigillo. **H** Eadem vi iuuant sanguinis ex vtero profluvia, & vocatum fluxum muliebrem. Quin & profunt exulcerationibus dysentericis antequam putrescentia euadant vlcera. Nomas id genus affectus appellare medicis mos est, ab eo quod putredo depascatur, & ad vicinas partes serpat, quod graece dicitur *ulcus*, vna cum primum vitata & ipsas corrumpes. Tamen etiam in istis quoniam sum vsus Lemnia, & palam profuit tum per sedem infusa, tum epota: vtiq; antea, quod facere solemus, vlceribus melicrato meraciore prius ablutis, postea vero muria. Inijciebatur ergo per succum arnoglossae: bibebatur vero ex oxycrato aquoso. Sed nec paulo quopiam efficacioribus videtur esse viribus Lemnia terra quam Samia: quare nec ea, quae iam phlegmone tentari coeperint, vim eius perferunt, sed clare irritantur, atque exasperantur, potissimum si vir sit habitus molliori, quem malacosarcon Graeci vocant. At a Samia adeo non exasperatur vlla sic affectarum partium, vt etiam mitigentur, maxime quae humidores sunt & laxiores, velut vbera, testes, adenes. Idonee autem vtaris terra eiusmodi, si vbi ad leuorem redegetis per aquam, tantum admisceas olei rosati boni, quod mistione sua medicamentum a resiccatione prohibeat: sed & commodum vtileq; est, vbi sic preparatum fuerit, ad alias quoque phlegmonas calidas, & bubonas incipientes, & fluxiones podagricas, & summam vbi refrigerare statutum est mediocriter cum mitigatione ac lenitione: vt euidenter appareat vim Samiae

A Samiae mediocriter esse refrigeratorem. Quin & magis quodammodo aerea est eius essentia collata ad Lemniam: cuius argumentum est & leuitas. His itaque notis & omnem aliam terram medicaminosam aestimato. Dico autem notas consistentiam tum leuitatem, tum grauitatem, praeterea quae in gustu asperitatem ac leuitatem, ad haec tenacitatem, & abstergendi potentiam. Tenax enim & viscosus est Samius aster, cum & Lemnia sphragis eiusmodi paululum quiddam habeat. Abstergentiam quoque facultatem moderatam obtinent & Selinusia terra, & Chia: quam obrere mulieres quaedam ad faciem ipsarum vtuntur. Ostensum autem est in tertio libro de ratione curandi, quicquid leuiter abstergat, producenda vlcerum carni esse idoneum. Id autem si etiam desiccet, cicatrici inducenda habile est. Porro omnium ex istis aptissima sunt & ad vlcera quae in summa cute consistunt, & ad ambusta, illa quae cum citra morsum exiccant, tum neque manifeste exalfaciunt, neque refrigerant. Quocirca terra Selinusia, & terra Chia pulcherrima sunt ad ambusta vlcerum remedia. Exposcunt enim ea moderatissime extergentia medicamina absque insigni aut calfactione, aut refrigeratione: quod vtiq; inest tum Selinusiae, tum Chia, tum Samiae terrae. Dicitur autem quod & huius species est Aster, quem vocat, reliqua terra hoc praestans, quod viscosum quiddam ac tenax obtineat. Quocirca quod cum ad alia vlcera, tum ad ambusta pertinet, alijs terris quae tenacitatem non habent, cõferendum **B** non est. Siquidem substantiam tenacitas magis reddit emplasticam, quam vt sinat abstergere: scilicet vbi nulla vtiq; alia adsit acrimonia viscoso tenacitate corpori, vt in visco cernere est. At tamen Chia & Selinusia terra inferiores sunt Samia ad phlegmonas in mamillis, testibus, atque inguinibus incipientes: tamen vbi inopia est aliorum quae summe profunt, nec ipsae plane ineptae sunt & incommodae. Porro Cimolia cum mista sit facultatis, partim refrigerat, partim etiam digerit, sed leuiter: proinde dum lauatur, haec facultatem deponit atque exuit: absque ablutione vero secundum vtraque agit facultates, ceu alia quoque compositorum medicamentorum plurima digerentia pariter & repercutientia. Porro vtraque facultatem facile indicat, dum illi miscentur humores naturae contrariae. Nam si mista sit repercutientibus, refrigerantibusque, lutum quod ex ipsa & illis conficitur, refrigerans repercutiensque efficit: Sin digerentibus, & ipsum digerens. Sic ambustis conuenit. Atque idiotae quidam protinus aceto macerata illinunt. Sed in tali vsu non impense acriter sit accetum oportet. Ac si tale sit, aqua miscere praestat. Et illud mihi semper memoria teneto, ceu commune omnium terrae leuis. Omnes nam ambusta iuuant, continuo illatae ex aceto, aut oxycrato, nimirum bullas existere prohibentes. Caeterum contemplandum insuper est, corporis curandi quae sit natura siue habitudo, dura ne an mollis: id in viuendum praeparando corpora mollia valentium medicaminum vim haud posse perferre, dura vero posse. Sed haec huius instituti non sunt, verum copiosius exponetur tum in tractatu de componendis pharmacis, tum in libris de facile parabilibus. Praesens autem narratio a principio id studuit, vt generales inueniret facultates. Quibus animum intendens quispiam copulata habiturus est ad particularis vsus copiam, vtiq; si vtendi eorum via ac rationem insuper adiunxerit atque edidicerit. Quare immorandum non est. Verum quod antea dictum est, nunc in memoriam reuocare oportet, nempe terram ipsam expertem mistionis substantiae generis alterius, vim habere citra morsum desiccandi. Atqui cum nullum reperire corpus queas mistionis ad vnguem expers, inspicenda item est eorum quae illi accidunt commistio, idque secundum leuitatis & grauitatis differentias, easque quae in gustu visuntur. Nam si qua eluceat adstrictio, tantum assumptis frigiditatis, quantum habet & adstrictionis. Sin etiam acrimonia quaedam appareat, tantum inesse scito caliditatis, quantum & acrimoniae. Similiter in leui & graui venditur: cum leuitas illi inde proueniat, quae larga & copiosa in tota eius temperie aerea insit substantia: grauitas vero quanto maior sit, tanto itidem syncerior terra existat. Terrae proprium est, quod igni admota non fundatur aut liqueat: id quod accidit plumbo, stanno, argento, & auro. Itaque cum terram audis {ab argento} nominari argyritien, vel {ab auro} chrysitien, vel {a ferro} sideriten, (nam ita nuncupant quidam illas quae ex metallis sumuntur,) haud putes per totam terram immixtum esse argentum, aurum, aut ferrum: sed contingere, coniunctasque esse paruis terrae particulis immixtas particulas paruas: in chrysite quidem quae ab auro dicitur, auri: in argyrite, quae ab argento, argenti: in siderite, quae a ferro, ferri: easque ab igne in fornacibus suas coire adiunice. Eundem in modum quae vitrum continet terra, arenosa est. In arena enim potissimum eiusmodi substantiae frustula reperitur saepe numero parua. Et qui earum rerum periti sunt, conspectis arenis talibus haud difficulter cognoscunt, quantum ex eis colligi queat vitri. Sed & auri quoque frustula exigua frequenter non paruo numero in quibusdam inueniuntur arenis. Verum non ex quauis arena, qui negotio huic sunt dediti, aurum vitrumque extrahunt: sed eas eligunt arenas, quae quam minimo impedio plurimum congerunt. Siquidem post multos sumptus, quos in fornacibus instruendis facere necesse est, si paulum modo colligeretur substantiae, damnosum id ipsis esset. Itaque cum in plurimis arenis auri vitrique frustula parua contineantur, qui talia callent, non ad quasuis accedunt. Ad eundem modum neque aes, aut argentum, aut ferrum, aut stannum, plumbumve ex quauis terra colligunt. Nec tamen vbi dicitur quodque ab admixta terra separauerint, quae reliqua est, alijs terris est similis, quas passim sic ab omnibus nuncupari proposui, quae commune habent notam, quod irrigatae facile soluantur in lutum, nam terrae quae in metallis est, reliquiae lapideae sunt, nec macerari rigariue possunt. Dico autem rigari, per totam

Quinta Classis.

IIII ij substantiam

† AK. & vtriusque
id est reliqua
possunt.

substantiam humectari: madescere vero, extrema tantum superficie madesceri, haud etiam in altum E penetrante humore: illud *περὶ γυμνάδα*, hoc *βρεχέδα* Græci appellant. Sic fit Cadmia, quam vocant, lapidea, nec ipsa rigari potis. Sed de talibus corporibus infra differetur. Nunc rursus ad medicaminosam terram reuertor, quæ proinde quæ aqua irrigata facile in lutum soluitur, terra appellatur, quia verò ea vitimur velut alijs medicamentis, idcirco non iniuria græcè Pharmacia, lãtine medicaminosa sola vocatur: nempe quia aut sola est eiusmodi, aut euidentiore vim medicaminosam possidet. Id quod sanè verum est. Nominatur autem Ampelites, non quæ vitem in ea ferere præstat, sed quæ vitu circumlita interimat nascentes in ea vermes, o ias scnipas apud nos vitiores cognominant. Nascuntur porrò hi ineunte vere, cum germinare vites, turgereq; earum pars vnde germen exit (quem oculum nominaant,) incipiunt. Hos igitur oculos scnipas depascunt, non leuementi vitu noxam afferunt: ac proinde oculorum istorum radices, quæ sapient, inungunt ac illi uent. Hac itaq; ratione Ampelites & Pharmacites id genus terra appellata est, vel ex eo quæ scnipas perdat, quantum habeat facultatis medicaminosæ indicans. Sed & à reliqua terra, qua ad curatio nes vitimur multum diuersa est: quippe quæ proximè ad lapideam perueniat: quamobrem misce ri eam in medicaminum scriptiõibus comperies, vbi exiccare atq; digerere quid opus est. Nec enim mordacitatis expers est, nec moderata, nec mitigandi vim obtinet velut Chia, Samia, & Selinulia. Atq; de Cimolia quidem dictum est, quæ illis paulò sit valentior, verùtamen etiam morsus expers, maximè si elota sit. Cretica verò terra istis quodammodo assimilis est: verum admodum imbecilla est, multum habens substantiæ aereæ: inest tamen ei vis extergendi: quamobrem ea homines vasis argenteis sordidis splendorem recuperant. Itaq; & hæc tibi vsui fuerit ad ea omnia, ad quæ alias sine morsu extergentes idoneas esse posuimus. Harum omnium Lemnia valentissimas vires obtinet: siquidem & adstrictio ei quædam inest. Porrò Eretrienis hæc etiã valentior possidet, hæc tamen tñ, vt nondum mordicet. Quod si lauetur, valde moderata efficitur, non secus atq; supradicta. Expedit verò hanc terram non semel, sed bis terq; lauare, vt & Cimoliam. Quin & vrunt eam quidam, quò videlicet essentia reddant subtilioris & acrioris, vt & ad digerendi potentiam transeat. Ceterum si vsta lauetur, tunc deposita in aquam acrimonia, subtilitatem quidem, quam ex tostione acquisiuerat, retinens, desiccantior constituitur. Quocirca cum vsionem nõ experta, cõmuni ratione terræ cuiuslibet, vlcerebus sit accommoda, magis certè iam congruit & ad ea, quæ carnem sibi restitui ægre patiuntur, & ad ea, quæ ad cicatricem difficulter perueniunt, si postq; combusta fuerit, abluatur. Porrò cum duæ eius species sint, ea quæ colore est cinericio, illi, quæ admodum albida est, præfertur. Est & alia terra dicta Pnigites, tota quidè G facultate Cimoliæ assimilis, ceterum colore diuersa. Est enim atra, perinde vt Ampelites. Porrò viscositatem & tenacitatem non minorem q̄ Samia terra obtinet, immo non nunq; etiam maiorè. Ceterum durante hac immani & graui peste, allata ad me terra est ex Armenia ea quæ Cappadocia finitima est, etiam siccantior, colore pallido. Lapidem, qui donarat, non terram appellabat: promptissimeq; in lauorem soluitur, ceu etiam calx. Sic enim videlicet nuncupo petram combustam. Verum vitu nec in illa arenosum quippiam admistū est, ita nec in Armenia. Nam posteaq; in mortario pistillo cõminuta est, adeo est leuis, nec plus est lapidea, q̄ aut calx, aut Samius asfer: tamen non exquæ vt asfer leuis est. Itaq; illo etiam magis cõpissata est minusq; acris: quamobrem opinionem ac phantasiã præbet ijs, qui negligentius intuentur, quasi lapis esset. Ceterum quod ad præsentia attinet, nihil interest, lapidem an terram vocites, si id modo teneamus, quæ summè desiccet. Si quidem ad dysenterias & vëtris profluvia, tum sanguinis exspuitions, & catarrhos, ad hæc ad putrescentia oris vlcera in primis competit. Quin & eos magnificè iuuat, quibus est capite in thoracem fluxio decubitus: quamobrè illis, quibus ex tali occasione assiduo difficilis est anhelitus, validè prodest. Sed & eos qui phthoe laborat, adiuuat. Vlcus enim eorum desiccet: vt haud etiam tussiant, nisi in victu peccetur non leuiter, aut ambiens derepente ad intemperiem recidat. H Ac mihi videtur, quæ, sicut in fistulis sæpe conspeximus, non in alijs partibus duntaxat, sed in ipso etiam ano, vt citra collyrii immisionem, quod sordem & callum auferret, ipso duntaxat desiccante medicamine cõtraherentur ac clauderentur, ita quoq; in pulmonis eueniat vlcere. Si quidem & ipsum ab exiccantibus iuuari medicamentis perinde conspicitur, vtiq; cum mediocri est, non admodum magnum. Itaq; vili sunt quidam eorum qui talia habebant, prorsum esse liberati. Ac quidam, qui Roma in Libyam talè ob causam profecti sunt, planè se sanos esse crediderunt: & sanè vsq; ad annos aliquot inculpatè transgebant: postea verò cum non pari degerent cura & cautione, reditus morbi apparuit. Hos ergo, vt dixi, bolus armenia euidenter adiuuit. Quin & eos qui Romæ agunt, qui assiduo difficultate spirandi discruciantur, magis etiam. Porrò in magna hac peste, cuius eadem facies fuit, atq; eius quæ Thucydidis memoria grassabatur, quotquot hoc medicamen bibere, celeriter curati sunt. At quibus non profuit, omnes interiire, scilicet cum nec alio quouis iuuarentur. Vnde colligitur quæ ijs duntaxat non fuerit auxilio, qui planè erant incurabiles. Ceterum bibitur ex vino albo, consistentia tenui, modicè diluto, si aut planè febri careat, aut leuiter ea teneatur: sin grauius febrat, admodum aqueo. Nõ tamen calore vehementes sunt febres pestilentiales. Porrò de vlcerebus resicari postulantibus quid attinet dicere, quãtam vim habeat

*quam alia.

A habeat bolus hæc armenica: Liberum est autem vt cunq; appellare velis, siue lapidem, vt is qui mihi donauit: siue terram, vt ego, quandoquidem humidis rigari patitur.

EX LAPIDIBVS.

EX sponte natis corporibus sunt & lapides, hoc diuersi à nuncupata vulgo terra, quæ rigari non sustinent. Vires habent partim secundum totius substantiæ proprietatem, partim secundum qualitates effectrices. Porrò vt hæc inter se differat, superius docui. Nunc autem sermo nobis esto de illis quæ secundum effectrices agunt qualitates: in quibus sanè est & vtendi ratio ac methodus. Si quidem, vt ostendimus, facultates quæ proprietatis totius substantiæ ratione insunt, à methodo ac ratione alienæ sunt, & per solam noscuntur experientiam. Nam cur hic lapis tacto vulnere, vnde sanguis prorumpit, cursum eius reprimat ac sistat, haud nouimus. At cur lapis quem vocant Hæmatiten, in oculares facultates indatur, haud latet. Nam id rationis inuentum est. Si enim in cote oculari eum teras cum aqua, donec mellis crassitiæ accipiat, adstringentem facultatem si gustare uuleris, percipies. At qui didicisti quæ phlegmonas etiamnum gliscentes, potissimum quæ contingunt in partibus nervosis, restringentibus medicamentis repercutere oporteat: at vbi haud etiam sanguis in partem affluit, adstringentibus medicinis, quæ digerant, adiungere, & sensum ad ipsa sola transire. Atq; de huiusmodi quidem facultatibus in lapidibus differemus, vbi ea prius in memoriam reuocamus, de quibus fusc locuti sumus in libro contra eos conscripto, qui insulant ijs, qui voce solocissimum committunt. Nam horum quidam *λίθον* (quæ vox lapidem Græcis significat.) masculino genere efferri non sinunt: verum si dicas, *εμβαλλον τὸν λίθον ἐπὶ τὸν κύνα*: non aliter vociferantur, q̄ si ipsis i caput lapis esset cõiectus: velut etiam si quis dixerit *τὸν δ' ῥῶν*, (quercum sonat,) exclamãt tanq; fuisse percussit. Itaq; si quis eorum suasu consueua medicis nomina mutare in animum inducat, dicēs *τὴν λίθον, τὴν αἰματίνην, & τὴν πυρίτην, & τὴν γαλακτίνην, & τὴν σχισίνην*, vt curiosus sanè & stolidus damnabitur: nimirum cum veteres ex more omnes masculinè efferant eorum differentias, *αἰματίνην, πυρίτην, γαλακτίνην, μελιτίτην, γαλάτην, σχισίνην, φρύγιον, ἀράβιον, μεμφίτην*. Econtrario verò *τὴν πέτραν* femininè pronunciant, non *τὸν πέτραν* masculinè. Nam *ἀσίαν πέτραν*, non *ἄσιον πέτραν* nominant *λίθον ἄσιον*, hoc est lapidem asium, ceu etiam asia petre florem. Porrò ex petra combusta calcẽ fieri dicunt. Attamen Heraclides Tarentinus, & alij non nulli non ex quouis lapide calcem fieri volunt, sed ex sola petra, nuncupantes ita per excellẽtiam solum, qui sit lapidum durissimus. Egdem ego vel ex industria & studio consueui mutatis inuicem nominibus vtroq; modo talia efferre, de quibus inutiliter non nulli rixantur, id re ipsa cõmostrans, nihil offendi enarrationis claritatem, vt rous modo quis dixerit. Ceterum mirandum non est, qui ignorant enarrationis naturalis aut vnam solamq; habendam virtutem, ipsam scilicet perspicuitatem ac claritatem, aut certè omnium aliarum primam principemq; atq; optimam, si ad tantas vertantur nugas. Itaq; de ijs lapidibus primum differam, qui mortarij aut cotis attritu in liquorem succumue soluantur.

Ciferis. Pumex.

Ceterum si Pumex inter lapides receteri potest, & ipse eiusdè est facultatis, quod certè ad absterfionè attinet, velut etiã sigulina testa, ac multo magis ea quæ fornaciũ est. Sed Smiris acrimoniæ quiddã obtinet: pinde causticis & delicatibus facultatibus à quibusdã miscetur, eisq; quæ curat ginguas laxas, ac mollitie fluidas. Pumex aut si cõburatur, haud erit inferior eisdem ad vsus Smire.

De lapidibus, qui in spongijs reperiuntur.

Lapides qui reperiuntur in spongijs, frangendi vim obtinēt, non tñ ita validam vt lapides in vesica comminuant: et qui id scriptũ reliquerunt, mentiti sunt. Verum qui in renibus consistunt, rñ pũt, velut qui ex Cappadocia conuehũtur, quos in Argæo nasci aiunt. Soluuntur aut hi in succum colore lacteum: ex quo liquet, quæ extenuandi vim obtinent absq; vt insigniter exalfaciant.

Ostracites.

D Porrò Ostraciten vocatum lapidem prædicare quosdam audio quasi desiccandi valenter facultatem obtineat, temperatam ex adstrictione & acrimonia, velut Geoden nomine pupillas expurgare, & vberum testiumq; phlegmonas sanare, ex aqua videlicet inunctum. Attamen Cotis Naxiæ ramentum mamma virginibus suo tempore prohibet tumescere, & puerorum testes, tanquã videlicet particeps facultatis refrigeratoriæ.

Ophites.

Sed Ophites, quæ vocat, lapis vsus extergendi confringendiq; vim possidet, ceu etiam vitrum. Admodum enim ipsum ex vino albo ac tenui epotũ lapides vesicæ conterit atq; confringit. Verum ipsum in lapidibus quispiam fortè non numeret.

Iaspis viridis.

Proprietatem non nulli lapidibus quibusdam testimonio suo adscribunt, qualem reuera habet Iaspis viridis, nempe stomachum adhæsu, ventrisq; os adiuans. Ac non nulli quoq; anullis inferunt, scalpuntq; in eo draconè radios habẽtem: velut rex Nechepfos memoriæ prodidit in quarto & decimo libro. Sanè huius ego quoq; lapidis abundè feci periculum. Torquẽ enim ex huiusmodi lapillis confectũ à collo suspendi, ita vt lapides os ventris cõtingerent. Apparebant autẽ nihilo fecius prodesse, etiam si sculpturã nõ haberẽt, quã scripsit Nechepfos. Porrò lapidem omphaciten

Quinta Classis.

IIII iij vir

* ap. ophites.

vir fide dignus re uera iurare morfos à vipera suspensum retulit. Sed eiusmodi facultates extra **E** usum sunt methodo constantem: velut etiam cum Hieracites & Indicus profluentem ex hæmorrhoidibus sistunt sanguinem.

Sapphyrus.

Sed & Sapphyrus ictos à scorpione epotus iurare creditur.

Aphroselinus.

Et Aphroselinus quem vocant, comitiali morbo vexatos: non tamen nos experti sumus. Sunt verò & alij lapides non nulli, qui aduersus quedam suspenduntur. Ceterum quidam characteres quosdam & literas inscriptas habent: sicut qui hæmorrhoidibus cõgruit Hieracites, cuius nos fecimus periculũ. Sed non est nunc tempus de illis differere, qui sola experientia fidẽ habet, ac non ronalĩ qua dam methodo in usum veniunt. Aliud de his tempus erit & locus. Nunc autem ad id quod ab initio nobis toto opere propositum fuit, reuertor.

Dioscoridis Thyites.

Omnium dictorum lapidum valentissimam vim habet is qui ex Æthiopia affertur, quadantenus subuiridis, ut lapis, quem vocant. Soluitur hic lapis in succum colore lacteum, gustu verò mordacem, ac proinde illum nemo ocularibus miscet facultatibus, nec fluxiones percussentibus, neque **F** vlcera sanantibus: sed tantum ad purgandum, & abstergendum quæ pupillam offuscant absque phlegmone: ex quibus sunt cicatrices recentes, quas attenuare potest, sed & oculorum vngues (Græci pterygia vocant,) utique si non admodum duri fuerint, extergit.

Iudaicus.

Est & alius lapis viridioribus in Palestina Syria proueniens, colore candido, specie concinna, lineas habens ceu torno ductas: appellitant eum à loco in quo nasci cõsuevit, Iudaicum: vtunturque ad vesicæ lapides, in cote soluentes, & ex aqua calidæ tribus cyathis potui præbentem. Sanè in quibus nos experti sumus, profecit nihil, quod ad lapides vesicæ pertinet: verum ad eos qui in renibus hærent, efficax est.

Pyrites.

Vnus eorum qui validam facultatem possidet, est & pyrites quæ vocant, quo vtimur digerenti emplastro admisso: adijcitur ei & schistos. Ab hoc medicamine & pus sæpenumero, & cõsistentia grumosa in spatijis intermedijs musculorum nata, per halitum digesta sunt. Ceterum lapides omnes ubi in usum vocantur, admodum vehementer cõtusi, atque ad laeuorẽ redacti sint oportet, similiter atque ea quæ in ophthalmicas facultates admiscuntur. Etenim nisi pollinis instar cõminuantur, adeo vt in **G** profundum corporum, quibus applicatur, subeant, assimilēs manent istis marinis, & fluuiatilibus arenis, quæ & ipsæ cõmunẽ omnium lapidum vim possident. Siquidẽ exiccant tumetẽ ab aqua intercutem carnem, videlicet laborante in eis excafcatis decubente. Non tamen ad aliud quippiam eis vtimur tanquam predictis, puta ad ophthalmicas, & sistentes tum sanguinem, tum muliebrem profluuium facultates, præterea ad glutinanda vlcera, cicatrice claudenda, carne implenda. Nam quæ ex eis acres non sunt, ad hæc omnia sunt vtiles: velut et acres, quorum posterius mentionẽ faciã, ad detergendum abstergendumque, tum detrahendum, extenuandum, digerendum, valenterque siccandum, & colliquandum.

Phrygius.

Huius facultatis habetur & Phrygius quem vocant. Sed eo semper vtor combusto quidem ad vlcera putrida, idque aut ipso per se, aut ex aceto, aut œnomete, aut oxycrato: ad oculos verò medicamentum siccum efficiens: quod multi nunc acceptum à me obtinent. Miscetur ei & alia quepiam. Dicitur autem de ipso in opere de componendis pharmacis. Nunc satis est de generali eius facultate explicuisse: validè enim desiccatur, habens quiddam adstrictionis simul & mordicationis. Dicitur verò superius est ea esse omnia optima medicamina, plurimique vsus, quæ mistas in sese hæc duas facultates habent, nempe percussentem, & digerentem. **H**

Ageratus.

Est autem lapis Ageratus, quæ vocant, quo vtuntur coriarij, facultatis mistæ, adstringentis scilicet, & digerentis. Sed de sola adstringente considerandum. Iuuat quidẽ euidenter columellas phlegmone grauatas: non tamen apertam gustu adstrictionem præferre aut acrimoniam conspicitur.

Afsius.

Est & alius lapis in Affo proueniens, quæ ob id ipsum Affion cognominant, non durus vt petra. Siquidẽ color illi est pariterque cõsistentia ceu topi, friabilis & laxus. Innascitur ei quiddam farina tenuissimæ simillimum, qualis in molarum parietibus adherere visit. Appellitant hoc medicamentum petra affe florẽ. Est verò & subtiliũ partium, vt sine morfu nimis molles carnes ac fluidas eliquet. Petra verò in qua nascitur, tametsi vim habeat illi similẽ, actionis tamen vehemẽtia inferior est. Hoc enim ea potior est flos, non tantum quæ magis colliquet ac digerat, & velut sale cõdita seruet, sed & quia hæc præstet absque vehemẽti mordicatione. Habet & faldẽ quandã in gustu hic affe petra flos: vt coniectura sit illũ nasci ex eo, quod ros quiddam ex mari in petram residens, postea à sole desiccetur.

Gagates.

Est & alius lapis colore atro, qui ubi igni admotus fuerit, persimilem bitumini odorẽ exhibet: quem

A quem Dioscorides, non nullique alij in Lycia inueniri prodiderunt ad fluuium nomine Gagaten: unde & ipsi lapidi nomenclaturam inditam dicunt. Ego tamen eum fluuium non vidi, tametsi parua nauicula totius Lyciæ littora legerim, quod videlicet quæ in ea sunt inspicerem. Crustaceos verò lapides nigros, & quæ in igne additi exilẽ flammam ederet, cõplures ex Coele Syria asportauit, natos in colle Mortuum mare, quod vocat, circudante, quæ orientem spectat, ubi & Bitumen est: eratque lapidum odor similis bitumini. Vtebarque eis ad inflationes in genu diuturnas, & ægrè curabiles, mistis videlicet facultatibus quæ ad hoc symptoma probatæ fuerant. Planeque visum est mihi euidentiorẽ earum facultatẽ reddidisse. Miscui verò ipsum & Barbaro quæ vocant: & palam medicamentum effectum est exiccantius, adeo vt & sinus contraheret, nedum cruenta vulnera glutinaret, ad quæ cõpeteret maxime creditur. Est & alius lapis, cuius meminit Nicander hunc in modum.

Si lapis vtatur candenti Thracius igne, &

Post made fiat aqua, flagrabit totus: at idem

Mox oleo affuso penitus restinguitur: adfert

Thracius hunc ad nos pastor de flumine, nomen

Cui Pontus.

B Verum nullus eius in medicina vsus est: neque Nicander præter graueolentiam, quæ suffitu feras fugat, quicquam ei adscripsit.

Magnites, quæ & Heraclæa, Magnes.

Ex lapidibus vnus est & Magnites, & Heraclæa, quæ vocant, ad similes hæmatiti vim obtinens.

Arabius.

Attamen Arabius, quæ nominant, lapis elephanti similis, desiccatis abstergentisque facultatis est.

Alabastrites.

Et Alabastrites vocatus vnguis in medicina vsus ingreditur combustus. Quidam eum bibendum dant stomachicis.

Smiris.

Sed & vocata Smiris quæ multam abstergentem habeat facultatem, clarum est vel ex eo, quod dactyloglyphi, hoc est qui anulos exculpunt, eum in usum illo vtantur. Quinetiam quæ dentes pueros efficiat, experti sumus.

Hematites, Galactites, & Melitites.

Porro talium quoque vnus est Hematites, quem vocant, à coloris similitudine id appellationis **C** fortitus: sicut & Galactites, quando & ipse in succum solutus, lacti similis conspicitur. Huic autem colori ad similem succum efficiens Melitites à mellis similitudine, quod gustu repræsentat, nuncupatus est. Porro ostensum in quarto horum commentariorum est, quod succus omnis dulcis à temperato calore talis eueniat, adstringens verò à frigore. Habebit ergo lapis Hematites tantum frigiditatis, quantum habet adstrictionis: Melitites verò calorem temperatum: mediam autem vtique temperiem Galactites. Merito itaque ausi sunt medici ocularibus facultatibus lapidem miscere Hematiten. Ac solo eo vti possis palpebris exasperatis: si quidem cum phlegmone aspera sint reddita, ex ovo ipsum diluens: ac si magis, etiam per decoctum fœnigræci: Sin vero citra phlegmonem, ex aqua. Incipito vero semper à modice humido, per specillum infundens. Vbi autem quæ vires eius ferat cõspexeris, magis ac magis crassum efficias: ac tandem adeo crassum facies, vt specilli cuspidẽ inungas secundum subiectionem aut euerfionem palpebre. Hic idem lapis similiter in cote contritus sanguinis expuitioni competit, omnibusque vlcibus. Porro siccus si ad tantum redactus fuerit laeuorem, vt pollinem tenuitate equet, reprimat excrementia. Atque eo nullus solo atque per sese vtitur. Ego vero ad ea, quæ dixi, vsus sum facultate eius ex gustus qualitate cõperta, cum mox experientia periclitari vellem, nunquid rectè coniecissem. Et ipsa quidem oculorum vlcera solus per se cicatrice includit (vt paulo ante comprehensum est,) attritus, ceterum aut affusus, aut inunctus. Nã & id experientia exploratum habeo.

Schistos.

Huic lapidi persimilem vim obtinet, verum infirmiorẽ, is qui vocatur Schistos: ac post eum Galactites. At Melitites caliditatis etiã non nihil, vt dixi, adiuxit. Vt itaque vnusquisque leuiter ac sensim ab Hematitis facultate recedit, ita ad oculos in usum ducitur: est tamen mitior. Porro mitiora remedia partibus etiam phlegmone afflictis semper gratiora sunt atque succundiora: ceterum liberis iam phlegmone partibus infirmiora quæ p̄sanare valeant. Porro cum lapidibus omnibus commune sit vt desiccet: quotquot ex his in succum soluti, aut alioqui ad leuorem triti nullam euidentem qualitatem in gustu obtinent, hos putandum est esse tum infirmissimos, tum mitissimos, tum minime mordaces. At qui manifestam gustui qualitatem offerunt, hi pro qualitatis proportione potentiam possident: ac si quidem adstringant, ad cõprimendum, constringendum, spissandum, & contrahendum: si verò mordicent, ad excafcandum, digerendum, & liquandum: medij eorum sunt qui abstergent citra adstrictionem aut mordicationem. Igitur Hematites, Schistos, Galactites, ac Melitites in succum soluntur, quo posui modo, ad cotem aut mortarium attriti, cum sint et alij lapides in succum solubiles, vt qui in Ægypto nascitur, quo vtuntur ad splendorem linteis conciliandum. Est autem omnium

Quinta Classis,

IIII iij dictorum

dictorum minimè qualitatis particeps, nec adstrictionem, nec morsum, nec absterionem præ se ferens: quocirca hoc ipsum duntaxat lapidi huic inest, quod deficcet videlicet: proinde carato eum miscentes, ad cicatricem vlcibus inducendam in mollibus corporibus vsurpant. Sed & ocularibus miscetur facultatibus perinde ut modo dictum: at quanto est maiore emolliendi vi quod prædicti, quod nullam videlicet effectricem qualitatem habeat, tanto etiam moderatior est, magisque dolorem leuat. Hunc lapidem quidam Moroxum, non nulli Leucographida nuncupant.

METALLICA MEDICAMENTA.

Metallica medicamenta appellare medicis mos est, quorum generatio in metallis est, siue spontanea, siue per fornacem facta. Et ad hæc tertio loco sunt quæ rursum homines ex his ipsis præparant quouis modo, velut cerussam, pforicam, sandycam, phycum. Deinceps itaque de singulis dicitur ea serie literarum, qua quodque nomen incipit. Verum illud primum de oibus illis dicemus communi præfatione, qualem de lapidibus paulo ante habuimus, & his est superius de terra medica miniosa. Nam uti illis id inter sese oibus commune est, ut deficcet, ita metallicis quoque medicamentis omnibus: est enim essentia eorum terrea, secundum elementaris videlicet terræ significatum nunc loquendo. Sed quemadmodum à nobis ex terra sigulina dolia, & fistilia, ollæque, & alia eiusmodi parantur pignè, quod torrendo humiditatem absumit, durata: eundem in modum in terra, caliditate diutina mista ex terra & aqua, non nunquam est aere, substantia veniente temperanteque, ac postea deficcante, metallicorum medicamentorum peniunt consistentiæ. Porro locorum in quibus hæc proueniunt, natura, prout plus minusque est frigida, alia plus, alia minus congelat ac cogit. Quemadmodum itaque in terræ differentiis plurima inest essentia terre elementaris, paulum vero aeris: ita in metallicis multum immixtum igneæ substantiæ. In medio eorum sunt lapides. Proinde pleraque metallicorum medicamentorum alia semel aut bis, alia vero frequentius lota, idonea sunt ad deficcantes sine morfu facultates. Atque hæc sunt communes rationes quas de his oibus percipere oporteat. Deinceps vero dicentur quæ cuique singulatim sunt propria, idque iuxta literarum, à quibus appellationes incipiunt, ordinem.

Hales. Sales.

Sal partium ex mari prouenit, in salinis videlicet, quas Græci vocant halas, cuius & inter marina medicamenta mentionem faciunt sumus: partim ex terra effoditur, Græci ὀρυκτῶν ἄλας nominant, communi metallicorum genere comprehensum. Vtriusque vis ad similes est, siue fossilis sit, siue ex mari oriundus. De quibus & supra verba fecimus libro quarto, eo loco ubi salinum ac saluginosum sapor ab amaro distinctimus. Ac nunc quoque dicitur, quod aphonitri quod amarum est & abstergens: salis vero tanto in abstergendo inferior est, quantum accessit adstrictionis. Est enim ex duabus qualitibus mistus, abstergente videlicet, & adstringente. Porro quod magnopere vterque deficcet, supra monstratum est. Cæterum vtriusque in medio est nitri sapor.

Armeniacum.

Armeniacum vim habet extergentem cum leuicula acrimonia, & leuissima adstrictione. Itaque tale cum sit, ocularibus miscetur facultatibus. Et ipso per sese quoque ad pollinis leuorem redacto, utitur sicco ad pilorum in palpebris incrementum: nepe ubi præ humorum acrimonia partim excidunt, partim vero nec crescunt, nec aluntur. Si quidem depaltis his acrimonijs, in bonum naturæ habitum pars reducitur. Cuius cum alia sunt munera, tum est, producendi, incrementum prebendi, ac roborandi, quod in palpebris sunt pilis: quippe cum prima & ex plesso quædam sint medicamentorum opera: quædam vero mediante natura, quod animatum corpus dispensat, additur, velut quod in ipsis calliblephara nuncupant. Ipsa enim partes oblesas mediocriter deficcant, pilos corruptentem humiditatem absumendo: quod ubi abolita est, tum natura ad proprias redit actiones, nimirum sublati, quæ hactenus impedimento fuerant.

Arrenicum. Auripigmentum.

Arrenicum, siue arrenicum (vtrique enim modo appellatur,) facultatis est causticæ, siue vretis, idque tam communi vitionis expers. Cæterum id constat vitione reddi tenuiorum partium. Utitur porro eo ceu aduerente ad denudanda pilis parte quavis. Verum si diutius inhæreat, nec cuti etiam ipsi parcet.

Aphrolitrum.

Aphrolitrum ab aphonitro differt: Litri enim aphros, hoc est spuma, medicamentum est exicca torium, aspectu triticæ farine similis. Etenim alba est, non ut asia petra flos, cinerica. Aphronitrum vero farine speciem non habet, neque solutum est, sed congelatum & coactum, quo quod in balneis sordes exterunt, quotidie vtuntur: ea detergendi facultate, ut non modo sordes extergeat, sed et pruritum sanet, nempe digerendis quæ ipsum excitant saniebus. Non abs re itaque medicum ex eo multa digerentium medicaminum preparant. At spuma litri eiusdem quidem cum litro tum naturæ, tum facultatis est, cæterum essentia tenuioris. Dicitur tum paulo ante est. Nitrum in medio consistente habere facultatem aphonitri & salis. Aphronitro enim sola inest vis extergendi, salis vero etiam adstringendi multo magis, ac extergendi.

Gypsum. Gypsum.

Gypsum & ipsum ad communem omnium terrenorum lapidosorumque corporum facultatem, quæ deficcare dicta sunt, insuper hoc adiunctum habet, quod est facultatis emplasticæ. Vnitur enim ipsa ad sese, & cogitur, lapidefcitque macerata. Quamobrem siccis medicamentis, quæ ad sanguinis accommodantur

Accommodantur eruptionem, vtiliter commiscetur. Nam ipsa per sese lapidosa fit coacta ac congelata: proinde rigare diluereque illam excogitavi tenui alboque oui liquore, quod ad ophthalmias vtilis est, admisto quod in farina triticea est pollinis tenuissimi, qui in parietibus molarum residet. Exci pere vero, quod sic maceratum est, tenellis leporis pilis, aut qui perinde sunt molles, expedit.

Gypsum κεκαυμένον, hoc est, devstum.

Gypsum combustum non æque emplasticam vim habet, cæterum tenuiorum est partium, & valentius deficcet. Quin & repercussorium est, maxime si maceretur oxycrato.

Diphryges.

Diphryges mista habet tum facultatem, tum facultatem. Habet enim in sese quiddam et mediocriter adstringens, & mediocriter acre: quæ obrem vlcum rebellium optimum medicamentum est. Conuexi autem & huius medicamenti vim ingere ex ijs, qui in Cypro sunt Soli, ubi metallum ab vrbe abest quasi triginta stadijs. Proiectum enim erat in medio spatio edium, quæ ante metallum extructæ erant, & vici quod ei subiacet. Cæterum præfectus ac procurator metalli, id quod post cadmiam reperiretur, esse dicebat inutile: itaque abiecti non secus atque vstorum in foco lignorum cinerem. Verum hoc mihi multo vtilissimum factum est medicamentum, tum ad putrescentia oris vlcera, siue per se, siue cum melle cui detracta sit spuma: tum ad anginam, videlicet ubi iam per adstringentium medicaminum auxilium consistit quod influebat. Præterea columellam ubi præsecuissim, ipso solo & statim, & vsque ad cicatricem sum vsus: ac frequenter exacte oclusam effecit cicatricem tum huius particula, tum omnium adeo exulceratarum: sic in vlcibus omnibus pudendorum, atque ani. Vfus autem similis est ut in oris vlcibus: siquidem eæ partes eisdem ferè medicamentis gaudent, nimirum calidæ similiter ac humidæ. Verum hæc oratio iam tractatum de componendis medicamentis attingit. Ea itaque omissa, ad id quod propositum est pergamus, vniuersalem medicamenti cuiusque facultatem exponentes, sicut sane diphrygis diximus. Adiciam vero huic, qui de illo habetur, sermoni rem non modo de Diphryge scitu vtilem, sed & de Lemnia sphragide, & popholyge, & opoballamo, & lycio Indico. Nam etiam adolefcens didici hæc ita præparare, ut à veris natiuisque nihil differre videretur. Nam quod me docebat ingenti mercede, homo curiosissimus erat, non in his tamen, sed & alijs similibus. Itaque in Lemniam, in Cyprum, in Palaestinam Syriam eo studio nauigavi, ut medicamentorum istorum cuiusque vim magnam, quæ in oem vitam meam satis foret, reponerem. Sed & lycium Indicum nuper asportatum in phoenicem cum aloë Indica id temporis commodum accipere contigit, cum à Palaestina iter reflexerem: cum persuasum haberem, eo ipso, quod à camelis cum tota sarcina aduectum esset, proculdubio esse Indicum: quodque adulteratum haud nosci ab ijs qui portassent posset, propterea quod materia, ex qua id preparatur atque adulteratur, illis in locis haud nasceretur. Porro satius visum est mihi, quibus rationibus ea adulterantur, haudquaquam adscribere, ut potest cum homines scelerati in lucro ponant talia posse discere. Nec enim necessarium est cum verorum ac germanorum notis ac indicijs adulterandorum nosse compositiones, cum nihil ad ea discernenda conferat: immo optere, si queam, quæ à maioribus me perperam conficiendorum atque adulterandorum medicaminum prodita sunt compositiones, omnes prorsum delere atque extirpare.

Thyon. Sulfur.

Sulfur omne trahendi vim possidet, estque temperamenti calidi, atque essentia tenuis, adeo ut ad multa venenatorum animalium resistat. Siquidem ego aduersus turtorem marinum, & draconem sapenumero eo sum vsus: & cum id piscatores quosdam docuissim, reuerso post aliquantum temporis magnifice medicamentum hoc commendarunt. Vfus eius est, ut & siccum icui inspergatur, & cum salua mistum: nam cum & hoc excogitassim, ab experientia comprobari repperi. Sed & vrina maceratum idem effecturum excogitavi. Docebant enim piscatores medicamenta maxime parabilia, dixique pulchre illos & cum oleo veteri, & melle, & resina terebinthina vsuros. Et sane horum omnium experientia iudicium præstitit. Quin & psoras & lichenas, & lepras, non raro hoc medicamento cum resina terebinthina sanavi. Extergit enim omnes id genus affectus, atque in profundum non repellit: cum alia multa medicamenta, quæ illos curant, mistam habeant potentiam, nempe ut digerant pariter & repercutiant.

Ios. Aerugo.

Aerugo gustantibus acrem qualitatem offert, digerens, detrahens, & liquans non teneram modo sed & duram carnem. Porro supra dictum est non nullos eius generis medicamenta, epulotica, hoc est, quæ cicatricem inducant, appellare, cum ijs in tenuissimum pollinem tritis per specilli cuspidem contigerint vlcera excrescentia, ac postridie contracta reperiant: tamen illos haud lateat, si paulo plus impositum foret, sese vlcus non contractum, sed erosum inuenturos. Siquidem colliquat & digerit carnem, cum medicamenta epulotica contrahant, constipent, constringant, & calli in morem illam indurent. Quin & gustum mordicat aerugo, non tamen ipsa vlcera. Quod si pauculum eius carato non pauco admisceas: id quod ex ambobus mistum est, citra morsum extergit. Dicitur vero supra est de talium medicamentorum natura, tum ut sese quidam fallant, ex talibus compositionibus aut farcotica, aut epulotica facultatem medicamentis adscribentes, quibus minime oportet, ut potest cum ipsa id præstare nequeant, verum ea, quæ ex ipsis composita sunt.

Cadmia.

* A.P. arsenic seu arsenicon.

† Aphronitri spuma nitri dicitur: Nitri autem spuma medicamentum &c. * Aphronitri. † nitri. † nitro.

Cadmia fit vbi in fornacibus es paratur, nempè tota terra ex qua æs generatur, in fornacibus in altum egerente velut fuliginem quampiam, aut fauillam, vtcunq; appellare libuerit. At si non terram, sed lapidem nuncupare velis, ex quo in fornacibus fecernendo partim fit æs, partim cadmia, partim diphriges, nihil sanè retulerit. Sed et in argenteis metallis efficitur simili secretionem siue generatione, aut quomodocunq; vocare voles. Quin & ex pyrite lapide in fornacibus vsto fit cadmia. Cæterū absq; fornace in Cypro cadmia inuenitur: ac iure quispiam illam lapidem nuncupet. Itaq; in Solis paucissimum et reliquū erat cadmiæ, quæ in fornacibus prouenit, quo tpe ego in insula peregrinabar. Verum lapides, qui in montibus & riuis reperiebantur, à metallis Prefecto acceptos, in Asiam Italiãq; portauit ad amicos: à quibus summam inibam gratiam, qd se vel maximum munus accepisse dicerent, & quæ alia omni cadmia multò esset præstatiō. Et talem certè meritò quis lapidosam vocet cadmiã. At eius quæ combusta est, aliam botryitin, aliam placitin medicam nuncupant: Botryitin quidē, quæ in editioribus domorum, in quibus fornaces extructæ sunt, partibus colligitur: Placitin verò, quæ in inferioribus. Ac liquet sanè botryitin partium esse tenuiorum, crassiorum verò placitin, vtranq; aut vi desiccandi, ceu alia metallica omnia, & lapidosa terrenaq;. Porro præter desiccandi facultatem mediocriter item extergit. Attamē quæ in fornacibus colligitur, igneæ facultatis aliquid habeat necesse est. Meritò itaq; lauantes eã, medicamentū efficiunt mediocriter tum desiccans, tum extergens absq; mordicatione, vtile ad vlcera carnis impletionē poscentiã, & in oculis, & in toto corpore. Porro vlcera magnopere humida aut putrescentia in corporibus impendio mollibus, qualia sunt eunuchorum, puerorum, ac mulierum, eiusmodi cadmia adiuuat. At in durioribus & contentioribus, quæ valentius desiccant requiruntur. Itaque illud semper memoria tenendū sermonem ad temperatam & mediã excessuum naturã in ijs, quæ ita simpliciter efferuntur, referēdum: puta cū dicimus medicamentū aut vlcera carne implere, aut cicatrice claudere, aut aliud quiduis eius generis præstare, ad quam vtiq; & nos respiciētes, desiccatoriam leuiterq; absterforiam cadmiæ inesse facultatem dicimus. In caliditatis aut et frigiditatis differentia, temperata quodammodo existit cadmia, nempè neutrum insigniter efficiens.

Cinnabari.

Cinnabari modicè acrem facultatem obtinet. Habet verò & astrictionis quippiam.

Ciferis. Pumex.

Pumicē si inter metallica recenseras, calūniabuntur quibus animus prurit accusandi libidine: & si inter lapides ponas, lapidem esse negabūt: ac multo minus terrã esse concedent, nec marinorum haberi quodpiã volent. At qui alicubi tñ de illo dicendū est: quippè qui in farcotica indatur medicamenta, & ea quæ dentes extergunt, partim vstionem non expertus, partim et vstus, qñ videlicet, alijs omnibus cōbutis similiter, substantiæ efficitur tenuioris. Cæterū vstione quiddã acquirat acrimoniã, quam rursus lotione exurit. Videri aut poterit splendorem dētibus conciliare non tñ facultate, sed et asperitate: velut et si smirin, aut testam, aut hoc genus quippiã tritū admoueas, quæ certe & ipsa splendorem afferunt, forte vtroq; tum quia detergendi habeat facultatem, tum quia asperitatem. Eundem in modum cornua deusta dentes splendidos efficiunt.

Conia. Lixiuum ex cinere.

Lixiuū. Abluto cinere fit lixiuū. Cinerē aut vstorum corporū reliquias Latini nuncupant, siue natura sint lapidea, siue arborum animaliumve particulæ. Fit ergo lixiuū pro eius, quod eluitur, natura: eius, quidē quod empyreuma, siue igneam naturã habet acerrimã, ipsum quoq; acerrimum est: eius, quod tale non est, et moderatius. Quare & septicis vocatis facultatibus cōmiseretur, vtpotè causticã caliditatem possidens, sed propter substantiæ tenuitatem citra dolorem adurens.

Cyanos. Cœruleus.

Cyanos siue masculino, siue feminino genere pronūciare velis, hoc medicamē acri facultate est tñ detrahēdi, quã καθαρῶν vocāt, tñ digerēdi, potētiorē q̄ Cinnabari. Inest quoq; ei nō nulla adstrictio.

Lepus, id est squama æris, & ferri, & stomomatis.

Squama alia est æris, medicamen multo vtilissimū: alia ferri & stomomatis. Quidam verò nominant & helitin lepidã siue squamam. Oēs sanè vehemēter desiccant. At inter sese diuerse sunt, tum qd alia magis, alia minus exiccat: tum qd alia crassioris, alia tenuioris sit essentia: quodq; plus minusve adstrictionis sint participes. Helitis certè principem in desiccando locū obtinet. nam & subtilissimæ omnium substantiæ est: nimirū quæ & eruginis nō nihil assumpserit. Maiorem obtinet adstrictionem squama ferri, & hac et maiorem stomomatis: quamobrem ad contumaciã vlcera meliores sunt, q̄ squama æris. Detrahit & liquat carnem potentius squama æris, & hac et valentius helitis. Oēs aut squamæ non instrenuē mordaces sunt. Ex quo clarum est, qd essentia ipsarum consistentia nō admodum tenuis est, sed potius crassa. Si quidem inter quæ eandem vim obtinet, minus est mordax quod est tenuius: ceu superioribus libris ostendimus.

Lithargyros.

Lithargyros desiccet quidem, velut alia omnia metallica, lapidea, terrenaq; medicamenta, verum omnium id efficit moderatissimè: & secundum alias tum qualitates, tum facultates quodammodo

A modo in medio est, neq; manifesto exalfaciens, neq; refrigerans: modica tñ adstringēdi abstergēdiq; facultas ei inest: quamobrē inferior est & farcoticis medicamētis, quæ mediocriter extergentia ostēdimus, & contrahentibus atq; adstringentibus. Cæterū ad intertrigines femorum vtilis medela est: qñ quidē vtriusq; iam dictæ facultatis leuiter est particeps. Iurē itaq; mediij ordinis in metallicis habebitur. Proinde ea frequenter vtimur ceu materia, ijs miscētes, quæ valentē facultatē obtinent siue mordicantē, siue adstringentē, vel aliud quid facientem, sicut in liquecētibus ad pleraq; medicamenta ceram adhibemus tanquam materiam, quia, f. & ipsa quodammodo mediū tenet eorum quæ valentem facultatem possident.

Nitrum.

Nitrum dictū est supra in medio esse aphronitri & salis virium: ceterū vstium, pprius ad aphronitrum accedit, vtpotè ex vstione tenuius redditum: desiccet itaq; ac digerit: & si intrò in corpus sumatur, secet & extenuat crassos lentosq; succos potentius multò q̄ sal. Aphronitru verò, nisi grauis vrgeat necessitas, deuorandū non est, nimirum inimicū stomacho: qñ quidem plus et litro incidit. Sanè ad fungos suffocantes rusticus quidã vri eo assolet: & semp profuisse probatum est. Cæterū nitro vsto simul & non vsto, & multò et magis eius spuma in talibus vti consueuimus.

Melanteria.

Melanteria ex medicamentis est multum adstringentibus, cum hoc qd omnia propemodū adstringentia tenuitate exuperet:

Melan graphicon. Atramentum scriptorium.

Atramentum quo scribimus, admodum & ipsum desiccet aqua solutum: vlcera autem igni am busta protinus illitum iuuat: at si acetum quoq; habeat, multò magis.

Misy.

Misy, in metallo Cypri, cuius modò mentionem feci, in montibus Solorum, domus erat ingens, cuius ad parietem dextrum, sed ad nos vtiq; qui ingrediebamur, sinistrū, descensus erat in ipsum metallum, in quo quasdam conspexi in longissimum porrectas veluti zonas alias super alias, numero tres: infima erat ipsius foreos, super quam erat altera chalciteos, suprema misyos. Cæterū id temporis præfectus metalli, his commonstratis sicut, inquit, nunc aduenis in cadmiæ fornacariæ inopia, ita horum trium admirandas has vides diuitias. Itaque ego ingenti eius accepto pondere, primum quidem in Asiam, deinde Roma attuli, & vsque modò habui, elapsis iam annis plus minus triginta. Et forte quadam absolutum fuit hoc opus ad usq; octauum librum ante annos viginti, nec adiectus fuit nonus, partim qd lapides quosdam nondum conspexissem, partim ob alia negocia quæ mihi interea temporis obuenerunt. Nunc autem cum nonum hunc librum cæteris addere pararem, interea forte fortuna mihi accidit res spectatu longè pulcherrima, ac si quispiam eo studio ac industria magno cū artificio effecisset. Nam cū misy opus haberē ad medicamen quodpiam præparandum, bolus eius accepi, quātū ferē plena manu teneas, qualem sanè consistentiã misy non admodum solet habere: cū in parua frustula diuidatur. Miratus itaq; insolitum eius cōdensationem, bolo fracto extimum quidem misy circumquaq; repperi eius, quod intus erat, velut efflorescentiam. Porro sub eo, inter chalcitin videlicet & misy, quiddam erat medium vergens ex chalcite ad misy, ex dimidio iam commutatam: principio enim bolus fuerat chalciteos, cæterū quod in alto erat, perfecta erat chalcitis, nullam dum alterationem experta. Hoc igitur vbi vidissem, cogitatione repetens & in metallo ita super chalcitin nasci ipsum misy, vt ærugo super æs, in mentem subijt inspicere, quod seruabatur adhuc apud me reliquum ipsius foreos, nunquid & ipsum vllam accepisset mutationem in chalcitin: & quædam certè apparuit suspicio, vt videretur & ipsum forte longo tempore mutationem in chalcitin posse accipere. Itaq; mirum non est, tria hæc medicamina eiusdem genere facultatis esse, fori dico, et chalcitin, et misy, tenuitate et crassitudine inter se diuersa. Crassissimum enim est inter ipsa fori, tenuissimum misy, mediam vtriusq; facultatem habet chalcitis. Adurunt vniuersa hæc tria, & escharas quas vocant efficiunt. Attamen etiã si vrant, non nihil quoq; adstringunt. Ceterū misy admotum corporibus duris minus chalcite mordicat, tametsi ea non minus sit calidum: verum id habet beneficio tenuitatis. Porro cū vtraq; hæc in decoctionibus fundatur, & magis chalcitis q̄ misy, fori tñ non liquecit, nimirum qd lapidosius sit ac vehemētius compactum: sicut rursus misy, quia à cōgenito calore elaboratius est, ac proinde siccius chalcite, idcirco meritò quoq; ægrius liquecit.

Molibdæna. Plumbago.

Molibdæna similit lithargyro vim possidet, tñ à mediã temperie ad frigidius paulum quid recedens. Sed nec abstergētis facultatis est particeps. Vtraq; aut hæc medicamina liquari possunt, ac non vt lapides, & cadmia, & arena, liquationem respuunt, sed celerrimè liquantur, vbi oleo additum non nihil aceti est: liquantur tñ et admista aqua, sed diutissima coctione. Porro ceu in Cypro Cadmiã, quæ in montibus & riuis nascitur, accipiebam, quæ & ipsa lapidis, vt dixi, species est: ad eundem modum Molibdænam multam cū alijs proiectam lapidibus conspexi in via, quæ ad Ergasteria ducit à Pergamo. Vocatur aut Ergasteria pagus quidam, in quo & metalla sunt, inter Cyzicum & Pergamum, quadringentis & quadraginta stadijs distans à Pergamo.

Molibdos.

Plumbum facultatis est refrigeratoriæ. Siquidem non modo multam habet substantiam humidam à frigore congelatam coactamque, sed & aeream, paucam autem terream. Igitur quod plurimum habet essentia humidæ à frigore coactæ, indicium tibi esto, quod ubi admotum est igni, ce- leriter fundatur fluatque. Quod vero & aereæ sit particeps, hoc habeto signum. Omnium quæ no- uimus, vnicum plumbum tum mole ipsa, tum pondere augetur, si condatur in ædibus subterria- neis aerem habentibus turbidum, ita ut quæcunque illis ponantur, celeriter situm colligat. Tum etiam plumbea statuarum vincula, quibus earum pedes annectuntur, sæpenumero creuisse visum est, & quædam adeo intumuisse, ut ex lapidibus dependerent crystalli modo verrucæ. Atque hæc probabiles quidem sunt humiditatis eius frigiditatisque notæ, prius quam experiaris: cæterum sci- entificæ & certæ per experientiam cognoscuntur. Præparato igitur mortario, simulque pistillo, vtriusque ex plumbo, infunde quemlibet liquorem, itaque terito, ut & pistillus, & plumbeum mortarium succum quendam reddat: id quod ex vtroque constabit, multo erit frigidius quam liquor ipse fue- rat. Licet autem & aquam, & vinum tenue aqueum, & oleum iniicere, aut quiduis eiusmodi. At si etiam plus efficere succum voles refrigeratorium, oleum omphacinum sit, aut rosaceum, aut melinum, aut myrtinum. Porro si succo qui proveniet uti voles, optimum habebis remedium & ad phlegmonas in sede cum vlcere aut rugis, & ad eas quæ in pudendis, testibusque & vberibus consistunt: similiter aduersus cæteras omnes fluxiones incipientes, quæ aut in inguina, aut in pe- des, aut in alium quemuis articulum decumbunt. Sed & vlcibus rebellibus vtile est. Nam ad cæ- crofâ, eo vtens virtutem medicamenti mirabere. Quod si celeriter multum succi plumbei voles colligere, conare in sole terere, aut quocunque certe modo aere excalfacto. Multo autem vtilissimum habebis medicamentum, si adfuso refrigerantium succorum quopiam teras, ceu semperuiui, coty- ledonis, intrybi, lactuca, chondriles, psyllij, omphacis, portulacæ. Porro si qua horum non facile in succum soluntur, velut portulaca, misceto illis aliorum succorum quempiam, velut omphacis: qui & ipse per sese prædicto mortario inditus, medicamentum efficit refrigeratorium longè pulcher- rimum. Quin & in laminam ductum plumbum ipsum per sese athletarum sese exercitantium lumbis insternitur, ubi Veneris somnijs vexatur scilicet: nimirum haud obscure eos refrigerans. Sed et bractea tenuis ex plumbo facta probè ganglio illigata planè ipsum dissipat. Illigabit autem probè quisquis ab Hippocrate didicerit in ipsam noxam potius firmandum, quam hinc vel inde. Mirum ergo non est, si plumbum crematum, ac rursus ablutum, refrigerantis efficiatur facultatis, cum ante lotionem mista fuerit. Et hoc ipsum medicamè, nempe plumbum combustum, bonum G est ad vlcera rebellia. Vbi verò lotum fuerit, multo optimum medicamen est & ad vlcus imple- tionem, & ad eadem cicatrice obducenda. Cõuenit & Chironis, quæ vocant, vlcibus, & cæcro- sis, & putredinosis omnibus tum ipsum per sese, tum medicaminum ad cicatricem perducentium quibusdam commistum, quale est quod ex Cadmia conficitur. Cæterum soluendum est principio, si copiosa sit sanies, quotidie: si minus, tertio aut quarto quoque die. Verum foris spongiam imponi to aquæ frigida: quæ si desiccetur, rursus mergatur. Sed hæc fusius quæ pro instituto diximus, plu- sculum sermonis affinitate prouecti. At tempus iam est sequentia deinceps persequi.

Ostracon. Testa.

Testa desiccandi vim possidet, atque abstergendi, maxime quæ ex fornacibus est, quæ videlicet to- sta sit. Quocirca emplastrus, quam vocat Hephæstida, ex hac præparata videlicet, optimum est me- dicamen inducendæ cicatrici.

Pompholyx. Spodium.

Pompholyx sit & in æris fornace, velut & Cadmia: fitque & dum in fornacibus Cadmia vritur, ut in Cypro. Cum enim præfectus ad æris fornacem instructas res non haberet, præcepit ex ipsa Cadmia præparari (præsentibus atque inspectantibus nobis) pompholyga, videlicet minutis H Cadmiæ fragmentis in ignem coniectis, qui ante erarium iacebat follem. Camera erat incurua, nusquam pertusa, sed integra, quæ egestam ab vsta Cadmia fauillam excipiebat: quam ubi colle- gissent, habebant pompholyga. At quod reflectens in pavementum recidebat, Spodos est, quam vocant: quæ plurima ubi es in fornacibus vritur, colligi affolet. Quidam eam Spodium neutro ge- nere pronunciant: Cui videtur similem habere facultatem, quod vocant Antispodium. At ego il- lo vsus sum nunquam, cum largè mihi semper pompholyx suppeteret. Nec enim quisquam ubi hæc ad- sit, Spodio uti velit, nedum Antispodio. Est autem pompholyx medicamentum propè omnium quæ citra mortuum desiccant, si elota fuerit, præstantissimum: quamobrem ad vlcera cancrofâ ido- nea est, & ad alia omnia maligna. Itaque inditur collyrijs quæ ad oculorum imponuntur fluxiones, quæque bullas siue pustulas in eis natas aut vlcera curant. Præterea ad pudendorum ac sedis vlcera optimum est medicamen, nimirum sine morfu, ut dixi, desiccans. Sed non est huius negocij, in istis diutius immorari.

Sandarace.

Sandarace vrentis est facultatis, ceu Arsenicum quod vocant. Merito itaque eam digerentibus fa- cultatibus commiscet, atque extergentibus.

Sandix.

Sandix.

A Sandix qua sit facultate prædita, in sermone de psimythio explicabitur.

Scoria.

Scoria omnis resicatorium medicamen est, potissimum aut ferri. Siquidem ad leuiorem redigens ipsam in aceto quæ acerrimo, posteaque decoques, ad aures, quæ longo iam tpe pure fluxerunt, ea vtor pro medicamento maxime exiccatorio, adeo ut mirentur qui præparantem me vident, et ante rei periculum fidem non habeant aures tale posse ferre medicamen. Porro argenti scoriâ proprie helcyima appellat. Verum emplastris quibusdam, quippe quæ resicatoriæ facultatis sit, commiscetur.

Stimmi.

Stimmi, ad facultatem desiccantem adiunctam habet hoc medicamen adstrictione: quamobrè & ocularibus medicinis commiscetur, & illis scilicet, quæ conformantur in collyria, quæ vocant, & siccis, quæ vtriusque sicca collyria cognominant.

Stypteria schiste, & strongyle, & hyera. Alumen fissile, rotundum, & humidum.

B Stypteria, huius medicamenti nomè ab adstrictione deductum est: nam adest illi vehemētissima. Ce- terum cum sit crassarum partium, tenuiorum quodammodo partium est, quæ vocat schiste, hoc est fissilis: proxima est B strongyle, & astragalote. Admodum autem crassa est tum liquida, tum placites, & plinthites appellata.

Titanos. Calx.

Calx, viva quidem, quæ ἄσβεστος Græcè dicitur, vehemēter vrit, adeo ut crustas efficiat: extincta verò protinus est crustam molitur & ipsa: at post diem vnum aut alterum minus vrit, minusque indu- cere crustam potest. At verò temporis progressu prorsum nec crustam quidem gignere queat, ta- met si etiamnum calfaciat, carnemque liquet. Porro si lauetur in aqua, suâ mordacitatem exiit, effi- citque nuncupata Græcè κοιλία, (Latine lixiuū.) At ipsa absque morfu resicat: ac si bis terque, aut am- plius abluta fuerit, planè mordacitatis experts constituitur, ac strenuè absque mordacitate exicat.

Hydrargyros.

Hydrargyros non est ex sponte nascētibz medicamentis, sed ex ijs quæ præparantur, velut psimythium, eru- go, psoricum, lithargyros. Nullum autem eius feci piculum, neque quæ interimat si deuoretur, neque ubi foris ad- mota sit.

Phycos.

Phycos cuiusnam sit facultatis, ubi de psimythio agetur, exponam.

Chalcanthos. Atramentum iutorium.

C Chalcanthos. Fortè fortuna & chalcathum in chalcitina transire conspexi. Asportauimus enim, ex Cypro & huius medicamenti ingentem copiam. Extimum eius omne post annos plus minus viginti chal- citis effectum est, intima eius parte chalcathi speciem seruante. Quamobrè & vsque in hunc diem quod sic mutatur asseruo, obseruans dum ad imum vsque voluētibus annis, pcedat mutatio, ceu chalcitidis quoque in misy: ut est ante positum. Cæterum mirari subit de hoc medicamento, quo pacto vehemen- tissimæ adstrictioni admista est caliditas non instrenua. Constat ergo quæ omnium maxime condi- re seruareque carnes humiditas potest, nimirum caliditate humiditatem absumens, atque adstrictione sub- stantiam contrahens atque constipans: hoc enim opere non nihil est humiditatis ipsius exprimit. Con- stringit verò, desiccatur, atque contrahit in sese totius substantiam carnis. Porro quo tpe in Cypro di- uersabar, hunc in modum medicamentum hoc colligi conspexi. Domus erat magna quidem, sed humilis, ingressui in metallum obiecta. Ad parietem autem domus sinistrum, qui erat ingredientibus dexter, effossus erat specus in continentem collem, ea latitudine, ut tres sese viri in eo contin- gerent: tanta verò altitudine, ut viro summè ptero recto liceret incedere. Specus hic decliuus quidè erat, sed non planus, verum multis locis præruptus. Porro ad finem eius quasi in stadium porrecti, lacus erat aque viridis & crasse, calore tepēti plenus. At in toto descensu calor similis qualis in pri- mis balnearum edibus percipitur: quas, quæ in eis corpora pmolliri soleant, pmalacteria appellare cõ- sueuerunt. Aqua verò quotidie guttatim expertus colle destillas, quatuor & viginti horis totius diei ac noctis colligi affolet ad amphoras Romanas quasi octo. Eam vincti quidam piscinas quasdam quadratas fistiles, in domo ad ingressum posita sitas efferebat, in quibus paucis diebus cõferebat fiebatque chalcathus. Mihi verò ubi ad terminum effossi specus descēdissem, ubi videlicet tepida hæc viridisque aqua colligitur, aeris odor visus est suffocans, & toleratu difficilis, chalcitina æruginemque re- dolens. Et aqua quoque gustu præferbat qualitatē eiusmodi. Eapropter & nudis, & cum summa testi- natione amphoras vincti exportabant, nec longiorem illic moram perferre poterant, sed celeriter re- currebant. Accensum autem erant mediocribus in specu interuallis lychni, qui nec ipsi longo tēpore du- rabant, sed celerrimè extinguebantur. Hunc ergo specum pedetentim excavatum multis annis ab ijs tunc didici. Hæc enim inquebant, aqua viridis, quam vides ex colle in lacum manantem, sen- sim se ipsa minor effici affolet. At ubi propè adest ut desinat, rursus vincti, quod continens est ip- sius collis, perfodere pergunt: euenitque aliquando olim, ut subito, quicquid perfossum esset, cõcide- ret, oesque ad vnum occideret, ac totam viam corrumpere. Id ubi fit, alio foramine fodiendo eouique insistunt, quoad rursus aqua illis adsit. Hæc habui quæ tibi de calcantho exponenda censerem, & sanè fortasse non necessaria, cæterum quæ scire præstaret, quam ignorare. Memineris autem, quæ ad sinistram manum ingredientibus conspectum nobis dixerim metallum foreos, chalciteos, & misyos: vt

† οὐκ ἔστιν ὁμοίω-
τε καὶ κρημενώ-
δης. ἰ. nō tamē
πρᾶξεος ἀπὸ πρᾶ-
ξου.

* Αλ. scirrhos.

vt

vt ex ijs cōijcere liceat aquā pluuiā totius collis terrā illā colluere atq; ablueri: ex q̄ sponte quidē E fiebat fori, mify, & chalcitis: & per fornaces æs, cadmia, pompholyx, ipodium, & diphryges.

Chalcitis.

Chalcitis, dictum de ea est in sermone de Mify: nunc autem tatum dixisse sufficiat, q̄ mistas habeat adstringentem acremq; facultates. Ceterum vincit acris, vt quæ adeo est vehemens, vt carnem vrat, vocatamq; escharam efficiat. Vtum hoc medicamen minus quidem mordicat, ceterum non minus desiccatur: sed & adfrictionis non parum amittit. Itaq; vnde quæq; melior est chalcitis vsta q̄ quæ non vsta est, nempe partibus tunc quidem tenuioribus, ceu alia omnia combusta, verum haud assumpta acrimonia, velut in alijs multis accidit. Didicisti porro, q̄ vsta omnia si lauentur, moderatiora reddantur, minusq; mordacia.

Chalcos cecaumenos. Aes vstum.

Æs vstū habet & acrimoniā quādam: sed & adfrictionis est particeps. Proinde si lauetur pulcherrimū est medicamē inducendę vlcibus cicatrici: quanquā id ipsum præstare & antequā lauetur possit, potissimum in carne duriore: alioqui in molliore commodius est quod ablutum est.

Chalcu anthos. Flos æris.

Flos æris facultatis est tenuiorū partiū q̄ aut æs vstū, aut squama. Meritō itaq; ex eo factis colly F ijs extergunt auferuntq; palpebrarum magnas asperitates, quas vocant fycosas.

Chryfocolla.

Chryfocolla, & hoc medicamentum ex ijs est, quæ carnem liquant, non tamen valenter mordicat, quāquam sit facultate admodū digerente delicanteq;. Igitur quidam id modō quod in metallis inuenitur ita nominant: alij verō id quod in aëreo mortario pistilloq; aëreo ex pueri vrina præparatur: id quod quidam inter æruginum differentias numerant. Satius verō est ipsum præparare tēpore æstiuo, aut certē aere profum calido vrinā in mortario terentes. Præstat autē æs, ex quo mortarium pistillumq; conficias, rubrum sit. Nam quo æs mollius fuerit, eo plus circūagendo pistillo deteritur. Hoc medicamentum aptissimum est vlcibus contumacibus, tum per se, tum alijs mistum, vt in opere de componendis medicamentis referetur. Nūc autem id nouisse sat est, q̄ quanto plus q̄ chryfocolla metallica desiccatur, minusq; mordicat, tanto etiā ipsam excellit tenuitate partium. Ipsam tamen chryfocollam illam si vras, multo tenuiorem efficies.

Psimythium. Cerussa.

Psimythiū, et hoc medicamē testimoniū p̄bet modō dicte facultati. Nā si ex acri aceto soluat, gustu tñ neq; acre erit, neq; mordax, neq; digerens, sed emplasticum & refrigeratorium: facultatis G ærugini dissimilimæ: tamen si & illa conficiatur aceto æs dissolvente. Porro cerussa adusta in sandyca, quam vocant, transit, medicamentum seipso tenuius, nondum tñ exalfaciens. Phycos autē seruata cerussæ frigiditate tenuitatem partium assumpsit, vt per eam in profundum altumq; corporum, quibus admouetur, vis eius penetrare valeat.

Pforicum.

Pforicū, Cōficiū hoc medicamē dupla chalcite admista lithargyro: añ tñ vtriusq; aceto acerrimo solutis, sicq; in ollā nouā cōiectis, quā fimo æstate mediā diebus quadragita obrutā sepelies. Hoc medicamē desiccatoriū ē magis, simulq; minus mordax chalcite, ac nimirū ptibus ē tenuioribus.

GAL. DE SIMPLICIUM MEDICAMENTORVM

FACULTATIBVS LIBER DECIMVS.

ARGVMENTVM LIBRI.

Agit de facultate simplicium medicamentorum, quæ ex animalibus sumuntur.

Aduersus Xenocratem, & ceteros, qui, quæ mortalibus damno, & dedecori sunt, scriptis prodidere.



Nihil eorum, quæ nūc dicenda veniūt, magnopere iuuare poterit eos, qui ea, quæ principio huius tractatiōis, primis videlicet quinq; libris tradita sunt, ignorāt: immo quædā fortassis noxæ occasio erunt illi, qui, cum scriptis hic medicamentis vti volet, rationē tamen ac methodum non habeat. Tanquam itaq; illa didiceris, ita tecū verba faciam repetita totius tractatus summa. Ostensum est medicamenta, q̄ effectricibus nominatis qualitibus agūt, nempe caliditate, frigiditate, humiditate, & siccitate, harū multiōe effici acerbā, austera, falsa, salugino sa, amara, acria, dulcia: præterea extergentia, reperiuentia, attrahentia, emollientia, vrentia, septica, crustica: ad hæc secundum alias actiones magis speciales sarcotica, synulotica, glutinatoria tum fistularum, tum vlcum, aut carnis excrescentiam detrahentia. Ostensum quoq; est, quo pacto

Acto vniuersalis facultas experientia vnica demonstratorie inueniatur, nec ea vulgari & quavis, sed quæ cum dictis adhibeatur limitationibus. Ceterum inuenta semel facultate vniuersali, nulla insuper experientia opus esse ad particulares actiones, nisi ad confirmationem eorum quæ ratio reperit. Sic ergo nunc quoque iudicium faciamus propositæ materiæ, quæ est ea, quæ ab animantibus accipitur. In tribus enim libris, qui insequuntur quintū, nempe sexto, septimo, & octavo materiam ad plantas attinentem exposuimus, non sanè omnem quæ vniuerso terrarum orbe reperitur, sed quantum nobis experiri eius datum est. In superiore verō, qui est totius operis notus, eam quæ versatur in terrosiss ac lapidosiss corporibus, enarrauimus. Reliquū porro nūc est, vt eā quæ ab animalibus sumitur materiā, persequamur. Deinde restant quæ in mari, paludibus, aut omnino in aqua nascuntur, quæ quidem neque plantæ, neque terra, neque lapis, neque animal sunt. Ea plane paucissima sunt, & vltimo loco scribenda, postquam videlicet quæ ad animantium corpora pertinent, absoluero. In quibus is doctrinæ ordo seruabitur, qui in nomenclaturarum primis visitur literis. Porro sicut in plantarum materiā etiam de succis, qui ex ipsis fiunt, differui, ita nunc quoque non solum edocebo solidarum in animalibus partium facultatem, sed eorum quoque quæ in ipsis continentur, puta pituita, bilis, sanguinis, vrinæ, stercoris, & similia. Igitur in ijs quæ superius sunt dicta, haud ita multa particularia eorum, quæ in materijs conscripta sunt à medicis, ignota mihi fuere: verum operam dedi, vt ipse per experientiam facultates eorum cognoscerem. Quod siquid ignorabam, planè nec de illo quicquam conscripsi, haud credendum alijs censens ne de vno quidem eiusmodi, quod certum habeam non nullos multa mentiri. At in præsentī materia non ita se res habet. Ingenue siquidem fateor complura esse tum partium, tum liquorum in animantium corporibus comprehensorum, quorum nullius eiusmodi feci periculum, cuiusmodi quidam scriptum reliquerunt. Siquidem quædam eorum abominanda detestandaq; sunt, quædam etiam legibus vetita: de quibus haud scio quo pacto scribere licuit Xenocrati, homini non olim nato, sed proaurorum nostrorum seculo, cum Imperium Romanum hominibus vesci vetuisset. Atque ille sanè, tanquam ipsemet fuerit expertus, magna profecto fiducia scribit, quosnam affectus curare valeat comestum cerebrum, aut carnes, aut iecur humanum: quos autem capitis, suræ, & digitorum ossa partim vsta, partim vstionem non experta: quæ denique & sanguis. Sed hæc sanè tametsi contra leges sunt, non tamen sunt foeda atq; abominanda. At potio sudoris, aut vrinæ, aut mensium mulieris abominanda detestandaq; est: atque horum in primis stercoris: quod tamen scribit Xenocrates, si oris ac gutturis partibus inungatur, & C in ventrem deuoretur, quid præstare valeat. Scripsit etiam de aurium fordibus deuorandis. At ego ne has quidem vnquam deuorare sustineam, ne si in totum quidem morbo deinceps liber degerem. Atque his etiam magis abominandum puto stercus. Estq; probrum grauius homini modesto audire κοπροφάρον, hoc est stercoriuorum, quam fellatorem aut cinædum: & inter fellatores magis execramur qui phœnicissant, quam qui lesbiantur. Cui non dissimile mihi videtur perpeti qui menses bibere sustinet. Itaque horum nemo periculum facere non auersabitur hominum certè secundum naturā habentiu: neque insuper eorū, quæ tametsi modestiora videantur, tamen etiam foeda sunt, nempe partem aliquam corporis stercore inungi perperi, ob affectū scilicet si quem patiat: aut humano semine, id quod γόνιον, hoc est genitura appellare solet Xenocrates: summaq; diligentia distinguit, quænam ipsa genitura sola illi iuuare queat, quæ verō vbi ex sinu mulieris post coitum viri effluxerit. Nam ingens sit medicamentorum penuria oportet, vbi quis quo chimethla, siue periones curet: viri semen conquirere cogitur, quod in mulieris congressu intus non remansit, verum effluxit, atq; effusum est. Atque pleraque sanè eiusmodi materię species est in ijs, quæ de vtilitate ab animalibus percipienda ab illo sunt cōscripta. Siquidem nō quā vim habeat epota vrina, aut deuoratum illitum ve oris partibus stercus duntaxat hominis, enarrat, verum etiam aliorum cuiusque animalium, atq; alia etiam non pauca rarorum & paratu difficilium, puta cum elephant aut equi Niloi meminit. Nam bestiam seu feram regiam, quam vocāt βασιλικὸν θηρίον, ne videre quidem vnquam contigit: & si vera sunt quæ de illa referuntur, periculosum etiam est vel propè accedere ad hoc animal. Nō dissimilia ijs quæ à Xenocrate scripta sunt, & ab alijs prodita sunt de animalibus, ex quibus & ipse Xenocrates pleraq; exscripsit. Nam vnde illi tantarum taliumq; rerum experimendarum fuisset copia? Sanè rex quondam noster Attalus cum ambitiosissime talia ad experientiam conquireret, tamen pauciora scribere conspicitur. Porro quidam Ateuristi eandem tractationem commendans, enarrandam mihi tradidit: ceterum iudicio meo nec illa quidem etiam ita ab illo conscripta est, vt omnia ipse fuerit intuitus, oculisq; suis præsens conspexerit. Proinde nec ego basiliscorum, aut elephantorum, aut equorum Niloorum, neque alterius cuiusquam, cuius ipse periculum non fecerim, meminerō. Porro φιλτρῶν, ἀρωγῶν, ἀνεροπομπῶν, & μισθῶν vocatorum, (ex industria enim ipsa illorum nomina recensui,) planè nec si abunde illa forem expertus, mentionem facere in animum inducerem, sicuti nec leualium medicamentorum, aut vt ipsi vocant, πεισοποιῶν. Nam illa sanè ridicula sunt, constringere ac vincire aduersarios, vt in iudicio nihil possint eloqui, aut grauidæ abortum afferre aut vt ne vnquam deinceps concipiat efficere, & quæcunque eius sunt generis. Sanè horum

pathema, & quod aegrius illo medicabile est, nempe ad vocatam myrmeciam. Et cauebam ne præ stigmatum opinionem merito referrem, cum iam etiam improbi quidam medici ex diuinâ quâpiam arte, non ex speculatione medica me in morbis solere prædicere calumniarentur.

Gala. Lac.

Lac. bifariam hoc utimur, partim vt cibo, partim vt medicamento. Sed quid valeat vt cibus, in curandâ methodo alibiq; expositum est. At facultatem eius ceu medicamenti, eam nunc explicabimus: ac primum illud commonebo, quod paulo antè de sanguine, q; non de morbido lacte, sed de naturali cuiuscq; animantis, ea quæ dicenda sunt intelligere oportet. Igitur lac sanissimum, velut etiam sanguis, purus syncerumq; est, nec amaritudinis, nec acrimoniæ, aut aciditatis, aut fæditatis, aut fætoris particeps: sed vt dixerit quispiam, bono odore præditum, aut odoris expers, aut certe exiguum odorem bonum referens. Clarum etiam est id esse debere gustu suaue, pauculam habens dulcedinem, sicut & sanguis integræ sanitatis, ex quo & lacti constat generatio. Tale lac ad acres & mordaces fluxiones est utilissimum, non abluens tantummodo eas à partibus affectis, (est enim id illi cum aqua commune) sed & corpora illinens, vt non in nuda cadat quod defluit. Nec in hoc duntaxat aquæ præstat, verum etiam quia colluit, vt potè extergentem in sese humiditatem continens, quam vocant Serum, id quod colluit, diluitq; corpora: reliquo autem quod crassum pingueq; est per linitur, non aliter q; pinguedo, adeps, atq; oui albumen, & ceratum ex eloto oleo ceraq; confectum. Nam & hæc ab acris sanibus natis mordicationes mitigant, (corpora videlicet oblinendo) ipsa naturæ minimè mordacis. Porro cum lac omnium facillimè alteretur, præsertim si ambiens fuerit calidum, multum à dicta facultate amittit, nisi protinus quis ab vberibus estufo calido etiam nutretur. Maxime igitur mulieris bene habitæ, & bonam victus rationem seruantis lacte vitædum, (nam id humano corpori est familiarissimum,) deinde aliorum animalium, quæ quidem ab humana natura non longissimè absunt: id quod scies ex carniū odore: nam fastidiosus est & iniucundus eorum quæ multum diuersam habent temperiem, ceu canis, lupi, leonis, pardalis, vulpis, hyenæ, vris, & similia: non iniucundus autem est eorum q; non porro ab sunt, vt suis, capræ, equæ, bouis, ouis, asini. Quo circa etiam homines docti experientia caprino, ouillo, bubulo, asininoq; vtuntur lacte, & caseos ex eis conficiunt, excepto asinino. Nam id planè tenue est, & plenum humoris ferosi, velut bubulum crassum: cæterum consistentiâ medium caprinum est: at ius crudum aqueumq; lac obtinet. Porro lac omne ex tribus constat essentijs, caseosa, serosa, pinguis: hanc plurimam habere conspicitur bubulum: ex quo conficitur & id, quod butyrum nominant, concoquentis & laxantis facultatis: quam obrem maxime illo vtuntur ad parotidas & bubones.

Serum lactis.

At serum, vt dictum est, extergendi potèntiam possidet, adhibeturq; subducendi ventris gratia, ac per clysteres iniicitur, extergens & abluens sine mordacitate intestinorū acrimoniâ. Præterea si quis vlcera, quæ sanie infestantur acri, vice aquæ sero colluat, optime sanè fecerit. Præterea quecūque medicamēta digerere solēt ecchymomata & atra, ea præstat sero q; aqua diluere. Sic etiā eo vtitur ad fugillata & hyposphagmata, peculiaribus ad hæc medicamētis cōmiscēntes. At caseosum illud & crassum ipsius lactis magis illitum adhæret, & eo nomine acrimoniā retundit: magis. Porro vbi alia quāpiam desiccantem facultatē habuerit adiunctam, optimū est remediū dynteriarū, & omnium ventris acriū fluxionum. Eam accipit à lapidibus, qui prædecocto ipsi iniiciuntur igniti. Porro eos esse oportet quos vocant κήλημας. Et lac eouq; decoqui debet, dum pleraq; se rolli in eo humoris absumpta pars fuerit. At nos iniectis ferreis in ipsum cylindris candentibus, candē, aut etiam meliorem facultatem efficiamus. Nam ferrum adstringentis quoq; (vt est dictū) facultatis est particeps: ac proinde cylindros ego cōplures effeci huius gratia, ad fines veruū propendentes, quo videlicet quis manubrio ignitum ferrum facile igni eximat, et sicut cauteriorum, ita horum manubria pannis inuoluo. Porro lac totum ad acres oculorū fluxiones tum per se, tum cum mollium collyriorū quopiam est vtile, præterea ad hypopia, & hyposphagmata. Quinetiam palpebris extrinsecus, vbi qui ophthalmia laborant, somno sese dabunt, impolitum simul cum rosaceo & ouo, phlegmonas eorū concoquet. Sed hoc esto lac mulieris recens ex mamillis expressum. Infundimus ipsum et vtero vlcera tum per sese, tum ijs medicamentis cōmiscēntes quibus misceri potest, vtq; citra morsum curantibus, & vbi in sede vlcera mitigamus præ sanie acrimonia dolentia, aut phlegmonas, aut stolidas perpetientia. Sic & ad vlcera pudendorum vtimur, & ad oia, quæ leniri postulant siue ob phlegmonem, siue ob morsum, siue ob malignitatem. Ea propter & cancrios applicatur vlceribus, medicamentis anodynis commistum, qualia sunt quæ constant ex pompholyge. Et quid atinet commemorare, q; ore contentum & collutum gargarizatumq; vel maxime phlegmonas eius mitigat. Sed & tonsillas, & columellam, & antiadas phlegmone affectas admodum mitigat, & proinde et synanchen siue anginam. Atq; vt semel dicam, medicamentum est leniens (Græci vocant παραγορμὸν,) totam quidē substantiam habens mordacitatis expertem, sed multo magis vbi concoctione moderata potissima pars ferosi humoris assumpta est. Sic mihi videntur etiā medici ad venena quæ erosionem interimunt, lac dari suadere, velut sunt lepus marinus, & cantharis. Sed & sunt qui exhibent ijs, qui aconitum & thapsiam sumpserit. Sed hæc ex ratione

A ex ratione fecerunt. Alia verò palam mentiti sunt, vt de lacte canino, q; in palpebris pilos renasci prohibeat, si prioribus euulsis ei loco foret illitum, vnde pilorū radices extractæ essent. Ad eundem modum qui scripserunt, q; celerem pilorum in pudendis exortum reprimat, si quidem foret ante pubertatem illitum, quicq; q; fetus emortuos eijceret potum, verum non protulere. Sed & alia quædā præstigiaturis contaminata, tum de horum, tum de aliorum quorūdam animalium lacte conscribunt, quæ me ab initio dicturum negaui, etiam si experientia didicissem vera dixisse.

Caseus.

Caseus. Sermoni qui habetur de lacte, annectendum est de caseo, propterea q; lac sit coagulatum ac glaciatum: non tamen vniuersa lactis essentia in caseos cogitur, sed quod crassum est duntaxat, scilicet tenui seroso secreto ac separato. Porro dictum est habere lac in se naturam quandam pinguem & veluti oleosam: eamq; plurimam esse posui in bubulo: ac vbi à reliquo lacte se iunctum fuerit, solumq; per se consistit id pingue, butyrum appellari. At vbi cum toto lacte coagulatum fuerit, seroso duntaxat humore per coagulationem separato, pinguem caseum effici. Fiuntq; hoc pacto casei bubuli quidam adeo pingues, vt ex ijs effluat quiddam ad speciem olei. Porro tum hi, tum reliqui oēs temporis spatium aciores tibi apparebunt, siue gustes, siue olfactas. Itaq; cum mihi olim caseus allatus esset bubulus, quem ex odore acrem esse consiciebam, abiici: & iam à famulis absumptum putabam: cæterum illi talia seruire soliti, longo post tempore ex promptuario proferentes, quidnam de illo fieri iuberem rogant. Cum igitur edendo non esset propter acrimoniā, ludicrum nobis problema extitit, proponentibus cui rei quis illum vtiliter posset accommodare. Interea cum ad me arthriticus quispiam in curru conuectus esset, topbos quos Græci τοπόβους nuncupant, in articulis habens: subiit mihi crure suillo falso quod erat intus, decocto, caseū eo decocto macerare, ac probe in mortario subigendo vnitu topbis imponere. Et sanè arthriticus ab hoc medicamine magnifice adiutus est. Nam rupta sponte sua cute, absq; incisione videlicet, effluxere quotidie citra dolorē topborum particule. Vbi aut totus, qui apud me erat, caseus fuisset absumptus, talē sibi alium comparans arthriticus in posterum seruauit, & postea rursum vsus est inueterato: atq; vbi tunc quoq; idē percepit cōmodum, sæpius deinceps vti perseverabat: & quosdā amicorū similiter affectorū docuit. Atq; id quidē nos excogitauimus, cæterū comprobauit atq; confirmauit experientia. Porro recentem, qui inueterato contrarij est temperamenti, quādoq; homini in agro degenti moderatæ magnitudinis vulnus habenti imposui, antea videlicet ad laeuorē tritū. Extrinsecus autē illi imponēbā folia lapathi. Possint verò etiā, si hæc nō adsint, folia superponi vitis, aut platani, aut betæ, aut lactuæ. At ipse quidē caseus vulnus glutinauit, feratq; etiamum mollis. Alius verò, qui vocatur & in patria mea Pergamo, & per superiacent. Est alia oxygalactinus, magnū rustici vulnus conglutinauit impositus. Nam recens coagulatus ac mollis repercutiendi vim obtinet, nimirum leuiter refrigerans. At oxygalactinus præter hæc digerendi insuper leuem quandam vim possidet.

Butyrum.

Butyrum, aut butyrum, vt cūq; nominare voles, siue masculino, siue neutro genere, fit quidē, vt supra dictum est, ex eo quod in lacte pinguisimum est. Miror autem quo pacto Dioscorides ex ouillo & caprino cōfici referat. Ego nanq; ex bubulo hoc medicamentum fieri noui, ac proinde nuncupatum esse butyrum existimo. Facultatis est concoquentis, paulum habens etiā digerendi potèntiæ, in medijs nimirum corporibus secundum duritiem ac molliem. Nam id semper memoria tenere oportet, quicquid simpliciter ac sine addito, aut limitatione aliqua profertur, de medijs temperatura corporibus intelligi. Nam corporum planè durorum tumores præter naturam hoc nequit medicamen digerere. At quæ in mollibus sunt phlegmonæ, eas & cōcoquit & digerit per facile. Nā parotidas, & bubonas, & oris phlegmonas, aliasq; partes complures prorsum illo solo curauimus, nimirum puerilibus corporibus ac muliebribus perpetientibus. Sed & gingiuas puerorum dentientium assidue illitū, nihilo imbecillius melle gingiuas extenuat, per quas exitus est dentibus: & alios omnes in ore affectus phlegmonosos, postea q; fluxio restiterit, digerit pariter & concoquit. Proinde cataplasmatibus inditur quæ extrinsecus imponuntur parotidibus, hypochondrijs, & bubonibus. Sed & in ventre deuoratum, & ex eo distributum, magnifice confert expuitionibus ex pulmone, idq; in pleuriticis & peripneumoniacis affectibus, cum hoc q; eos etiā cōcoquat. Atq; si solū lingatur, magis quidem cōcoquit, verum minus educit: sin cū melle & amygdalis amaris, plus educit, sed minus concoquit.

Pytia, Coagulum.

Coagulum omne acris ac digerentis potèntiæ est, ac nimirum etiam exiccatoriæ: nam necessariò id superiora comitatur. Ac leporis quidē coagulum comitalem morbum, si cū aceto ebibatur, præterea profluvium muliebri sanare proditum est: sed & lac in ventre coagulatum dissoluere: quod certè & nos experti sumus, non solum in leporino, sed etiam in aliorū animalium omnium coagulo. Attamen leporinum omnium est præstantissimum. Sed et sanguinem in ventre concretum simili modo epotum dissoluit, ac efficacius quidem cæteris, verum non solum, quod quibusdam scriptum legitur, sed et hoc commune est omni coagulo. Quidam autem sanguinis ex thorace reiectiones leporinum coagulum epotum suppressimere prodiderunt: cæterū nec aliū quenquam eo

Quinta Classis.

KKKKK ij vsum

† Al. cod. græci hēt ἀπλοῦς τις ἂν .i. simplex. existens. & ita vetus tractatio. interpres videtur legisse ἀπλοῦς, id est tener.

vsum noui, nec ipse sum ausus acri vti remedio ad affectum adstrictionem poscentē. Porro coagu- lum equinum ad dysentericos & coeliacos peculiariter accommodari scripserunt non nulli.

Coagulum phocæ.

At phocæ coagulum eximiè aptum esse quidam prædicant, tanquã vires obtineat castorij. Verum quæcunq; proditum est quodq; coagulum secundum essentia suã præstare proprietatē, non est nunc tempus exponere.

Chole. Fel.

Hic succus omnium, quæ in quocq; sunt animalium, calidissim' vs esse demonstratus est. Itaque sicuti sanguinem & carnes dissimiliter temperata obtinet animalia, eadem ratione & fel. Quocirca calidissimorum fel, aliorum quocq; animalium fel excellere necesse est: & quæ illis minus sunt calida, proportione & hunc humorem illis inesse calidum, quanto scilicet & in alijs sunt inferiora. Didicisti enim quatuor esse vniuersos in vno quocq; animali sanguine humores, sanguinem, pituitam, et bilem tum flavam, tum atram. Didicisti porro ex more non tantum medicis, sed & Latinis omnibus bilem flavam absolutè efferrè bilem, tanquam subaudituris, qui audiunt, coloris congnominationem: Atram verò non simpliciter nuncupari bilem, sed cum addito, nempe hoc toto, atram bilem. Sed & q; flavam bilem non nunq; pallidam cognominant, nostri: & q; in vesica iecoris interdum pallidam, interdum flavam in confectionibus animalium ipsam conspicimus. Audisti porro flavam tanto esse pallidam calidiorē, quanto & crassiorē. Nam seroso recremento flavæ bili commisto pallidam constitui contingit: sicut & flavam plusculum exalfectam consistentia reddi crassam, colore autem flavam. Quin & in animalibus apparet flava quidem ijs quæ magis sunt calida: quæ vero minus, pallida. Et vbi calida animalia aut fame, aut siti torquentur, ad atrum colorem vergit, interim illum habens æruginosum, interim cœruleum, interim isatidis, qui quidē magis est colore brassicæ fuscus. Itaque & tu bilis colori diligenter intendito, cum medicamentum præparabis cui admiscenda est bilis. Miscent autem cyclifcis vocatis & trochiscis, qualis est Andronis, & Polyidæ, & Passionis, & Bitinus, qui tauri recipiunt bilem: nam vbi ea medicamenta præparant quæ sunt vitia ad oculos, hyæne, galli, perdicis, & aliorum quorundam animalium bilem adhibent. Porro taurorum bilis calidior est & siccior q; boum castratorum. Nam castratum animal semper simile redditur foemine, & ijs quæ sunt ætatis minoris. Itaque sicut hæc humore su perant adulta & perfectæ, vincunturq; ab ijsdem caliditate: ad eundem modum bos castratus à tauris. Et quorundam ego taurorum bilem vidi cœruleam, flava nimirum superassata: quam sanè in preparandum iniici medicamentum vetui, sumpto illius loco alterius tauri bile mediocriter flava. Nam ille vinculis violèter tractus, supra modum fuerat defatigatus. Itaque eo labore cum excaudisset, clarum est temperaturam eius fuisse calidiorē: probabileq; est sic violenter pertractum tum sinisse, tum etiam esuriuisse: atque, vt summam dicam, velut vrina à modica potione modice pallere, & sitim famemq; & multum laborem perpessis flava esse conspicitur: impletis verò atque inebriatis albida: ita & bilis colores variat, ad flauis quidem per exercitia, in ediam, & sitim: ad candidius verò in contrarijs. Scito ergo si præparando medicamini bilem impense flavam iniicias, calidius te id effecturum: si pallidam, mediocriter calidum: si in exolutam & aqueam, tanto imbecillius temperie convenienti, quanto & bilis ad candidius fuerit versa. Sic qui oclusas hæmorrhoidas taurino felle aperiuunt, ijs interdum imbecillum, interdum verò supra q; conueniebat acre apparuit. Quanquam non nulla quocq; diuersitas existit pro corpore cui adhibetur, prout, si promptiore sensu aut hebetiore fuerit, tum per facile patiens, aut difficulter. Verum in ipsa bile nō parua visitur, vt dixi, varietas. Nam idem homo à pallida minus, à flava bile plus mor dicatur. Liqueat itaque vel ex eo q; hæmorrhoidas aperit, q; sit hic humor acris: sed & illis ipsis qui vruntur, mordicare percipitur. Ac proinde cauemus, ne ad alium morbum aut symptoma bilem flavam vsurpemus solam ac per se. Nam propositi cyclifci pauculum bilis accipiunt. Ac quæ ad oculorum acutiem componuntur medicamenta, partim hyæne, partim perdicis, partim galli, partim alterius cuiuspiam bilem accipientia, admistum habent tum mel, tum sceniculi succum, tum opobalsamum. Porro animalium quorundam singulariter bilis à medicis extollitur, tanq; aciem exacuat oculorum, & suffusionum initia digerat, velut piscis quem vocant callionymon, hyæne, & scorpij marini, tum galli, & perdicis. At suilla adeo omnium imbecillima est, vt ne vlceribus quidem toleratu sit grauis: & apparet omnium bilium maximè aquea, exceptis syluestribus suis, & ijs quæ degunt in montibus. Nam vt harum caro & calidior & siccior est, ita & bilis. Porro domesticarum suum bile vtuntur quidam ad vlcera aurium, medicamento vtique non reprobo: & tu quocq; vbi compositorum nihil ad fuerit, vitior: sunt enim innumera. Sed & pro affectus magnitudine alia etiam atq; alia alterius animalis bilis potest congruere. Nam vbi vlcus diuturnum fuerit, multamq; saniem pusq; contineat, etiam sicciorē bilem perferet, puta ouium, quæ paulo est acrior suilla, hac etiam magis caprarum: cui ad similes quodammodo est vrsorum, & boum. At taurorum his valentior est, inferior tamen bile hyænarum: & hæc quoque inferior bile callionymi, & scorpij marini, & marina testudinis. Porro hirēi agrestis bilem scripsere quidam prodesse lusciosis, siue nyctalope vexatis. Cæterum volatiliū animalium bilis omnes tum

acriores

* Accipitrum.

A acriores sunt, tum sicciores q; quadrupedum: & inter ipsas quocq; volucres gallinarum & perdicū bifles ad medicina vsum probatioribus habentur. Miluorum verò & aquilarū impendio acres sunt: sed & erodunt: quāobrem colore visuntur æruginæ, ac non nunq; atro. His itaq; earum cognitio differētis, atq; affectibus, qui plus, quiq; minus desiccari postulant, cognitio, si vnam modo quāpiam opere fueris expertus, inde ad alias transire poteris per methodum, vt semper, quæ affectui commoda sit, adhibeatur. Nam cum velut in cōiectura sita sit cuiusq; facultatis vehementia, à de finito quopiam principio ad materiam inexplorata transire oportet: ac à prius explorato excessus qui in illis consistunt discere. Sed & notas quasdam luculentas ego exposui tum à bilis colore, tum ab animalium temperie.

Hidros. Sudor.

Sudor. Vnus hic est humorum in animantis corpore prouenientium, & eandem habens materiam, quam vrina, & eundem generationis modum. Siquidem vtriq; ex bibito humore constat generatio, exalfecto simul in corpore, & biliosæ non nihil substantiæ adeptæ. Verum sudor plus est elaboratus, vt potè qui ad cutem vsque permeatis omnibus, quæ interfunt, partibus peruenit. Attamen sudores inter sese & vrinas differre necesse est, tum pro animalium temperaturis, quæ & natura & per ætates non parum à sese inuicem sunt diuersæ, & pro præcedente victus ratione. Clarum autem est, etiam si aliquando in sermone omissum fuerit, pro tempore anni, & præsentis constitutione, præterea pro regionibus diuersitatem effici in animantium corporibus non parua. Nam compendij gratia vno capite completi eiusmodi omnia soleo, nempe pro cingentis nos æris temperie ea mutari dicens. Etenim diuersitatem regionum, quæ est in caliditate & frigiditate, hic comprehendit, vt tempus anni, & præsentem præteritamq; constitutionem. Cum ergo sermo fuerit de vrinis, aut sudoribus, aut bilibus, aut sanguine, aut pinguedine, aut adipe, aut quopiam in corpore nato, diuidentibus videlicet nobis eas, quæ in animalibus visuntur, differentias, de sanis corporibus sermo intelligendus est, mediam propriæ ipsorum temperaturæ constitutionē habentibus. Sic ergo q; & sudor salis & saluginosæ vocatæ qualitatis est particeps, gustus testimonio probatur. Nam sæpenumero nolentibus in os desiuens dictam qualitatem indicat. Sæpe verò etiam non obscuram præfert amaritudinem. Attamen & color eius naturam designat. Nam sicut vrina naturalis modicè est pallida, sic & sudor. Verū id facile cognosces in ijs q; lauantur, cū absq; oleo strigili radūtur. Nā sudor in cauo strigilis colligitur, colore quem dixi simul & gustum præferens, ac euidenter falsedinem habens, sed obscure amaritudinem. Verū de vrina plus etiam q; conueniat medici scripserunt: propterea nimirum q; largè ea in omnibus hominibus tum priuatim, cū publice quotidie colligatur. At de sudoribus aut nihil, aut quæ curiosa sint potius, & præstigiaturæ obnoxia, & insuper scripserunt alij superuacanea, quæ per aliam fieri possent materiam medicam. Porro sudor etiam in palæstris exercitium miscetur sordibus, hoc est pato, quem quidam curiose Atticam sectantes linguam, Conisalon vocant: confertq; non nihil tenuibus sordibus vt tumores præter naturam per halitum digerant. Nam illæ plus percipiunt, minus autem digerunt: at post adiunctum exercitium sudorem acquirunt multum facultatis digerētis. Ergo in phlegmonas vberum solæ hæc sordes impostæ efficaciori sunt remedio. Sin sicciores videbuntur, cyprinum superungito: & si valde etiam sicca, cyprino item subigito. Præstat autem non sicca, sed molles accipere. Porro si non adsit cyprinum, rosaceum bonum miscuisse sufficit. Hoc medicamentum admodum est vitile ijs quibus à partu restinguere lac consilium est, eo nomine q; in mām coaguletur in morem casei. Hinc orso, ad alios affectus similes vt licebit. Atq; ego sanè ad bubonem eo vsus, celeriter disparuisse tumorem conspexi.

Vrina.

D dictum quidem est de tota eius natura in sermone de sudore: diciturq; & nūc, q; quanta est in animalibus bilis diuersitas, tanta item sit in vrinis. Atq; omnes quidem facultate sunt calidæ, sed plus tamen animalium calidiorum: minus autem frigidiorum.

Vrina humana.

At vrina hominis omnium propè altarum vrinarum est imbecillima, exceptis porcis domesticis, quibus executi sunt testes. Nam illorum similis est totius corporis temperatura, temperie hominum, & vrina similiter debilis. Verū montanorum aprorum valida est, vt etiam ex odore apparet, qui vtiq; acerrimus est. Sed & in alijs animalibus ex odore vim eius consicere liceat. Nā vrinæ illas degustare plane est abominandum, cum ne pueri quidē vrinam vir quidam honestus vita pariter ac moribus ebibere sustinuerit, cum pestifere ægrotaret in Syria, vbi cum multi vrinam puerorū simul & virorum hausissent, sese hinc seruatos credebāt. Cæterum vrina hominum, vt si quid aliud, extergendi vim obtinet: quod cum alij multi satis indicāt, tum maxime fullones, q; sordida vestium expurgāt ea, atq; extergunt. Hanc eius vim cum & medici conspexissent, pforas & lepras ea detergūt, perfunduntq; vlcera tum multa humiditate, tum sordibus & impuritate scætentia, ac multo magis vbi putridum quiddam obtinent. Sed & pudendis, vbi sic afficiuntur, vrinam infundunt, & auribus pure fluentibus. Quin & achoras, & furfures ea curant, capitū identidem perfundentes. At nos hæc facere odimus potius, cum ad manum sint quæ illis conducant

Quinta Classis.

KKKKK iij alia

alia medicamina. At vlcera digitorum pedis maximè, quæ ex illusione atq; offensione essent infli-
cta, sæpenumero, vbi nimirum phlegmone carerēt, & ipse curauit, eaq; in feruis & hominibus ru-
sticis, quos iter ingredi absq; medicis erat necesse. Siquidem linamento (*μύρον* Græci vocant,) vl-
ceri imposito, ac insuper linteo circūuoluto ac ligato, quoties meendi inceseret cupiditas, in digi-
tum ferri vrinā præcepi, nec antè soluere q̄ bene esset curatus. Nam & si quæ alium ruri sine medi-
co agentem, vrinam vlceribus perfundentem audissem, non veruī, vbi scilicet in partibus thora-
ce inferioribus vsque ad imos pedes vlcus cōstitisset. Siquidem vlcera aut capitis, aut faciei, vrina
perfundī sinere auerfabar. Attamen medicamentum quod ex vrina pueri conficitur, quod quidā
vocant chryfocollan, quia eo ad auri glutinationem vtuntur, ad vlcera difficilia sanatu optimum
esse assero. Fit autem id figura phiali, confecto mortario ex ære rubro, habēte pistillū eiusdem ma-
teriæ, in quod meiente puero pistillum circūages identidem, vt non tantūm à mortario quid de-
radat, sed etiam à sese non nihil deterat: id quod pluribus deinceps diebus peragitur, donec vrina
crassitudinem assequatur mellis. Faciendum verò id in sole. Nam facilius in aere eiusmodi ab ere
quid deteritur. Aut si sol absit, calidas esse ædes saltem conuenit. Hoc medicamento misto ijs, quæ
curandis vlceribus rebellibus sunt idonea, vtimur, vt dixi, ceu optimo. Nihil enim habet abomi-
nandum, perinde vt vrina capiti, alteri ve parti infusa. Nam quid commemorem vrinæ potum? **F**
Scribere tamen medicorum quidam de subsidente in vrina crasso illo videlicet & albo, dicentes
id mederi erysipelatis. Sanè ea erysipelata, quæ ignea etiānum sunt, & reuera erysipelata, calidorū
& acrum medicamentorum omnino nullū iuuare potest. Quæ verò per refrigerantia refrigere,
tum hoc, tum alia multa medicamina digerentia adiuuare valēt. Atq; hoc quidem vt licebit, vbi
non in facie, aut pp̄e, erysipelas cōstitit, verū in artuum quopiā, aut dorso, aut ventre. At vrinā
pueri orthopnæe gratia ebibere necessariū nō est, cū sint & alia medicamina quæ huic medeātur
affectui. Quin cū bibisset quidā, affectu liberatus nō est, vt nō eximium quid præter alia possideat.

Sielon. Salina.

Sielon, siue Sialon, siue Ptyelon appellare libet, nihil interest. Verū id sciendū est, vim eius
esse differentem tum in animalium speciebus, tum in eorum vnoquoq; sano & ægroto, ieiuno &
sitiundo, aut cibo potuq; sumpto. Etenim vt vrina & bilis, sic etiam salua sumpto quidem cibo
imbecilla est: valida & acris eorum qui ingenti aut inedia, aut siti premuntur. In medio vtriusque
est eorum qui probè concoxere quidem, nondum tamen cibū potum ve hausere. Hac ergo salua
nutrices pueris lichenas curant, paruum videlicet digitum rigantes, ac deinde cutē affectam cōfri-
cantes. Idq; faciunt subinde, tanto scilicet interuallo, dum saluæ vires in lichene perdurent, ac nō
dum sint extinctæ. Sed & triticum mandentes rustici non pauci furunculis imponunt. Nam cele-
riter eos & digerit, & concoquit: cū si macerarent aqua, nō aequè prodesset. Ex quo liquet salu-
am iuuandi robur adferre. Atq; corporibus mollibus, aut puerorum, panem, non triticum impo-
nunt ore commansum. Porro omnia sic cōmansa digerunt & sugillata, cæteraq; ecchymomata,
maximè vbi panis simul cum pauco radiculæ fuerit commansus. Porro tota substantia vel maxi-
mè aduersa est salua bestijs hominē interficientibus, ceu alicubi etiam Nicander poeta refert.
Pollicitus autem mihi quidam incantationem sese ostensurum, quæ scorpios interficeret: vbi illā
semel dixisset, in scorpionem expuit: inde rursus eam obmurmurans, iterum scorpionem conspuic: ac
vbi tertio dixisset, atq; expuisset, mortuus est scorpions. At postea ego absq; incantatione à sola sa-
liua occisum vidi scorpionem, idq; celeriter à salua esurientium, aut sitientium, tardè autem ab illis
qui cibo potuq; fuerant impleti: in alijs autem proportione.

De ijs quæ in corpore proueniunt.

Nascuntur in corpore cū alia præter naturam, quorum non est fatis honestum meminisse, tū
etiam lapis in vesica: de quo scribere quidam q̄ lapides vesicæ cōminuat. Atque hoc quidem fal-
sum est experientia iudicatum. Cæterum an renum lapides frangat, omnino experti non sumus, **H**
cū suppetere alia ad hoc symptoma probata medicamina. De pure autem & id genus dicere
superfedeo, id illis concedens qui his in rebus mirifici sunt, scilicet quibusdam cum prestigijs. Cæ-
terum stercus vnum est inter ea, quæ in corpore proueniunt secundum naturam affecto animali,
veluti & aurium sordes. De vtroq; itaq; deinceps differam.

Copros. Stercus.

Copros, siue Copron, siue Apopateia appellari velis, perinde est. Scito autē hanc substantiam
vim habere vel maximè digerentem. Verū stercus humanum ob foetorem abominandum est.
At bubulum, caprinum, crocodilorum terrestrium, & canū, vbi ossibus duntaxat vescuntur, neq;
grauiter olet, & multa experientia nō tantūm nobis, sed & alijs medicis me natu maioribus com-
probatum est. Siquidem Asclepiades, cui cognomentum erat Pharmaceon, & alia omnia medica-
menta collegit, vt multos impleret libros, & stercore ad multos sæpe affectus vtitur, nō modò me-
dicamentis quæ foris imponuntur commiscens, sed ijs quoq; quæ intrò in os sumuntur.

Stercus caninum.

Sanè ego memini me admirandum tum humani, tum canini stercoris expertum facultatem.
Sed prius differam de canino, quo vti assidue consuevit præceptorum nostrorū quidam, sola ossa
cani

A cani edēda exhibēs duobus continuo diebus, ex quibus durū, candidum, ac minimè foetens ster-
cus proueniebat. Hoc igitur acceptū desiccabat, vt cū postea vsus esset, facile ad lauorem posset re-
digi. Vtebatur eo ad anginam, & dysenteriam, & summè inueterata vlcera. Ad anginam quidē,
ijs admiscens quæ alioqui huic affectui congruebāt. Ad dysenteriam, lacti illi immiscens, cui deco-
cto calculos vocatos *καχλυκας*, ignitos iniicit ante posuimus: aut, vt ego postea ob parabilitatem ad
ferum confugi, id candens lacti probè decocto iniiciens. Vocant autē medici non nulli lac eiusmodi,
nescio quo pacto, schistum. Verum oportebat non hoc sic appellare, sed in quo segregamus ac
scindimus (quod *σχιζεν* græce dicitur) serum à caseo. Cæterum medicus ille stercus caninum aridum
tritū lacti, in quo extincti erāt calculi marini, clā iniiciebat, & id solū generosissimos quosq;
discipulos docebat, in his ergo duobus multum expertus sum stercus caninum ceu medicamen-
tum mirabile, sicut & in vlceribus extreme malignis. Miscui ergo & ad illa paulum quiddā stercor-
is canini medicamentis probatis: & manifesto seipso valentius redditum est medicamen. Et si
quando digerere aut desiccare quid opus esset, illis etiam medicamentis admiscui.

Stercus humanum.

Cæterum humani stercoris hoc habeo experimentū. Assidue quidam à phlegmonis ad guttur
B exsistentibus vexabatur, adeo vehementer, vt suffocationis subiret periculū, & sanè ob hoc pericu-
lum sanguinem mittere cogebatur. In hunc cū forte quis incidisset, pollicitus est se præbiturū me-
dicamenti experimentū, & se vocari, si quādo rursus aliqua in parte gutturis emicuisset phlegmo-
ne, ante sanguinis missionem præcepit. Itaq; vocatus, medicamentū illud statim hominē curauit.
Vt autē iterum profecit, non in ipso tū, sed & in alijs qui similiter erant affecti, rogabat is, qui assi-
duo suffocari periclitabatur, data merce, vt sese medicamentum illud doceret. Erat enim ille &
locuples, & in pecuniæ sumptu liberalis. Porro vbi conuentū esset de pretio is qui vendebat, hoc
medicamentū, inquit, per antipathēan quandā utilitatē obtinet. Esse autē eam antipathēan, vt qui
curatur, nesciat, vnde cōficiatur. Iussit itaq; alium daret, qui pro ipso disceret, qui sibi fidelissimus
esse videretur, quiq; iureiurando reciperet sese nulli eius facturū copiam, priusquā ipse qui dedis-
set, foret defunctus. Itaq; à morte eius q̄ indicarat, nō tantū ille sūm hominē, sed & alios sanabat
et mihi ne petētī quidē medicamenti exēplum volēs ac lubens obtulit. Erat autē stercus pueri sic-
cum cū melle attico ad læuorē tritū. Vicitabat autem puer, cuius stercus accepturus erat, vt ipse
qui medicamentū dederat, ostendit, lupinis, illis videlicet qui ex more edī solent cum pane bene
cocto in clibano, modicum sale & fermentum habente. Præbebat autem bibendum vinum ve-
C tū: atq; hæc omnia mediocri in quantitate, vt perfectē ea puer posset cōcoquere. Itaq; cum primo
die eo victu esset vsus, postero tamen die nondum stercus capiebat, sed in eo quoq; die rursus eo
dem alebat victu, ac tertio demum sumebat, ac postea arefacto utebatur similiter, vt stercore cani-
no, vt ante dictum est. Dicebat autem illum, qui docuerat, fugitantem alios cibos ob foetorem, præ-
tulisse lupinos: sese verò, experimenti gratia, carnes gallinaceas aut perdicum ex aqua, aut tenui
iure bene coctas sæpe exhibuisse, & medicamentum nihilominus operatum. Atq; ego sanè hæc
tibi de canino humanoq; stercore narrare possum.

Stercus lupinum.

At lupinum stercus quidam colicis potandum dabat, nō tantum in ipsis paroxysmis, sed etiam
in interuallis, si quidem phlegmone vacarent. Quorum ego quosdam vidi nō amplius inuadi: &
qui erant inuasi, non amplius id grauitè passos, sed nec post paucum temporis. Accipiebat autē
ille albidius potius stercus, quale vbi ossa ederint solent excernere. Verum illud etiam in eo mira-
bar, q̄ vel suspensum euidenter aliquoties iuuisset. Itaq; hic stercus capiebat, quod non decidisset
in terram: id quod non erat inuentu difficile. Ea enim est luporum natura, quæ canū, vt suspensio
altero posteriorum crurum & meiat, & cacent in eminenti quopiam ex terra. Itaq; in spinis sæpe
D æstate stercus lupinum reperitur, & fruticibus, vepribus, herbisq; procerioribus. Inuenitur porro
in stercore illorum & non nihil ossium deuorati animalis: quod vt effugit commansionem, ita &
concoctionē: quod et ipsum contundens ac conterens, bibendum præbuit colicis: ac si homo esset
puritatis amans, misceret & salis quippiam, aut piperis, aut quippiam eiusmodi. Vt plurimum
autem ex vino albo consistentiæ tenuis bibendum præbebat: interim vero etiam ex aqua. Hoc er-
go stercoris quod patientis ilibus, *λεγωνας* Græci vocant, applicandum esset, præcepit suspēdi ex
vinculo confecto ex lana, sed non qualibet, verum multo præstabat eam esse ouis à lupo laniatæ,
vnde, quod ad hūc vsus accommodaretur, esset cōficiendum. Quod si talis non adesset lana, ex
pelle ceruina & lorum quod cingeret ilia, & in quo stercus contineretur, parari præcipiebat. At
nos ollulam ad magnitudinem maximæ fabæ confecimus, quam experundi gratia indito stercore
quibusdam suspendimus, nec potuimus non mirari, cum plurimos ipsorū videremus adiutos:
cæterum ad ollulam duas ceu aures affiximus, per quas lorum transmitti posset. Sed hoc quidem
obiter dictum esto, si quis inuenietur qui sic suspēdis fidem habere dignabitur. Dico autem sic, nā
substantia est quæ suspenditur, non voces barbaræ, vt quidam facere præstigiatorū assolent, quan-
do & alias expertus sum substantias, quæ in alijs affectibus similiter operarentur. Sed de his non
est nunc dicendū tempus. Ad propositum itaq; reuertamur.

Quinta Classis.

KKKKK iij Stercus

Nam humanum, caninū, lupinumq; sterCUS recensui, alia verò nondum: quorum etiam maior est q̄ dictorum numerus: & quædā assiduo habentur in vsu, quædā rariore. Omnium creberrimè utimur caprino stercore (Græci *στυφελίους* propriè nominant,) digerentis & acris facultatis: adeo ut & induratis scirrhorum in modum tumoribus congruat, nec tantū lienis, ad quos creberrimè medici non pauci huiusmodi stercore applicant, sed etiam aliarū partium. Siquidem ego eo vsus sum ad genu tumorem habens inueteratum & ægrè solubilem, iussu fieri cataplasmate ex farina hordeacea per oxycratum indito videlicet hoc stercore: & mirum est, q̄ homo ille fuerit adiutus. Erat aut̄ rusticus in quo id factum est. Et iam etiam alius rusticus, cum sic vsus esset non tantum in genu, sed etiā alijs in partibus ad tumores similes, perinde adiutus est. Nam acrius est medicamentum q̄ ut mulieres vrbanas, aut pueros, aut omnino qui tenera sunt carne, sanare possit. Sed de particulari omnium medicamentorū vsu in opere de cōponendis illis tractabitur. Quin & ad aquā inter cutē, & ad splenicos variè caprino stercore utimur. Sed & vsū tenuioris quidē essentia, verum haud manifestò redditur acrius: quāobrem sanè ad alopecias congruit, & omnia adeo, quæ extergentia medicamenta desiderant, ut lepras, psoras, lichenas, & hoc genus alia. Miscetur digerentibus cataplasmatibus, qualia sunt quæ accōmodantur ad parotidas & bubonas diuturniores. Est enim vis eius tum vsu, tum non vsu, absterforia, & digerēs, nec etiam paruum habet digendi potentiam. Nam medicus quispiam ex ijs, qui in agris & vicis medicinam exercent, utebatur eo ex aceto ad viperarum morsus, & multò sanè etiam magis aliarum bestiarum: ac profectò ex ijs cōplures seruauit. Et hic ipse quoq; medicus ad auriginem potadas ipsas spyrathos ex vino p̄buit, & ad profluuium muliebre cū thure apposuit. Quæ omnia sanè optimus medicus ignorare non debet: ceterum potiora eligere potissimum ad vrbanos & honoratos, alicuiusq; existimationis viros: in quibus equidē ego tali nunq̄ sum vsus medicamine, cum multò meliorum suppeteret copia. Attamen existit non nunq̄ talium vsus, aut in itinere, aut in venatione, aut rusticatione, cum scilicet meliorū nihil ad fuerit, aut homo rusticus perinde fuerit carnis duræ ac asino similis. Nā eiusmodi multos in agris reperias dignos qui bibant spyrathos. Porro quod & supra monui de vrinis, & bile, & saliuā, id nunc memoria repete, nēpe vniuersalem & communem facultatem eandē omnibus inesse, verum pro animalium tēperaturis variam. Nam eorum, quæ sicciore sunt tēperatura, & sterCUS exiccātius est: sicut & calidiorum magis etiam excafactorium. Verum nullum omnino sterCUS refrigerat, sicut nec vllum humectat. Sed & pro natura eorū quæ edunt, multa item fuerit diuersitas. Proinde in hominibus potius q̄ alijs animalibus maior est: quāquidē hoc animal diuersissimis maximeq; varijs cibus vititur. Nam quid simile habet, qui alliu ac cepas comedunt, & qui cucurbitam, verbi causa? At caprarum spyrathi pro pastu vario non nihil item habuerint differentia, non tamen tantum, quantum sterCUS humanum.

Stercus bubulum.

Similiter sterCUS bubulum exiguam habet differentiam: estq; & ipsum facultatis exicatoria. Verum attractoriam etiam obtinet, ut monstrat, dum apum vel parumq; morsus iuuat. Atq; hæc ut à proprietate substantia totius iuuentur, fieri potest. Cæterum medicus quidam medicamentorum peritus, in Mysia quæ in Hellesponto est, aqua inter cutē laborantes bubulo stercore oblinens, in solem exponebat. Atq; hic ipse imposuit & partibus rusticorum phlegmone obsessis humidum illud vere collectum, cum herbam boues pascuntur. Manifestum autem est hoc esse alio moderatioribus multò viribus. Dico autem aliud, cum paleis vescuntur. Nam hoc medium est inter id quod modò diximus, & quod prouenit ab erui pastu. Liqueat ergo, quæadmodum id quod ex pascuo herbaceo prouenit, ad phlegmonas accōmodatur, sic istud aqua infestatis esse idoneū. Scire tamen oportet, omnia id genus medicamenta duris agrestium hominum corporibus aptari, nempe fossoribus & messoribus, & qui opus obeunt tam validum: in quibus utiq; Mylius ille medicus & ad chceradas adhibebat, & ad tumores omnes scirrhosos, ex aceto in cataplasmatibus formam compositum illinens.

Stercus ouillum.

Sed & hic ipse medicus ouium utebatur stercore ad acrochordonas, & myrmecias, & thymos, & furunculos duos, quos clauos nominant, aceto videlicet diluens. Quin & vlcera ambusta ad cicatricem illo ducebat, nempe sterCUS hoc cerato rosaceo cōmiscens. Sed & per sterCUS caprinum combustum similiter curabat: cæterum pauculum eius multis numeris maiori cerati molī admiscebat. Et in totum studium id illi erat vnicum, omnia curare per ea, q̄ ex agris facillimè parātur: inter quæ sunt & herbæ, & frutices, & arborum flagra, & germina, & folia mollia, & fructus, & cortices: super quibus copiosius dicitur in facile parabilibus.

Stercus columbinum.

Porro stercore columbarum nomadum (nam sic eas quidam cognomināt, à domesticis videlicet distinguentes,) tanq̄ medicamento excafaciente & ipse ad multa frequenter admodum vtor, nempe cum semine nasturtij contusum cribratumq; siccum vice napyos ad ea, quæ rubrificari debent, adhibens. Manifestum autem est, quod inueterata omnia dico in talibus affectibus, quales

A les sunt coxendix, hemicrania, scotomata, vertigines, & cephalæa, & in lateribus, scapulis, ceruice, lumbis dolores inueterati, & ad hæc nephritides, & affectus coeliaci, & podagricæ arthritides: quoniam videlicet in articulis eorum nondū constiterint topi siue pori. Atq; hoc sterCUS planè foetidū nō est, maxime arefactum. Quocirca & in vrbibus eo varie utimur, alias alijs miscētes medicamentis.

Stercus gallinaceum.

Porro cum conspexissem illum in Mysia medicum gallinaceo vitrem stercore in eis, qui ab esu fungorū suffocabantur: & ipse quoq; sum vsus in quibusdā vrbē inhabitantibus, qui & ipsi fungos esitarant, ipsum videlicet ad læuorem cōtritum tribus quatuorue oxycrati aut oxymelitis inspergens cyathis, & palam adiuti sunt, idq; celeriter. Nā qui præfocabantur, paulò post vomebant pituitosum humorem omnino crassissimum, & exinde planè liberati sunt symptomate. Est aut̄ hoc sterCUS columbino minus calidum. Cæterū Mylius ille medicus dabat et̄ bibendum sterCUS gallinaceum ijs, qui diutino coli dolore fuissent vexati, ex œnomelite. Quod si hoc non aderat, ex aceto, aut vino aqua diluto. Porro memoria tenere oportet communem de omnibus animantibus rationem, nempe tum in ijs quæ in corporibus ipsorum continētur tam humida q̄ solida, tum in ipsis partibus plurimam esse diuersitatem montanorū quæ vocant, & eorum quæ in pratibus, paludibus, lacubus, & adibus versantur. Semper. n. quæ exercentur, ijs quæ non exercentur, sunt sicciore: & quæ cibus vtuntur calidioribus sicciorebusq; ijs quæ humidis frigidisq;. Nam in colūbis, (quādoquidem creber nobis earum sterCORIS est vsus) multo semper inferius ac imbecillius expertus sum earum sterCUS quæ in domibus degebant, q̄ earum quæ in montibus, quas nomadas nuncupant. Tum gallinarum quoq; inueni multo et̄ imbecillius earum quæ conclusæ seruātur, & furfuribus aluntur, non paulo autem valentius earum quæ in agris, atrijs, aut foris pascuntur.

Stercus anserinum, & ciconiarum.

Cæterum sterCUS anserinum præ nimia acrimonia inutile est. Colligō etiam ita esse & accipitrum, & aquilarum. Verum fugienda est materia omnis eiusmodi, quæ difficulter comparari potest. Quia occasione complures validissimas vires talibus materijs testimonio adscribunt suo, ceu non facile redarguendi: velut qui ciconiarum sterCUS comitali morbo mederi scriptitant. Verum quanquam hoc multis alijs quæ scribunt, longè sit parabilius, curiosum tamen est, (vt tacem falsum esse,) quod de illo est proditū. Nam quidam ijs, qui talia memorant, credulus, epoto hoc stercore nihil adiutus est. Nam & antequam experiare, promissorum prauitatem ac falsitatem ipsi q̄ talia scribunt, detegunt. Nam cum multis modis difficulter homines spirent, neq; q̄ omnibus cōferant adscribunt, neq; q̄ his, aut huic. Tamen si sunt inter eos, qui talia scriptitant, qui nō simpliciter dyspnœæ, hoc est difficilis spirationis, sed ortopnœæ talia esse remedia dicūt, nempe ciconiæ sterCUS, noctuæ sanguinem, vrinam humanam, & alia his absurdiora: haud scientes q̄ pituitosus viscosusq; succus bronchia obstruēs pulmonis, huius affectus sit causa, & q̄ in eo euacuando consistat medela, & q̄ euacuatur dum per tussim excreatur, & q̄ id fieri nequeat absq; crebro epoto medicamento acriore. At hi adeo sunt nugaces, aut præstigiatores, aut quo illos digno appellem nomine nescio, vt dicant absurdorum istorum poculorum vnumquodq; epotum a dyspnœa liberare: quod fieri nō posset, ne si vel specillum fas esset alicui in pulmonem demittere, quo infixum humorē tolleret, semel duntaxat demisso. Præstabat itaq; illis dixisse, non si epotus sit hic sanguis, aut vrina, sanare dyspnœam, sed si potetur. Rectiusq; etiam q̄ non semper & omnino sanabit, ne si vel assiduo potetur: sed q̄ multos sanauit, multos verò adiuuit quidē, sed morbo prorsum non liberauit. Sed hos iam mittamus, & quod deinceps est, ad id pergamus. Cuiusque enim sterCORIS acrimoniā & digerendi vim possidentis, prout aliud alio plus minusue eius sortitum est facultatis, ita particulares in ipsis proueniunt differentia: ac proinde aliud hoc pathema potius, aliud illud magis curare valet.

Stercus murium.

Sic enim murium sterCUS alopecias curare proditum est, & inuentus est quidam medicus, qui ad hoc pathema utebatur composito medicamento ex murium stercore confecto. Et alius quidā glandem puero familiaribus rogantibus vt apponeret, præcepit vt ex stercore conficeretur murium. Quo dicto oēs, qui audierāt, in risum soluti sunt, q̄ cum tot essent, quæ apposita sedi ad excretionem excitarent intestinum, ille omnibus præteritis ad murium confugisset sterCUS. Nam vera pudendum est alia etiā experiri velle, cum oēs ceu curiosum & præstigiatores condemnēt eum qui talia aut faciat, aut dicat. Itaq; de murium stercore hæc quoq; sufficiunt.

Stercus crocodilorum terrestrium.

Cæterum terrestrium crocodilorum, horum inquam exiguorum, & humi serpentium sterCUS pretiosum effecere mulieres deliciose, quibus non est satis, quod alia sint medicamenta tā multa, quibus faciei cutis & tenfa & splendens efficitur, quin etiam adiungant sterCUS crocodilorum. Simile illi sit & sturnorum sterCUS, cum solam oryzam ederint. Clarum itaq; est quod abstergendi desiccandiq; facultatem, vranq; moderatam habent stercore eiusmodi, & multo moderatiorem & hebetiorem sterCUS sturnorum. At sterCUS crocodilorum, sicut à facie ephlem tollit, ita & vitiliginem, & lichenas.

Sordes nascitur non tñ per totam corporis cutem, sed & in auribus, sed ob paucitatem paratu difficilis est. Proinde de illa nihil scribunt, nisi q̄ paronychij congruat fordes aurium: quam sanè et solam per se licet accipere. Nā quæ in tota cute prouenit, & in balneis & in palæstris deraditur, conferens non nihil & ipsa pato quem vocant: de quo supra disserui. Sed & generatio eius naturam indicat. Nam si fordes est crassum illud ac terreste, quod reliquum est eorū, quæ per latètem transpirationem euacuantur, sequitur vt desiccandi vim habeat cū non nulla caliditate iuncta. Ea tñ fordes quæ lanis ouium inhæret & adnascitur, ex qua cefypon, quod vocant, conficitur, cōcoquendi vim habet similem butyro: paulum verò et digerentis facultatis obtinens.

GAL. DE SIMPLICIUM MEDICAMENTORVM

FACULTATIBVS LIBER VNDECIMVS.

ARGVMENTVM LIBRI.

Adduntur, quæ superiori libro de medicamentis ex animalibus deerant, ac quæ ex mari, & salis aquis proueniunt.

Quæ animalia carne, aut sanguine careant, vel prædita sint.



Leræq; animantium partes cōes inter se omnium sunt, nulla tñ est equè cōis vt caro. Hæc. n. habet oēs animal sanguine quidem præditū, vt homo, & oēs quadrupes, tñ aues, serpentes, lacerti, quos fauros vocāt, testudines, & quæ sunt eius generis. Sanguine carentia, tñ ostrea omnia, tum non pauca genera eorum quæ in aquis degunt, sicut & nō nulla quæ in terris. Et quod ex animantibus maxime editur, caro est. Nā & viscerū plurima moles ex carnibus ipsis inhærentibus cōstat. Verū non nulli medicorum carnem viscerū parenchyma vocandam cēsent, propterea q̄ ex venis effusus sanguis circū vasa omnia concresecat, vt ipsi arbitrantur. Sed eā quæ visitur in musculis, solā carnis appellatione dignatur. Verū de nominibus, vt semper moneamus, contendendū non est: sed exercēda potius rerū scientia: cuius nos quoq; studio vsq; dediti, q̄ cumq; tum de proprijs cuiusq; animantis partibus, tum de cōibus cognouimus, eaq; partim experientia, partim ratione docti, omnia deinceps exponemus, orsi à carne propriè dicta.

Caro {viperae.}

Non oēs animalium carnes hominē nutriunt, sed quorundam et letales sunt, non secus atq; venena quæ vocant deleteria. Tum inter eas carnes quæ hominē nutriunt, quadam hoc ipsum tñ sunt, nempe nutrimentū. Quædam verò supra q̄ nutriunt, habent & facultatem ceu medicamentū: qñquidem desiccando, humectando, excalfaciendo, ac refrigerando corpus alterant. Nam viperarum carnes palā videre est excalfaciētes & desiccantes, vbi conduntur ceu anguillæ, nempe oleo, sale, anetho, porro, & aqua, seruato nimirum mō. Quod aut totum corpus per cutim euacuent, discere tibi liceat vel ex ijs, quæ ego iuuenis etiānum in Asia nostra sum expertus: q̄ singularit̄ deinceps narrabo. Homo quidam morbo, quem elephantia cognominant, laborans aliquotq; cū sodalibus conuersabatur, donec ex ipsius consuetudine conuersationeq; quidam nostrum morbi inficerentur contagione, & ille iam odoratu grauis, ac foedus redderetur aspectu. Constructo igitur illi tugurio proximè vicum in iugo collis pp̄ fontem, illic hominē collocant, tñ illi quotidie ciborum ferentes, quod vitæ sustinendæ satis foret. Cæterū ad canis exortū, cum fortè messoribus haud procul inde metentibus vinum esset allatum in fictili sanè q̄ fragrās: is qdē qui attulerat, deposito illo pp̄ mēssores, abiit: verū vbi eius bibendi aduenisset tps, sublato fictili adolescens, vt pro more impleto craterē, competente aqua vinum temperaret, in cratera vinum effundit, et vnā excidit vipera mortua. Qua re attoniti mēssores, veriti ne quod, si ebibissent, inde sibi malum eueniret, suam quidem sitim aquæ potione sedare maluerunt: cæterū cum illinc discederent, præ humanitate videlicet ac misericordia homini illi elephantī obnoxio vinū largiuntur, ratū expedire illi potius mori, q̄ viuere in ea miseria. At ille vbi bibisset, admirandum in modū sanitati restitutus est. Nam tuberosum illud oēs cutis totius non aliter q̄ animalium, à testis mollitie nuncupatorū malacoltracon, tegmē decidit. Quod aut reliquum erat, molle admodū apparuit, instar cutis cancrorum & locustarum, (carabos Græci vocant,) vbi extima testa fuerit detracta. Alterū quoq; eiusmodi non dissimili casu in Mylia Asia, nō procul ab vrbe nostra accidit. Vir quidam elephantō laborans profectus est ad aquarū calidarum sponde nascētium vsum, sperās inde non nihil se commodi adepturum. Erat illi scortum mancipium, iuuecula sanè formosa, compluribus

Aribus amatoribus ambita. Ille istius fidei tñ nō nulla alia ad rē domesticā spectātia, tñ penū ipsū crediderat. Profectis igitur illis, in ædibus, quibus vicinus erat locus squallidus, & viperarum plenus, fortè fortuna ex illis vna in vrceū vini incidit negligētiū positū, extinctaq; est. Ac scortū qui dē in lucro id reputās quod fortè euenisset, hero id vini propinat, atq; ille ebibit: cæterū exinde ad eum modū, quo ille qui degebat in tugurio, persanatus est. Porro tertiu quoq; annectā quod ex nostra profectū est imitatioe. Cū quidā hoc morbo ægrotaret, animo magis, q̄ vulgus, philosophico, & contēptore mortis, oppidō q̄ grauius ferebat, satiusq; dicebat mortē semel perpeti, q̄ vitā viuere tā miserabilē. Itaq; illi quæ superioribus duobus accidissent indicō. Erat aut ipse auguriorū peritus, & amico vtēbatur mirifice hæc disciplinā tractāte. Itaq; vbi ad auguriū cū illo confedisset, persuasus est, vt quæ per experientia essent cognita, ipse imitaretur: atq; epoto vino, quod sic erat veneno infectū, leprosus factus est: ac postea leprā eius nos cōsuetis remedijs sanauimus. Quartus præterea vias capere viperarum arte instituit. Sed illius morbi tantū erāt in illo principia: itaque cura studiūq; nobis fuit, vt illum q̄ celerrimè sanitati redderemus: quocirca misso sanguine, atraq; bile medicamēto detracta, viperis quas capiebat vt iussimus, præparatis in olla anguillarū in modum. Atq; hic ita sanatus est, euaporato per cutē affectu. Postremo & alius vir quidā opulētus, nō nostras ille quidem, sed ex media Thracia, Pergamum aduenit, admonitus somnio: vbi iurbēte Deo per insonnū, vt quotidie medicamentum biberet, quod confectū est ex viperis, forisq; corpus inungeret, non multos post dies morbus in leprā abiit: rursumq; & hoc pathos, quibus Deus præcipiebat, medicamētis curatum est. Sanè viperarum caro adeo ingentem obtinet desiccandi facultatē, vt quidam, qui eam edere, vehemētissima cruciati sint siti: ac proinde illas, diptadas cognominant. Sunt aut qui dicant demorsos à viperis satiarī non posse porando, sed dirumpi citius, q̄ siti liberari. Quocirca eos qui Romæ viperas venantur, quos Marfos nuncupant, percontatus sum, ecquid haberent signi quo genus vtuncq; viperarum discernerent. At illi prorūm negabāt vllum esse genus viperarum diptadum, verum eas quæ iuxta mare atq; in locis degunt salledinē multam habentibus, carnem obtinere salfam: ac proinde in Libya talium ingentem esse prouentum: in Italia verò propter regionis humiditatem non inueniri. Atq; hæc quidem narrantes audiui Marfos: non tamen certo dicere queam, an in totum verum dixerint, an partim etiam falsum. Nam quosdam esse viperas in ijs, quas memorabāt, regionibus, quibus falsa sit caro, vel maxime mihi videtur esse probabile. Scio enim cū cibis animalium mutari carnes: non tñ nullum esse genus viperarum diptadum pronuciare valeam. Cæterum tutissimum est cauere, ne in eiusmodi regionibus viperas venemur seu ad esum, seu ad medicamenti præparationem, quale est & hoc præclarum quod medici prope oēs Theriacam appellitant. Porro qm̄ ex more, cum artificos Theriacos, quos vocant, præparamus, non tñ caput, sed & caudam earum abijcimus, subijt mihi frequenter rationabile fortassis esse, caput quidem totū abijci ob venenū, quod ore continent, verū à ratione alienum esse, adimere & caudam. Nec enim dicere liceat q̄ id faciendum sit ob recremētā nutrimentū tum liquida, tum sicca. Nam interfectis atq; excoctis apertisq; exempta interanea omnia abijcimus, vt sola sit carniū substantia reliqua vnā cum arterijs venisq; per ipsas innatis, quarum minima moles est vt ad totam carnem, ac ne apparens quidem, nisi quis multum diligenter intentis oculis cōsideret. Atq; artificos, quos & Theriacos vocant, hunc in modum præparamus. Purgatas illas in aqua lixamus, quoad exactè nobis videantur coctæ. Indimus autem ab initio statim aquæ anethum, & post coctionem spinas à carne separamus: mox panē ad laeuorem trito carnem commiscemus. Verum non quemlibet panem citra delectum accipimus, sed q̄ fieri possit purissimum, simul & probè in cibusano coctum, & salis simulq; fermenti quod satis sit habet. Eum aut antea desiccamus in ædibus siccis, minimeq; humectis, donec adeo siccus efficiatur, vt in mortario contundi possit. Non tñ tundentes miscemus, verum aqua in qua decoctæ fuerant D viperæ, maceramus, & carnem ipsam prius q̄ commisceatur panē, in mortario coquorū eatenus conterimus, donec exactè reddatur leuis. Postea paruos artificos fingentes, atq; in ædibus calidis siccisq; desiccantes, deinde quoq; in talibus repositos seruamus. Hos ergo ineunte æstate conficimus: quo potissimū tempore optima est viperarum caro. Porro vtimur eis postea contulis denuo & cribratis, & rursus ad leuorem redactis, salis non nihil adijcētes ad suauitatē præparati: cuius etiā aliquid ipsi theriacē inijcimus. Cæterū eodē quoq; tpe ex viperis affatis salem conficimus, vis illis in ollam nouam iniectis vnā cum ijs medicamentis quæ illis & substerni, & apponi assolent: quæ omnia nunc commemorare non est præsentis negocij. Nam inueniuntur fortassis etiam qui me non iniuria reprehendent ob monstratam hoc in loco Artificorum præparationem, tanq̄ alieno tpe expositam. Verum hæc posteaq; dicta nunc sunt, seruentur tñ ac maneant, et si non admodum videantur huic instituto propria. At quæ sequuntur, conuenienti dicantur modo. Conueniens aut est generalis facultatis meminisse, carnem viperinam dicendo exiccatoriam, & valēter digerentem, mediocriter verò excalfaciētem. Properat aut, vt videtur, vis eius ad cutem, per eam videlicet quæ in corpore sunt recrementa exigens. Quibus ergo affatim est mali fucci in corpore, ijs ingens prouenit pediculorum numerus, & à cute ceu squama abscedit ac decidit extima cutis, quam Græci vocant ἐπιπέλαρα, ad quam sistuntur ac retinentur crassi terrosiq; humores ad

ad cutem protrusi, à quibus quidem psora, lepra & elephantas nascuntur. Et hæc quidem habui E
 quæ de viperarum carne dicenda putarem. Rursum ergo sermonem repetam. Calidiorum natura
 animalium carnes non solum nos alunt, sed etiam calciant: frigidiorum autem refrigerant,
 sic etiam sicciorum carnes desiccant, humidiorum humectant. Memoria itaque repete, quemad-
 modum didicisti in libris de temperamentis, quod ubi conieceris animal quoduis temperatura esse
 siccior, velut exempli gratia suæ syluestre domestico, huius & carnem cognoscas esse magis exiccatoriã,
 & secudum alias temperaturarum differentias similiter: puta sue siccioris ouem, & hac capram,
 qua bouem, quo denique leonem: sic in caliditate leo calidior est carne, canis tauro, taurus boue exe-
 cto. Itaque proportione, qua cætera animalia in temperatura excedunt, & carnes quoque eorundem dif-
 ferunt atque exuperant. Proinde ubi consilium fuerit corpus exiccare, sicciorum temperie ani-
 malium carnem exhibeto: calcare autem volens, calidiorum: & frigidiorum, si coneris refrige-
 rare: denique si humidius reddere, humidiorum. Nec parua existit carniū differentia, cum quã-
 dam sale condimus. Nam prorsum diuersæ atque aliæ euadunt, adeo ut sæpenumero animalis tem-
 peratura humidissimi caro salita longè euaserit exiccator, quàm ea, quæ natura fuerat sicca. Porro
 inter eas, quæ salitæ non sunt, siccior est, quæ asca est, quæ in aqua elixa. Scripserunt autem & aliorum animalium
 carnes quidam prodesse tum comestas, tum in partes affectas impositas, ut Erinacei terrestres desic-
 catam, si bibenda præbeatur elephanto obnoxius, cachectis, hoc est qui mali sunt habitus, tum cõ-
 uulsionem sæpenumero patientibus, nephriticis, & ijs qui laborant aqua inter cutem, quæ ana-
 sarca vocant. Ac si ea efficere potest, facultatem habuerit valenter simul digerentem desiccantem
 reque: Sicut & caro Mustelæ, (Græci Galen vocant,) ære facta: quæ utique comitiali morbo afflictos
 iuuat epota. Sed & salitorum Hælorum carnem ad læuorem contritam palos & spicula educe
 re aiunt, impositam videlicet, tanquam trahendi vim habeat. Porro Mutolorum, quos Myacas
 Græci vocant, carnem vlceribus à mordente cane inflatis cõpetere. Ego verò nullam insignem
 inuenio facultatem, quam requirant id genus vlcerum, tanquam ea, quæ à rabido cane mordente
 sunt illata. At Cochlearum caro prius in mortario contusa, ac postea ad læuorem redacta, omnium
 valentissimè desiccant partes superfluo humore grauatas, adeo ut & hydericis conueniat. Ipse au-
 tem humor solus per se citra carnem, (vocat autem is à vulgo cochlium myxa, hoc est mucus li-
 macis,) thuri mistus, aut aloë, aut myrrhe, aut horum quibusdam, aut omnibus, quoad accipiat cæ-
 rati crassitiam, medicamentum fit tenax, desiccantem, & spurulentos mucos aurium: sed & fronti
 impositum inhaeret, oculorum fluxiones resiccans. Quidam etiam ad palos eximendos vtuntur
 totis vnâ cum testis ad læuorem tritis: sed & quidam ad sistendos menses. Equidem ego aliquan-
 do in agro carnes ipsas solas in vulnus cum nerui vulneratione, & contusione factum tritas im-
 posui, ipsumque vulnus pulchre glutinatum est, & neruus phlegmonem haud perpeffus: erat au-
 tem homo durus & agrestis: miscui tamen illis contritis pollinem farinæ acceptum à pariete mo-
 læ proximo. Scribere autem maiores me non nulli medici ad eiusmodi vsum miscendum thus,
 aut myrrham, vel vtraque. Verum horum habebam tum neutrum, ut qui tunc ab vrbe abessent
 in agro. Possis autem & resinam frictam contritam admiscere, si adsit, quippiam. Porro ubi multum mu-
 ci cochlearum accipere voles seorsum, stylo carnem earum pungito. Sed non ante multos dies ve-
 natas esse expedit: alioquin enim tempore desiccantur. Nam recentes plurimum habent viscosæ
 illius humiditatis, quam stylo punctæ effundunt. Humiditas hæc pilorum in palpebris præ-
 ter naturam gluten est.

Pimele, & Stear. Pinguedo, & adeps.

Pinguedo, & adeps, & hæc quoque communissima sunt inter animalium partes. Nam quæ-
 cunq; bene nutriuntur, ea omnia aut pinguedinem, aut adipem obtinent. Quæ verò macilentia
 sunt, maleq; nutriuntur, sæpe omnino ne habere quidem, sæpe verò pauculum, idque siccum, ut
 agere uti possis, apparent. Porro differt à pinguedine adeps, quod crassior sit, ac propterea animan-
 tibus totam naturam terrosiorem habentibus adeps prouenit, velut humidioribus pinguedo.
 Proinde pinguedo celeriter in ignem posita liquefit: nec facile, ubi liquata fuerit, rursum concre-
 scit ac cogitur. At adeps nec facile funditur liquefitque, & fusus celerrimè coit ac congelatur,
 multoque apparet pinguedine durior. Sus enim bene habitus pastusque multam habet pinguedi-
 nem, ob naturalem temperamenti humiditatem. At boues, & capræ, & quæcumque id genus corni-
 gera ob siccitatem adipem plurimum generant. At tu si voles, oleosam & pinguem in anima-
 libus substantiam omnem, adipem appellato, ut plerique medici. Sed & pinguedinem appellare to-
 tum hoc genus licet. Non tamen licet citra mendacium adipem caprinum humidiorum esse di-
 cere, quam suum. Nam hic omnium ferme aliorum est humidissimus, ac proinde actione sua vi-
 cinam oleo vim possidens, quanquam oleo magis tum emolliat, tum concoquat: ac proinde cata-
 plasmatibus quæ ad phlegmonas accommodantur, commisceri solet. Qui verò mordicationes per-
 periuntur aut in recto intestino, aut in colo, ijs potius caprinum adipem quàm suillum inijcimus:
 non quod acrimonias plus obtundat, (nam ex natura sua suillus obtundit magis, ac proinde misce-
 tur medicamentis vlcerum curantibus, cuiusmodi est quod vocant parygrum,) sed quod caprinus ob
 crassitiam citius concrescat, suillus autem instar olei defluat: proinde ipsum potius dysentericis
 &

A & tinesmofis inijcimus, quando morsum eorum mitigare consilium est. Porro ob tenuitatem ef-
 sentie non nulla acrimonias magis retundunt, ubi nimirum in alto mordicatorum corporum quod
 molestum est hæserit. Nam quod crassiorum est partium, minus, magis autem quod subtilium, to-
 ta corpora penetrat, & omnibus ipsum saniebus mordicantibus permiscetur. Hac ratione adeps
 anserinus, quæ in alto corpore mordicat, magis obrundit. Sed & suillo calidior est. Horum tamen
 in medio est gallinaceorum adeps ac gallinarum. Porro calidior semper ac siccior est masculinum
 animalium, & horum ipsorum executorum minus tum calidus, tum siccus. Quippe mas castratus
 eiusdem semper generis femina assimilatur. Hoc autem sermonis caput commune est, cuius me-
 minisse oportet, pro animalium temperatura semper existere differentias eius, quæ in illis est, pin-
 guedinis, aut adipis, aut quocunque modo appellare libebit totum hoc genus corporis in anima-
 tibus oleosi & pinguis. Igitur cum sus omnibus propè quadrupedibus animalibus in caliditate
 ac siccitate inferior sit, proinde pinguedinem quoque minus habet calidam, magisque humidam.
 Omnis igitur pinguedinis facultas est humectatoria & excafactoria humanorum corporum.
 (Huius enim meminisse perpetuo oportet in principijs huius operis dicti.) At differentie quæ
 sunt cuiusque singulatum, in maioris minorisque ratione sunt. Nam pinguedo suis, ut ad nos qui-
 dem, largius humectare potest, sed non æque excafacere, sicuti neque oleum: verum pinguedinis
 suum talis est caliditas: qualis spectatur in nobis. Porro taurorum adeps suillo multo calidior est
 & siccior, rursum id memoria repetentibus nobis marem femina esse tum calidiorum, tum sic-
 ciorum: marem autem castratum ad similitudinem feminae, velut quicquid iuuenilis est ætatis. Et in-
 ter iuuenilia femina mare humidior est, & minus calida. Sic & adeps vitulinus taurino minus
 tum calidus est, tum siccus, & hœdorum quàm caprarum: Sed & caprarum minus quàm hircor-
 um: Et rursum taurorum minus quàm leonum. Nam horum adeps omnium propè quadrupedum
 adipe potentius digerit. Nam & caliditate exuperat, & partium tenuitate. Itaque si ipsum
 medicamentis ad vlcerum & phlegmonas conuenientibus commisceas, non modo nihil adiuueris,
 verum etiam læseris, nimirum addita maiori, quàm conueniat, acrimonia. Inueteratis tamen tur-
 moribus atque scirrhi in more induratis, tum neruorum curuaturis, (αγκύλας Græci vocant) &
 in summa quæcunque scirrhusa sunt, ijs aptissimum est: in quibus sanè minimè apparet efficax suil-
 lus. Taurinus autem ab vtroque ex æquo distat: ut quanto calidior sicciorque suillo est, tanto sur-
 peretur à leonino. Itaque tanquam in medio consistens, merito vtrique medicamentorum misce-
 tur generi, & ei scilicet quod scirrhis medetur, et ei quod phlegmonas concoquit, cuiusmodi est
 C tetrapharmacum quod vocant, ex cera, resina, pice, & adipe constants. Nam siue in hoc taurinum,
 siue vitulinum, siue hircinum, siue caprinum, siue suillum indideris, semper puri mouendo aptum,
 & concoctorum medicamentum effeceris. Sed suillus si addatur, in pueris, & feminis, & vt breuiter
 dicam, omnibus, quibus caro est mollior, competit. Sin taurinum adieceris, fossoribus & messoribus,
 & omnibus carnem duram habentibus, siue ob naturalem temperiem, siue ex ratione ac for-
 ma vitæ, conueniens effeceris. Cæterum adeps omnis dum inueterascit, seipso & calidior, & tenui-
 orum partium efficitur, ac proinde quoque valentius digerens. Verum id omnibus inuetera-
 scitibus accidit, quæ quidem non putrescere anticipent. Nam vinum, mel, acetum, frumentum,
 butyrum, cælypus, oleum omne, siue lenticinum, siue cicinum, siue raphaninum, siue ipsum quod
 ex oliuis conficitur, vetustate & calidiora, & tenuioris essentiae efficiuntur, ac proinde gustanti-
 bus apparet acriora, & ad induratos agrestes solubiles affectus adhibentibus potentius digerentia.
 Atque ego sanè gustantibus acriora videri dixi. At quidam, quibus studium est nominum si-
 gnificatus corrumpere, non acria sed adstringentia vocant id genus omnia, adusque piper: tanquam
 intersit nihil, adstringens, an acre dixeris. Et si denuo illos roges de galla, myrto, melpilis, mali pu-
 nici putaminibus, quæ sidia vocant, rhoos, & omphacio, & hæc dicunt adstringere: tamen si aduer-
 D sissimum ex illis sensum percipiamus ei, qui à pipere, pyethro, napy, euphorbio, capra, allio, adarce
 percipitur. Igitur si quemadmodum adstrictionis vocabulum de vtroque affectu, quem gustu
 percipimus, communiter esserunt, sic ipsos quoque affectus vnâ habere naturam existimant, quiduis
 aliud potius habendi, quàm homines, ut qui soli proprios sensus obtineant. At si omphaca, rhoon,
 gallam, balauftium, hypocystida contrahere constringereque nostram fateantur substantiam: scer-
 nere verò, mordicare, ac penetrare piper, napy, pyethrum, improprie adstringentia nuncupant
 quæ mordicant & excafaciunt, cæterum in cognoscendis ipsis medicamentis non peccant. Ve-
 rum si oportet coniectantem dicere, in vocabulis, an in rebus hallucinentur, equidem in voca-
 bulis potius falsos viros illos dixerim, & maxime quibus Græca lingua infueta est, qualis est Dio-
 scorides Anazarbenis, qui profecto multa bene dixit eorum, quæ de materia medica memorie
 prodidit, cæterum significata græcarum vocum non satis pernouit. Hic ergo cum ait magis
 esse adstrictorium adipem caprinum suillo: siquidem acriorem significare velit per magis adstri-
 ctorium, accipimus sermonem ceu verum. At si illud, talem habentem qualitatem & facultatem, qua-
 lem thus, rheon, hypocystis, balauftium, haud verum esse sermonem dicemus. Porro quoniam
 viperarum adipem, ubi radicibus pilos sub alis euulseris, prohibere illos recrefcere illitum refer-
 runt, visum est mihi eius facere periculum esse fatius: at ubi prout iubent fecissem, mentitos com-
 peti,

*At. mucosus
tumores.

*At. suppurat.

*πυρρός est in
presis. i. frumē-
tum, sed in ma-
nuscritis πυ-
ρός. i. caleus. &
ita vetus est in-
terpres.

peri, sicut etiam quod initia suffusionum sanet. Verum vrsorum adipem alopecias curare verè est E proditum: cum tamen probatiora habeamus ad eum affectum remedia. Porro cum dicant tamen vulpinum adipem dolores aurium sanare, neque dicant quos aurium dolores, ceu non noscentibus ipsos distinguere attendendum non est. Alij piscium adipem laudant, tanquam ad suffusiones, aut quemcumq; alium affectum nominare velint, congruat. Alij non simpliciter piscium dicit, sed addunt fluuiatilium: alij vero potius marinorum: quo videlicet aliquid plus scire videantur quam vulgus,

Myelos. Medulla.

Medulla vim habet indurata & scirrhosa corpora emolliendi, siue musculus, siue tendonibus, siue ligamentis id accidat, siue etiam visceribus. Optimam semper expertus sum ceruinam, deinde iuniorum bouum, quos vitulos etiam nominant, ac proinde medullam eorum vitulinam appellitant. At hircorum & taurorum tum acrior est, tum siccior. Itaque durities scirrhosas dissolue re nequit, si qua etiam memoria manet eorum, quæ in quinto libro de his sunt prodita. Ex vitulina igitur & ceruina medulla pessi componuntur vteros emollientes. Et extrinsecus vteris medicamenta imponuntur, quæ ex medulla preparantur, vim habentia emolliendi. Accipitur autem non solum medulla ex ossibus, quæ sane reuera est medulla, sed & ex spina, quam & ipsam medullam nominant, spinalem videlicet: quæ tum durior, tum siccior est quam alia. Illa enim mollior est & pinguior: ac proinde ego spinalem seorsum per sese absq; illa repono. Sed ea mihi vtriusque cura est, ne aut putrescant, aut situm colligant. Itaq; in hyeme primum eas capio, velut & adipem, deinde in ædibus siccis atq; æditis, planè humoris expertibus, cum solijs lauri siccis repono. Nam quæ recentia sunt & humida, multum etiam qualitatis suæ illis impartiunt, vt acriores fiant medullæ. At si quando ambiente calido & austrino medullas aut adipem voles reponere, paratū sit in hoc cuciculum neq; calidum, qualia ferè sunt quæ meridiem spectant, (putrescunt enim in talibus,) nec humo proximum, atq; humidum, (nam in talibus situm contrahunt,) sed supernū atq; excelsum, & ad Aquilonem obuersum, paruas habens apertas fenestras, vt tam noctu quam interdū ab Arcto spirantes ventos accipiat.

Caput mænidum.

Capitibus mænidū sale inueteratarū vltis, ad sedis fissuras vtebatur quidam, & is ipse ad columellam diu induratam. Videtur ergo vis illarum esse desiccatoria, non admodū acris: nam id adest forum quæpiam obtinent, sicut omnia communiter desiccationem.

Caput leporum.

Alius caput totum leporis comburens vtebatur ad alopecias cum adipe vrsino.

Caput saurarum.

Porro sauræ caput contritum quidam palos & spicula extrahere memoriæ reliquerunt, tū myrmecias, acrochordonas, & clauos.

Cerebrum leporis.

Cerebrum leporis attritum & esum vtile esse didicimus pueris dētientibus, capite videlicet toto elixo, vt fieri solet. Non tameo eximia vis eius est, sed similis mellis & butyro, & alijs, quæ ad dentientes pueros conueniunt. Quidam etiam aduersus metū vtiliter edidit cerebrum hoc prodidere.

Cornua cerui & caprae.

Cornibus cerui & caprae vltis maxime vtuntur, vt & nos sæpe vlti sumus, tum ad candorem dentium, tum ad contrahendas mollitie fluidas gingiuas. Cæterum ceruinis maxime commēdatur ab ijs, qui talia scribunt, qd si ab vltione lauetur, dysenteriam & sanguinis excretionem, pterea coeliacos affectus sanat: & aurigini vtile esse dicunt. Porro duo exhiberi cochlearia ad omnia ista præcipiunt. Miscuerunt autem ipsum non nulli, vt dictum est, vltum & elotum collyrijs H etiam desiccantibus oculorum fluxiones. Est enim scilicet omnium talium vis exiccatoria, velut & autè dictum est.

Pulmo agninus, & porcinius, & vulpinus.

Pulmo agninus, pariter & porcinius intertrigines à calciamentis curare creditur. At vulpinus si bibatur reliccat, asthmaticos iurat.

Iecur canis rabidi.

Iecur canis rabidit, si assum edatur, remedium existere ijs, qui ab ipso fuerint morfi, quibusdā est proditum: ac scio certè quosdā qui sumpserunt mansisse superstites, verum non illo dumtaxat vltos. Siquidem alia præterea remedia, quorum fecimus periculum, in rabientibus tunc adhibuimus. Audiui verò quosdā, cum illi soli fidem habuissent, postea mortuos.

Iecur caprinum, & hircinum.

Porro caprinum iecur quidam assantes, saniemq; effluentē excipiētes, inungunt nyctalopa affectos. Vaporem etiam eius dum lixatur, oculis apertis excipiēdum præcipiūt. Quin & assum si edatur, & ad eosdem affectus accommodari aiunt: & eos, qui comitiali morbo sunt obnoxij, arguere, conuulsionemq; illis accerere. Idem potest hircinum.

Iecur

Iecur lacertæ.

Iecur autem lacertæ erosum impositū dentibus, eos dolore liberare nonnulli scriptum reliquere.

Venter meiji.

Ventrem mergi quidam commendat tanquam medicamen concoquens, & pepticum, idq; siue protinus lixum, siue arefactum comedas. At nos id experti vanam esse promissionem comperimus, sicut sanè etiam quod de interna tunica gallinarum memoriæ est proditum. Aiunt enim quidam, si ea arefacta bibatur, iuuare stomachicos.

Iecur lupinum.

Iecur lupinum sæpenumero in medicamentum indidi hepaticum, quod ex eupatorio conficitur, nec tamē, quod mentione dignum sit, amplius præstare comperi, ad illud videlicet comparas quod sine ipso componitur.

Castorium.

Testiculos Castoris nūcupant castorium, medicamētum & celebre, & multi vsus, adeo vt Archigenes de castorij vsu totum conscripserit librum. Atq; ille sanè particulares eius facultates exposuit, nos verò velut in alijs medicamentis fecimus, ita & in hoc quoq; generalem modo facultatem dicemus. Quam si præ oculis habeas, ipse per te particulares inuenire possis. Itaq; qd exalciat, manifestum est. Nam si voles ipsum ad vnguem leuigatum oleo maceratum parti cuiuspiam infricare, euidenter illam incalescere percipies. Porro calefacientia omnia vbi contacte substantie quippiam digerunt, continuo etiam illam desiccant, nisi si quid natura fuerit humidum, ceu oleū & aqua, atq; aduentitiam qualitatem calidam, non facultatem absumpserit: sicut certè hæc ipsa igni soli ue astiuo admota. Itaq; cum castorij consistentia quoq; sit sicca, & calfacienti potentia habeat adiunctam, merito desiccet. Atq; hoc illi cum multis alijs medicamentis commune existit. Porro quoniam impense subtilium est partium, ob id plus valet q̄ alia, quæ similiter vt ipsum & calfaciunt & desiccant. Nam quæ tenuium sunt partium medicamenta, ijs, quæ sunt crassarum, plus sunt effiacia, etiam si parem fortita fuerint facultatem, nimirum quia penetrant & in altum subeant ad motorum corporum, potissimum si ea densa fuerint, velut neruacea. Palam igitur talia ob causam positam magnificè iuuantur à castorio. Cæterum falluntur medicorum pleriq; in vsu castorij, cum id modo considerant partem quampiam aut tremere, aut conuelli, aut sensu motu ue priuatam esse, aut ægre sentire, mouere ue, haud scientes id genus symptomata ad dissimiles sequi corporis affectus. At tu ab Hippocrate doctus ex plenitudine pariter & inanitione conuulsionem consequi: vbi quidem quæ in neruis continentur præter naturam, euacuare consilium est, ibi & bibendum exhibe, & foris cuti castorium impone. Vbi verò ex siccitate nimia obuenerit conuulsio, scito hoc medicamen illic esse aduersissimum. Ad eundem modum ijs qui præ plenitudine tremunt, vtilissimum: aduersissimum vero ijs, quibus id accidit ab inanitione. Ad portionem modo dictorum affectuum, vbi singultus euenerit stomachi, perscrutato prius inuentoq; illius affectu, ac discreto, siquidem à plenitudine ipsum ægroti perpetiantur, ad castorei vsum accedito. Sin autem à siccitate & euacuatione, aut acrimie humorum morfu prouenerit, medicamen hoc fugito. Sanè si odori gustuq; aduertat animum, suspicaberis humano corpori aduersissimam habere substantiam: tamen si in natura nihil efficere comperiat eorum, quæ talia facere assolent. Siquidem alia stomachum vitiant, alia ventrem, alia caput, alia aliam quamuis partem lædunt. At hoc medicamen siue corpori humido applices resiccationem poscenti, siue frigido exalciationem, siue humido simul frigidoq; exalciationem pariter & resiccationem requirenti, magnam vtiq; experire commoditatem: nec vllam parti cuiquam noxam afferet, potissimum si febrim vacet, aut non admodum calidam perpetiatur homo febrim, sed vt sic dicam tepidam, qualis accidit in cataphoris maxime & lethargis. Ac multis sanè castorium exhibuimus vna cum pipere albo, vtrumq; mēsurā cochlearij ex melicrato bibendum præbentes: nec quisq; vllam sensit noxam. Sed & mensibus retētis, vbi per venam quæ in talo est, modice euacuassent, oblato castorio vna cum pulegio aut calamintho, semper medicamen hoc expertus sum purgationem cedere absque foeminae læsiones. Præterea secūdus morates eijscit. Ea q; omnia ex melicrato potum efficit. At quibus ita venter flatu distenditur, vt ægre curationē admittat, itaq; torminibus vexatur atq; singultu, idq; ob frigidos crassosq; humores, aut crassos, flatulentosq; spiritus, eos ex oxycrato potum adiuuat. Quæ porro iuuat in corpore intro sumptum, ijs prodest quoque cuti impositum cum sicyonio aut veteri oleo. Quæ vero ampliori caliditate indigent, ijs etiam per sese infricari debet. Iuuat etiam, si quis suffitum eius in prunis impositi inspiratione hauriat, maxime affectus humidus, & frigidus in pulmone aut capite consistentes. Attamen lethargicos & cataphoricos affectus omnes, qui quidem adiunctam habent febrim, præstat non dictorum oleorum quopiam macerates curare, sed potius ex rosaceo capiti colloq; imponere.

Renes scincorum.

Renes scincorum bibunt quidam tanquam pudenda intendentes: quorum contrarium accidere videtur maxime femini lactucae potu ex aqua. Sed & quidam lenticularum decoctum cum melle bibitum intentiones sedare referunt.

Vngues

Vngues caprarum, & asinorum.

Quidam vngues caprarum deustos moxq; aceto perfusos alopecij illinunt. Itaq; fuerit & talis cinis facultatis extenuatoria. Sunt autem qui combustos asinorum vngues comitialium morbum curare dicant, si scilicet assiduo bibantur: si vero oleo macerentur, chceradas digerere. Sed & ipsum cinerem, si siccus inspersus fuerit, sanare perñiones siue chimethla.

Ossa.

Ossa cōbusta admodum digerentē exiccantemq; vim obtinent, & id maximē, vt quidā asserūt, humana. Certē talū suillum combustū, ac deinde bibitū inflat. res & tormina sanare dixerunt. Noui aut nostratum quosdam ossa cōbusta potui exhibuisse, haud sciētibus qui biberent, quidnā ebibissent, ne scilicet auerfarentur: ac multorum tum epilepsiam, tum arthritin curasse.

Senecta serpentis.

Senectam serpentis scripsere quidam in aceto bullitam dentium mederi doloribus.

Pellis ouina.

Pellis ouina recens detracta, circumposita ijs, qui quocunq; modo fuerint verberati, omnīū luculentissimē adiuuat, adeo vt die ac nocte vna illos curet: concoquit enim & digerit quæ sub cute sanguinem habent.

Equorum lichenes.

Equorum lichenas cum aceto tritas comitiales curare scriptum quibusdam est. Alij verò & ad cuiusvis feræ morsum adhiberi consulant.

Tela aranei.

Aranei telam scribunt quidam à phlegmone tueri summæ cutis vlcera.

Coria vetera.

Coria vetera, quæ videlicet veteramentorum sunt, vsta, ad attritiones commodari calceamentorum scriptum à quibusdam est, tanquam scilicet hoc faciant ex antipathia quadam. Certe quæ phlegmone obsidentur, haudquaquam iuuantur: verum vbi sedata fuerit phlegmone, non iniuria iuuantur, nempe quia resiccantur. Est enim talis cinis resiccatorius. Ac nos sanè quandoq; in agro ad vlcus eiusmodi ex attritione sumus vsti. Curat autem talis cinis nō ab re vlcera ambusta, & quæ vocantur intertrigines in foeminibus existentes.

Ostrea.

Ostrea quidam nuncupant omnia ostracoderma, hoc est testacea ab Aristotele appellata. At quod à plerisq; vocatur ostreon, secunda syllaba absq; scripta, vnam esse ostrorum speciem constituit, in toto genere comprehendentes & buccina, & purpuras, & chamas, & pinas, & similia omnia, de quibus deinceps dicam.

Buccina, & purpura.

Buccinorum purpurarumq; testa quandoquidem durissima est, nunquam absq; vstione vtor. Atq; vsta quidem desiccandi vim admodū possidet, ceterum ad vnguē eam læuigare planeq; polinis in modū necesse est, tundendo scilicet & cribrando prius. Quod tibi cōmune sit in omnibus lapidosis testaceisq; substantijs præceptum. Nam nisi exacte leuia sint reddita, arenis similia sunt: Per se autem illarum tritarum farina vlcibus malignis competit. Id quod ipsum quoq; commune est omnium, quæ citra insignem morsum desiccant vehementer: quippe cum alioqui fluxionū causa existat. Sed & aliud est omnium id genus commune, nempe vt cum aceto, aut oxycrato, aut œnomelite, aut oxymelite idonea sint vlcibus putrescentibus. Idcirco lapides omnes vbi ad eū vsum applicantur, alij magis, alij minus, certē omnes conferunt.

Ostrea.

Ostreorum testa vsta similis est facultatis buccinorum testis, tamen etiam subtilioris, immo vt certius veriusq; dicam, minus crassæ. Nam terrosam duramq; corporis sortita consistentiam concretiohemq; impediō omnia crassarum sunt partium. Itaque accuratē ea læuigare necesse est. Quamobrem cum dicimus horum aliud alio esse tenuius, ita inaudienda dictio est, tanquam si Vlysem Therlite dicamus maiorem, cum vterque tamen fuerit paruus: aut Aiace m Achille minorem, cum ambo itidem fuerint magni. Ceterum omnia id genus (vt & antea est dictum) cogendi quandam in se facultatem obtinent, per quam condensata eorum essentia, dura terrosa q; sunt reddita, quam vbi per vstionem deposuerint, contrariam adsciscunt facultatem, quam vocant digerentem. Porro si vsteris ea lauerisq; ignea tota natura in aquam deposita, ipsam efficiunt cum tenuitate excalfacientem, adeo vt & interdum putrefaciat: reliquum vero terrosam, morsus fit expers: id quod maximē implendis cicatriceq; claudendis vlcibus humidis est vtile. Igitur testa eorum, quæ peculiariter vocantur ostrea, combusta vtor ad diuturnas ex fluxione, ægreq; carne implebiles cavitates, nempe quæ fistulosæ sunt atque profundæ, eam foris cum suillo adipe veterato circumponens. Id vulgò axungiam nuncupant. At in sinum ipsum aliquid eorum quæ talia carne implent, immitto, quale est vstum diaphanes, quod specarium nominant. Parem in genere facultatem habent & ceterorum ostracodermorum testæ deustæ, maximē verò, vt dixi, ostreorum, deinde buccinorum, & purpurarum. Itaque cinis eius generis emplasticus.

* AP. phyge. thla.

F

G

* AP. as vstum diphyges.

A cis miscetur facultatis digerentibus, & cum quouis adipe digerit. Verum quoniam inueteratus efficacius digerit, illi magis misceri solet. Porro potentius hoc medicamen digeret, si acrem illi adipe quempiam miscueris: de quibus superius determinatum est. Quin & dentes splendidiore talium omnium cinis efficit, non tantum extergendi potentia, sed & asperitate substantiæ, velut & pumex, & testa clibanī. Verum in vfu eiusmodi non est necesse, quæ sic vsta sunt, admodum læuigare. At in vlcibus rebellibus præ omnibus diligenter sunt læuiganda ac inspergenda. Porro excrescentiam carnis mediocriter extertur comprimuntq;. Ad hæc cum sale omnia id genus vsta dentium sinegma reddunt efficacius, adeo vt non modo laxitatem mollitiemq; gingiuarum desiccet, verum etiam vlcera putrescentia adiuuet.

Sepia.

Sepiarum testa admodum laxa est, non vt ostreorum lapidosa. Itaq; absterio quidem illi cum alijs ostracodermorum testis communis est, velut etiam desiccatio: ceterum partium tenuitas eximia illi præ ceteris inest. Quocirca vsta ea vtimur ad vitiligines, ephelin, lentes, psoras. Quin & fossili sali mista, in oculis existentibus vngues eliquat. Et antequam vratur contrita & læuigata dentibus splendorem adfert, vlceraq; desiccet. Porro hoc nomine, quod mediocrem obtinet asperitatem, adhibemus eam & ad ingentes oculorum asperitates, quas sycosiss appellare consueuimus.

Nam exculpētes ex ea quiddam ipsa figura simile collyrio, eo illas cōfricamus, donec sanguinem reddere incipiant: quo facto collyria cathartica siue detrahentia præstantius effectum suum in illas exerunt.

Opercula purpurarum.

Opercula purpurarum quidam memoria prodiderūt ex aceto bibita lienes turgidos sanare, & suffitu eas quæ vteri suffocatione periclitantur, iuuare: præterea re tentas eijcere secundas.

Lana œsypera, hoc est succida.

Lana fordida, ac proinde à quibusdam appellata succida idoneè excipit irrigationes, quæ adhibentur cōtusis, aut quomodocunq; percussis particulis, vt quæ vtilitatē ex illis proficiscentem promoueat, idq; propter œsypō. Lota verò, nec amplius œsypō habēs, apta quædā materia fit humoribus qui irrigatur, excipiendis. Porro vsta vim habet acrē pariter & calidā vna cum partium tenuitate. Itaq; molles nimiumq; humiditas vlcum carnes celerrime eliquat. Inditur & in medicamina desiccatoria. Vrito eam tanquam alia plurima, ollam implens nouam, quam tegat operculū multis foraminibus pertusum.

C

Pili vsti.

Pili vsti similiter vt vsta lana excalfaciendi desiccandi q; admodum sunt facultatis.

Ouorum facultas.

Consequens fuerit ad partium doctrinam de ouis differere. Nam alibi eorum meminisse non licet. Sane oua partes non sunt animalium, ceu nec arborum fructus, nec grauidarum foetus: verum proportionē respondet ijs quæ agnascuntur. Itaque eorum quæ agnascuntur, quædam planē familiaria propriaq; conspiciuntur tum plantarum, tum animalium naturis: quædam non omnino talia, vt viscum quod agnascitur quercubus: & vt semel dicam, si qua arboribus alterius generis arbor, frutex, fructus, herba aut omnino germen quodpiam, vt fungi, agnascuntur. Ex familiaribus autem est & ouium lana, & aliorum animalium pili: & cornua, quæ decidit denuo recrefcunt, vt in masculis ceruis, ex hoc sunt genere. Conceptus autem siue foetus fructibus proportionē respondent, nimirum ad generis propagationem à natura creati. Ex his vnum est & ouum factum ad generis successionem perpetuitatemq;. Ceterum vtile est & tanquam nutrimentum. Verum de nutrimento non est nunc institutum differere. Proinde quæ tanquam medicamentum efficere potest, ea hoc loco recensere, ex pauculis vstibus particularibus vim eius exquirens tum in partibus, tum in tota substantia. Siquidem quo pacto inuenta rerum cuiusque generali facultate, ad multos eam vstus particulares ducere possumus, didicimus. Insuper docti iam sumus, quomodo ex vno altero ue experimento de generali facultate liceat colligere. Igitur ouorum album & tenue illud, quo item ad ophthalmias vtimur, ex numero est medicamentorum minime mordacium, nec vnquam effectu frustratus sum ex vlla tali intemperie, qualem habet saepe lac, vt ante ostendimus, in animalibus cruditatem perpetientibus, aut nimiam famem, sitim ue, aut quæ cibis pasta sunt prauis. Quæ sane frequentius euenire solent mulieribus, ob vstus videlicet vitæq; errorem. At oua vnam modò prauitatem patiuntur, quam scilicet adfert vetustas. Eamq; facillime effugias, si vtaris recentibus. Porro vstissimum nobis est maximēq; parabile gallinarum ouum: ea propter illo vtimur, aliorum oua nihil curantes, tamen eandem illi habeant naturam. Temperatura porro symmetro frigidius est. Itaque vtendum est oui albumine non tantum ad oculos, verum etiam ad alia omnia quæ medicamenta requirunt suauissima, minimēq; mordacia, vt sunt vniuersa fedis ac pudendorum vlcera contumacia. Miscetur quoque idoneè medicamentis profluuium sanguinis ex cerebri inuolucris supprimentibus, quæ nimirum citra morsum illinuntur, atque adstringunt. Sed & ad vlcera rebellia miscetur ijs, quæ absque morfu ea possunt desiccare, cuiusmodi est medicamen

Quinta Classis.

LLLLL

pompholyx

pompholyx elota & metallicorum quaedam elota: de quibus priuatim supra differuimus. Porro & ipse vitellus ad similes est naturę, ac proinde miscetur ceratis morfus expertibus, ouis videlicet aut lixis, aut assis. Verum id tñ manifestum est hęc leuiculam existere differentiã, q̄ paulo plus desiccant quę sunt assa: ac quantum huius accipiunt facultatis, tñ deperdant de mitigandi potētia. Miscetur & cataplasmatīs phlegmonen extinguētibus, vt ijs quę ex meliloto constant, sedi applicandis. Crudo vero ouo toto vtimur admisso rosaceo ad palpebrarum, aurium mamarūq; phlegmonas, quę, sicut illis, aut alio quouis modo euenerint, aut extiterint in neruosis corporibus, puta cubito, & digitorum tendonibus, aut articulis, idq; in pedibus pariter & manibus. Porro in aceto coctum ouum si edatur, fluxiones ventris desiccant. At si etiam quippiã eorum, quę ad dysenteriam, aut celiacum affectum conueniunt, adiunxeris, atq; in igne modico fumiq; experte (qualis est qui ex prunis constat,) frixeris, edendumq; ita præbeas, non minime sanę laborātes adiuueris. Apūissima talem ad vsum sunt omphaciū, thus, tum ipse q̄ cibus adspargitur erythros nūcupatus, tñ succus ipsius: galla, sidia, hoc est mali granati putamina, cinis cochlearū integrarū vstarū. Apta quoq; & vuarum acini, & myrta, & mēpila, & corna. Magis istis medicaminosa sunt balustium, hypocytis, cytini, siue mali punici flores. Sed & ad ambulliones protinus impositū est vtile, siue quis seorsum albumen duntaxat ipsum molli lana excipiat, siue etiam cū vitello cōmiscens cōsum densq; applicet. Etenim mediocriter refrigerat, & citra morsum desiccant. Tale cum sit, & ad anacollemata vocata, quę fronti videlicet imponuntur, vtimur, & pilos palpebrarū adglutinamus, nimirum admisso idoneorum quopiã, cuius generis est thus, potissimū pingue si fuerit, ac non inueteratum & siccum. Verum in illiusmodi, ipsius albuminis comoda est viscositas, non autē temperies: nisi quis, quatenus nequaquā aduersatur illi, quod adhibetur, medicamēto, eo nomine vtile commodumq; dixerit. Nam viscosorum quędam sunt quę aduersantur, velut viscum, nimirū acre & calidum, ad ea quę exalferi non debent: dictumq; frequenter superius est ea, quę validā vim nullam obrineant, medicamēta ceu materiam ijs, quę tales vires obtinent, misceri: proinde quoq; creberrimū sunt vsum, vt pote ijs quę valenter agunt, inferuētia. Eiusmodi cum sit ouum, simulq; non paruā adipiscatur in lixationis assationisq; quātitate differentiã, fit sanę multo vtilissimū. Nā medicamentis, quę humiditates desiccant, aut lixum, aut assum, aut frictum miscetur: ijs verò, quę lentorem humorum in pectore pulmoneq; incidunt, forbile quod vocant: id quod in aqua eousq; lixari debet, dū incaluerit. Eiusdē huius naturę nomine & ad eos, quibus gutturis supremū aut ex vociferatione, aut ex humorū acrimonia exasperatū est, assumitur: tum scilicet q̄ affectis partibus illinitur, atq; cataplasmatīs modo inhaeret, tñ q̄ substantia sua mordacitatis experte eas mitigat, sanāq; Eadem ratione stomachi, ventris, intestinorum, ac vesicę medetur asperitatibus.

Echinus, hoc est erinaceus combustus.

Erinacei vtriusq; tñ marini, tñ terrestris corpus totū vstū cinerē efficit facultatis tñ extergentis, tum digerentis, tum detrahentis. Itaq; eo quidam & ad excrementa, & ad fordida vsti sunt vlcera.

Cochlea, siue limaces.

Cochlea si tota cū testis vrantur admista galla omphacitide, simulq; pipere albo, mirifice profunt dysenterijs, in quibus vlcera nondum cōputrescere cōeperunt. Conuenit autem vt pipere sit pars vna, gallę vero dug, quatuor cineris cochlearum. Hęc vbi ad vnguē leuigaris, cibus inspergitur, bibendumq; aut ex aqua, aut ex vino albo & austero præbeto. Carterū absq; gallę mistione cinis cochlearum admodum resiccantis est facultatis, obtinens item non nihil ex vstione calidum. Porro cochleę quę vstionē nō sunt expertę, si trite vna cū testis imponantur, & toti vētri aqua inter cutem laborantium, & in arthriticis articulorum tumoribus, ægre quidem diuelli poterunt, ceterum impēsē desiccant. Et sane inhaerere sinere oportet, quoad sponte decidant. Idemq; faciendum in tumoribus ex icteru natis difficile solubilibus, & ex contusione facta in auribus. Desiccant enim illos magnopere vniuersos, etiam si viscosus crassusq; in alto humor contineatur.

Carcini, hoc est cancri vsti.

At fluuiatilium cancrorū cinis quanq̄ similiter prædictis exiccatorius est, substantiã tñ proprietate mirabilis est eius in ijs, qui a rabiete cane sunt morfi, effectus, isq; tum solus, tñ cū gentiana & thure multo præstantior. Thuris sanę partem esse vnam oportet, quinq; autē gentianę, porro cãcorum decem. Et raro equidē aliter illis vstis nos sumus vsti, ceterum ad eum modum plerunq; quo Æschrion empiricus ille medicamentorū peritissimus senex, conciuis ac præceptor meus. Patella erat aris rubri, in quam impositos cancros viuente, hætenus vstis, dum facile ad læuorem redigi possent. Hęc Æschrion paratum semper in ædibus hoc habebat medicamē tēpore æstiuo, vrēs eos post ortum Canis, qñ Sol in Leonem transisset, non nisi Luna decima octaua. Porro bibendum hoc medicamē ijs, qui a cane rabido fuissent morfi, præbebat quotidie diebus quadraginta, mensura cochlearij magni aquę inspersum. At si non protinus ab initio, verū aliquot post dies curam cepisset demorfi, tñc quotidie duo cochlearia aquę inspergebat. Ad ipsum vero vulnus emplasticū applicabat medicamētū, quod ex pice brutia & opopanace acetoq; cōficitur, habēs picis librā vnā, vnū aceti acerrimi sextariū Italicū, opopanacis vero vncias tres. Hęc tamen a pñenti instituto essent aliena, scribenda tñ censui, quia magnopere medicamento huic ipse considerē: nimirum cum

A cum nullus vnq; eorum qui illo fuerint vsti, sit mortuus. Carterum seorsum librum conscribam aliquā de ijs, quę proprietate substantiã totius quid agunt, è quorū numero sunt id genus omnia. Ignoscendum itaq; tum hoc in loco scribēdi importunitati, tum sicubi p̄terea id mihi hoc in opere contigit: nempe quia ex ijs summa prouenire vtilitas, quam sanę postferis impertire volebā, si forsitan me, prius, q̄ post hæc deinceps sunt, opa perfecissem, mors occupasset p̄positū impediēs. Carterū Pelops doctor meus & ipse omnium eiusmodi causas reddere volens, Nō ab re, inquit, cancer, cum animal sit aquaticū, p̄dest a cane rabido morfi, quibus videlicet metus est ne corripiatur affectu siccissimo, nepe rabie: quamobrē sanę etiam aquam metuunt. Ac fluuiatiles, nō marinos conuenire cancros dicitabat. s. q̄ animalia marina ob admistionē salis natura siccissimi haud æquē exactam tuerētur eā, q̄ est aduersus rabie contrarietate. Ac tñ quidam subiecit, Cur nō omnia quę in potabili aqua degunt animalia, perinde vt cancri iuuare assolent: quia, inquit, similem cãcris p̄parationē nō admittunt. Nā horū vstorū cinerē, exiccatorius cū sit, canum rabientū venenū absumere simulq; digerere. Hęc igitur sanę Pelops dicebat, profitens ambitioneq; magna iactitās omnium se talitū nouisse causas. At ego nisi planē me scire quippiã p̄suasum habeā, alijs p̄suadere nō tēto. Itaq; nec Pelopis rōnē vt verā accepi, vt q̄ crebras habeat cōtradictiones: verū cancros opinor ex proprietate totius substantiã p̄desse. Quā autē nullū eorū, qui fuerāt illis vsti, mortuum sciuerā, hæc aperitēda recensendaq; a me existimaui: tamen si nō esset huius instituti proprium.

Chelidones siue hirundines vsta.

Sanę corporibus totis (nam id erat propositum) non eorum tantum animalū q̄ dixi, sed & hirū dinū vsti sunt multi, cōburētes videlicet, & cinerē melli miscētes, ac deinde synachicos inungētes, & i totū, quicūq; in gutture ac columella cōsistūt, cū tumoribus affectus. Vtuntur & ad acuedū vsum hoc cinere nō nulli. At alij eas arefactas drachmę pondere bibendas exhibent.

Tettiges, id est cicada.

Sed & cicadis siccis quā vstūtur ad colicos affectus cū paribus numero pipere granis, datq; aut treis, aut quinq; aut septem, per intermissionem videlicet, & p̄ ipsos etiā paroxysmos. Porro alij assas edendas offerunt, quibus affecta vesica est.

Corydos, id est galerita. Alauda.

Galerita tamen auis illa pusilla obiter nobis plerunq; obuia, in iure elixa colicos adiuuat. Verum assidue eam edere simul cum iure necesse est. Habet verò hoc animal in capite velut galerum ex pilis sponte enatū, cuius occasione efficta est, quę apud Aristophanē comicū legitur fabula. Is enim inquit hunc in modū. Imperitus es, nec curiosus, & nec Æsopum quidem didicisti, qui ait galeritam primam volucrum fuisse, etiam ante terrā: inde patrē morbo defunctū, cū humus nondum esset enata, dies quidem quinq; iacuisse: at hanc præ inopia melioris consilij in capite tandem patrem suum defodisse. Hoc quoq; aiunt, obscure licet, delignasse tamen Theocritum.

ὄνδ' ἐπιτυμβιδίαι κορυδαλλίδες, ἢ λαίον τῆ:

nempe indicare illum eas, quę in capite tymbon, hoc est sepulchrū gerant. Annexi autē huic ista fermoni, quò planē & clarē hoc animal, nempe galeritā, significarē, quos ferat in capite pilos erectos: quoniam quidē expertus sum eius aduersus colicos vtilitate, velimq; q̄ ipsum non norunt, ijs bene aperteq; monstratum. Etenim auiculis pyrgitis ac troglytis appellatis ad similes est. Discernitur autem tum quia galeram habet, tum quia paulo maior existit. Nā & ipsa corydalis appellata herba colicis conuenit. Et hoc quoq; tibi obiter sit notatū.

Alectorides, id est gallina.

At gallinarum ius simplex retinendi vim possidet, vt gallorum subducendi. Coquendi autem sunt cum sale prolixissime. Sed horum ipsi fecimus periculum.

Gale, id est mustela.

D Mustelam nunquam combullimus, de qua scriptum legitur, cinerem quidem eius cum aceto illitum podagricos arthriticosq; iuuare, tanq̄ vehemēter valeat digerere: ipsam verò arefactam ac potam prodesse comitialibus, eadem nimirum illa facultate. Porro quidam etiam planē omnis feræ alexipharmacum eam esse referunt, & maximē eius ventrem.

Rana vsta.

At ranarum vstarum cinerem sanguinis eruptioni mederi referunt inspersum, ceterum cū liquida pice sanare alopecias.

Hippocampus.

Et hippocampū, animal illud marinum si totum vsseris, alopecijs prodesse proditum quibusdā est, ipsumq; videlicet desiccantis esse facultatis, extenuantisq; aut certē eius cinerem, quem quidam vnguento amaracino commiscet, quidam picis liquidæ, alij veteri adipi suillo.

Tellinæ salsa.

Et salsas tellinās vstas adeo vrentem efficere cinerem aiunt, vt is cum cedria euulsos radicitus ex palpebris pilos, instillatus in locum, renasci prohibeat.

**Intestina terrę, siue lumbrici.*

Porro citra vstionem aut ixationem, totorum animalium in partes affectas impositorum, aut

*In multis edicibus continetur hic sensus cū superiori vsque ad distributionem, scribunt: ubique icipit hoc caput, Iherosolima terrę &c.

intro in corpus sumptorum, quidam medicorum fecere periculum, aut ceu fecerint periculum, ita E scribunt, terra quidem intestina contrita, neruisque diuisis imposita protinus mirum in modum prodest: atque haec ipsa quoque cum mulsio pota medicamen esse mouendae urinae idoneum.

Cimices.

Sed & de cimicibus quibusdam traditum est, quod si cum aceto bibantur, hircudines absorptas efficiat: at nobis, cum eas perpetuo aliorum esse eiecerimus, haud opus fuit cimicibus.

Cantharides.

Verumtamen sufficientem habemus de cantharidibus experientiam, quod in vngues psorodes cum idoneis ceratis aut emplastris impositae sic illos educunt, ut toti cadant. Misceimus eas etiam facultatibus psoris & lepris congruentibus, nec non quibusdam septis, atque interim etiam ijs quae clauos, quos vocant, efficiunt. Porro praceptorum meorum quidam earum paulum quiddam in medicamenta urinam mouentia solebat iniicere. At quidam solas alas & pedes iniiciunt, quae aiunt esse alexiteria ijs, qui corpora ipsorum bibissent. Alij contra. At nos totas indimus. Ceterum aptiores sunt ad ea, quae expertum me dixi, eae cantharidum quae inuenta in frumento lutea transfuerim in alijs cingula obtinent, potissimum si iniiciantur in vas fictile, cuius ori linteam obductum sit rarum, itaque illud inuertas, ut linteam halitum ab aceto subtus posito excipiat, donec emoriantur F ipsae cantharides.

Buprestis.

Sic buprestes quoque reponere expedit. Sunt autem & ipsae animalis quoddam genus cantharidibus tum specie, tum viribus ad simile.

Pityocampe.

Quin & eruca, quae in piceis nascitur, merito sane nuncupate pityocampe, huius sunt facultatis.

Salamandra.

Et salamandrae combustae cinerem quidam septicis, & lepricis, psoricisque miscent facultatibus.

Narce. Torpedo.

Sed & torpedinem totam (dico autem animal marinum) capitis dolores sanare capit admodum, sedemque euerfam coercere, a quibusdam est proditum. Verum ego cum vtrunque essem expertus, neutrum verum comperi. Eam igitur cum cogitarem viam esse applicandam, cui caput doleret, (posse enim fieri ut hoc medicamen anodynnon sit, ac dolore liberaret similiter, ut alia quae sensum obturpesciunt) ita habere comperi. Putoque eum qui primus est usus, tali quapiam motum ratione experiri aggressum. G

Draco marinus, & trigle, & alia id genus.

Vitae etiam nunc haec animantes apertas, & protinus partibus affectis appolitas prodesse scripserunt, nempe draconem marinum in suum ipsius ictum impositum, similiter & triglam in draconis, mures domesticos in ictum scorpionis, velut & sauram: mygalen in suum ipsius, & sauram chalcidicam, quam & ex vino bibendam praebent, tanquam suum ipsius morsum sanet. Porro scorpionum suum, ipsius ictum curare si tritus imponatur, similiter si affusus datur. Congruere autem aiunt & ijs, qui a vipera sunt morsu, ascalabota vero ijs, qui a scorpione. Referunt autem & in Aegypti regionibus arefactum saliracum, quem vocant, exhiberi ijs, qui a scorpione percussi sunt: & vocatum cybium vtiliter vulnere a cane inflictio imponi, multa quoque eiusmodi, de quibus copiosius disseremus, ubi tractabitur de ijs, quae proprietate substantiae quid agunt. Ceterum in oleo lixis totis animalibus, ipso oleo utebantur nostratum medicorum quidam, sed & superiorum non nulli, ad depilationem seu pilorum nudationem, nempe pityocampis, & vorticis marinis, lepore marino, scolopendro marino. Ad aurium vero dolorem silphis in oleo coctis, & ijs quos vocant oniscos Graeci (Latini multipedas.) Ea enim animalia in globum sese contrahunt, vocantque ea apud nos quidam cyamos, hoc est fabas, quandoquidem esculentis fabis sunt persimilia, ubi sese videlicet in globum conuoluerint, colore fusco. Porro in agro complures videre est natos sub situlis, quibus a fontibus rustici aquam comportant, deponuntque eas iuxta focum. Vidique quosdam ex ijs, qui medicinam in agro exercebant, assidue oleo ex illis composito ad vniuersos aurium dolores, uti non discernentes affectum, unde oriretur. Itaque non ab re euenit, ut interim effectum consequerentur, interim laederent. Et quid mirum: quando & insignes quidam medici de ijs citra distinctionem scripsere. Tales sunt Apollonij libri de facile parabilibus. Atque hic sane etiam scripsit vermes terre in oleo coctos aurium dolores mitigare: sed alij censent admixto adipe anserino sic demum utendum.

Vulpes, & hyaena.

Ceterum de vulpibus quae totae oleo coquantur, (nam sic quidam curant arthriticos, partim viuas vulpes in lebetem ingentem iniicientes, partim etiam mortuas,) fusius dicere mihi necesse est, quandoquidem plerisque visae sunt principio plane morbo hoc liberasse, verum post multum temporis non ita profuisse. Siquidem illos malum repetit, quantum non ita vehementer ante. Sane oleum in quo cocta vulpes est, non est potentioris in digerendo facultatis, quam in quo hyaena: quae si similiter in oleo lixetur, redditur oleum longe potentissimum in digerendo facultatis. Porro frequenter dictum est talibus medicamentis inesse potentiam eorum, quae in alto continentur corpore, in extrema cutem

* A. profunt.

* A. sunt.

A cutem extrahendi, ac eo nomine quandoque sedandi dolores: non enim perpetuo hoc ad ea sequitur, cum ij duntaxat dolores ab eiusmodi medicamentis sedentur, quorum causa est humor in alto contentus, dolorem ciens aut substantiae crassitie, aut refrigeratione, aut vehementi acrimonia, aut etiam spiritus flatuosus exitum non habens. Itaque qui vtuntur vulpibus, & ipsi oleum digestuum efficiunt: atque inde impletis eo alueolis totos arthriticos in eos imponunt, multo ibi tempore immorari praecipientes: verum ex hoc fit ut non tantum, qui citra articulos sunt, tumores euacuentur, sed etiam vniuersum corpus. Itaque ubi corpus illis antea plenitudine affectum fuerit, mirum non est per euacuationem consecutum commodum, nempe cum nihil etiam in affectas partes influat, quia corpus vniuersum iam euacuatum est, & qui continebantur, humores exhalarunt. Ceterum quemadmodum antea cum corpus noxa vacaret, praua victus ratio morbum inuexit: eundem in modum, aut etiam amplius a simili dieta par est rursus illos similiter afficiendos in articulis, quibus iam laborauerunt.

DE IIS, QUAE IN MARI ET AQUIS SALSIS PROVENIUNT.

Sola haec in toto opere reliqua hoc habent nunc tempus opportunum. Nam quae in mari & aqua nascuntur animalia, superiori sermone exposita sunt, ubi videlicet agebatur de animalibus. B At quae in aquis quidem aut ex aquis nascuntur, nec sunt animalia, ea nunc exponuntur.

Adarcion.

Adarcion, quidam vero masculinè efferunt adarcon, alij foemininè adarcen appellant, essentia quidem sua velut spuma est aquae saliae concreta, circum arundines & farragines concreta. Acerrimum hoc est medicamentum, simulque calidissimum: proinde & per se inutile est, verum commisceri solet ijs, quae vim eius retundunt, sicque fit multo vtilissimum in ijs affectibus qui ex caliditate postulant, idque foris impositum. Nam intro in corpus ipsum sumere est impossibile, nimirum ob virium vehementiam.

Alcyonia.

Alcyonia omnia detergunt, ac digerunt, qualitatem habentia acrem, & calidam facultatem: verum aliud alio non parum plus minusque, & in his ipsis, quae diximus, secundum partium essentiae totius tenuitatem. Est autem eorum vnum densum & graue, odoris prauit: olet enim pisces putridos: spongiae figura simile. Alterum vero figura longiuscula, leue & rarum, odorem habens similem physicis. Aliud tertium vermi simile est figura, colore purpureo, consistentia molli: vocant id mileium. Post quae quartum secundo quidem iam posito similiter & leue & rarum, verum lanis succidis simile. C Denique & quintum extrema superficie laui circumscribitur, ceterum interna substantia asperum, nullius odoris, gustu tamen apparens acre: & sane omnium alcyoniorum est calidissimum, adeo ut & pilos vrere possit. Itaque cum duo prima lichenas, alphas, psoras, leprasque adiuuent, praeterea cutem splendidiorum competentem virium efficiant, idem praestare non potest hoc vltimo loco positum. Nec enim perinde ut illa cutem duntaxat summam extergit, sed etiam excoriat, usque in profundum cutis penetrans, ut etiam vlcera molliatur. Porro quod tertio ordine recensuimus, omnium est tenuissimum. Itaque vltimum alopecias curat illitum cum vino, colore quidem fuluo, tenui tamen essentia. Quartum autem eiusdem cum hoc speciei vires obtinet, verum haud parum imbecilliores.

Sal.

Sal eiusdem genere facultatis est, siue fossilis sit, siue marinus: verum hoc differunt, quod salis ex terra effossi substantia magis sit compacta, ac proinde in hoc maior est & partium crassities, & adstringendi potentia. Itaque marinus affusa aqua protinus liquecit: at fossilis hoc non euenit. Porro eiusdem speciei cum marino est, qui in stagnis quibusdam falsedinem habentibus nascitur, aestate videlicet aquis aestu ex ijs absumptis, cuiusmodi est Tragafius, non procul a Sminthio. Confluit enim illuc ante aquas spontaneas, quae admodum sunt calidae, copiosa aqua stagnans non amplo D in loco: & aestate omnis absumitur, a sole videlicet arefacta. Porro quoniam locus ipse falsedinem connatam continet, quod reliquum est omne, sal est, cognominationem a loco pariter & ags sortitus. Nam spontaneae & ipsae illis in locis aquae Tragafie nuncupantur, potentia summe exicatoria: & sane qui in ea regione sunt medici, ad hoc illas accommodant. Porro dictum est & de Sodomis in mari mortuo prouenientibus, in quarto libro: quem si quis librum diligenter perlegerit, illi tantum refricare memoriam nunc opus est, ut exposita gustus qualitate, ipse medicamenti facultatem cognoscat. Igitur cum qualitas salia digerat simul & contrahat contactam ab ipsa substantiam, aphrolitron in hoc differt, quod in ipso vnum modo saporem exuperantem euidenter sit videre, quem vocant amarum, vim habentem digerendi, haud etiam contrahendi, uti sal. Nam hic quicquid in corporibus humidum inest, id quodammodo absumit: & quod reliquum est substantiae solidae, adstrictione contrahit: ac proinde etiam conditura sua carnes feruat, & a putredine tueretur. Quippe quae putrescunt excrementitium continent humorem, substantiamque tum dissolubilem, tum minime compactam. Quibus ergo corporibus nulla prorsum est humiditas superflua, ceu melli optimo, & corpus solidum & compactum est, ceu lapidibus, ea ut putrescant est impossibile: ac proinde in his salis non probatur usus, verum in ijs, in quibus suspecta putredo.

* A. totum.

Quinta Classis.

LLLLL iij sal

Sal vsus.

Sal vsus digerit quidem potentius quam vsionis expers, quanto scilicet subtilius ipsum corpus accepta ab igne facultate redditur: velut & in alijs, quæ combusta sunt, euenire diximus: verum non sicut ille, qui non est vsionem expertus, solidam ipsam substantiam contrahere constringereq; potest.

Litrum, Nitrum.

Litrum. Ostensum est & hoc medicamen in medio salis & aphrolitri vires habere.

Halos anthos, hoc est salis flos.

Halos anthos. Quidam vt vnum nomen halosanthos, quidam diuidentes halos anthos nominant. Est autem hoc medicamen liquidum, tenuioru etia partiu qua sal vsus: tu acris qualitatis, et admodum digerentis facultatis.

Halos achne, Spuma salis.

Halos achne spumosa est salis efflorescentia, multo tenuioris naturæ quam sal ipse: quare & extenuare, & digerere multo plus ipso potest: verum quod substantiæ est reliquum, contrahere vt sal nequit.

Asphaltum, Bitumen.

Bitumen, vnum & ipsum est ex ijs, quæ in aqua marina proueniunt, & in alia quapiam que non est marinæ dissimilis, vt in Apollonio Epiri, & per alia id genus loca multa, aquis sponte nascentibus ceu spuma quædam innatans hoc medicamē reperitur: & molle quidem est dum innatat, postea vero resiccatum pice sicca durius efficitur.

Bitumen proueniens in mari mortuo.

Optimum verò bitumen in mari quod Mortuum vocant, prouenit. Est autem id stagnum salsum in cœle (hoc est caua) Syria. Cæterum medicamēns ipsius vis est tum resicatoria, tum excaustoria in secundo ordine. Merito itaq; eo vtuntur & ad glutinationes vulnerum cruentorū, & ad alia omnia, quæ exiccari debent cum modica excaustione.

Spongios, id est Spongia.

Spongia vsa acris est & digerentis potentia. Vtebatur ea præceptorum meorum quidam ad sanguinis eruptiones, quæ manuali opera indigent: in quem vsum semper eam paratam habebat siccam, & exarefactam: cum verò res posceret, bitumine in primis imbuebat: sin eo careret, pice. Porro admouebat eam partibus sanguine profluentibus etiamnum ardentem, vt & crusta parti induceretur, & ipsum spongiæ vsa corpus ceu operculum acciperet. Cæterum spongia noua, non sicut lana aut linamentum, (quod *μύρον μιλτόν*, id est carpinatum vocant,) materia dūtaxat est quæ humores irrigandos excipiat, sed etiam manifestè desiccet. Id quod scies, si ea sola vtaris in vulnere cum aqua, aut oxycrato, aut vino, pro diuersitate videlicet corporum, vt est ante dictum. Glutinabit si quidem ea similiter atq; medicamenta quæ vocant enama. At si non noua sit, sed vsu accommodata, palam cognosces quantum à noua superetur, si vulneribus eam imponas siue cū aqua, siue cum oxycrato, siue cum vino. Nec mirum est, cum in spongia noua seruetur etiamnum ea, quam à mari accepit, facultas, modicè corpora exiccandi. Atq; hæc quidem præstare potest, cū etiamnum seruat maris odorem. Nam temporis spatio, etiam si nunquã vsu accommodata sit, tamen & odorem maris amittit, nec æque delicare potest.

Garus, vel garum.

Garus facultatem habet multum & calidam & siccam: ac proinde ex eo medici quidam ad vlcera vsi sunt putrescentia: tum dysentericis ischiadicisq; iniiciunt.

Halme, Salsugo.

Salsugo piscium salforum similiter garo & ad putredines accommodatur, & ad ischiadas dysenteriasq; infunditur. Et acrimonia quidem humores coxam infestantes attrahit, ac proinde per intestina euacuat. Putrescentia verò vlcera in dysenteria colluit atq; desiccet. Maxime verò salsugine salforum silurorum & mænidum ad talia vt medici quidam assolent, & nos sanè ad vlcera in corpore putrida accommodauimus.

FINIS.



GALENILIBER DESVBSTI
TVTIS MEDICINIS.

Iul. Martiano Rota Interprete.



De substitutis medicinis cum & Dioscoridem, & Philistionē, & Euriphontem quædam scripsisse constet, age nos quoq; pauca de his tradere non recusemus. Substitutis medicinas appello, quæ i alterius locum subrogari queunt. Has medico notas esse multum opis afferit, si tamen operando velit artem exercere, nec recidivas aut contemnendas curationes efficere. Euenit enim plerumq; vt ea medici desiderent, quæ ad salutem alicuius plurimum conferre iudicauerunt, & his vtantur q; proposito minus conueniunt, nec easdē quibus illa vires obtineat. Atqui par fuit ipsos, ne in tales angustias deuenirēt, simplicium medicinarū notitiam didicisse, quod si nec eam adepti fuerint, nec quæ mox subitū genus animaduertent, merito in curandis agris aberrabunt. Tibi vero Diogeniane veritatis amator, ac simplicium medicinarum virtutes ediscere cupienti, quibusdam explicatis proposita materiam aggrediar: erit autem verus, quem tecū in eo sermonem, modò reuoces in memoriam id, quod mihi contigit in Alexandria: ibi enim cū effemus, ecce mulier tam graui morbo periclitabatur, vt moritura videretur, morbi conditionem explicare, cū nihil intersit, nunc opus non est. Huic opem allaturus lysimachiam herbam cū quæsiuissem, nec repperissem, nisi statim Ægyptiæ spinæ semine lysimachia loco vsus essem, perisset mulier, quæ illo properè dato, suppresso sanguine, mox conualuit. Hoc factum postridie medici pleriq; accedentes cū mirarentur, interrogarunt me, quid morituræ feminae pro lysimachia exhibuissem, quibus ego, Ægyptiæ spinæ semen cū respondissem, idq; in compluribus fieri posse dixissem, non destiterunt mecum precibus agere, quoad medicinas, quæ in aliarum locum substitui possunt, vnum in opus cōferre promittere. Sic itaq; libellum hūc de substitutis medicinis composui, in quibus recensendis quò magis expeditum vsum haberent, seriem literarum seruaui, principiumq; ab earum prima sumpsit.

	A		
pro	Abrotono	Origanum	pro. Aniso
	Abinthio	Abrotonum	Arace
	Acacia	Succus lentisci	Aristolochia ro.
	Aconito	Iridis agrestis radix	Argemone
	Acoro	Radix asari	Armenio lapide
	Amianto	Aphroselinum lapis	Asbelto. i. calce viua
	Agallocho	Calamus odoratus	Asphalatho
	Agarico	Euphorbiū aut epith.	Asphodelo
	Alga	Anchusa	Asaro
	Aloe indica	Aloes viridis folia, lyciū, glauciū, cetauriū	Asio lapide
		Fimus ibis	Auripigmento
	Aloe	Sal fossilis	B
	Alumine	Anisus	Balsamo
	Ammi	Propolis	Balsami succo
	Ammoniaco suffitu	Acorus	Balaustio
	Amomo	Gyris sicca	Bdellio
	Amylo	Abinthium	Bitumine
	Amygdalis amaris	Hyacinthus	Brutia pice
	Anchusa		Buccina
		Quinta Classis.	
			Daucus
			Sesamum
			Aristolochia longa
			Sisymbrium, seriphium
			Atramentū indicum
			Adarce
			Erices fructus aut viti
			cis semen
			Succus betæ
			Zingiber
			Sal ammoniacus tostus
			Sandaracha
			Radix albæ violæ
			Myrti succus
			Malicorium
			Sphagnus odoratus
			Pix brutia vel liquida
			Pix i aceto seruefacta
			Ostreum
			LLLLL iij Buprestis

pro Serpillo	Fontinalis herba	pro Sulphure viuo
Sesamo	Linifemen	Symphito
Sesamoide	Amaranthi expressio	Sori
Sinapi	Nasturcium	
Sio	Radix asparagi, vel lygustici	
	Anisus	Tragacantha
Sifone	Petroselinū macedonicum	Terra cretica
Sinnone syriaco	Ocymum	Terra megaria
	Semen hortensis solani	Terra famia
	Pompholix	Terra eretria
Spodio	Iuncus odoratus	Terra alana
Sphagno	Acanthi semen	Terra asteri
Spinæ albæ femine	Cinis foliorum oliuæ	Terebinthia
Spondylio	Chamædryes	Teucro
Stœchade	Columbi stercurus	Thapsiæ succo
Stercore vulturis	Stercus columbi	Thapsia
Stercore turturis	Ichneumonis stercurus	Thymo
Stercore felis	Canum fimus	Tithymallo
Stercore lupi	Aeris squamma	Thure
Stibio	Castorium	Thuris cortice
Styrace	Ellebori nigri radix	
Struthij radice	Salicis succus	V
Succo chamæleonis	Succus mori	Chamæleuce
Succo ficus	Succus hederæ	Flos radiculæ
Succo mori	Dulcis radix	Vinum austerum
Succo peucino	Succus papaueris	Vinum mendesium
Succo thebaico	Succus carpobalsami	Chamæleonis viscum
Succo balsami	Succus myrti	Porcinus vetus
Succo calpali	Syriacus succus	Viticis semen
Succo cyrenaico	Glycyrrhizæ succus	Vrsinus adæps
Succo peucedani	Viscum quercus	Pulpa dactylorum
Succo rhododaphnes	Madrageæ succus	X
Succo papaueris	Hederæ nigre succus	Cinnamomum
Succo salicis	Succus mori	Radix violarū albarū aut lygustici
Succo gallæ	Lac fycamini	Z
Succo panacis	Hedera	Pyrethrum
Succo perlico	Mori succus	
Succo syriaco	Succus plantaginis	
Succo polygoni		

Sandaracha
Centaurium
Diphryges, aut melateria

T
Gummi
Terra eretria
Salis spuma
Leucographis ægyptia

Calx thebaica
Plumbago
Cimolia
Mastiche
Chamædryes
Chamæleonis nigri succus

Nasturtium, vel erucæ semen
Satireia
Chamæleon
Ampelitis terra
Manna thuris

V
Chamæleuce
Flos radiculæ
Vinum austerum
Vinum mendesium
Chamæleonis viscum
Porcinus vetus
Viticis semen
Vrsinus adæps
Pulpa dactylorum

X
Cinnamomum
Radix violarū albarū aut lygustici

Z
Pyrethrum




GALENIDE PURGANTIVM

MEDICAMENTORVM FACVLTA TE,

B

Iul. Martiano Rota interprete.

Quæstionis introductio, & aduersariorum ad inconueniens deductio, quod in euacuando non quid educendum, sed tantum quid æger mallet, spectare oportet. C. A. P. 1.



A mihi de causa prauas opiniones vetustissimi medici irreprehensas omisisse videntur, qua & legum latores antiquissimi maxima scelera inulta reliquerunt. Nam cum per id tempus hominū malitia intra mediocritatis terminos stetit, nec quisquam aliū supremis iniurijs afficere, aut manifestissima quæq; impudenter abnegare auderet, quo pacto quis vel nondum perpetrata castigare, vel non adhuc dicta reprehendere debuit? Postea verò vnā cum tempore adaucta hominum malitia, cum neq; inausum amplius quicquam, neq; non dictum inueniretur, coacti sunt & legum conditores noua supplicia aduersus maleficos excogitare, & veritatis obseruatores varijs reprehensionum formulis

sciosos coarguere. Id quod in presentia facere nos quoque decreuimus, eos medicos confutando qui purgantibus medicamentis vim adimunt, qua humores, quos euacuant, è corpore trahunt; quiq; vim aliam ipsis attribuunt, qua æquabiliter humorem, quemcunque attigerint, imutare dicunt. Qua de re Hippocrates ne verbum quidem idcirco fecit, quod ea tempestate neque Asclepiades vixit, qui tam impudenter loquens veluti in certamen contra veritatem descendit: neque Erasistratus, qui tamen non sine modestia, vniuersum tamen de purgantibus medicamentis caput euerit, cum actiuam maxime ac naturæ consuetam attrahendi vim nusquam suis in scriptis agnoscat, sed eius loco illa, quæ vacuum cōsequitur, inanitione vti maluerit. Pars est autem facultatis propria attrahentis vis ea, quæ in medicamentis sita est, quemadmodum & illa per quam bilis & vrina in sua receptacula deriuantur, compluraq; alia non modo dum sana sunt animalia à natura, sed etiam per morbos, & dum ad sanitatem reuocantur cum à medicis, tum præcipue ab ipsa natura absoluuntur. Hippocrates itaq; cum nihil aduersus eos dixerit qui attrahentem vim è medio tollere gestiunt, quia auctores tam peruicaces quàm postea plures istæ opinio non habebat, æquum esse videtur me de rei veritate pro Hippocrate contendere debere, ac primum quidnam ipsi dicant commemorare, deinde peruerse eos sensisse commonstrare. Est autem ipsorum oratio eiusmodi. Medicamentum omne cui purgandi vis inest, quemcunque attigerit humorem in suam naturam conuertit, itaq; transmutat. Nam flauam nigram ue bilem facit id quod bilis est huius vel huius, vt ipsi appellant, eductiuum. Similiter pituitam, aquosamq; substantiam, quod vel pituita, vel aque eductiuum istorum vocabulo nuncupatur. Postremo, vt summam dicam, cōmutatio est omnium qui in venis sunt humorum, non vnus alicuius euacuatio, illa, quæ purgatio appellatur, vt istorum oratio introducit. Verum si ita vultis, illud modo obijciemus, siue quis flauam, siue quis atram bilem, siue pituitam, siue aquam educens medicamentum sumat, omnes in venis humores euacuare. Atqui hac vnā in re solum distat purgare aliquem tali medicamento & eidem sanguinem mittere, quod aperta vena, quale prius inerat, euocatur, purgante autem medicamēto non solum colore, sed etiam natura immutatum educitur. Etenim & quæ aqua purgant, humida omnia & tenuia reddunt, quæ in venis attigerint, etiam si crassissima prius fuissent: & quæ nigram bilem euacuant, crassa ac solida, quamuis antea tenuissima, versa vice faciunt. Quam ob rem quoties hunc purgare, illi sanguinem mittere, volumus, aliò quàm ad ipsam euacuandorum naturam respiciemus. Quidnam igitur aliud spectabimus, nisi complures ad venarum sectionem propensos, quosdam purgantibus medicinis aptos magis esse? Quemadmodum alij quiduis potius, quàm venas incidere, sustinerent: alij abscindi membrum aliquod sibi potius, q̄ medicamentum

medicamentum exorbere tolerarent. Aliquibus enim sumpto purgante medicamento ventriculus subuertitur, non paucis id ipsum sine molestia facientibus. Hæc ergo respicientes his sanguinem detrahemus, illis medicamentum exhibebimus, non, quæ Asclepiadis sequaces putant, contentos quidem in venis humores æqualiter omnes euacuari sanguinis missione credentes, purgando autem non omnes sed vnum aliquem, ac solum illum, quem ducere existimatur, vnde & purgari sanguinem ab huiusmodi medicaminibus aiunt, non euacuari, quemadmodum fit ad aperta vena: hæc vestra decreta, nolitis velitis, absurda sequuntur.

Quod vnumquodque medicamentum vim habeat propriam humorem attrahendi, experientia probat.

CAP. 2.

Subiungam autem ipsorum capita. Asclepiadis sectatores aperta vena contentos in venis humores indifferenter omnes exire, data portione non omnes, sed quosdam exiri, sanguinemque purum reddi hoc pacto autumant. Qui vero Erasistratum sequuntur, vniuersos aiunt tam medicamenti portione, quam sanguinis egressu pariter euacuari, vnde nec purgare vera quicquam, sed cum immitatione quadam, & euacuandorum corruptela, inanire dicunt. Atque cauillatores hi omnes mihi siue mediocriter, siue magnopere impudentes in certamen procedant, ac mecum veluti in stadio contendant, non verbis, neque prolixis nugis, sed operibus, ad quæ ipsos hac in populosissima vrbe prouoco, in qua quotidiè penè innumeris morbo regio & aqua inter cutem laborantes inueniri possunt: siquidem mihi de his primum sermonem facere satis erit. Ducat aliquis ad me quempiam sine febre, cui in vniuersum corpus amara bilis redundarit, spectetque post aliquot dies cum hominem præparauero, mihique iam tempus instare visum fuerit exhibendi medicamenti alicuius, quod bilem exparet, quo pacto naturalem corporis habitum eiusmodi portione ipsi restituam, etiam si nondum extrinsecus quicquam admouero. Hæc ipse non semel, bisve, sed sæpe admodum, semideprauatis quibusdam ostendens, multos ad meliora reuocaui. Neque tamen in eam sententiam hæc dico, vt te pessime cauillator testibus fidem adhibere velim: spectes ipse, cum volueris, vnica ex purgatione morbo regio laborantem pristinum colorem accipere, cumque hoc factum videris, audebis lepidum caput in coronis hominum præconis instar, vocem attollere, ac discipulis tuis prolixas nugas, quales sæpe deblatterasti, intonare, Non detrahi quispian certum ab illo purgante medicamento: verum quicquid in venis repertum fuerit, qualecunque sit, in id mutari, in quod virtus medicamenti ipsum conuertere suapte natura valet. Atque hic qui nunc est arquo morbo liberatus, non bileeducta, sed euacuatione tantum facta conualuit. Videte itaque quo pacto alium ego ita affectum vel secta vena, vel data portione iuuabo. Hæc cum asseueres ipse deinceps mihi de duobus arquis vni sanguinem mitte, alteri portione aliquam porrige ex his, quæ cæteri omnes nigram bilem euacuare, tu verò non euacuare sed gignere iudicas. Atque si agrotum subleuabis, aut pallorem de cute eiecies, me tibi omni supplicio deuinctum trado. Sin autem non modo quicquam non profeceris, sed hominem in extremam perniciem egeris, ad meliores sententias redi, & Hippocratis artem sequare. Ac de morbo regio laborantibus hæcenus: puncta aquam inter cutem habentes transitu facto, considera rursus hunc quoque non eodem modo sanguine misso, & medicamento, quod aquam detrahit, exhibitio affici. Nam si non monstrauero aquam aqualiculo comprehensam medicamento euacuari, tum antiquam opinionem condemnas licet, quæ non gigni, vt tu putas, medicamento, sed e corpore trahi eiusmodi humorem affirmat, ac de nobis tuo modo decerne. Sed profecto si, quod nigram, aut flavam bilem educit, dederis, ventris tumorem nequaquam minues, atque ita vt singulum quodque medicamentum proprium quendam humorem e corpore trahat apparet. Tu verò si omnes eodem modo immutari persuasum habes, et medicamenti opus euacuare solum, non purgare credis, venam adaperias licet. Hæc si quis apud Indos scribendo alium increparet, difficile esset ipsum redarguere: nunc autem cum singulo quoque die à vobis is conspiciatur, atque ad ipsum factorum argumentum prouocet, nescio hanc blatterare non erubescatis. Nolo autem nunc commemorare, vt ipse quamplurimos regio morbo laborantes vnica portione flaua bile detracta liberarim: multorum enim hac de re testimonium extat. Quod si impudentissimi isti cauillatores vniuerso populo non credere se fingunt, rem ipsi quoties voluerint, intreatur.

Responsionis cuiusdam confutatio, quæ primo tenuia, deinde crassiora trahi concedebat.

CAP. 3.

Sed quid ego dico, intueantur: Ostendi enim iam sæpenumero hoc ipsis, ac nescio quem memini tales nugas respondisse, non vnum aliquod humoris genus sed pariter omnes medicamento trahi, ac veluti ab emulgente elici. Ex humoribus autem tenuissimos primum, deinde corpulentos magis, vltimò crassissimos etiam extrahi. Medicamentum itaque cuius vis celeriter euasciscit, aquosa deijcere, cui amplius durat, flauam bilem educere, & nigram, quæcunque ambobus robustiora fuerint. Hunc sodales cum sapienter respondisse iudicassent, acclamarunt. At ille concitato gressu me relicto discessit, probè noscens, opinor, si mansisset, se à nobis confutatum iri. Postero autem die libellum, in quo tam temeraria responsio refellebatur, eius affectis porrexi. Neque postea ipsis etiam tanta in existimatione amplius fuit, cum nostras obiectiones diluere nesciret.

Erant

A Erant autem hæc eo in libro scripta. Heri tu quidem disceptationem subterfugisti similis purguli, qui antea quam luctetur, coronam rapit & aufugit: hodie verò quin redarguaris subterfugere non poteris. Consequetur enim te libellus iste qui in manus tuorum sodalium incidit. Neque enim minus cum illis quam tecum sermonem instituit. Qui nunquam antea te vlla in re profusus attrahentem facultatem concedere audierant, & heri quæcunque in venis continentur indifferenter medicamento trahi consentientem audierunt. Par quippe tuit vt non modo dictum hoc tutum non admirarentur vel profusus laudarent, sed prodidisse etiam causam tuam te existimarent. Nam quo pacto vrina & vtraque bilis in sua loca descendant, aliisque permulta in corpore fiant, longo sermone frequenter exponitis, quidvis potius concedentes quam vnumquodque corporis membrum facultatem quandam à natura insitam habere, qua sibi conuenientia adducit atque rapit. Nunc autem non modo quorundam, sed indifere omnium attractionem esse dicitis. Quod profecto longe maius est, quam certa quedam attrahi concedere. Siquidem vt facultas quedam animantibus inest, qua aliena à se repellunt, sic aliam qua sibi conuenientia trahunt, vnicuique corpori inesse probabile omnibus videtur, nondum hanc vestram sapientiam edoctis: at omnia siue cognata, siue contraria quippiam ex æquo ad se trahere, rationem nullam profusus habet, atque ita non solum attrahentem vim confessus es, verum etiam, quod multo deterius est, non aliqua solum, sed omnia indifere trahi fateris, idcircoque mihi non tam à tuis discipulis extollendus quam explodendus videris. Cæterum purgantibus medicamentis manum te nunquam admouisse, ac vulgarem quendam, medicinamque imperitum esse paucis monstraturum me, confido. Quæcunque nigram bilem purgant, statim à principio eam educunt: differunt tamen inter se purgationes eo, quod liquidiora primum, deinde corpulenta magis semper euoluunt. Idem in euacuationibus pituitam, & flauam bilem euenit. Trahunt nanque medicamenta omnia in primis quidem sibi obnoxia liquidiora, deinde crassiora etiam, non tamen, vt tu putas, primam matellam quispian aquosa replet excrementis, secundam flaua bile, tertiam pituita, atque ita tandem nigra bilis egeritur. Qua de re patet medicamentum ante omnia solum quodque humorem elicere, quem comitantur aquosa excrementa in matellis supernatantia. Hoc autem tibi nunc spectare, si nunquam antea, licet, aquosa & biliosa plurima, medicaminibus ad id facientibus, purgatos homines emittere, at nigram bilem deijcientibus, simul omnia pauca esse. Oportebat autem, si tibi constare vis, ab hisce medicamentis quæ atram bilem expurgant, plura semper educi, pauciora verò ab euacuantibus aquam & bilem detrahi, cum ad fortitudinem & imbecillitatem euacuandi, medicamenta distinxeris. Sic itaque atram bilem euacuantia, quoniam ipsa reliquis fortiora constituitis, quamplurimum euacuabunt, & primum aquosa omnia, deinde bilem, postea pituitam, demum atram bilem. Debilia vero medicamenta aquosa tantummodo subtrahere poterunt, quorum tamen cum nihil fieri appareat, sensus ipse tuum sermonem confutat. Libet tamen interea ex te scire, si inter exeundum corpulenta semper ad tenuia consequuntur, cur nigra bilis ante sanguinem exeat, præsertim cum sit eius veluti sedimentum, qualis in vino sæx est.

Quod extet medicina, quæ sanguinem primo è Venis trahat.

CAP. 4.

Sed quæres forsitan & tu, num aliquod medicamentum statim à principio sanguinem educens inueniatur. Inuenitur sanè, nec eo quisquam inuento vteretur. Quamobrem, inquires, fortasse? quia hoc iugulare non purgare homines foret. Nam quæ purgant, purgantia passim idcirco nuncupantur, quod sanguinem ab antedictis humoribus purum constituent. Atqui nemo est adeo prudens medicus, vt vniuersum sanguinem euacuare, reliquos autem humores intus omittere velit. Quare medicamenta quæ per venas intestinorum & ventris sanguinem deijciunt, venenis adnumerant. Consentaneum autem erat, si modo quæ doces vera sunt, neque hæc primo sanguinem euocare. Quibus autem nominibus eiusmodi medicamenta nuncupentur, etiam si constanter scirem, literis commendare nolim. Illud tamen quod in Thracibus Bithyniam incolentibus, me adhuc puero contigit, sine periculo cuiusquam dici potest. Inuenit homo quidam herbam, quam si quis assumpsisset, sanguinem primo, tum vitam emittebat. Multis itaque hoc pacto morientibus, cum facinus hoc diligenti inquisitione dignum arbitrantur, herbarium comprehendunt, & ad gentis magistratum ducunt. Is cum non solum hominem necare studeret, sed si quis alius herbam aut didicisset aut docuisset, à nullo se quidem ipsam didicisse veneficus asseruit. Verum in suburbanum cum aliquando suillum iecur deferret, vrgente ventre, super herba quadam iecur deposuisse, quod aliquanto post cum sustulisset, vidisse ex vniuerso iecinore sanguineos riuulos ad herbam confluere. Ex hoc coniectura facta corpori sanguinem ea detrahi posse, periculo mox in obuium quodam facto, vt verum comperit, quod fore sperarat, ad malos vsus herbam deinceps transfuisse, se tamen alicui alij eam monstrasse negauit. Hæc herbarius ille diu inter quæstiones habitus retulit. Populi verò magistratus, cum plurimam illis in locis nasci eandem herbam ex rei dictis accepisset, vinctis oculis ad supplicium ipsum duci iussit, ne cui inter eandem herbam indicaret. Ex his ergo lepidum caput multa medicamenta eam vim habentia, vt sanguinem à principio statim eliciant, inueniri constat. Reticere autem ipsa melius est, quemadmodum & alia venena tacent, quicunque ratione aliqua præditi sunt. Quanquam & hæc olim non nulli abunde

optima ratio.

de

de docuerint, miram quandam rerum diuerfarum misturam ostendentes, ac qua via quodque uenenum conficiatur, scribentes, qui mihi cerebrum non habuisse videntur, quemadmodum & vos, si me interrogetis, quare nam sint sanguinem educentia. Sed ut vnde digressa est, eod rursus nostra redeat oratio. Qui humores omnes ex æquo trahi, & primo liquidiora, tum alia excerni asseuerat, propriam causam prodit, cum attraherem facultatem rebus inesse fateatur, quam eius socij impudenter abnegant. Et siquando dicere cogantur quo pacto bilis & vrina in sua receptacula veniant, quoque modo concoctum alimentum corpus subeat, & huiusmodi res, monstra loquuntur: & hisce quare sensus dicat, contraria statuunt, veluti paulo ante monstrauimus. Nam si verum est quod discendum proponunt, quare educentur medicamento nigram bilem euacuante, plurima erunt: quæ ab aquosum excrementum purgante, pauca. At millies, si modo artis opera inspicere velis, ostendat tibi perditæ veterator, aquosa purgantibus, plurima: nigram bilem euacuantibus, pauca semper excrementa deijci, ac nigram bilem statim inter initia exire.

Quod purgans medicina non immutet humores in suam naturam, ac totius questionis conclusio.

CAP. 5.

Qui ergo omnes humores e venis æquabiliter duci asserit, stolidus tantum & imperitus est: qui verò immutari dicit, consideret ut nullum discrimen faciat inter sanguinem mittere, & bilis medicamentum regio morbo laboranti exhibere: & num aquam inter cutem habenti venam aperiat, an medicamentum aliquod aquam educens porrigat, quantum in ipso est nihil interesse, tum quomodo hæc indecora non sint explicet. Irridet ista vulgus minus recte, quoties medicos inter se altercantes animaduertit, eosque loquacitate condemnat, ac si quos mutire quippiam omnino viderit, verbis tantum medicos ipsos appellat. Subiungam nunc id, quod semper asserere consueui, imperitum quoniam hisce cauillatoribus meliorem esse. Nam si nulla alia in re præstet, communes saltem animi notiones admittit, quas isti longa consuetudine deprauati negant. Nuper itaque homo quidam minimè stultus cum pustule ipsi toto e corpore subito erupissent vlcerosæ & malè coloratæ, medicum adiuit existimans se quamprimum purgatum iri: at eo sanguinis missionem potius iubente, ne desipias inquit, verisimile liquidum est vna cum prauis bona quoque effluxura. Ceterum qui omnia potius quam verba Hippocratis vera esse volunt, communes animi notitias vincendi studio tollunt, tum nobis, ac si dilaniare vellent, insiliunt, atque ipso rerum euentu postea redarguti condolefcunt. Æquum autem fuerat, ut quemadmodum nos, sustinemus, & docere conamur eos, qui Hippocratem in his, quare non intelligunt, calumniantur, sic & ipsi rationes contra se factas tolerarent, docentesque plurimum, si fieri potest, diligerent, aut si id fieri nequit, odio penitus non haberent. Veluti nuper medicus quidam eiusmodi demerita præditus. Is simul atque nouit me sola purgatione complures a destituitio capillorum liberasse, ilico profecti me odio cepit. Item alius, cum incipiens carcinoma, quosque elephantas appellant, & depascentia, multa que alia vlcera curatu difficilia sanassem: & alius, quia solis purgationibus oculorum obtenebrationem patientes conualescere feceram: & adhuc alius, propterea quod infantes, comitiales, melancholicos, & insuper non paucos diutino capitis dolore vexatos purgando tantum liberassem, ut & coxendices & longis doloribus alijs in partibus infestatos, atque hunc nuper, quem, tanquam colo vexaretur, tribus iam mensibus medici tractauerant in peius quotidie abeuntem. Hunc ego omnia, que illi imposuerant abijcere iussi, ac solis purgationibus sanitati restitui. Muliebrem fluxum præterea nobilis cuiusdam Romanæ matronæ ita hac arte suppressi, ut & multas alias ignobiliores sceminas non solum ab hoc morbo, sed etiam ab alijs veteri agritudinibus exemi. Quid verò me commemorare opus est, ut nullum remedium sacro igni, & propterea Græci dicunt, efficacius adhibeatur, quam bilem expurgans? Nullum magis aduersum, quam pituitam educens? Diem hunc totum contererem, si quam admiranda opera purgantibus medicamentis absoluantur, referre vellem: quare tamen istos ignorare verisimile est, arte tractandi medicinas expurgantes nunquam edoctos. Nam cum nec quicquam extare penitus arbitrentur, quod purget, quo pacto vel quibus in morbis purgationibus vtendum, vel quo modo, intelligent: Hac de causa quamplures sola experientia ducti agrotantes medicantur. Nostris autem isti sapientes qui rerum rationes tractant, non quod aliquid experientia inuentis addant, sed ut eam subuertant, longè perniciosius his, qui solo vsu nulla que ratione ducuntur, medicam rem exercent. Ceterum horum omnium principium atque fons vnus est, conceptum aduersus Hippocratem odium, ex quo ceu fonte cum alia multa absurda manant, tum præfens hoc consilium, vim attrahentem abnegandi: cuius pars, siue species, aut quo quis alio nomine appellare velit, purgantis medicamenti facultas est.

FINIS.




GALENI QVOS PURGARE
CONVENIAT, QVIBVS MEDICAMENTIS,

ET QVO TEMPORE LIBER,

Iul. Martiano Rota Interprete.

*Oribasii est hic libellus, ex Galeni libris excerptus: & est caput XXIII.
& XXIII. Libri VII. collectionum medicinalium,
ad Iulianum Imperatorem.*



Vi sano corpore sunt, si purgatur, molestias sentiunt: nam & vertigines & tormina patiuntur, & græque purgatio succedit, & cum hoc etiam celeriter exoluuntur. Causa autem horum omnium medicamentum est, quod cum sibi obnoxium humor educere cupiat, nec ipsum reperiat, sanguinem & carnes colliquat, ut ex eis quod suum est eliciat. At sani quidem adhuc, sed nisi euacuati fuerint, agrotaturi, pruenendi sunt, & ineunte vere inaniedu vel misso sanguine, si multitudine, vel data potione, si humorum corruptela morbis capi soleant. Nos etenim podagram & articulorum dolores inter initia tamen, qui non adhuc circum articulos nondum fecerant, eiusmodi euacuatione complures annos inhibuimus, non

paucos insuper, comitiales, attonitos, melancholicos, & huius generis alios diutinos affectus, quod diximus modo, euacuando sedauimus. Multis itaque pituitam, alijs amaram bilem, quibusdam nigram, non paucis aquosa excrementa, ad impendentis morbi qualitatem, expurgare conducit: velut ecce melancholia quidam, nisi purgatus fuerit, singulo quoque anno capitur. Hunc purgo non solum vere, sed autumno etiam. Item sceminam quandam cancrum in mamilla quondam habentem quotannis aduentante vere similiter euacuo, quam ad sanitatem reuocauit, vsus medicamento nigram bilem validius subtrahente. Hæc si quando assumpta purgatio non fuerit, dolore mamillam sentit altius infestari. Quin & incipientem elephantiasim misso primum sanguine & potione data in alio sanauit: deinde huic quoque vnica purgatio in singulos annos sufficit, quare intermissa morbum statim reuocat. Atque hoc genus agritudinum nigros humores subduci postulat: comitiales autem, attoniti, quique agrè spiritum ducunt, pituitosos: velut articulorum dolores si multo cum calore infestent, amaram bilem: sin tumeant frigeantque, pituitam extrahi volunt. Alius quidam æstiuo tempore febre tertiana semper corripiebatur, qui multos iam annos febrem non sensit, nostro consilio decedente vere flauam bilem antea subtrahendo. Hoc enim tempore id genus homines inanire melius est, quemadmodum comitiales, & attonitos, articulorumque morbo laborantes, & melancholicos, ac quicunque humorum crassitie in morbos incidunt, inchoante vere. Oportet autem, prius quam purgas exhibeamus medicamentum, crassos humores attenuare, tenacesque dillectare, & meatus recludere, per quos trajecti atque deduci queant, si purgatio succedere optima debeat, cum in reliquis omnibus, tum præcipue in elleborum assumentibus. Vis enim medicamenti, quare diuellit, cum humores affectis membris altius inhaerentes excutiat, & ob hoc longis morbis proficit, facilius opus suum absoluit, prius attenuatis humoribus. Quod qui negligit, molestas obibunt purgationes, hoc est non sine torminibus, interdum & vertigine quadam, multa que nausea, malo pulsu, exolutione, & difficultate. Elleborum itaque sumpturi naturam prius experiri debemus, quo modo illa se habeat ad supernas expurgationes, eas dico que vomendo fiunt. Experiemur autem, si quare vomitum mediocriter prouocant, exhibuerimus. Qui enim facile hoc pacto non purgabitur, hic nisi preparatus ad elleborum agendus non est. Preparatur autem cum vomitu ipso sæpius facto, ita eo, qui elleborum accepturus est, vomere promptius assuescente, tum melius etiam, si corpus humidum antea faciemus. Humescit autem corpus partim multo cibo, partim quiete, ac quietem quidem istud facere nemini dubium esse potest. Quando ut exercitatio membra exiccat, ita quiete, cum vacatio quadam & exercitio contraria sit, humiditates conferuet: at cibus quamuis largè ingestus non omnis humectat, sed is qui vehementes qualitates non habet, hoc est nec salcedinem, nec acrimoniam, nec amarum, aut acerbum sit. Nos itaque acetum

*ecce aduersus
neque morbo
hæc purgatio
est a bile.*

acetum mulfum, aliquando bibendum exhibuimus, in quo ellebori albi ramufculos per integrū diem ac noctem raphanis infixos dimiferamus, effeque hæc ellebori leuis expurgatio. Cæterum qui angustum pectus habent & idcirco pulmonem compressum, ad euomendū ineptissimi sunt cum alijs vomere facientibus, tum præcipue veratro, conceptaculum enim aliquod ex his quæ respirando vsui sunt, dirumpent. Conuenit insuper amaram bilem per superiora, pituitam per inferiora educere, quamuis interdum contrarium facere oporteat, si in ventriculo pituita, in intestinis aggesta bilis constiterit: nam atra bilis per inferiora semper est eijcienda. Quod ad anni autem tempora attinet, in aphorismis Hippocratis scriptū est, Ætate superiores, hyeme inferiores ventris partes medicamento purgandas esse, & regiones, calore frigoreque distinctas ad anni tempora æstimari debere. idem est & in ætatibus sentiendum. Consuetudo quoque haud parum euacuationis modum ostendit, nam qui assueti sunt vomere, per superiora purgari facilius tolerant, non assueti periculum subeunt, præsertim si elleboro purgentur. Morbi præterea genus spectandum erit: is enim cui solidæ corporis particulæ in pituitam resoluuntur, Græci hunc *ὄλερον φλεγματιαν* appellant, eget medicamento pituitam educente, ac primò quidem per inferiora, deinde per vomitum, postremò per nares & palatum. Cum enim noxius humor in vniuersum corpus redundarit, omnes euacuationum species admouebimus. At aquam inter cutem habentem, quippiam aquam detrahens offeremus, velut regio morbo laboranti, aliquid quod bilem educat. Nam & his bilem euocare multifariam opus est, sursum, deorsum, per vrinæ meatus, per palatum, & nares. Eodem modo si bilis atra supra modum excreuerit, vt in melancholia, cancro, elephantiasis, aliquid quod nigram bilem detrahat exhibemus: nam comitiales pituitas inanientibus expurgamus. Ex his itaque planum est morbi conditionem ostendere & humorem euacuandum, & locum per quem educere ipsum conueniat. Nempè inflammationem habentibus in iecinore, simulatque maturuerit, aluum subducemus cum in simis fecinoris partibus ea incubuerit: at si in gibbis extiterit, vrinam ciemus: idem & in reliquis spectabimus, humorem exuberantem, & locum humore infestatum, ex quo tanquam causa, uis morbi confurgit: hæc enim & quid euacuandum, & quomodo, & qua parte euacuandum indicabunt, & ad hæc omnia tempus etiam monstrabunt. Siquidem inter initia morbi, tenues & aquosos humores euacuabis: ubi crassi & tenaces fuerint, quales supra natura sunt pituita et nigra bilis, concoctionem expectabis. Accessiones quoque quo modo euacuandum sit docent. Nam dum accessio infestabit, à superioribus educes: ubi desiterit, quod intermissione dicimus, ab inferioribus trahes. Ad hoc etiam faciet quæ sponte in morbis eueniunt. Multis enim per accessiones vomitus exciatur, & sanguis è naribus stillat, non paucis intermissione facta lotium & aluus fluit: præcipue verò quo tempore accessiones, & iudiciales dies adueniant, obseruandi erunt, si quando per inferna purgare molieris. Nam si ad superiora humores inclinauerint, purgantem medicamentum efficaciam impeditur. In his autem qui iam ægrotant, si diuturnus futurus est morbus, expectanda semper erit concoctio: sin breui soluendus, inter initia, si modo à concitatis pendeat humoribus, purgare licet, quanquam & istud ipsum magna cum animaduersione, diligentique consideratione faciendum est: neque enim exiguum impendet periculum ne sinistra purgatio succedat, eò quod quacumque purgant, latentem caloris excitandi potestatem habent, & febris, vt febris est, & secundum suam rationem, non sicca neque calida, sed hæc summè contraria, humida frigidaque requirit. Non igitur febrilis caloris gratia purgans exhibemus medicamentum, quod nos quoque quantum in ipso est, nocere scimus: verum vt humores febrem concitantes extirpemus. Vtilitas itaque maior prouenire debet molestanti humore detractio, quam ab expurganti remedio nocumentum, quod necessario corpori infligitur. Vtilitas autem maior obueniet, si & quicquid lædebat, & sine molestia detractum fuerit. Vt autem hoc fiat, ante omnia considerare oportet, idoneus ne sit ad eiusmodi purgationem qui morbo laborat. Etenim qui sæpe cruditate laborant, & qui tenacibus, & crassis velci consueuerint, quique sub costis tensum & inflatum ventrem habent, vel eximie calidum atque feruētē, aut in his locis inflammationes sentiunt, omnes ad purgationes sunt inepti, hos itaque dimittere oportet. Nam quoad fieri potest, ægroti humores ad fluendum paratos esse conuenit, hoc est tenues minusque tenaces, ac meatus, per quos trañcientur, apertos esse, ne qua illos moretur obstructio. Hæc nos quoque antea facere moliemur, cum aliquem purgare volemus. In acutis vero morbis, si statim inter initia primo die vel non ulterius secundo, purgatione uti velimus turgente materia, huiusmodi præparationi locus non est, nisi quis forte nactus fuerit occasionem, aquam mulfam exhibendi, in qua hyslopum origanum ve aut tragoriganum, vel thymum, vel pulegium, vel quippiam aliud humores attenuas incoxerit. Quo circa raro in acutis morbis, modo rationem adhibeamus, ab initio nobis medicamenta vsui erunt, cum neque assilgentes humores plerumque concitati sint à principio, neque si hoc adsit, ægrotus aptus sit purgationi, vel se præparandi tempus idoneum nobis non pset. Cocitari vero & turgere humores dicuntur, cum motu vehementi agitantur, ac ab vno loco ad aliud confluentes inter principia morbi hominem vexant, doloresque ac titillationes afferendo ægrum quiescere non permittunt. Hos ergo humores euacuare conuenit, in motu, agitatione, & fluxu positos: qui vero iam aliqua in parte corporis confederunt, neque villo alio auxilio

A xilio neque purganti medicamento prius mouendi sunt quam concocti fuerint: tunc enim & naturam euacuationi adiutricem habebimus. Hæc enim simul atque concoxit, humores excernere atque superflua refecare conspicitur, quo tempore indicatio morbi quoque, quam crissim appellant, celebratur. Verum quoties natura euacuationem absoluit, nulla insuper opus est medicina: cum autem ipsam mediocriter ac segnius peragit, quod deest medicos supplere conuenit. Illud vero non ignorare par est, raro euenire vt ab vno membro ad aliud humores conflant: sæpius accidere, vt aliqua in parte corporis quiescant, ibique tandem maneat donec concoquantur toto morbi tempore, quoadusque soluantur. Cum ergo non solum morbus acutus fuerit, veluti pleuresis, sed etiam maxima cum febre, multo magis cauenda est purgationis exhibitio, præcipue cum ægrotantis natura nobis incognita fuerit. Alij nanque difficulter purgari solent, alij modica portione ebibita, copiose vacuantur. Cum itaque febris vehemens non fuerit, ægrique naturam noueris, inaniens medicamentum dabis, elleborum nigrum, aut aliud simile quippiam, quorum est etiam diacolocynthidis, quam nunc vsitato nomine hieram, hoc est sacram appellant. Hæc cum varie conficiatur que veratrum assumpsit, nec scammonium habet, medicamentum est eximie purgans in his tamen, in quibus educio conuenit. Post assumptam vero purgationem statim hordei pultriculam sorbere utile est, vt Hippocrates inquit. Nam purgans medicamentum vt exiguum etiam fuerit in fundum ventriculi descendat, oportet: in descensu cum gula & quicquid ventriculi gulam excipit, non solum medicamenti qualitate, sed etiam substantia inter deglutendum appulsa inficiatur, magno perire leditur. Quare utile est hordei cremorem deinceps sorbere, propterea quod abstergere & inferius trahere potest, id quod transeundo se meatibus implicuit, & temperare atque immutare medicamenti qualitatem, quæ membris infedit. Ob hæc igitur Hippocrates iubet ab assumpta purgatione ægrotos hordei pultriculam statim bibere, non tamen eam dare consulit, cum purgatio procedere incipit, timens ne purgationis opus dissoluatur. Quamuis interdum data purgatione aluus non egerit, vel ob ægri naturam eiusmodi, vel quia quod purgare debet exiguum fuit. Plerumque etiam iterum densatum atque in aliquo intestino exliccatum, quod clystere subduci potuit, antea quam medicamentum exhiberetur, euacuationem prohibet. Potest insuper natura ad vrinam vertere, potio, quæ subducere aluum debuerat, nihil efficere. Interdum quoque cum euacuatio frustratur, præter hoc quod nocumentum aliquod corpori non affert, in nutrimentum etiam transit. Interim tamen in perniciem & venenum mutatur. Cum vero medicamenta omnia quacumque purgant, ventriculum lædant, & maxime eius ostium, quod neruis quamplurimis constat, & acriter sentit, excogitatum est bene olentia purgantibus admiscere, ne sola atque sincera eorum vis ostium ventriculi attingat. Oportet autem admista semina talia esse, quæ & medicamenti malitiam rerundere, & eius opus impedire nequeant, quæque attenuare & incidere valeant, & vt crassos humores secare, & vias per quas educi debent, aperire & patefacere possint. Oportet præterea vt commista sibi inuicem medicamenta consentiant, neque vlla in re discrepent. Discrepant autem non cum hoc bilem, illud pituitam trahit: vtraque enim pari modo euacuationem procurant. Verum si hoc celeriter, illud tardius ab assumptione purgare incipit. Ita nanque inæqualiter euacuatio celebratur, quamuis simul accepta sint. Inæqualem autem euacuationem dico, si cum hæc desuuisse videtur, euacuatio alia rursus incipiat.

D

FINIS

Quinta Classis.

MMMMM

is non comode
t expulsi

urgentia




GALENI DE THERIACA AD PISONEM.

Iul. Martiano Rota interprete.

Libri dedicatio, Andromachi commendatio, & quid Galenum impulerit
ad hoc opus scribendum.

CAP. 1.



Tunc tibi de Theriaca librum, maxime Piso, diligenter omnia perscrutans, cum ipse vltro de industria dedicauit, tum quia animum tuum ab huiusce medicamenti cognitione non abhorrentem animaduerti, quo tempore, sicuti consueueram, aedes tuas ingressus, & alijs quā plurimis, tibiq; consuetis voluminibus circūseptum te offendi: & scriptū quoddam de Theriaca libellum, a uide percurrentem inueni. Soles, n. a publicis occupationibus otium nactus, tēpus omne in euoluendis antiquorum philosophorum libris, consumere. Vt igitur me tibi accedentem, blando primum vultu, deinde verbis etiam excepisti, intermissam postmodum lectionem auscultantibus nobis profecutus es. Nā & ego libenter aures adhibebam, cum opus illud non inconcinne scriptum esse cōstaret a viro quodam cui nomen Andromachus fuit, artem medicam ad summum vsq; edocto, nec faciendo solum, sed dicendo etiam vehementer exercitato. Hic itaq; quod vtroq; praeferret, reliquos medicos ab suae tempestatis imperatoribus, anteire, vt mihi quidem videretur, creditus est, cui forsitan & patria aliquid, ad medicinam optime consequendam, attulit. Nā ex insula Creta genus ducebat, quam credibile fuit, vt complures herbas, sic talem virum producere potuisse, qui humano generi salutare antidotum componeret. Cum itaq; tu huiusce viri libellum legeres, plurimum quidem ego gaudebam, admirabarq; magnopere, qd rebus quae ab eo scriptore tradebantur, mentem tantopere adhiberes: nec poteram non habere magnas gratias nostri temporis fortunae, qd te vsque adeo studiosum medicinae conspiciebam. Maior siquidem pars hominum aures tantum sibi demulceri volunt medicorum orationibus: tu vero non solum, quae ab eis dicuntur cum voluptate audis, verū etiam multa quae non exprimentur, insita tibi prudentia & apte & facile conijcis: immo & peragenda quaedam sic accurate cognoscis ac inspicis, veluti nos qui magnis laboribus ista didicimus. Id quod ego quauerisime sum in te ipso contemplatus, atque magnopere demiratus, quando carissimus omnium tibi filius, vrgente quadam equitandi necessitate summis femoribus egrotauit. Sacris enim certaminibus tunc ipse praeraras, quae in honorem Deorum Romanorum celebrabantur. Oportebat autem eo tempore, nobiles etiam pueros equis insidentes, atq; pro conditione certaminum ad numerum discurrerent, ludum quendam obire. Tunc igitur filio quoque tuo valde tenero coxarum summitas a subiectis fragulis contusa, inflammationem cōtraxit, & inde saniem collegit, quam per incisionem educere opus fuit. Ac puer quidē, perinde atq; iam vir aliquis esset, patienter omnia sustinens apte curabatur, putasses illum ad instantia mala fortiter toleranda philosophorum sermonibus optime instructum. Tu vero diligenter adeo, praesens cum fores, inspiciebas, & omnia quae a nobis fiebant, annotabas, vt si quādo minus apte quippiam fieret, instares illico, moneresq; nihil temere secundum Hippocratem agendum. Quamobrem ego singula diligentius obseruans, etiam plusq; conueniat operosius quippiā quod abs te fieret, animaduerti. Nā si quod eorum quae a medete imponebant, apte minus inlisteret, illud tu statim tuis digitis ita transferebas, atq; sic deceter vulneri coaptabas, vt mirabile foret spectare, tantā te manibus promptitudinem ostendere, ob amorem quo filium prosequeraris, ingeniumq; tuum ad oia versatile, quantā qui sunt artē exacte consecuti. Quāobrem illud in te merito conspici posse videbat, quod etiā sapientissimus philosophus Plato, sicut par fuit, in quā plurimis sepe speculatus, veritatisq; necessitate delectatus asseruit. Quae in nostrā cognitionē veniunt, nō discere nos, sed reminisci, ingenitāq;

A nitamq; humanae menti rerum oīum esse notitiam: quae tum deniq; sese pandit, qn vsus exposcit. Vt igitur artis medicae peritiam in te filii sollicitudo, nihil nobis tale expectantibus, aperuit, ita vir elegans & ingeniosus cum sis, legendis de theriaca versibus intentus eras procurabasq; cum illius vires & temperaturā cognoscere, tum quātitatis modum, & vsus opportunitatē intelligere.

Theriaca commendatio, & dignatio, Principumq; Romanorum hac in re studium. CAP. 2.

Nam re vera celebratissima est apud omnes hoies partim ob promissionum certitudinem, partim ob actionum efficaciam. Nullus, n. vnq; traditur occubuisse, qui comorvus ab hūce feris quae consueuerunt necare, theriacā subito sumplisset. Ac si quis prius ipsam bibat, indeq; paulo post ab aliquo serpente feriat, irritum esse venenum illud cōpertum est: quod saepenumero complures magistratus, qui mortis & vitae potestatem hnt, & vtrum quae promittit Antidotus praestare queat, dignoscere volunt in hoibus ob aliquod perpetratum facinus carnificine adiudicatis, experiuntur. Nos autē qui in hoibus periculum facere non possumus, in alijs quibusdam aialibus verum de ipsa iudicium sumere tentamus. Accipimus, n. gallos non domi enutritos & contubernales nostros, verum syluestres, siccori cum sint tēperatura, deinde iniectis serpentibus, illos qui theriacam non biberint illico mori videmus: alios autē qui biberunt, consistere, & vitam et postictum retinere. Nonnunq; vero & hoc pacto num adulterata sit experiri conuenit. Data prius theriaca, postmodum exhibemus medicinam aluum subducentem, ac si qui assumpsit non purgatur, optimam iudicamus antidotum fuisse: qm purgari prohibuit eum, qui purgatem medicinā assumpserat. Atq; haec probatio nunq; nos fellit, quin verā theriacam agnosceremus. Multe quippe fiunt ab impostoribus hac etiam in re fraudes, vulgusq; sola theriacae fama deceptum, ab istis quibus ars est mercenaria, non recte cōpositam antidotum multa pecunia redimit. Etenim aliqui reperitur qui quāq; valeant, toto tñ vitae suae spatio theriacam sine intermissione suscipiunt, praefertim qui propter sinistros & illiberales mores securi non viuunt, sed mortē sibi per insidias ab inimicis impendere semper existimāt. Aliqui vero singulis diebus incolumitate corporis ducti theriacā assunt, quemadmodum nos Marcum Antoninum, qui paulo ante Romanum imperium summa integritate administravit, & corporis sui tēperamentum exacta prudentia cognouit, abunde quasi delicato quodam cibo, vsū nouimus. Ab illo, n. auctoritas medicamento amplior creuit, cū eius efficacia latius inter hoies diuulgaretur, si quidem cum imperator vitam sanam traderet vilitatis fidem Antidotus maiorem obtinebat. Verum Antonini quidem tēpibus opus solummodo theriacae cōis fuit sanitatem principis inuentibus: ijs autē imperatoribus, vsus etiam publicus euasit.

Licet, n. oibus nobis ab ipsis petere, & tradita per manus antidoto liberaliter curari, qm nō solum cunctos excellent, qd a Dijs imperium sint adepti, sed etiā quia libeter in vniuersos oia bona Deos imitati conferunt, tantumq; gaudium concipiunt, quāto fuerint incolumitatem ab ipsis cōsecuti. Maximā imperandi partem arbitantes, cōis salutis procuracionem: quae res me magis in admirationem ipsorum traxit. Neq; n. de theriaca solummodo curam hnt, verum ita sunt oibus in rebus benigni, vt si qn quispiam amicorum antidoto egeat, mirandum sit quanta promptitudine, quantāq; animi propensione ipsam cōicent. Non, n. theriaca compositionem in necessitate vsus differunt, sed repentinis occasionebus, improuisisq; euentibus promptam, paratāq; decenter habent. Quo tempore igitur Antipatrus, cui graecae epistolas scribere committebant, & ob morum grauitatem exactamq; rhetoricae artis peritiam honoris plurimum deferebant, in renalem morbū incidens, graui, & irremediabilia pateretur, laude dignum eorum studium pro salute amicorum susceperunt vidē, mirabilemque in admouendis remedijs cōcertationem. Sic, n. varijs differētibusq; symptomatis occurrentes, morbo repugnabant, vt optimi medici, & omne vitae tempus in re medicae exercitati consueuerunt. Amicam vero mihi praeceteris Arriam, eximie commendatam & ipsam ab Imperatoribus, qd philosophiae diligenter operam daret, & praecipue Platonis lectione delectaretur, non leuiter olim aegrotantem sanarunt. Laborabat, n. ventriculi languore, atq; ideo ita supine decumbebat, vt ne cibum quidem accipere valeret: vnde periculum ipsi imminebat, ne defectu nutrimenti periret. Tunc itaque, sicut expertissimi solent medici, mulierem curarunt, vinum absynthio medicatum, me commoltrante, propinantes. Mox enim vt tale vinum bibit, & stomachum roborauit, & celeriter cibi appetentiam recepit. Illud vero, quod in filio tuo contigit, (vt recorderis adhuc credibile est) collecto siquidem abscessu, tu quidem, vt bonus pater incisionem tardabas: tempus autem festinam puris emissionem suadebat, illi dato medicamento nos ea in re magna sollicitudine laborarunt. Nam superimpositum emplastrum subiectum locum incisione citius aperuit, & omnem inclusam saniem sic eduxit, vt dolorem ea de causa puer deinceps sentiret nullum.

Cur e multis Antidotus componatur, insit amq; rebus omnibus esse virtutem, quam ratione sensibusq; inuestigamus.

CAP. 3.

Talem igitur diligentiam circa haec medicamenta, sicuti vides, cum nostri Imperatores habeant, merito theriacam quoq; summa cura conficiunt. Cum, n. singula quae imponunt, ipsi diligenter adeo examinet, vt ne minimam quidem rem contēnant, propterea mirandos effectus producit. Nā sicut nosti, Theriaca, quemadmodum multis e rebus cōponitur, ita quam plurimos

Quinta Classis.

MMMMM ij vsus

vsus habet. Quāobrem ego demiratus sum illū q̄ primus ipsius cōpositionem est aggressus, videturq̄ mihi non temere, sed exacta quadam rōne, & exq̄sito supramodū consilio, tot res miscuisse. Non, n. sic & nos medicinarum notitiā assequimur, quēadmodū qui se empiricos ab sola experientia cognominant. Illi. n. omnia disciplina quę rerum naturā inuestigat, quoties oblatos aegros nulla rōne curant, turpiter profitemē se remedia, partim ab insomnijs, partim à fortuna suscipere. Nos autem auxilia q̄ ratio & prima & sola excogitare pōt, summa cōsideratione diligentiaq̄ scrūtates, magno studio reperimus: quę aut ratio non valet inuenire, ea sensu iudicio ppendimus, plerūq̄ tñ vni non fidētes, pluriū censurā adhibemus. Neq̄, n. vt calcer. i. frigidam credamus quāuis sit vt nix alba, oculorū dūtaxat iudicio siādum esse arbitramur: aut rosam, p̄pterea q̄ rubra sit, calidā idcirco statim concedimus: sed oculis tactu adiuncto, calcē tā calidā deprehēdimus, vt fortiter vrat, rosam tā frigidā agnoscimus, vt leuiter refrigeret. Sic & in reliqs medicinis accurata sensuū opera cuiusq̄ facultatē inuenimus. Nam gustus nobis discernit illud acutū vel salsum esse, q̄ tale sit: hoc amarū vel dulce, q̄ eiusmodi. Tactus aut quę calida & frigida, quę sicca & humida, contrectando nobis manifestat. Multa quoq̄ nariū iudicio exploramus, imprimisq̄ medicinarū vires, quarum integritatē odoris vehemētia, imbecillitatē eiusdē remissionē colligimus. Nos itaq̄ sensuum iudicio, quę simplices medicinæ, bonæ secusue sint cognoscentes, ipsas primum experimur, inde sensus vsq̄ cōprobatis postmodū experientię rōnem coniungimus, quā ducē rebus in oibus sequētes, & simplicibus remedijs, sicut par est, vtimur, & cōmonstrante artis viam rōne, composita quam optima conficimus. Nā simul atq̄ didicimus morbi cuiusq̄ naturam, et variā differētēq̄ temperaturam simplicis vniuscuiusq̄ nouimus, tum remedia miscemus, quę suæ cōpositionis diuersitate singulis egritudinibus occurrant, oibusq̄ hoibus artificiose conueniant, variato tñ in singulis corporibus medicamēti modo. Magnā, n. vt non ignoras remediorū copiam promptam habemus, & adeo multiplicē, vt non solum in cōpositis spectari multitudo virtutis ipsius queat, sed in simplicibus etiā, quorū alia oibus suis partibus vnā & eādē vim ostendunt: velut scāmōnia, quę flauā bilem violēter educit: velut atticū epithymū, quod nigrā bilem per aluum purgat: velut granū gnidiū, quod pituitā & oēm aquosum humorē aperte subducit. Hæc siquidem medicinæ oibus suis partibus, totaq̄ sua substantia p̄dictos humores extrahere conspiciunt. Neq̄, n. fidem bithyno Asclepiadi p̄stamus, dicēti, tūc occasione data humores subita quadā mutatione fieri, qñ purgant hoies. Nā cū ē molibus & meatibus humana corpora constare semel supposuisset, atq̄ ideo negare cogatur opationes nature, consentaneū ipsi fuit, hunc ē de humoribus afferre sermonem: nimirū q̄ rōne caruit, prorsusq̄ fieri non potuit id quod supposuerat. Quis, n. mente præditus credat, statim vt medicina corpus attingit, humoris educēdi substantiā p̄creari: Quis cōtra non facile sibi p̄suadeat, humores istos suapte natura prius in corpore substituisse: cū videat ictericū quo tempore purgantē bilis medicinā accipit, & subito tā multā bilē excernere, & à pallore tā prompte liberari? Aquā vero inter cutē hñti, medicinā non reperiri, quę cōfessim vt accepta fuerit, cōtentā in ventre aquā totā educat, quin vel nullus vel minimus humor in corpore supsit. Sed dogma pueriliter seruās Asclepiades, ista se videre dissimulat, inuectæ, sicut dixi, sentētiæ fauens, mauiusq̄ pbabili fingēdo cūcta expiri, q̄ vere, p̄pria cuiusq̄ medicinæ facultatē cōcedere. Nos aut cū antedicta fieri videamus, & rationem secuti cognoscimus, posse nos verē naturalis cuiusq̄ medicamenti vires fateri, prædictas quoq̄ medicinas ingenita quadam facultate proprios humores extrahere plane scimus, quemadmodum & in magnete lapide virtutem quandam insitam, qua ferrum ad se rapit, bona ratione credimus. Deus enim est illa, sicut in hominibus, natura, prout sentit Homerus, quæ similibus similia adducendo diuinas eo pacto suas virtutes ostendit.

Simplicia medicamenta plerunq; compositis vires obtinere, diuersas corporis partes & ledere & inuare: diuersisq; diuersa conuenire.

CAP. 4.

Omnium aut naturā ideo diligēter inq̄rimus, vt facultatē accurate discamus, p̄ quā agūt. Dñi itaq̄ scrutamur ista, deprehēdimus alia sicut dicebam, oibus suis partibus idem & posse & agere semp: alia vero, q̄ sicut partes diuersas habēt, ita vires dissimiles ostendūt, & actiōes plerūq̄ tā diuersas efficiunt, vt cōtrarios effectus in humanis corporibus ab eis fieri videamus, q̄ res inspicitibus admirationē excitat. Sigs. n. lapathi folia comedat, aluū deijciet: sin aut māducat eius semina, retinebit. Pari mō quoq̄ galli veteris ius, brassicę decoctū, et cochlearū marinarū iusculū, vētrē puocat. At ipsius brassicę olus, & illorū carnes comestæ astringunt. Aloes puluis, & aris squama, carniū excrecētias in vlcibus cōprimunt, & illuc cōfluentes humores siccat: ore aut sumpta corpus totū & molliunt & expurgāt. Lac ipsum si qs diuidat, cōtrarias facultates & vsus habet: ferrum. n. ebibitū, vētrē laxat, calcus emanfus eundē cohibet. Iam vero quędā ex cōmixtis virtutibus quas in se cōtinēt, admirabiles adeo p̄ducūt effectus, vt ne fieri qdē posse audientibus videant, nisi ex euentu fidē oculis ipsi cōsequant. Trifoliū qd' verno tpe cum floret, hyacintho filis est, & semen agrestis gnico parē gignit, si qs valde decoquat, & inde cōmorsum à phalangio, vel ēt vipera, locū decocto abluat, ipsum sanat, & illico dolores amouet. At si qs alius non p̄cussus eidē aq̄, partē sanā immittat, silem cōmorlis læsionē, toridēq̄ dolores sentiet, vt re vera summa admiratione dignum sit, eandē herbā & p̄cussis mēbris sanitatem inducere, & sanis p̄cussionis læsionem inferre. Kurfusq̄ medicinæ

A medicinæ quædam extant nullo pacto nutriendis hoibus idoneæ, veluti cicuta, quæ sturnos alit, nec in eis mortiferam vim exercet, in nobis autem vitæ calorem extinguit. Et veratrum quod tamen coturnices pascat, hoiem tñ strangulat. Nonnulla vero deprehendimus, quibus proprium est partem aliquam corporis solū offendere: quēadmodum lepus marinus, pulmonē: catharides, velicam exulcerant. Et rursus quibus insitum est, vt aliquod mēbrum ex oibus iuuent, vnde male affectū iecur, eupatorium herba plerunq; valde confirmauit, & vnguentaria glans lienī pluries cōtulit, & saxiphragia atq; betonica renibus multoties profuit. Sunt & aliæ quæ mēbris alijs conueniant medicinæ experientia comprobata, quas nos, sicut dicebā, accurate p̄scrutati, proprium cuiq; valetudini remedium adhibemus, optimum, vt in alijs, sic in hoc quoq; magistrū secuti Hippocratem, quem exactissimum medicinarum artificem fuisse, cū alia multa probant ab eo tradita, tum illud quod ipse scribit in secundo epidemiarū libro his verbis: Medicamentorū modos non vimus, qbus singula quæq; fiunt: non, n. eodem modo cuncta, sed aliter alia constant. Nā quædam celerius, quædā tardius colligunt: parantur etiā aliter alia, velut siccant, tunduntur, coquunt, & id genus alia, donec plurima plus minuāt, & quæq; singulis accōmodent. Præterea qbus in morbis, morbi atate, valetudinis specie, virtutis qualitate, anni tēpore conuenienter exhibeantur, & id genus reliqua. Per hæc itaq; summam nos instruit, monetq; vt medicinarū naturam itelligamus, vt tēpus quo sumi debeant exploremus, vt tēperaturas accipientiū inspiciamus. Reperiuntur, n. reuera nonnulli, qui tam facile medicinas sumunt, vt vel ipsas sæpe conficiant, vel nulla in re saltē ab eis male afficiantur, interdum etiam in nutrimentum commutent. Aliqui vero medicinis accipiendis inepti sunt eo vsq; vt statim ab initio ipsas auerferentur, & inde stomachus eorum subuertatur, demum ante q̄ illa procedere incipiat, ipsi facile dissoluantur.

Quid medicos induxerit, vt plura simplicia commiscerent, quisq; primus viperas theriacæ imposuit.

CAP. 5.

Hæc igitur, vt ego qdē arbitror, veteres medici quotquot optimi fuerunt, cū ab Hippocrate didicissent, tā optimas medicamentorū cōpositiones inuenerūt, cōpōnīs artē ex ingrediētis cuiusq; tēperatura mutuat. Nā si quæ nimium intensas qualitates habebāt, aliorū admixtione retulerunt, si quæ nimium acres, hebetarūt, ac postremo in singulis morbis varietate p̄specta, & in singulis hoibus tēperatura perpensa, magno artificio medicinas administrarunt. Quāobrem opinor & hanc ipsam theriacā de qua nobis totus hic liber accurate disceptat, è plurimis & optimis rebus apparuit. Nam cū ex vna parte animaduertissent, nec serpentū icetus euadere, nec venenorum insidias euitare nos posse, sed vtraq; de causa mortē incurrere: ex altera vero cōsiderassent tā opere naturam hoium iter se differre, vt quod vni prodest, alteri nō cōferat, merito sunt multiplicem & exq̄sitam ipsius cōpositionē moliti, vt hoc noīe foret in oibus hisce necessitatibus remediū presentaneum, et vsū tā opportuno apud oēs gētes summopere celebrata. Sigdem mihi nihil tam difficile vī in vita quam serpentes & venena vitare non posse. Nam cætera quæ nobis excidiū inferre queunt, euadere fugiēdo possumus: at ista, q̄ caueri nequeūt, facile decipiūt. Etenim sepe vnus & alter venenū sibi p̄ imprudentiā assumit, nepe q̄ non intelligit, qd' vitet. Itē alius ab insecto, vel serpente nō animaduerso p̄cussus, quāprimū interit. Memini ēt me in historijs legisse q̄ dux qdam cū Romanis bello nauali dimicaturus, animaduertēs se militari manu imparē (Carthaginēsis hic fuisse traditur) ollas multas impleuit serpētibus, q̄ cōfessim interimere solēt, cū itaq; testas operatas oēs repente in hostes iaculatus fuisset, nec illi qd' inclusum foret, suspicarent, atq; ideo sibi nō cauerent: non, n. consuetum fuerat eiusmodi tela mitti, breui tēpore quāp̄lurimi serpētibus icū cecidere. His artibus vir iste, tanq̄ alter serpens & ipse foret, in bello vsus, multoties hostium manus effugit. Quāobrē & vobis principibus ad euitandū insidias, & exercituū ductoribus in varios bellorū euentus, necessariam hanc antidotum existimo: q̄ sanē quondā licet sine viperis conficeret, plurimum tñ aduersus hæc oia valebat. Inde medici cū huic vni inuigilarēt, & quo maxime præsentanea fieret quid adderent, inter se cōsultarent, medicus qdā excogitauit, viperas admiscere. Ferunt hunc virū Andromachū fuisse, medicū cōmemoratione dignum, q̄ nō multis ante nos annis fuit. Conuixit, n. Neroni cui libellū versibus scriptū dicauit, in quo Theriacę cōpositionē & p̄missiōes tradit. Subscribā aut illius carmē, ne vir elegās adeo cū sis, ipso careas. Illud tñ prius dicā, Theriacā duabus de causis merito, & ab eo qui sic ipsam admiscuit, & à nobis deinceps appellatā, simul q̄ moribus serpētū maxime succurrat, simul q̄ vipinas carnes admixtas hēat. Sūt aut carmina hæc.

Prima pars poematis Andromachi continet operis dedicationem, Theriacæ nomina, p̄missiones, & postremo dosim, modum assumptionis, & tempus.

CAP. 6.

Antidotum multis insignem viribus audi
Cæsar, qui nobis oia tuta facis.
Tranquilla hæc, Hilarisq; suo, pariterq; Serena,
Nomine, cyaneos non timet vna sinus.
Non si quis cupidis expressa papauera labris
Hauerit, exitium pocula sumpta ferent.
Non si quis gelida compleuerit ora cicuta,
Quinta Classis.

MMMMM iij Siquis

Siquis hyoscyamum, siue aconita bibat.
 Non si cantharides, aut præfens morte venenum
 Colchi tuum fumat, feruida thapsitum.
 Arida non dipsas, non clarus fraude cerastes,
 Non feret impresso vipera dente necem.
 Incaustum cauda consurget scorpium vnca.
 Nec subitos luctus alpis iniqua dabit.
 Non pyas audebit calido progressa cubili,
 Vt prius aduersa cominus ire via.
 Nullus ob hæmorrhii stillabit vulnera sanguis,
 Nec tumidos faciet pressa dryina pedes.
 Claudere non cogent odiosa phalangia summum,
 Concussu tremulo, frigoribusq; diem.
 Non hydrus, nec vbi torret sol æquora cancro,
 Cum petit arua minax, concitus atq; furit.
 Ora trahens multa chersydrus caede cruenta,
 Supremum vitæ ducet in exitium.
 Hac fidens æstu per rura vagabere Cæsar,
 In lybico quamuis progrediare solo.
 Nil oberit sicci tibi ruris alumna rubeta,
 Nil geminum tollens amphisibana caput.
 Hac rursus stomacho præfens medicina tumentis est,
 Hac ab anhelanti pectore tollit onus.
 Aut intus toto cum spiritus vndiq; ventre
 Fluctuat, & furdis viscera pulsat aquis.
 Diraq; cum miserum disrumpunt tormina ventrem,
 Et salunt longi membra dolore coli.
 Sanat item croceo suffulos ora colore,
 Regius is solito nomine morbus erit.
 Hippolitas nolunt miseri contingere mensas,
 Nec, si quis vitæ tempora longa daret,
 Sed sibi dissimiles oculis animiq; dolore,
 Contemnunt medicæ, quis putet, artis opem.
 Inuadet quoties hydrops mala, corpora liuor
 Inficit, hæc fies liber ab antidoto.
 Hinc hebetes oculi sibi pristina lumina fument.
 Hac phthisis incipiens victa recedit ope,
 Sola potest in se collectos soluere nervos,
 Pendula tunc aliquis tentaue colla gerit.
 Nec finit vt membrana, leues que pectore ab imo
 Sepsit pulmones, victa tumore premat.
 Hac etiam magno vesica dolore leuari,
 Horrifici stimulis vlcis icæta solet.
 Sola potest clausos penis referare meatus,
 Irrita quos vrit, sollicitatq; Venus.
 Cinxerunt lumbos renum quandoq; dolores,
 Hauriat hæc aliquis pocula, sanus erit.
 Sola potest eadem multis accepta diebus,
 Tollere de læso pectore puris onus.
 Neu te dira lues, neu lædat noxius aer,
 Hanc cape, cum primo est sole reuicta dies.
 Hacq; canum rabiem fato impendente fugabis,
 Cum trepidat moriens, & sicut æger aquas.
 Insomnes demum quibus est mos ducere noctes,
 Conciliat somnum, peruigilesq; leuat.
 Ponderus erit quantum creuit faba, quam pater atro
 Atq; restagnanti flumine, Nilus alit.
 Ipse tribus cyathis præscriptum dilue pondus
 Antidoti, cyathis igne calentis aquæ.
 Sic commissa, tibi vel claro mane bibatur,
 Vel cum nox primam protulit orta facem.

Morbi

E

F

G

H

A Morbi certa dabit crudi solatia, mane
 Sumpta, quibus tristis lux solet esse magis.
 Vespere, cui magnos nox aduehit atra labores,
 Languenti cuitos atq; leuamen erit.
 At qui calcati morfu serpentis anhelat,
 Ignarusue doli toxica nigra bibit,
 Et cum mane nouum, & cum se sol abdidit vndis,
 Sumat, ab æquali pondere tutus erit.
 Hac tenus & pondus, viresq; & tempora Cæsar,
 Quod superest, dicam quo facienda modo.

*Secunda pars poematis Andromachi continet compositionem pastillorum ex viperis
 & scilla, pondus eorum que ingrediuntur Theriacam, modum commi-
 stionis, & postremo Aesculapij inuocationem. CAP. 7.*

Vipera principio, cura obseruata procaci,
 Protinus est celeri corripienda manu.
B Nanq; vbi tristem hyemem pepulit clementior aura,
 Arcæta solet cæcæ linquere lustra domus,
 Et passim violis carpit vernantia prata,
 Dum viridis quærit femina foeniculi.
 Nam facit hæc cernant serpentes acrius herba,
 Quos alit in cladem tarde bubulce tuam.
 Deprensus igitur summum caput, imaq; caudâ
 Demenda, hinc quicquid venter inanis habet,
 Infert nam sæuos hinc atq; hinc vipera luctus,
 Et squammis caudæ dira venena tegit.
 Ceruicisq; ideo tantum caudæq; secabis,
 In pugnum quantum est alta reducta manus.
 Sanguine sed mistum caueas stillante venenum,
 Verè hilarem nam sic experire diem.
 Hæc vbi rite tibi fuerint perfecta, subinde
C Vipereas carnes ficulis olla coquat.
 Ante tamen misces frondem graue olentis anethi,
 Et quantum satis est prouidus indis aquæ.
 At cum panda fluunt resoluti corporis ossa,
 Cumq; tument flauæ noxia terga feræ,
 Exime vipereas, confusa cadauera, carnes,
 Exemptas, longa ventilet aura mora.
 Hinc spinas tacita prudens subducito mente,
 Quas bene si tractes sentiet apta manus.
 Adde laboratum panem, ne vipera formam
 Tusa neget rotulis, ne pereat ue liquor.
 Inq; cauo dudum postquam hæc versaueris orbe,
 Finge rotas, aptum det quibus umbra locum.
 Inde capillato scillam cum cortice sumptam,
 Pulte linas, medio constituasq; foco.
D Accineris rutili cumulos superingere, donec
 Reddatur scillæ mollius igne caput.
 Signa dabit, ferues politos cum discutit ignes:
 Excute, & vt leues dempseris exuuias,
 Tres scillæ partes, erui compone duabus,
 Pistilloq; crepet concava pila diu.
 Ac mínimos tandem contusa premantur in orbes,
 Quos procul à radijs mitior umbra tegat.
 His igitur lancem primum cumulabis, & octo
 Bisq; decem drachmas accipe, bisq; decem.
 Dimidium, superadde, rotæ quam vipera fecit,
 Et piperis longi sit quoq; pondus idem.
 Sitq; opij tantum, tantum medicaminis eius,
 Quod grati nomen magma coloris habet.
 Inde quater ternas mutato pondere drachmas
 Iridis, & ficæ protinus adde rosæ.

Quinta Classis.

MMMMM iij Addaturq;

Addaturq; tui radix dulcissima fucci,
 Et dulcis tantum seminis inde napi.
 Scordion iungas, & odoribus incluta semper
 Balsama, qui syrio mittitur orbe liquor.
 Tum quæ suspendas æquata cinnama lance
 Conijce, & agarici par quoq; pondus eat.
 Hinc superest myrrham, costumq; specuq; reuulsam
 Corycio, fragrans imposuisse crocum.
 Et casia calamos, & quam tulit India nardum,
 Teq; arabi schœnum gloria prima foli.
 Inde nigrum coniunge piper, thurisq; nitorem
 Diuite quod felix rure Sabæus alit.
 Nec tu dictamnum, nec tu quoq; pontica rheon
 Defueris, stœchas, marribiumq; virens,
 Atq; apium petris quod nasceris, & calaminthe,
 Afræq; cum lachrimis o terebinthe tuis.
 Et folijs gramen quinis, & zingiber ardens:
 Singula sed drachmas sex tibi quæq; trahant,
 His etiam polium drachmis se quatuor addet,
 Addet se polio proxima pinus humi.
 Cumq; racemifero celtarum nardus amomo,
 Et syracis lentor, feruidaq; herba meon.
 Atq; humilis quercus semen, Pontoq; petita
 Phu, quibus accedet Lemnia terra comes.
 Nec non malabathri folium, miscebis & assam
 Chalcitum, fibras gentiadasq; simul.
 Inde tenax gummi, pressaq; hypocistide succus
 Adsit, & hinc fructus balsame parua tui.
 His etiam anisum, seselimumq; his iungere mollem,
 His cardamomum, foeniculumq; velis.
 Atq; atram lachrimam, Nili quam spina remittit,
 Quæq; suo thlaspis semine nomen habet.
 Hypericon rursum, pallens miscebis & ammin,
 Nec drachmis totidem plus sagapenus eat.
 Pondere dimidio tum quos sibi Castor ad Istrum
 Ore secat, testes imposuisse decet.
 Quis nec aristolochi radix, siccumq; bitumen,
 Candida nec defint semina dauce tua.
 Deniq; cum panacis succum, centaurreion atq;
 Addideris, finem chalbanus ipsa dabit.
 Antiquo primum solves tamen omnia vino,
 Humida quæ fuerint, vt liquor & lachrimæ.
 Tum quæ sicca vides postquam contusa minutim,
 Cecropio pariter iungere melle velis.
 Hæc qui nos primus docuisti maxime Pæan
 Adlis, seu Tricæ te iuga summa iurant,
 Seu Burrina magis, Rhodos, aut Epidauria tellus,
 Adlis, & regi ser tua dona meo.
 Stirpe tua natam Panaceam, nanq; salutem
 Ille datam puro semper honore colet.

*Cur Andromachus viperam potius quam serpentem alium Theriacæ admiscuerit, deq;
 Cleopatræ morte diligens historia.* C. A. P. 8.

In his itaq; carminibus ab Andromacho non incite compositis, illud mihi consideratione dignum esse visum est, cur è tam multis serpentibus nõ alicuius alterius, sed viperæ solius carnes idoneas iudicaret, quæ reliquis in Antidoto positis misceantur. Nam, vt vides, nihil ipse de hac scripsit: mihi vero præ cæteris viperæ non tam noxiam in se vim habere videntur. Basiliscus enim serpens parumper flauus, & tres in capite eminentias habens, tantummodo conspectus, & si quando libilat auditus, videntes se & audientes necat: atq; si quod aliud animal, illum etiam mortuum attingit, statim moritur, hinc aiunt omne aliud reptiliũ genus cauere ne basilisco vicinũ habitet. Dryinus & eiusdem generis, sed diuersi sexus Dryina, in radicibus quercuum vitam agit, & adeo pestifera qualitate præditus est, vt supra se transeuntium pedes quidem excoriet, crura vero tota valde

A valde tumefaciat, ac quod admirabile magis adhuc est, si quis ægrum curare velit, medicantis manus pelle mulsentur. At si quis forte Dryinum occidere contendat, tradunt eum, qui id facere aggressus fuerit, putare omnia bene olentia male olere, nec quicquam aliud olfacere insuper posse. Hæmorrhus & alterius sexus Hæmorrhoidis, similem suorum nominũ significationi læsionem inducunt: nam qui demorsus ab his fuerint, sanguine per os, nares, & vnuerfum corpus erumpente, moriuntur. Sicut à dipsade percussis sitis incendio misere pereunt: nam supramodum sitientes, & vehementer æstuant, atq; nõnunquam fatiscientes intereunt. Acontias vero seipsam valde protendit, & sicut iaculum hominem inuadens eum interficit. Aspides quædam reperitur nomine Ptyas, quæ perinde ac si tunc ratione prædita foret, æstimata interualli distantia, collum eousq; extendit, vnde possit iter facientibus commode venenum inspuere. Horum itaq; serpentium vno (siquidem tria sunt aspidum genera, Ptyas, Chersea, & Chelidonia) Reginam ferunt Cleopatram cum vellet custodes fallere, citra suspicionem repente sibi mortem consciscuisse. Nam Augustus qui Antonium vicerat, & Cleopatram viam capere, & viuere volebat, magna vt par fuit diligentia ipsam seruabat, quo tam insignem sceminam Romæ in triumphum duceret, id Cleopatra cum persensisset, & elegisset etiam tum Regina potius è vita decedere, quam priuata de se Romanis spectaculum præbere, hoc serpentis genere sibi mortem inferre decreuit. Conuocatis itaque duabus fidissimis ancillis, Naera & Carmione, quarum ministerio ad cultum corporis utebatur: nam altera capillos decenter complicabat, altera scite vnguium putamina rescindebat: iubet contestam fibubus & vuis pyadem inferri, vt, sicuti diximus, custodes lateret, inde periculo in ancillis prius facto, num celeriter serpens illa necaret: vt vidit eas celeriter interijisse, deinceps illam sibi admouit. Quo facto tradunt Augustum vehementer admiratum, cum ancillarum beneuolentiam, quæ do minam etiam in morte sequi voluerunt, tum Reginae magnanimitatem, quæ generosam mortem serulii vitæ prætulisset. Siquidem ferunt Cleopatram inuentam fuisse dextra manu regium gestamen in capite detinentem, vt mortua quoq; spectantibus Regina appareret, id quod de Polyxena tragicus poeta scribit. Nam etiam si a Pyrrho iugularetur, tamen mentem adhibuit, vt cum decore caderet. Qui vero nobis & mulieris ad fallendum sagacitatem, & Aspides ad occidendum celeritatem, verbis extollere volunt, Cleopatram inquit magnum primo ac profundum vulnus brachio suo dentibus intulisse, deinde venenum quod prius ex aspide parauerat in pixide quadã ad se allatum vulnere infudisse, atq; ita veneno corpus subeunte nõ multo post inscijs custodibus vitam leuiter finiuisse. Verum hæc non sine animi voluptate narrauimus, vt tuo disciplinarum omnium desiderio satisfaceremus, & per ista intelligeremus q; celeriter hi serpentes mortem afferant. Nam reuera serpentes isti velociter interficiunt, sicut ego sæpe in magna Alexandria spectauim. Cum n. aliquem hoc supplicij genere condemnatũ sine longo cruciatu dilationeq; necare volunt, aspides illorum pectoribus admouent, ambulareq; parumper faciunt, atq; sic ipsos breui perimunt. Vides ne igitur quomodo nos merito nullum id genus serpentum antidoto commiscemus, ob tam magnam quam in corporibus suis vim mortiferam continent.

Cur vipera theriacæ integra non imponatur, multaq; ex animalibus remedia haberi. C. A. P. 9.

At qui ne viperas quidẽ totas in Theriacã mittimus, sed capite amputato & cauda, id quod superest accipimus, & hoc neq; forte fortuna, neq; sine ratione facimus: verum quia viperarum capita humorem pessimum, hoc est ipsum venenum continent, propterea igitur capita recidimus, vt minus viperinæ qualitatis antidotus habeat. Nam viperarum capita facultatem obtinēt veneni conficiendi: sicuti conuoluta vasa, seminis, et muliebria vbera, lacris. E reliquis autem omnibus vipera caput habet ad lædendum aptius. Ferunt enim ipsam ore adaperto maris semen excipere, quod cum fecerit, insertum illius caput præcidere, huncq; viperis esse congressus morem, ex eo semine postea natos foetus natura tacite vltionem procurante, genitricis ventrem rodendo diuidere, atq; ita foras exilientes in patris vindictam matrem occidere. Hæc nobis Nicander suis in carminibus eleganter describit. Sunt autem hæc.

O triuim moneo fugias & aperta viator,
 Distinctis maculis quoties mas vipera nigris
 Congressum vitat, dentesq; subire maritæ.
 Diffugit, exardens tunc illa cupidinis ira
 Insequitur, saltuq; viri conatibus obstat.
 Donec ab occurſu & veneris dulcedine captus,
 Vxori demens caput inserit, illa mariti
 Ora fouet, lambitq; diu, compressaq; tandem
 Colla secat. Tali prægnans de semine gestat
 Progeniem, matris fraudes, cædemq; parentis
 Vlturam, fracto cum mox prorumpit ab aluo.
 Caudas vero & extrema corporis amputamus, tanq; caudæ partes, puto quia magis fordium humorẽ ad se trahunt, nã frequenter cū moueantur plurimũ attrahunt, veluti & pisciũ caudas ob assiduũ motũ magis nutriri dicunt. Ne vero vlla te capiat admiratio, si hũce partibus adẽptis reliqua

qua viperarum membra potentiorē antidotū efficiant, ex ingenita admistāq; carnibus ipsarum E iuuandū facultate, qñ & aliorum aialium multas partes strenuum nō paucis morbis auxiliū præsta re sciamus, vt capita murū, q̄ combusta & ex melle inuncta alopecias sanant. Item milui caput la borantibus podagra succurrit, si quis ipsum sine pennis exsiccat, & ex eius puluere quantū tribus digitis continere pōt, cum aqua bibere velit. Sunt et quædam mēbrorum partes, q̄ sæpenumero solē certos affectus sanare queunt, vt siccātū cameli cerebrum, quod ex aceto bibitū epilepticos liberat, idē & mustelæ cerebrum potest, vt hirūdinis suffusiones tollere cū melle sumptū & ouium itidem melli cōmistum pueris in amissione dentū prurientibus f. mme conferre. Si quis aut tauri ni cornu ramenta cum aqua deglutiat, sanguinis eruptionem detinebit. Cremata vero femorū of fa sanguinem supprimunt, & sæpe hoc idem remediū solutā alurum quoq; continuit. Ceruini cor nu scobes exustæ, vinoq; admistæ postea superimpositæ cōmotos dentes firmant, id quod & bo uis talū facere dicunt. Sed hic cū melle sumptus rotundos lumbricos educit, & cū aceto multo sple nem liquefacit, ac vitiligines albas delet, & venerē nonnihil excitat. Castoris insuper testiculi poti conuulsionē sanant. Amplius multa reperiuntur aialia, quorum, fel, pinguedo, medulla, pellis, lac, sanguis, & exuuiæ, vt serpentum, hoibus auxilio esse possunt, & quod plus est, quorūdam fimum etiam contulisse nouimus. Nam bubulus siccatus & cōbustus mensura trium cochlearium hydro F picis auxiliū præstat. Murū autem, aceto cōmistum alopecijs medetur: ebibitū vero calculos vesicæ cōminuit. Iam vero anserū adeps oleo rosaceo coniunctū, inflammationes curat. Hyenæ fel ex melle inunctū visum acuit, & suffusiones discutit. Equi fluuiatilis coriū vsum, & ex aqua imposi tum, ad enū abscessus dispergit. Viperæ pellis atrita & alopecijs imposita capillos mira quadā cele ritate restituit. Aspidis senectā si quis terat, & ex melle inūgat maxime omnium videbit. Demum magnus est harum rerū numerus, q̄ nunc recēdere intempēstiuū arbitror, ne sermo longius quam par sit, prouehatur, cū ea quæ hæcenus attulimus ad comprobandum quod proposueramus suffi ciant. Illud certē cognitione tua dignū existimo, tota multorū aialium corpora nobis prodesse, ve lut cancer in fluminibus viuens, qui contusus & impositus iacula & infixos stipites extrahit. Can tharis quoq; similiter atrita, ac cum radice vitis albæ bibita lumbricos eijcit. Scorpius si affatus cū pane comedatur, calculos in vesica rumpit: idem faciunt & lumbrici terræ cum vino hausti. Quod si quis eos attritos ex vino multo capiat affectus regio morbo, q̄ primū purgatus liberabitur. Sæ penumero & cū ceroto rosaceo podagricis impositi eorum inflammationes leuāt. Accipiter in vnguento susino decoctus, obtusam oculorū aciem reuocat. Scarabeus aurium doloribus succur rit, si oleū in quo ferbuerit auribus instilletur. Galerita postq; tosta fuerit, comesta coli dolores au G fert cum oīum admiratione. Atq; vt plus est virtutem in corporibus aialium positam mireris, illud insuper tibi commemorabo. Multa sunt quæ solū inspecta vim suam ostendunt, vt stellio, quem si scorpiones intueantur immobiles & demum mortui redduntur. Amphisibæna serpens est similis nauigio proras duas habenti: ipsi. n. natura propter abundantiam materiæ duo capita est elargita: hanc amphisibēnā si pregnans mulier transcendat, foetū corrumpit & abortū facit. Quam ob rem minimè mirū esse debet, vipas quoq; p̄ibus illis amputatis vim quadā auxiliatricē obtinere. Opī nor. n. diligenter ostēdimus, interdum totum aial, interdum aialis partem et minimam iuuare.

Quomodo quæ noxia sunt, interdum prodesse queant: vnamq; in compositis medicinis qualitate ex omnibus vultare.

C.A.P. 10.

ILLud vero scrutandū potius esse duxi, quod plerisq; admirabile vī, quo pacto eadem animalia, q̄ nobis inimica sunt, & hoīem cito perimunt, si ipsorū moribus imponantur, auxilio esse pos sint: Et sola hoīem ab ea noxa seruare: Huic quæstioni vetus quædam oratio respondet, virulētās bestias, siquidē attigerint humanū sanguinem, qui dum mordēt, egreditur, necare. Sin non attige rint, sed solum deuorentur, cōmoros sanare posse, id quod de Helenio à Græcis, Nico ab incolis appellato, memoriæ proditum tradunt. Dacas. n. & Dalmatas inquirunt telorū cuspides Helenio confiricare, idq; hoc pacto vulneratorum sanguini ingrediēs occidere posse, at ab eis manducatū H innoxū esse, nullumq; ex eo cibo nocuentū prouenire: quin & ceruos ab eis sagittis confossos nullam comedentibus læsionem inferre. Verū hæc respōsio satis mihi non esse vt ad inuētionem illius quod querimus, cū experiētia sola nitat, & tm̄ id, quod evenit, exponat: nā medicos qui solū experiētia sequunt non admittimus, qm̄ & ipsi sicut vulgares faciūt, quæ vidēt insipientes, rerū euentum quidē mirant, sed euentus cām ignorant: quorū alij quia ne rerū quidē originē discere quærunt, sed ipsam rōne inuenire negligunt, tantūq; facta annotant, & sibi satis esse ad medicadū multoties visa dicunt, eodē, vt vides, mō, quo vulgares admirātur. Alij p̄dictis diligētiores, fatent quidē oportere medicos hīce de rebus recōditam magis q̄ vulgares habere cognitionē, sed cū ipsam inuenire nequeant, inquirere superuacaneum existimant. Nos aut qui maiorē illis curā arti medicæ impendimus, & euenta solū vulgarium more inspicere nolumus, experientiam nō reijci mus, sed experientia rationē quoties licet, coniungimus: atq; ita necessario rationem p̄fectamq; medicā artem habemus, nec vt solū inueniamus, quo pacto aliqd fiat inuētionē operā damus, sed vt aliqd ad medendū vtile ex inuēto discamus: atq; ideo ratione hic quoq; certabimus aliqd inue stigare, quod euētus causa esse possit. Est. n. admirabile q̄ prompte celeriterq; hoc est, tantq; respon dens,

A dens, & consonum quippiā, inquirēdi studio reperia, atq; quo magis fide dignus sermo noster ha beat, à quibusdā alijs, q̄ quotidie fieri videmus, ostensionē moliemur, siue foris tm̄ imponant, siue p̄ os et intus accipiant: demorsis à crocodilo crocodilinū adipem summe contulisse nouimus ob tritis membris impositū. Muris aranei morsus, qui et ipsi interficiunt, ab eodem mure araneo con uiso & imposito, sine dolore sanat. Eodē mō & à vipera percussus liberant, si quis illam atterat, & vul neri coniungat. Atq; hæc nostra quidem sententia, sicut dicebā, non absq; ratione cōtingunt: nam cum tātam vim non habeant vt ilico necare possint, paulatimq; in profundum corporis virus ser pat, id quod & in cataplasmatis euenire conspiciamus, cū moderatum vigorem in se habeant, sana re imposita non occidere queunt: id vero quod in theriaca contingit, apertā magis rationem con tinet. Assero. n. bestiolas istas letiferas propter ea cōmoros à se hominibus auxiliū prestare, quia maiorem partē venenosæ facultatis cum capitibus ipsarum amputamus, minorem aut reliquū cor poris confusam conuenienti præparatione obtundimus. Nā & earū truncum cadauer elixamus, et nō parū salis & anethi quātitatē aquæ cōmiscemus, non solum, vt huiusmodi misturam suauiore reddamus, sed vt viperarū carnes eliquemus, atq; ita vel parū vel nihil potius venenosum in ipsis relinquamus. Magnum vero momentum ad iuuandū viperis confert admistio. Nā tot talibusq; B rebus adiunctæ, quo nā pacto officere amplius valent, soluta iā ipsorum noxia facultate ac vt ora tio mea vera adhuc magis esse dignoscat, consimilium rerum exēpla subiiciā. Catharis si sola exhi beatur, vesicam exulcerat, & cum inimicam nobis facultatem obtineat, hominem plerunq; necat: at si quibusdā alijs misceat, auxiliū eidē vesicæ præbet, & vrinā maximoque prouocat. Papaue ris succum p̄ se bibitum qui letalem neciat est nemo, hic quibusdā alijs admistus, sic interdū labo rantibus subuenit, vt nulla magis salubris extet medicina. Neq; .n. raro phreneticorum amentiam strenue curauit, aut vires impotentia dormiendi labefactatas, cū omnium admiratione somno re uocato solidauit. Phalangia redacta in puluerem & è vino pota, illos quos momorderit ab instan ti morte liberant, vt ex hoc maxime nostris verbis fidem adhibere queas. Nā si vinū solum phalan gis adiunctum ab imminente periculo securū facit, proculdubio theriaca ex tot, tātisq; rebus com posita, salutaris potius q̄ letalis euadit. Illud. n. in plurium medicinarum iunctura tenere nos oportet, admistæ cuiusq; vim medicina eandem immutatāq; non seruari, verū ex omnibus vnā quan dam resultare. Nam cum quodq; simplex alteri virtutem suam cōicent, vna quædam alia tempera tura virtusq; ex ipsis confurgit, id quod & in multo fieri videmus, potione è melle vinoq; compo sita. Nā duo hæc postq; in vnum exacte coierint, neq; mel admistum cū sit, mellis gustum retinet, C neq; vinū amplius vinum existens, vinū esse apparet, sed p̄ter vtunq; aliud quiddā ex vtriusq; tem peratum, ipsum inq; multum. Idem mihi cogita fieri cum in oibus alijs compositis medicamentis, tum præcipue in ipsa theriaca, vt non amplius vna cuiusq; simplicis medicinae facultas, qualitasue permaneat, verū lingulis quibusq; congregantibus & naturalem quandam vnionem subeuntibus, quædam alia, diuersaq; ex omnium confusione natura procreetur.

Digestio aduersus Asclepiadem & Epicurum, qui negabant alterationem.

Opera naturæ in atomos & moles referrebant.

C.A.P. 11.

SI enim ex atomis & vacuo, sicut Epicurus & Democritus asserunt, omnia constitissent, vel vt Asclepiades medicus inquit, molibus & meatibus, (nā homo iste eadem quā illi de rerū natu ra sententiam cum retineat, noibus tm̄ mutatis, atomos, moles: vacuum, meatus, appellat:) incom mutabiles iure medicinae forent, eo quod neq; à suis qualitatibus dimoueri, neq; spoliari possent. Cū aut vera non sit hæc sententia, sicut ostendemus, sed vt diximus oīa mutantur, alterentur, & temperaturam à se inuicem accipiant, necesse est, vt temperamento per omnia cōmista diffuso, id quod est validius vincat q̄ imbecilliora sunt, & idcirco nos cum vsus postulat artificiosus missionis bus medicaminum qualitates immutamus. Quod fieri non posset, si parua quædam impasibilia in D cōmutabiliaq; rerum corpuscula forent, quāobrem ego sæpe miratus sum, quo pacto vidētes tam celeres in vniuerso mutationes fieri, totq; in temperaturis variationes euenire, sustineant talia re rum principia defendere, & in primis is de quo paulo ante mentionem feci, medicus Asclepiades, cū quo sermonē potius instituo: qm̄ manifestas et corporis mutationes variationesq; non admit tit. Quid. n. ad hæc respondere poterunt: qm̄ solum digitum in aquā frigidā ponimus, illico totius corporis immutatio fit, & qñ ventus variat, corpora nostra mutari. Noui ego ex sodalibus meis quēdam, qui et dum in lecto cubaret, ex alteratione circa caput facta, quis ventus spiraret agno scebat: nā quoties grauari sibi caput sentiebat, statim dignoscebat flantem ventum austrum esse. Mulier prægnās si tonitruū audisset, vel formidolosum quiddā vidisset, foetum eijciebat. Interdū et cū velociter succurrere volumus, & celerem auxiliij sensum agris inferre, subitā corporum mu tationē fieri videmus. Vnde in quibusdā valde deficiētibus vir admirabilis Hippocrates aliquam animi irritationem admoueri consulit, vt conatus fortitudine, defectus imbecillitatem sanemus, sæpenumero quoq; vel modicus cibus exhibitus confestim ipsos recreauit, & eorum virtutem ro borauit: arbitror corpore velociter in melius cōmutato, non autē quia moles nihil patiantur, atq; ideo talium alterationem sensum nobis exhibere queāt. Quis. n. tam repente moles cōponere va leat. Aut quis ex inalterabilibus cōpositus molibus occurrentia tam celeriter sentiret: Nā transpo sitarum

fitarum molium noua cōpositio, figuram tñ variare, sed alterare, & qualitatem aliā ex alia produ-
cere non pōt, propterea q̄ mihi v̄ Asclepiades non solū, id quod in medicinis euenit negare, quo
suum dogma sequeat, verum et naturam que in nobis cuncta dispensat, nihil esse putare, cum velit
singula q̄ fiunt e molium cōplicate iuncturaq̄ nasci. Quo circa magna me subit admiratio, cū
ipsum video non videntem opera naturæ tam admiranda, & in primis artem quam adhibet in pri-
ma hominis origine, vt foetū in vteri concauitate formet, vt formatum ingeniose nutriat, quātis, et
quā mollibus vinculis eundem intus detineat, donec opportunum exeundi tēpus adueniat, q̄ di-
uino artificio, quamq̄ euidenti similitudine parentum imaginē ir̄ genitis effingat. Qua in re vel
maximo cū dedecore Asclepiadis de molibus positio redarguit, cū infantes nō parentibus modo
sed progenitoribus et, similes nascant. Mihi vero quēdam vetus hystoria exposuit, hoiem opulen-
tum quidem, sed deformem extitisse, qui cum affectaret pulchrū sibi filium procreare, formosum
in ampla tabula puerum depinxit, inde vxori cōgrediens præcepit, vt e regione positā imaginem
diligenter consideraret, illa vero attente respiciens, & vt sic dicā, totū animū illuc cōficiens, (erat
enim valde pulchra ea figura) puerum peperit non patri, sed picture simile, oculis puto, non molibus
picture exemplum naturæ tradentibus. Ac qm̄ ob moles vir iste talibus naturæ mysterijs nō
initiatuſ esse sustinet, & ob videndi incertitudine debilitatēq̄, non sinit discipulos suos tā mira-
bilibus operibus naturæ fidē præstare, ab opertis & abditis ad aperta & manifesta ipsum traduce-
re volo. Quis, n. aranei structas ad capturā insidias cernens, & telam ab eo fallentibus adeo tenui-
busq̄ filis confectam, vt aliqui dixerint hoies ab araneis artē texendi primum accepisse, de natu-
ra dubitet: Quē vero non suadeat confiteri naturā esse rem admirabilem, cū videat illud quod vr-
sa facit: Parit quidem vrſa sicut cætera aialia faciunt, sed carnem parit informem indistinctamq̄, et
nullam prorsus figuram hñtem, quam tñ naturali quodam artificio breui distinguit. Nam mater
linguam tanq̄ manum, tam diu admouet quoad in foetu animalis figuram absoluat. Sed finem fa-
ciam dicendi aduersus istos homines. In disceptationibus enim contueui, vt contumacem equum
freno, sic altercantem orationem moderatione acriter cohercere.

Quod diligenter exploranda sint singula, quæq̄ theriacam ingredientia, &
quod Andromachi descriptio cæteris anteferenda sit.

C. A. P. 12.

Monstrauimus, opinor, hætenus adeo manifeste, vt amplius tibi mirandum esse non possit,
quō serpentes iſdem alio & alio modo preparati, diuersisq̄ medicinis admixti, prodesse, &
obesse valeant. Incipiemus deinceps ab his antidotum conficere, qm̄ & quam parandæ theriacæ
adhibemus artem, exigua non sit. Nā & fraus qua sæpe venatores in viperis vtuntur, & imperitia
medicinarum qua plerunq̄ cōpositores laborāt, antidotum multoties inutilē reddiderunt. Multi
siquidem artem capiendi viperas ostentare volunt, hi p̄sertim qui se remedia quēdam ad id facien-
dum habere iactitāt, quod tñ mentiunt, nam qui haberet nunq̄ inueni. Sed vbi viperas malitiose
concinarint spectantibus imponunt. Non, n. viperas cōuenienti tpe capiunt, verum multo post
q̄ e latebris exierint, qm̄ non amplius vigent, deinde cum eas ceperint ipsas ante sibi cōsuetas effi-
ciunt, demum nō vſitatis alimentis eas pascunt, sed carnibus, quas cum assidue mordere cogant,
venenum quod ore cōtinent, eijciant necesse est. Quidā vero & offas quasdam illis exhibent, qui-
bus dentium foramina obstruāt, vt etiā hoc pacto viperarum morsus imbecilles euadant. Id quod
spectatores in admirationem magnā adducit, ignaros artis quibus ad fraudem ornādā vtuntur.
Rursus quoq̄ (sicuti dicebam) & medicinarum que theriacæ imponunt non parua est inscitia. De
his dico quæ præciosissima immittunt, vt puta casia, cinnamomiq̄ non modica est differentia, q̄
plurimos fallere cōsuevit. Nā & adulteratum cinnamomum licet vero sit siſle, gustu tñ & olfactu
multo deterius eē deprehendit, atq̄ à xylocinnamomo differt, q̄ ligneum hoc plus sit, durioresq̄
ramusculos habeat, nec tam bene redoleat. Nam verum cinnamomum illud quod in mōtibus na-
scit, nec subtile, nec lōgum cum sit, colorem habet ad modicā rubedinē magis tendentem, reliquū
aut aliquātulum nigricat, & veluti quasdam fibras habet: aliud reperitur cinnamomū plane albicās,
fragile, non durum, nec magnam radicem habens. Est & aliud ruffe casie simile, redolens & leue.
Oibus tñ præstat id, quod ab incolis mosyllum appellatur, colorem habet cinereū, virgas paruas,
& subtiles, ramos densos, odorem vehementer redolentem, hoc nos præcipue seligere consueui-
mus, cum & odoratum suauissimum, & gustatū acre et mordax valde appareat, mansumq̄ rutam
imitari videat. Lene est et, & frangi facile potest. Casia quoq̄ & ipsa nisi quis in iudicando peritus
existat, fallere sæpenumero consuevit, nam extat quædam falsa casia, quæ quidem similis veræ plu-
rimum est, sed tā bene non olet, & medullæ corticē adherentem habet. In summa vero quæ censet
optima, modice rubet, rosam spirat, gustata suauis euadit, concava est, vinum refert, & valde redo-
let. Ziger ab incolis hæc nominatur. Verum par est te non ignorare fraudes quas in longo pipere
struunt. Quidam, n. ipsum conſingunt vero pipere longitudine equale, & imposito pyretri vel na-
pyos aliquantulo, quia sensum hoc pacto mordet, gustantē fallunt. Verū qui circa hæc peritus fue-
rit, & suauē, acutumq̄ gustu diiudicare nouerit, præsertim si pediculū ipsi adherentem accuratius
inspiciat, verū pipere inuenit, & ab istis decipi non potest. Cū vero magna sit adhibenda in cæteris
etiā oibus diligentia, sicut in antedictis narraui, quæ hucusq̄ diximus satis esse tibi ad commen-
tationem,

Atationem, quāuis existimē, ne liber nimis in longum protrahat. Consulo tñ vt cū singulas medici-
nas diligenter exploraueris, tum deniq̄ componas antidotum. Nā vnus alicuius improbitas sepe
reliqua omnia corrumpit. Est et ipsius antidoti descriptio, ne hoc quoq̄ nescias, à medicis varie tra-
dita. Andromachus, n. de quo paulo ante mentionem feci, diligēs in cōmiscendis medicinis cum
foret, hac descriptione theriacā cōponebat. Pastillorū scillinorum, 3. xlviij. pastillorum viperinorū
3. xxiiij. pipere longi, 3. xxiiij. succi papaueris, 3. xxiiij. magnatis hedychroi, 3. xxiiij. rosarum sicca-
rum, iridis illyricæ, radicis dulcis, seminis napi syluestris, scordij, liquoris balsami, cinnamomi, aga-
rici, singulorum, 3. xij. myrrhæ, costi, croci, casia, nardi, florum iunci rotundi odorati, thuris, pipere
nigri, dictami, marubij, rhei, stœcadis, petroselinæ macedonici, calaminthæ, terebinthinæ, zingibe-
ris, radicis quinq̄ folij, singulorum, 3. vi. polij, chamæpityos, styracis, racemorum amomi, mei,
nardi gallicæ, sigilli lemnij, phu pontici, chamædryos eretica, foliorum malabathri, chalcitis assæ,
gentianæ, anisi, succi hypocyſtidis, fructus balsami, gummi, seminū fœniculi, cardamomi, seſelcos,
acacie, thalpeos, hyperici, sagapeni, ameos, singulorum, 3. iij. castorij, aristolochias tenuis, seminū
dauci, bituminis iudaici, succi panacis, centaurij tenuis, chalbanij, singulorum, 3. ij. mellis libræ de-
cem, vini salerni quantum sufficere videatur. Xenocrates autem & ipse, qui non exiguū studium
hisce rebus adhibuit, cætera quidem sicut Andromachus admiscet in compositione theriacæ, tan-
tum quatuor sagapeni drachmas non duas imponit. Damocrates quoq̄ medicus optimus & ipse
cum esset, integrum librum versibus accurate conscripsit de compositione antidotorum, in quo
theriacam describens, res quidem easdem imponit, sed in pondere discrepat. Nam quædam quo-
rum illi quatuor drachmas accipiunt, hic duas sumit: & rursus quædam ex quibus illi duas impo-
nunt, ipse quatuor immittit. Magnus etiam qui nra tempestate præses medicorū fuit, reliqua quid-
em omnia, sicut illi consueuerant, seruat. In cinnamomo solum discordat. Duplum, n. cinnamo-
mi theriacæ cōmiscet, ita & de chalcitide, & de sagapeno ab Andromacho dissentit. Nam vt Xeno-
crates duas drachmas inijcit, cum tñ Andromachus quatuor imponat. In sagapeno autē & à Da-
mocrate euariat. Damocrates, n. quatuor drachmas adhibet, Magnus duas. Vno præterea Ma-
gnus mensuram ascribit. Vult, n. sextarios duos ipsam implere, cum alij sicuti par est quatuor men-
tura, quantum satis videatur, vtantur. Demetrius etiam ætate nra medicus & ipse quatuor præsi-
dens. Omnibus in rebus Andromachum secutus antidotum componebat, tñ in pondere pastil-
lorum scillinorum euariabat, & ab illo & à cæteris. Nam illi, xlviij. drachmas cum imitterent, ipse
xlvi. tñ admiscebat, tanta cū extet discordia inter theriacæ descriptiones, nos Andromachi tradi-
tionem, vt optimam probamus. Atq̄ ita theriacā in vsum Imperatorum componimus. Eius autē
compositio hoc absoluitur modo, nam verbis compositionis modum completi, valde vtile tibi
fore iudico, vt si quādo theriacam facere volueris & medicis careas, ingeniosus cum sis, per te ip-
sum conficere quā optimam valeas, magistrum hunc librum habens.

Quo pacto componendi sint pastilli hedychroi, scillini, & viperini.

C. A. P. 13.

CAeterum ante cōmissionem oportet vt hedychroi magnatis, quod imponitur antidoto, de-
scriptionem agnoscas, cuius optima compositio est quam Magnus tradit, ea est huiusmodi.
Radicē corticis asphalti, calami aromatici, florum iunci rotundi odorati, phu, costi, asari, ligni balsa-
mi, succi balsami, casia, singulorū, 3. vi. cinnamomi, 3. xxiiij. amomi tantundē, amaraci, 3. xx. mari
3. xx. nardi indicæ, 3. xvi. folij, 3. vi. myrrhæ, 3. xxij. mastiches, 3. vi. croci, 3. xix. vino salerno simul
hæc admiscere conuenit, et in rotulas redigere, q̄ dum facimus manus & ferramēta inungemus li-
quore balsami, postremo digestum in rotulas medicamentum in vmbra siccadum est. Non aliter
& scilliticos pastillos conficiemus hoc modo. Recentem scillam non admodum magnam accipe-
re oportet, & eam non luto sicut quidam faciunt inuoluere. (Sordidū, n. id mihi esse v̄) sed pul-
tē teneriori in qua & assatur facile, & ab ea quiddam dum assatur, accipit. Vbi ipsam probe coxeris,
D vel in furno quod vocant, vel sub cacabis in quibus panes assantur, quo æqualiter assetur: sume
interiores partes scillæ, quæ tenerrimæ fuerint, & eis accurate dissolutis admisce farina erui opti-
mæ recentissimæq̄ tantundem, sicut Damocrates censet. Nam & Magnus qui dimidium iubet,
parum conijcit, & Andromachus, qui duas partes præcipit, nondum satis imponit, cum æqualis
portio scilla requiratur. Sic itaq̄ scilla & farina cōmissis, modicas inde faciemus rotulas, quas in vmbra
siccatas vsui reseruabimus. His ita peractis, oportet tot accipere viperas, quot totius antidoti
modo sufficiant, non quouis tempore captas, sed potissimum circa veris initia, qm̄ non amplius in
subterraneis cauernis degunt, sed inde progressæ sub diuo diuersantur, nec vltius tam noxium
venenum habent. Nam donec in subterraneis locis habitant cū nullatenus distentur, pestilētem
noxiamq̄ magis intra se qualitatem colligunt. Quo tpe serpentes et, senectam, quam vocant, sibi
obducere consueuerunt, que crassissimus quidam lentor est ex diuturna latitadi mora cōtractus,
quæ res potius tps longitudine, quam senescēntis ætatis vitio prouenit. Quam ob rem non oportet
statim egressas viperas surripere, verum eas aliquod tps dimittere, vt & libero fruatur aere, et
cibus nutrantur consuetis. Comedunt autē huiusmodi bestiola, & certas herbas, & quædam ani-
malia, & alia nonnulla sibi consueta, sicut buprestem, cantharidem, & appellatam pinus erucam.
Hęc, n. viperis conuenientia sunt alimenta. Sit autem vipera fulua parumper, & ad motum valde
prona,

prona, quæ collum præcipue attollat, & oculos aliquantulum rubros habeat, atq; audacter & torue conspiciat. Sit præterea capite lato, ventre propenso, ac toto corpore linuosa, meatus excrementis destinatus magis ad extremam caudam vergat, quam non conuolutam, sed modice flexam potius esse conuenit. Gressu deniq; incedat quieto: nam hac in re solum a foemina mas discrepat, & dentibus caninis, quorum plures foeminis, duos maribus Nicander his uerbis ascribit. Sunt gemini dentes maribus, sua signa, canini Fundentes uirus, habet hos, sed foemina plures.

Viperis igitur hoc tpe captis, pro quatuor digitorum mensura caput primum caudamq; detruccabis. Quod dum facis, ut diligenter inspicias moneo, nunquid post abscisionem detruncatae viperæ sine sanguine, sine motu, ac prorsus sine uita statim consistant: nam tales si inueneris, antidoto componendæ inutiles arbitrato. Quod si amputatis extremis, videas in viperis motum aliquem superesse, & vitam per aliquod spatium prorogari posse, ipsas ut optimas conficiendæ theriacæ ducto. Quippe cum ex eo non imbecillum, sed validam habere vim dignoscantur. Inde postq; bestias obruncaueris, pellē è toto corpore diligenter auferes, pinguedinemq; ut inutilem eximes, & interna omnia, ut quæ excrementorum receptacula sint. His peractis, conijce vipers in aliquod vas testaceum quam pulcherrime confectum, uel leberem bene absterfum, atq; accensis carbonibus impositum ut sine fumo coquantur. Coquantur autem in aqua fontana cui recentem salem iniicies, & anethi non siccis ramusculos satis aliquot. Deinde cum bene fuerint carnes elixæ, quod erit quando spinas à carne separari uidebis, tunc leberem ab igne remoue, et accurate spinas à carnibus selunge, quas in mortarium coniectas contundes, adhibito panis quam purissimi & sincerissimi siligine compositi, quantum ad compinendum satis esse iudicabis, sicut etiā Andromachus uult. Nam Magnus & Damocrates qui determinant panis portionem, admiscent æqualem carnibus panem, & sic utraq; commiscunt. Postremo iuris quantum sufficiat infunde, et inde conuenientes pastillos confice, quod dum facis, manus pauco intinges opobalsamo. Hos pastillos in umbra sicatos ad totius antidoti structuram seruabis.

Theriaca compositio, repositio, etas, probatio, dosis.

C.A.P. 14.

Pastillis absolutis, deinceps è reliquis quæcunq; & contundenda & cribranda sunt per incerniculum mittes angustis, quantum fieri potest, foraminibus. Nam quod valde minutum est, mihi plurimum conducere uidetur, ut auxilium præstet, idcirco quia corpori plus adhæreat: quæcunq; uero macerare & dissoluere conuenit, ea tu uino molles & læuigabis. Vinum autē illud sit optimum, quale salernum dulce est, quod faustinianum appellant, non autē acre & actum nominatum ab oibus. Postea cum liquidis sicca admiscueris, mellis quantum satis esse uideatur infundes. Satis autē uidentur libræ decem mellis conuenienter decocti, sicuti authorū literæ præcipiunt, quo si quid inest flatuosum aut cereum feruendo seponatur. Oportet autē mel esse hymetium, nā apes in eo colle atticæ quia thymum pascuntur, mel optimum conficiunt. Separatim etiā resinam & chalkanum prius liquefacies, & inde reliquis in mortarium coniectis superinfundes, atq; ubi deinde coniuixeris omnia, diligenterq; commiscueris, denuo manibus et ferramentis inunctis liquore balsami, antidotum è mortario in vas aliquod uitreum, aut argenteum transferes, quod tñ non replebis ad summum usq; sed spatium aliquod relinques, quo respirare queat. Immo frequenter operculum dimouere conuenit, ut Antidotus magis distillari possit, & celerius uilis euadat. Nam tpe non modico eget, si tñ concoqui debeat, quantum usus requirit. Concoquit autē ut plurimum intra annos duodecim, sed qui ualentiori potentioriq; ut uoluerunt, ipsam post quintum & septimum exhibuerunt. Præsertim aduersus uenenatorum ictus, canum rabientium morsus, & noxia herbarum uenena, validis siquidem noxis succurrere cum uellent, potentioribus theriacæ uiribus eguerunt. Potens est autē in his ad annos usq; triginta. Alijs autē morbis in quibus tanta non inest efficacia lædendi, sexagesimo etiā subuenit: nam ultra hoc spatium debilis admodum et imbecillis euadit. Multi itaq; uires antidoti dignoscere cū uolunt, primū alicui purgantem aliquam medicinā porrigunt, deinde theriaca paulo post exhibita, iudicium de ipsa sumunt. Nā si ualida uigensq; adhuc fuerit, nullatenus uentri purgari finit, nempe deuicta soluentis medicinæ facultate ab Antidoti potentia. Sin autem aluus ita deijctur, ut si theriacam non sumpisset, planum est Antidotū adeo uiribus defecisse, & ut ita dixerim, consensuisse, ut ne purgatis quidem medicinæ vim supprimere queat. Non damus autem oibus eandem quantitatem antidoti, sicut nec liquoris quo ipsam dissoluimus. Nam in antedictis ad magnitudinem nucis auellanae, theriacæ ex tribus uini cyathis propinare solemus. In alijs autē morbis & antidoto & liquore differēter utimur. Ad affectuū enim diuersitatem respicientes, & theriacæ pondus metimur, & liquoris conuenientia iudicamus, quando non solum reptilium morsibus, & uenenorum noxis auxilietur hæc antidotus, sed in maximis etiā alijs ægritudinibus à nobis experta salutaris medicina reperta sit.

Age caput. Quot & quantis morbis auxilietur theriaca.

C.A.P. 15.

Itaq; ipsam Andromachus in suprapositis carminibus opinor idcirco tranquillā appellauit, quia corporibus tanq; aliqua morborū tempestate vexatis, ut tranquillitatē, sanitatem inducit. Diurnos, n. capitis dolores & vertigines sanat, aurium tarditatē, & oculorum hebetudinem curat, interdum

Aterdum genitale mēbrum flaccescit, atq; uictum attollit. Sape furentium deliria generose sedauit adducto somno, p quæ etiā animi turbulētia, pplexasq; cogitationes sedauit, comitialibus inuasionibus acriter resistit. Nam si nimia capitis humiditatem absorbet, et aduenienti uento uias obstruit. Subuenit quoq; cū difficultatē spirantibus, qñ pituita quædam crassa meatibus pulmonis insidens, hoīem inspirare prohibet: facile. n. ipsam & delicat, & ad expulsiōnē preparat, cum & compacta attenuet, & tenacia diuidat. Illis etiā qui sanguinē expuunt, ualde prodest, si quis solidaginem herbā elixet, & in eius decocto theriacā soluat & bibat. Malos ē ventriculi affectus plerunq; curare consueuit, quem & appetitus deiectionem patientē, nec quicq; assumere ualentem ad cibi solitam appetentiā reduxit. Crescit interdum cibi desideriu supra modum ex quodam acriori mordaciq; humore uentriculo insistenti, hoc quoq; ualenter dissipat: item eam famē quā in intestinis lumbrici morantes excitant. Eos. n. theriaca potenter strangulat, atq; ita uentriculum ab infatiabili comestione desiderio liberat. Mirabiliter ē ex intestinis ericit maximū & latum illum uermem, qui susceptum oē nutrimentum deuorat, atq; ideo reliquum corpus extenuat. Hepatis insuper & lienis morbos frequēter curat, illarum partiū obstruccionibus adapertis. Morbum quoq; regium ex aliquo iecinoris uitio collectum, facile sanat, bilē deponens ac ueluti manu detergens, cum efficiat ut hepar ipsam à sanguine prorsus distingat. Lienē induratū qñq; liquefacit, paulatim consumens sordes & superuacua materiam, quæ in eo continetur. Renū calculos frangit, & oē quod in renibus est terreum ac fordidū facile expurgat. Urinā ē uelica uix egredientem producit, atq; eius uicera saepe curauit. Tardam uentris concoctionem & imbecillitatem sanat, ipsum calefaciēdo & vim eius corroborando. Quin & intestinorum exulcerationes, difficultates & lubricitates iuuare consueuit: ac insuper his prodest qui uel in uolui dolores inciderint, uel diuturna coli uexatione laborarint, præcipue qñ inflammatione caruerint intestina: nam acres in eis humores theriaca absumit, & eorum status in uaporem resoluunt. Succurrit etiā plerunq; cholerae fluxu laborantibus, partim humores densando, partim sistendo. Illud uero quod in cardiacis sæpenumero cōspicitur, maximum est uisus theriacæ. Nā cum multis & cōtinuis sudoribus corpus distillat, atq; ita uires dilabuntur, ut nec exhibitum uinū sæpenumero succurrere morbo ualeat, Antidotus ebibita & sudorem cōprimit, & concidentē ægri uirtutē ueluti suscitatur, atq; ex infirma ualētem reddit. Educit eadē in mulieribus menstrū sanguinē, & suppressas uteri sedis uisus sanguinis excretiones frequenter aperit, ac quod admirabilis est, immoderatas eiusdem sanguinis eiectiones detinet. Recorde ris. n. dixisse nos in pcedentibus Antidoti huius uirtutem multiplicē ac uariam eē. Atq; ideo quædam egredi facit cum ea attenuet atq; diffundat, quædam ob imbecillitatem uirtutis imodice prudentia suppressit, corporum uires instaurās. Pedum insup & aliorum oium articularum doloribus ab influxione excitatis tunc p̄cipue confert, qñ tēpus incrementi discesserit, & status uigor aduenit. Oportet autē prius dolores mitigare, foris imponendo quippiā, quod ipsos lenire queat, inde theriacā bibere, quo fluxionem cohibeat. Nā & quæ iā illata fuerint absumit, & q̄ mox inferent auertit. Maxime uero prodest qñ quis ipsam sanus adhuc frequenter accipit, idcirco quia superfluitates humorum consumit, & totius corporis temperamentum immutat. Nā alia medicamenta quæcunq; podagrici bibunt in remedium dolorum, fluxionem quidē ad pedes ferri prohibent, sed cum superfluum humorē non consumunt, aliq; aliam maiore ægritudinem excitant. Vagatur enim toto corpe fluxio illa, & pulmo qui p̄p̄ respirationis officium cōtinue mouet, rarus cū sit, facit le huc & illuc uagum humorē ad se trahit, atq; sic hoīem suffocat, quæadmodum ego in multis uera experientia cognoui. Quo circa ne prorsus tales medicinas ebibant ægri dehortor, suadeoq; sumopere, ut theriaca uelint in talibus morbis uti, qm̄ & superfluum humorē exiccat, et alium colligi nō permittit, unde plurimi in principio ex hac bibētes, prorsus à podagra liberati sunt. Nec arbitror alia rōne hydropicis theriaca tantopere contulit, q̄ q̄ humorem in ipsis consumit, & refrigeratum in eis naturalem calorē accendit, maxime uero Anasarca, & leucophlegmantias quos appellat, potēter adiuuat. In uniuersum corpus. n. se inserit, & malā inde humiditatem exprimit, quā ob rem malū habitus bona est medicina, ut q̄ corporis habitū in melius cōmutet, & q̄ superuacua sunt in uapores eijciat, ac naturā p̄p̄te suas actiones exercere faciat, quo mō, saepe et laborantibus elephantia si, remedium præstitit. Nā cum multus humor corruptus toto corpore dispersus suis uiribus illius t̄paturam perdat, superueniens Antidotus morbum profligat, partim humoris fluxionē sistendo, partim ab eo sanguinē corruppi prohibendo. Neruorum autē uel cōtractiones, uel distensiones, non aliter multoties curauit, neruos calefaciens & eorum tensiones remittens, q̄ membrorum resolutiones sæpenumero sanauit: qm̄ naturali excitato calore, & spiritus in pristinum statum reduxit, & mēbris solitas motiones restituit. Verum ut libuerit hæc quisq; æstimet. Illud certe summa est admiratione prosequendum, q̄ theriacā non mō corporis affectus sanare uidemus, sed et animi passionibus ipsum qñq; grauiter infestantibus opitulari cōspicimus, ueluti cū excitatas melancholia graues curas multoties sumpta ex animo pellit, perinde ac si è splene ac reliquis membris atra bilem exurgeret. Id quod et in serpentum uenenis euenit, qua de causa quartanis et febris optime conuenit. Cū. n. ea febris ab atra bili consurgat, facile sumpra theriaca discedit, mō q̄ ipsa seruatis medicæ artis p̄ceptis utatur. Ego nanq; multos quartana laborantes, hac usus artis semita,

no cogitur gal: ex pro-
pna g. w.

ta, facile à morbo vindicauit. Primum. n. cum coenassent, vt euomerent effeci, deinde secuta die suc E cum absynthij bibendum tradidi, quo bilem contemperarem ac veluti edulcorare: postremo duabus horis ante inuasionem Antidotum exhibui, atq; ita cum omnium admiratione voti compos euali: cum celeriter is qui theriacam sumperat liber ab inuasionem maneret.

Methodicorum reprehensio, qui morborum causas noscere superuacuum arbitrantur, & inde reliqua theriacæ remedia.

C. A. P. 16.

A Quæ formidinet quoq; morborum oïum pessimū hæc Antidotus plerumq; tollere consueuit, strenueq; aduersus tot malorum cōcursum dimicare, quibus nō solum corpus exsiccat, & interdum contrahit, febreq; intus aspera comburit, sed et animus delirat, & difficillimo sympto mate molestat. Aquam. n. expauescunt, & quis ob nimiam siccitatē ipsam vehementer affectent, tñ eam bibere reformidant, quia corrupto mentis iudicio quid ipsis pdesse possit, nō intelligunt. Sicq; remedium vitado, & aquam metuendo miserabili morte pereunt. Quæ in re methodicos admiror magnopere, qui causarum notitiā curandis morbis inutilem arbitrant: nescio. n. quo pacto tales ægros sanare possint, cum vniformis & similis sit morsus à cane rabido & non rabido illatus. Quem. n. curationis modum ipsi ostendit cōmorsus locus, nullam ex vulneris distinctionem habens: Si internā mordentis causam scrutari nolūt, nemp̄i methodicorū oculis aspici non valet: ab rationali aut medico non nisi sola cogitatione diligētīq; discursu inueniri. Quo circa, si quis miser, in methodici tanq; in alterius beluæ manus incidat, proculdubio moriet, ex consecutione dogmatis ab eo interfectus, qm̄ vt e secta non recedant, inuestigare causas nolunt. At bene fortunatus ille, qui rationalem medicū accesserit, neq; tam malis symptomatis facile capiet, neq; ob artem rationalis medicī mortē incurret. Statim. n. rationalis medicus, susceptum egrum diligenter interrogabit, qualis nā foret is canis à quo cōmorsus est, ac si audiet q; macilētus & gracili corpore fuit, & oculos rubricos, caudā demissam, spumā ex ore fluētē habuit, discetq; vt linguam exertam gestaret, quæ tanq; bile infecta crocea videret, vt obuios quosq; incurreret, vt interdum sine causa procurreret, & deinceps subito consisteret, vtq; furiosa quadā indignatione improuisos aggredere. Si inq; talia comperiet, statim intelliget canem illum rabidum fuisse. Curabitq; vulnus illud non simpliciter, sicut methodici solent, sed ipsum maius illico faciet, carnem circūquaq; auferens, & ad rotunditatem redigens, ne facile cicatricem obducat, sed apertū longo tpe perseueret, saltem quadraginta diebus, quo rabidi canis venenum egredi queat. Ferramentis itaq; valde ignitis soliti fumus locū inurere, & inde alia medicamenta adiuuere, quæ attrahentem vim habeant, nec intra carnem venenū manere sinant. Equidem olim mecū ipse aliquod remedium excogitans, hanc ipsam theriacā oleo rosaceo mollitam, linamentis imposui, ac veluti medicamen aliquod vulnerarium foret vlceri super imposui, vt tanq; cucurbitula venenum è profundo traheret & exurgeret. Deniq; theriaca perinde atq; peonia aliqua medicina & foris imposita, & intus assumpta præsentaneum auxiliū cōmorsis à cane rabido præstat. Deprehensaq; est mihi vel sola in pestilentia constitutione languentibus posse succurrere, cū nullum aliud prælidium tā magno malo tunc ita resistere valeat: nec immerito, cū pestis ipsa, ceu fera quadā venenata, nō paucos aliquot, misere perdat, verū totas ciuitates depascat. Immutat. n. aerē malo quodā modo, vt homines interficiat, qui cum non respirare nō possint, cōtagium miseri euadere nequeunt. Attrahūt. n. in seipos aerem illum infectū, tanq; presentaneum aliquod venenū. Quo circa summis laudibus prosequor admirandū Hippocratem, qui pestem illā ex Aethiopia ad Græcos venientem, non alio prælidio repulit quā aerem purum faciendo, ne ab hominibus (qualis tunc erat) infectus hauriret. Precepit itaq; vt per totā ciuitatem ignis accenderet, qui non solum è simplici materia constaret, sed bene olentes coronas & flores haberet: talia siquidem ignibus alimenta subministrari consuluir: & vt vnguenta q; pinguisima infunderet, & id genus alia bonum odorem fundentia, vt hoc pacto ciues aerem purum inspirantes, ab imminenti lue tuti forent. Ad istū modū arbitror, & theriacā, tanq; ignis quidam purificans & ipsa esset, illos quidem, qui sani adhuc ipsam biberint, non permittere, vt pestilentia prorsus capiant: illos aut qui iam ægrotent, sanare posse, cū aeris inspirati malignitatem cōmutando, tum corporis temperaturā corrumpi non sinendo. Quæ ob rem consulo tibi Piso vt partim ob has tā repentinas aeris cōmutationes, partim ob alias nocentium rerum causas, frequenter etiā sanus, theriacam sumas, vt exterius occurrentibus noxis corpus tuum resistat, & si qñ passum aliquid fuerit, ad sanitatē facile reducat. Nā theriaca, optimam quandā temperaturam corporibus procurat, & in eis bonā valetudinem conseruat. Absumit. n. humores superfluos, calefacit membra refrigerata, corroborat naturālē virtutem, vt debitas actiones exercere queat. Nam qñ fortis natura fuerit, tunc & venter expedite cibos cōcoquit, & venæ sanguinem facile produciunt, & iecur prompte bilem secernit, atq; ita defecatum sanguinem cor suscipiens, ipsum deinceps vniuerso corpori iam nutriēdo idoneum submittit. Excrementa quoq; moderate foras eadē expellit, & q; corpori superflua sunt, membrorum oïum respiratione salubriter excernit. Maxime vero consulerē, vt antidotū assumeres, cū frigente p hyemē aere, iter aliquod suscipis. Erit. n. tanq; optimū visceribus indumentum, multū eis calorē pbere cū possit. Cōpertū adhuc nobis est, theriacā & ad animi prudentiā, & ad ingenij acumen haud parū cōducere, qñ quidē & sensus actiones suas fortiter obire

*ista curat ea
- morbus in se*

*ibo auxi. si sup
- om. boni conseru*

A obire faciat, & mentem à vaporibus corporis liberādo solertem magis reddat. Verum vt summam laudes huius antidoti complectar, totum corpus ita disponit, vt ab vlla re noxia non corruptatur. Hanc autem resistētiam procreat tam varia & efficax tot medicinarum compositio, & præsertim quæ in ipsam ingrediuntur viperæ. Nam & Mithridatem illum bellatorem magnum ferūt non assumpta theriaca, quæ nondum erat, sed alia quapiam multiformi antidoto mithridatica de illius nomine dicta, non potuisse sumpto veneno mori, quoniam sic illius membra temperauerat, vt ab re noxia pati non posset. Hoc autem contigit quo tempore bellum cum Romanis gerens à Pompeio profugatus, atq; in extrema fortuna cōstitutus, illæsus è vita decedere festinaret. Hausit itaq; venenum & plus etiā q; satis esse ebibit, nec tñ ipse mori potuit: filias vero ipsius quæ cum patre vitam finire prorsus decreuerant, atq; ideo ex eodem quoq; veneno hauserant, celeriter occubuisse tradunt. Mithridates igitur cum mori tardaret, eo q; Antidotus quam præsumperat, venenum redderet irritum, vnum ex amicis suis nomine Bistocum vocauit, cui mandauit, vt se iugularet. Is autem opus veneni ferro absoluens, Mithridatem violenta morte confecit.

Quantum, & quando, & à quibus Theriaca sit accipienda.

C. A. P. 17.

Vides igitur quo pacto e pluribus composita medicamēta magnam vim habeant ad efficiendum corpora nullis obnoxia læsionibus, præsertim theriaca propter eximiam, sicut dixi, viperarum potestatem, quam tamen assumas velim, postq; cibos probe concoxeris, nec amplius repletum te senseris. Recte autē faciēs si varia ipsam mensura sumas, interdum ad ægyptiæ fabæ magnitudinem ex duobus aquæ cyathis, qñ modicum interuallum tibi supererit ad antidoti concoctionem: interdum ad nucis auellanae quantitatem ex tribus aquæ cyathis, qñ plus temporis habiturus es, quo possit in corpus theriaca digerī: considerabis præterea & anni tempus, & loci conditionem, quoties ipsam accipere volueris. Aestate enim, vt theriacam sumas, nullo pacto consulo: nam temporis constitutio calida tunc cum sit, calefactum adhuc magis ab ea corpus læditur. Id quod videns admirabilis Hippocrates asserit, medicinas, & antequam canicula oriatur, & postq; orta fuerit, molestas esse: vt plurimum enim ea pars anni febrem hominibus affert. Quam obrem & eos qui media sunt ætate, & eos qui naturalem temperaturam calidam admodum habent moneo, vt neque multoties neq; multum theriacæ suscipiant. Ex aduerso quibus ætas iam in senium vergit, & plurimum, & plerumq; & non ex aqua, sed ex vino theriacam bibere suadeo, vt ab ipsa & corpus iam flaccescere incipiens, reparetur, et natiuus calor iam languescens excitetur. At pueris maxime omnium theriacam interdico, quoniam ipsius magnitudinē illorum vires plurimum excedit: nam & puerile corpus facile dissoluit, & complantatum spiritum celeriter extinguit, non aliter atq; lucernæ flammam plusquam conueniat, infusum oleum. Vidi ego alias puerum, ab in tempestiuo theriacæ vsu solutum, febrierat enim longo tempore, fueratq; corpore valde macilentum, & viribus adeo debilis vt viuere magna cura vix posset: quæ conspicatus medica prudentia, vtabam antidotum puero dari. Cū autem quidam ipsius curam haberet, qui patrem se pueri esse dicebat, & potius imperiosa quadam iubendi licentia vteretur, quam profectum à ratione consilium audiret, temerario quodam impetu & violento coegit me theriacam puero exhibere, quam ille acceptam concoquere non valuit, eo quod potentior esset viribus ipsius. Soluit itaq; vniuersum pueri habitum, aluumq; fluere cum fecisset, ob datam præter rationem Antidotum subsecuta nocte periit. Quod si quando & tu Piso in æstuosa regione fueris, noli theriaca vt, satis cum esse possit eius loci caliditas. Quo circa gentibus quoq; primū orientem habitantibus, calidissimi cum sint, atq; ideo multum sicci, non conuenire theriacam existimo.

De Salis theriaci virtutibus.

C. A. P. 18.

Reperatur vero & Sal quidam hūce serpentibus, de quo mentionē facere necessarium duxi, vt absolutissimus hūce de rebus penes te sermo foret. Facit autem & hic Sal ad omnia quæ ante diximus, sed modice facit, nec nisi longo post tempore remedium apparet. Si quis tñ frequenter eo vtatur, sensum auxiliū affert. Vnde pleriq; hoc sale medicati cum inter initia celerem remediij sensum non habuissent, ne prorsus quidem ipsum conferre arbitrabatur, præsertim cum reductum in cinerem, vim medicam incendio amississe censeant. Equidem, vt Antidoto parem facultatem non habere sale affirmo, sic omnem ipsius vim aboleri penitus nego. Nam ignis multa efficit meliora, & interdum latentem rerum naturam detegit, quædam etiam quos volumus in vsus apta reddit. Aurum quippe à nobis igne exploratur, impurumq; à puro hoc pacto secernitur. Nam aurum quod igne repurgatum exacte fuerit, obrizum esse ceterur. Ferrum quoq; flammis emollitum, quouis modo producitur, & flexum sicuti volumus, varijs hominum vsibus inseruit. Sed quid remota confector: non ne multa quæ nutrimenti causa sumimus, igne nobis idonea redduntur: Panis & pecudum pisciumq; carnes quandiu crudæ sunt, ne appetuntur quidem: at vbi cocta fuerint, etiam in nutrimentum cedunt. Ipsum insuper vinum si quis statim, vt natū est, & racemis premat, crudum & immaturum est, at Solis igne maturatum, & suauissimum, & potui conuenientissimum euadit. Amplius, multa reperiuntur ad structuram medicamentorum attinentia, quæ donec priicam naturæ suæ rigiditatem seruauerint, et acerrima, & nostris corporibus inimica esse docet experientia. Hęc ignium virtute temperata, curandis morbis idonea, redduntur

Quinta Classis.

NNNNN

tur

*atende si
riam galei
ebantam*

tur, vtpote chalcitis, quæ si cruda fuerit, corpus vrit, & in eo crustam celeriter excitat, sin tosta ad-
moueat vlcera cicatricem inducit. Item lapis qui è phrygia aduehitur, is crudus acerrimus est, as-
fatus & alijs quibusdam commistus prestans oculis remedium euadit. Cinis etiam quem ex incen-
sis spongijs conficiunt, sanguinis fluxum valenter astringit. Idem mihi & de theriaco sale iudican-
dum videtur. Nam omnia simul accensa, hoc est, integri cum sale serpentes exusti sicut ignis ope-
ra, noxiam excedentemq; corporis nostri virtutem deponunt, ita convenientem medicaminibus
opem assumunt. Præcipuum vero sal iste habet, q; morbos cutim infestantes curat, albam dico vil-
luginem, lepram, impetiginem, quam feram vocant, & demum omnia sub cute posita excremen-
ta resoluit. Quamobrem magna pars eorū, qui salem hunc comedunt plusq; consueuerant, sudan-
tes putridam materiam eijciunt, & cum ea pediculos etiam appellatos quosdā emittunt, qui è pur-
ri materia ortum ducentes nomen sibi *phages* apud græcos acquisuere. Dentes præterea sal hic
optime purgat & ipsos à putredine seruat, nec eos erodi permittit: membra laxa densat, illucq; de-
scendentem fluorem supprimit.

De Salis theriaci compositione.

CAP. 19.

Conficitur autem hoc modo: enitar enim rursus tibi hunc quoq; Salē nudis describere.
re. Oportet vperas quatuor antedictis similes & eodem tempore captas, nec plus duobus
diebus asseruatas accipere, immo si fieri potest eodem quo captæ sunt die, postea salis ammoniaci
quem vocant, sin minus communis albi & parumper aeri expositi modium vnum italicum: deinde
de salī adiunge cretensis gentianæ in partes aliquot concisæ libram vnam & dimidiā, Aristolo-
chiæ rotundæ itidem libram vnam & mediā, summitatum centaury minoris libras duas, carda-
momi armeniaci, marrubij libram mediā, scordij montani, Chamædryos creticæ libram vnam,
seminum rutæ domesticæ tantundem: hæc omnia melle attico cōmiscabis. Harum rerum mediā
portionem in ollam nouam ex argilla confectam conijce, postea vperas quatuor vias superim-
mitte, & cum eis scillas quinque recentes, & nuper euulsas, atq; in frustra cōcisas: inde reliquum alia-
rum rerum dimidiū, postremo lutum olię diligenter inducito vbi prius operculum imposeris,
quod foraminibus quatuor aperies, vt per eam vapor egrediens aflationis mensuram significet.
Nam fumus qui primum exibat obscurus admodum & valde turbidus denotabit ignem ad vperas
iam peruenisse: quo tempore diligenter aduertas moneo, vt respirando, nō aerem attrahas in-
fectum hoc fumo, qui à vperis exhalat. His peractis cum fumus desisset, & tenuem quandā flammam
in foraminibus ascendere videris, tunc optime tosta cuncta iudicato, itaq; transfer ollam ab
igne in locum vbi per integrum diem & noctem frigescat: inde vase adaperto combustas res exi-
me, quibus contulis atq; cribratis hæc alia adiunge. Seminum rutæ syluestris vncias nouem, hyso-
pi creticæ tantundem, seminum fœniculi syluestris vncias sex, nardi gallicæ, stachyos scythicæ, sin-
gulorum tantundem, petroselinī macedonici vncias quatuor, racemorum amoni vncias tres, ori-
gani heracleotici capitulorum vncias nouem, seminum hormini torrefacti vncias tres, summitatū
thymi artici vncias nouem, foliorum malabathri indicī vncias quatuor, carnium baccarū iuniperi
laconici libras duas, seminum coriandri domesticī selibrā, piperis albi libras duas, piperis nigri
tantundem, radicū silphij vncias decem, zingiberis non perforati libras duas, radicū fatyrī se-
libram, pulegij montani tantundem, seminis secleos mastiliensis fului vncias sex, seminum tordi-
li montani tantundem, mentæ tantundem, casia optima vncias duas, cinnamomi vnciam vnam.
Hæc vbi semel contudi & excusi, denuo & contundere & excutere molior, quo sepe numero cri-
brata in tenuissimum puluerem redigantur, quem in vitreis vasibus positū, non statim, sed à qua-
dragesimo die vtendum trado. Cæterum ipse hunc salem etiam non inustis vperis conficio, ve-
rum pastillos ex eis quorum compositionem in theriaca docui, reliquis quæ cum vperis vruntur,
admisceo, ipsosq; comburo, vt quam in se habent amaritudinem incendio deponant. Tantam ve-
ro pastillorum mensuram impono, quātam habere quatuor vperas conijcio, ac reuera sal quam
optimus euadit, vt qui propter vsionem, neq; cinerulentum quippiam gustatus præ se ferat, neq;
conspicuis nigredinem, verum & iucundissimum accipientibus euadat, & virtutem ad quæ dixi
ipsum proprie valere, præstantiorem ostendat. Hæc sunt quæ de theriaca, & theriaco sale dicenda
habui, diligenter sicut arbitror à nobis elaborata, præsertim cum & tu Piso, in omni sermone valde
sis accuratus. Memini enim te cum eloquentiæ magna cum gloria operam nauares, siue concio-
nem in senatu vel ad populum haberes, siue causam aliquam in foro ageres, obijcerentq; qui te
cum contendebant ea de re multas dicendi occasiones abs te inueniri, respondisse, dicentes aliqñ
cessare. Nam & Deos affirmabas quoties non respondent, tacere, & illos qui respondent, inter-
dum silere. Mare præterea hyberno tempore nauigationem non concedere, & fluminum aquas
desinere fluere, rursusq; interposito spatio cursum repetere. Terram demum non semper fruges
producere. Quamobrem te Piso imitatus nihil omisi quod de theriaca quæri possit, & simul hor-
tatus sum, vt ea libenter vtaris, quoniam compertum est theriaca vsū, tempus vitæ prorogare,
quam tibi à Dijs longissimam exoptare merito debeo.

F I N I S



GALENI DE VSV THERIACAE AD PAMPHILIANVM,

Iul. Martiano Rota interprete.



Vasisti sapenunero Pamphiliæ artem componendæ theriacæ &
vsū ex me cognoscere, sed quæ olim à nobis præfens ipse audiisti,
cum neq; te amplius meminisse existimem, neq; tum satis à me dictum
fuisse, nunc ocium nactus omnia quæ dum essem Romæ mihi narra-
bantur ab hac antidoto effecta, quæq; nos experiendo cognouimus,
in memoriam reuocauī, redactaq; in exiguum hunc libellum ad te mi-
si, & vnā docui, quo modo, quo tempore, quibus in morbis, theriaca
vti conueniat: quæ si quis ad vnguem seruauerit, nunquam à concepta
spe deciderit. Nam rem occultare quæ ad salutem hominum conducit, &
qua se merito iactant qui in vrbe omnium principe degunt, vt & pri-
uate beneficio, & publice ornamento, affecti ab ea antidoto quæ cōmunis salutis gratia pro-
tius ciuitatis conseruatione parata seruatur, rustici admodum mihi esse videtur, præsertim tibi,
quem nouimus, cum alias vrbes, tum præcipue Creticas animi tui moderationem & omnibus in
rebus mansuetudinem, non solum commendare, sed etiam amore summo prosequi. Nam in
Ægypto, Ægyptiq; regia vrbe Alexandria, plures vni tibi Cretensium amici sunt quā cæteris
omnibus. Quam ob rem iure quispiam fortunam quoq; miraretur, quæ tuis moribus tam con-
ueniens nomen imposuit, perinde atq; præfagiret te cunctis amabilem fore. Sed ad theriacam re-
deo, quam tu tibi liberaliter & à multis facile comparabis. Vfus vero peritia nostri in te studij pi-
gnus & benevolentia monumētum erit. Vt enim si lyram aut tibiam aliquis possideat, nec vsū
noscat, tantundem est ac si eam non haberet: sic qui antidotum aliam ue medicinam domi conti-
net, nec vti sciat, nullam ex eo vtilitatem capiet. Quod si theriaca, sicut apud omnes iam inualuit,
ad morbus serpētium & ad venena tantummodo faceret, oportebat eam domi repositam tanquā
picturam aliquam aspernari nullo vsu, sed sola vetustate consumendam. Cum vero præter supra-
dicta, bonum corporis habitum, vitam longam, sensus vegetes, sanitatem stabilem promittat: nec
solum ab instantibus morbis liberet, sed etiam ab imminentibus præseruet: non ab re facturum
existimo quisquis theriaca sanus etiam vti velit, malitq; potius impendentem morbum præueni-
re q̄ iam vexantem arceret. Hac de causa Romæ principes viri complures, alij primo die lunæ the-
riacam accipiunt, alij quartum eligunt, & tribus interiectis diebus concoctioni dant operam, cu-
ratoq; leniter ventre circiter horam tertiam, ex vno cyatho mellis duobus aquæ calidæ admisto
tantum theriacæ sumunt, quantum est græcæ fabæ magnitudo, non vt aliquo morbo liberentur,
sed ne prorsus in aliquem incidāt, nec sua eos fallit opinio. Nam sanguinem theriaca bonum red-
dit, non quia malam sanguinis qualitatem excernat, sed quia eius contumaciam vincat, & ex ini-
mica amicam efficiat, foris quoq; si quam urbem aut regionem morbosam esse conijciat, vel
aquas malignas esse intellexerint, eodem pacto theriacam assumunt, & ea tanquam lorica qua-
piam corporis sui statum tuentur. Referam quæ vetustissimum omnium eorum qui me docue-
runt dicere audiui, virum & medicæ facultatis experientia præstantissimum & singulari qua-
dam humanitate insignem Aelianum Meccium. Italiam olim pestem inualisse, qua celeriter &
multi intercipientur. Timentibus igitur omnibus, vt fit, & medicis & principibus, auctore se
fuisse, vt sola theriaca vterentur, nam cætera nihil contulerant. Tunc itaq; ex ijs qui ægrotabant
quamplures assumpta theriaca conualuisse, paucos in quibus vis morbi nimium inualuerat, occi-
disse, reliquos omnes, quos nondum pestis occupauerat, non modo periculum euasisse, sed ne
in morbum quidem incidisse. Atque mirum hoc alicui videri non debet, quando, si haustu venum-
num superat, pestilentiam quoque vincere possit. Aer enim est, qui corruptus cum sit, homines
Quinta Classis. NNNNN ij perimit,

perimit, quod & complures medicos & imperitos omnes nescire ne mireris, cum illud etiam eos **E** lateat inutilem aetate theriacam reddi. Radices enim, succi, cortices, lachrymae, semina, flores, & carnes sunt ea ex quibus componitur, atque ut haec singula tempus exinanire potest, ita & quod ex eis confectum est medicamentum antiquare valet. Hinc fit ut qui medicinas venales habent hoc sensu praediti, inueteratam nimium theriacam alijs vendant, aut etiam amicis donent, ipsi vero cum res postulat, viribus & aetate praestantem promunt, fierique non potest quin ipsis opem offerentibus res ex voto succedat. Subiungam deinceps alias temporis praescriptiones, alia morborum genera in quibus si quis uti theriaca voluerit, nunquam frustrabitur. Nam percussis a vipera, vulneratis a serpente, ictis ab aspide, commortis a rabido cane, demum laesis ab aliquo animali quod dentibus aculeo vel contactu venenum relinquit, recens theriaca satis superque efficax remedium est. Recens autem est quae sextum & trigessimum annum nondum attigerit, quo tempore venenis etiam alijs confert: nam ab eo tempore morbis solum auxiliatur, de quibus mox referam: modo ad trigessimum sextum annum multorum adhuc annorum accessio facta non sit. Inefficax enim tum denique theriaca redditur & inutilis penitus, quod hoc pacto dependes. Medicinam quae vel alium subducatur, vel vomere faciat, scammonium aut elleborum vel quiduis aliud hisce etiam valentius exhibe, perinde atque si aliquem purgare velles: huic postea bibendum tradendum theriaca, quantum gracam fabam aequet. Si bona erit, non solum non purgabitur qui assumpsit, sed ne commotionem quidem ullam sentiet. Sin contrarium eueniet, vetustate dependes antidoto vires concidisse. Sed tempus est theriaca usum doceamus. Datur ex tribus cyathis vini, nucis auellanae magnitudine tam post venenum venenosorumque animalium ictus, quam ante, si quis veneni suspicionem habeat. Eodem modo illis etiam subuenit, qui ex interna causa & incerta consumuntur, tanquam si veneno aliquo petiti forent. Tussi tam nouae quam antiquae, & quibus costas aut pectus dolor infestat, auxiliatur ex mulso, si non febrant: si febrant, ex aqua dulci, noctu data fabae Aegyptiae magnitudine, quae quantitas inflationes etiam ventriculi, tormina ventris, dolores intestinorum & coli sedat: ex aqua tamen & primo mane sumenda est. Magnum insuper comedendi desiderium remittere, prostratumque eundem excitare potest, singulis quibusque naturae functionibus intra consuetum operandi modum reuocatis. Bibere vero oportet horum gratia supradictam antidoti quantitatem ex aqua vel diluti vini cyathis neque pluribus tribus, neque paucioribus duobus. Bona est etiam hoc modo ad tollendum tremores, & frigora febrium quavis interualli ratione seruata inuadentium: item ad bilis vomitum qui febris accessionem praenire solet, quanquam exacerbationem etiam interdum comitetur. Si quis vero ter vel quater ad summum ante febris annotationem aduentumque theriaca vtatur, febrem omnino tollet, modo victus ratio non repugnet. Nullum enim tam efficax remedium medicina habet, quod solitum auxilium afferre queat, si ei victus vel resistat, vel non adiuuet. Creditur etiam retentos mulierum menses ducere, mortuos foetus eijcere, quos natura etiam si multoties tentet, expellere tamen non potest: his datur ad fabae Aegyptiae magnitudinem. (Incola cithae ciboriumque nominant,) ex passo vel aqua mulsa in qua dictamnum vel ruta prius ferbuerit. Vtilis insuper est aquam inter cutem habentibus, & regio morbo laborantibus, ex asari decocto. Quidam tamen aqua intercutem habentibus ante cibum solam theriacam deglutire praecipunt: alij eam vini cyatho postea commiscunt: ita namque magnopere illorum sitim leuat, vniuersum corporis habitum firmiorem facit, & cum hoc, quod aquam inter cutem minuit, ipsam etiam exiccationi paratiorem reddit. Facit praeterea ad vocem retusam sola & hausta, & ore detenta. Qui tamen eam bibere volet, tragacanthi duplum admisceat, & ex mulso vel passo hauriat. Qui vero sub lingua continere, colliquefaciat medicamentum paulatim oportet, quomodo in alijs quoque praecipere solemus, quae arteriaca a meatu in pectus descendente nominantur. His etiam qui sanguinem e pectore vel pulmone reijciunt, theriaca conueniat: quae si recens hoc malum sit, est postea bibenda est: sin antiquum, ex aquae tribus cyathis: longe tamen praestantius remedium fiet si herbae symphiti modicum, aquae incoxeris. Sumi vero debet ad fabae Aegyptiae magnitudinem incipiente nocte & illucescente die. Romae quosdam e praceptoribus meis obseruauimus in ita affectis hominibus eo etiam remedio consueuisse uti, quod e subere constat, cuius compositionem opportuno magis loco, cum opus fuerit, describam. Abunde ergo pectus circumquaque ante & retro, hac medicina fouebat, atque ita ferè semper morbum hac arte superabant. Prodest insuper renum vitijs, vesicae calculis, intestinorum excoiationibus, aegre spirantibus, demum in iccinore aut liene duriciem habentibus, aliud ue aliquod inueteratum malum, his ex aceto mulso dandum est. Acetum mulsum sumemus quod e fauis confectum sit: id enim Hipp. recte compositum arbitratur in eo libro quem de acutis morbis adidit. Dificulter autem spirantibus ex aceti scyllitici cyatho vno & dimidio. Lapidem in vesica habentibus ex apij petroselinij ue decocto. Renum vitio laborantibus ex mulso, excoiationem intestinorum patientibus ex decocto arbusculae syriacae quam rhum Graeci appellant. Comitialibus quoque si macilentij fuerint, & parum sanguinis habeant, ex aqua mulsa: sin corpulenti & multi sanguinis, ex aceto mulso dari solet. Quidam vero approbati medici comitiales iubent prius sinapin commanducare & expuere, tum nocte superueniente theriacam quae fabam Graecam aequet ex aqua fumere, demum,

Ademum, ut paucis multa colligam, in quibus alia remedia vi morbi superata nihil contulerint, in his theriaca exhibitae praeter omnem expectationem egregie operatur: quamobrem & cholericis quibus iam vox intercepta erat, & cardiacis praedolore ventriculi deficientibus exhibitae tanquam ad vitam eos reuocauit. Caeterum omnia verbis consequi non possum, nec si possem, deceret, cum ex hisce quae haecenus recensurimus deducta vsus ratione, feliciter uti theriaca possit in alijs etiam morbis qui supersunt. Nam qui ipsam adhuc magis extollere voluerunt reprehendendi sunt, quae ei non medicas sed circularias promissiones attribuere, dum aurium theriacam dolores tollere, grauem auditum meliorem facere, hebetes oculos acueri, demissam vnam suspendere, & oris vlcera obducere, narrant. Calumnias siquidem ista laus antidoto potius quam comestationem affert. Nam si minus hoc morbos vili remedio sanare melius possumus, ignaui est id ipsum pretiosa antidoto minus consequi velle. Sed missa haec faciamus, cum adhuc de compositione theriaca dicendum supersit. Indiget enim & haec breui quadam enarratione, siquidem Menecrates confusus ipsam protulit, quam nos in praesentia distinguemus. Ac cum hedychrom medicamentum, pastillos ex scilla, itemque alios ex vipera capiat, nos prius haec explicabimus quae composita sunt & ipsa, tum alias simplices medicinas ex quibus theriaca miscetur, subiungemus. Hedychrom **B** medicamentum ita conficitur. Corticis radicem aspalathi, calami aromatici, costi, assari, ligni balsami, phu herbae, amaraci, mastiches, singulorum pondus. vi. florum iunci rotundi odorati, pondus. xij. cinnamomi, pondus. xij. amomi, casiae, rha pontici, singulorum pondus. xv. nardi indicae, folij singulorum pondus. xvi. myrrhae, croci, singulorum pondus. xij. vino salerno excipe, & dum concorporas opoballamo iunge, tum ut in umbra siccescant finito. Pastillos scilliticos ita conficiemus. Scillam luto circumquaque tege, tectam in ignem quo thermas calefiunt iniice, sequenti die eius quod intus est drach. cxx. cape & farine erui drach. lxxx. ubi commiscueris in pastillos redige. Pastillos autem theriacales ita compones. Viperas quatuor vel quinque flauas accipe, melius est autem paulo ante captas sumere quam diu retentas. Nam quae multo tempore detenta fuerint, magis venenosae sunt: conijcere hoc ex ieiunis hominibus licet. Deinde ad quatuor digitorum mensuram vtinque. i. caput & caudam amputa, corium detrahe, viscera & intestina abijce, quod superest in ollam nouam conijcito, anethum adde. Ferueat, cum cocta fuerit, spinas diligenter exime, latent enim plerumque. Carnes ubi exquisite collegeris, panis sicci quidem sed puri dimidium adijcies, commiscebis, opoballamoque assumpto massam totam in pastillos diuides, quos in umbra siccabis. Ipsa vero antidotus cui ab Andromacho qui primus ipsam composuit, nomen Galene, hoc est tranquilla, inditum est, quamuis alij qui ipsam ab eo susceperunt, ut Crito & Critonem secuti, quae viperae carnes acciperet, theriacam appellarint, hoc modo conficitur. Pastillorum scillinorum, pondus. xlvij. pastillorum theriacalium, pondus. xxiiij. pastillorum hedychromi, pondus. xxiiij. piperis nigri, pondus. xxiiij. lachrymarum papaueris, pondus. xxiiij. cinnamomi, iridis illyricae, radicis dulcis, opobalsami, rosarum rubearum, scordij cretici, seminis napi. i. rapi agrestis, agarici, singulorum pondus. xij. croci, myrrhae, zingiberis, rha pontici, radicem quinquefolij, calamenthi, marrubij, petroselinij, stoechadis, costi, piperis longi, dictamni cretici, florum iunci rotundi odorati, thuris maseculi, terebinthiniae chiae, casiae fistulae nigrae, nardi indicae, singulorum pondus. vi. summitatum polij cretici, styracis, seminum feleleos, thlaspeos, ammeos, trixaginis, chamapityos, succi hypocythidis, malabathri, nardi gallicae, radicem gentianae, anisi, mei, seminum foeniculi, sigilli lemnij, chalcitidis vltiae, amomi, carpobalsami, phu pontici, hyperici, acaciae, cardamomi, gummi, singulorum pondus. iij. seminis dauci, chalbanij, sagapeni, bituminis, succi panacis, castorij, centaureae tenuis, aristolochiae, singulorum pondus. ij. mellis attici libras. x. vini falerni sextaria duo. His ita paratis in mortarium conijce succum hypocythidis & glycyrrhizae, myrrham, opium, sagapenum, styracem, acaciam, opopanacem melque paulatim instillando simul omnia contunde & dissolue, tantumque vini demum infunde ut superferatur. Haec tribus diebus ita macerato, postea cinnamomum, crocum, casiam, nardum, thlaspin, malabathrum, sigillum Lemnium, chalcitim vltiam, (haec enim nigro colore theriacam commendat si scite combusta fuerit,) amomum, bitumen, castorium, sigillatim quodque contusum & cribratum in pilam mitte & affundens vinum, ac si collyrium faceres, diligenter commisce. Postea quae in mortario sunt in pilam transfunde, diligenterque comiscendo vinumque infundendo sicca omnia superadde, atque in vnum corpus redige: deinde mel, terebinthinam, chalbanum, opobalsamum, in cacabo tepefacta superinfunde ijs quae in pila sunt, omniaque in vnum corpus redige, & in vase stanneo argenteo ue reponere & vttere. Crito hoc plus de theriaca scriptum reliquit. Viperas vere finientes vel autumno comprehendendas esse, eligendasque illas quae magna & corpulenta sint, anethoque imposito elixandas. Carnibus autem e decem viperis collectis vnam panis filigineam vnciam admiscendam censet, atque ita pastillos theriacales appellatos conficere. Rursus scillas mensis tempore colligendas iubet, quod eo tempore praecipue vigeant.



GALENI DE ANTIDOTIS LIBER PRIMVS,

Iul. Martiano Rota interprete.

Quid Antidotus sit, & unde theriaca originem habuerit.

CAP. I.



Medicamenta quæ non extrinsecus imposita, sed intus assumpta malas corporis affectiones sanant, Antidotos medici vocant, quarum tres sunt omnes differentia. Nam aduersus exitiales potiones quædam faciunt, quædam ad feras valent, quæ venenum icu morfu ue relinquunt: quædam excitis mala victus ratione morbis auxiliantur, nonnullæ verò tria hæc simul pollicentur. Cuiusmodi est quam theriacam vocant, quæ ab Andromacho medico reperta Mithridaticam penè antiquauit, ita & ipsam ab auctore suo dictam. Mithridates enim iste, quemadmodum & apud nos Attalus, omnium fermè simplicium medicamentorum quæ venenis aduersantur, sedulo vim expertus est in hisce hominibus, qui mortii condemnati fuerant. Reperit itaque priuatim quædam phalangijs, quædam scorpionibus, quædam viperis aduersari. Item eorum quæ ad exitiales potiones faciunt, illa aconito, hæc lepori marino, alia alij atq; alij veneno remedium esse. Quæ omnia comiscens Mithridates, medicamentum vnum effecit, ex eo se sperans auxilium venenis omnibus præsens habiturum. Subsecutus autem multis post annis Andromachus inter Neronis medicos primus, nonnullis additis, quibusdam adeptis, theriacem quam appellant, composuit, haud exiguam partem carniū viperæ quibus Mithridatica antidotus carebat, cæteris admiscens. Saneq; idcirco theriaca ad morsus viperæ plus Mithridatica valet: ad reliqua verò omnia non modo quicquid illa plus non potest, sed est in quibusdam inferior etiam. Neutra tñ eam vim habet post venenum accepta, quam ante sumpta habuisset. Nam portio antidoti quæ prius, & semel hausta, tutum à morte quempiam præstitisset, ea venenum subsecuta, nisi ad quadruplum quincuplum ue aucta, non iuuabit: neq; id, semel tantum, sed bis singulis quibusq; diebus hausta, faciet. Quod si quis singulis diebus quemadmodum tempestate nostra Aurelius Antoninus imperator, vel sicuti olim Mithridates solebat, antidotum capiat, nullis serpentum moribus, nullisq; noxijs potionibus lædatur: id quod ipsi Mithridati contigisse ferunt: qui cum potius veneno mori, q̄ in potestatem Romanorum venire decreuisset, nihil inuenit quod se necare posset. Atq; Mithridati hoc quidem euenisse accepimus. Nos autem Antoninum scimus, quo se imprimis tutum à veneno præstaret, singulis diebus tantum theriacæ quantum est Aegyptiæ fabæ magnitudo, sumpsisse, interdumq; sine aqua aut vi no eam deglutisse, interdum verò liquidum quippiam admiscendo ebibisse. Sed cum ipsum quotidie, inter vitæ functiones quoq; p̄fundo somno corripit accidisset, papaueris succum eximi iulsisse. Quare rursus euenit vt, quia mos eius ita antea fuerat, q̄ naturalem temperaturam corporis sicciorem haberet, & quia multis iam mensibus exiccantem antidotum accepisset, plurimam partem noctis infomnem duceret. Quamobrem coactus est denuo theriacam assumere quæ papaueris succum haberet, iam aliquo modo inueteratam. Dictum est autem à nobis aliàs sæpe huiusmodi medicamenta inueterata, mitiorem eum succum habere. Fuit autem hoc, quo tempore suscepto aduersum Germanos bello, & ille in prouincijs quæ secus Istrum sunt degeret, & ego me illum eò subsequi posse excusaueram. Verum quia imperator antidotum laudabat à Demetrio medicorum primario confectam, eo vita functo, Euphrati medicæ materiæ venditori, à quo simplices omnes medicinas ad theriacam conficiendam emebat, per literas significauit vt sibi renunciaret quifnam medicus imperatoriam antidotum conficienti Demetrio assuisset: ab eo itaq; cū intellexisset me semper Demetrio quoties theriacam componeret, astitisse, tum quid eam me p̄ literas componere Antoninus iulsit, Romamq; postmodum reuersus, q̄ ea p̄cipue delectatus fuisset, percontatus

Acontatus est, quam simplicium conuenientia ipsam miscuissim. Cui ego rem ita vt se habuerat, aperiens, retulit primum me quicquam eorum quæ ab antiquis imperatorum medicis imponi consuetum fuerat, neq; omisisse, neq; addidisse: deinde causam exposui, cur ipsi nostra compositio maxime placuisset: de qua nunc quoq; dicere cum nobis decretum sit, eorum quæ tunc facta fuerunt, mentionem feci. Nam Antoninus cum singulis quibusq; diebus magno cum studio theriacam fumeret, eius vitia virtutesq; exactissime dignoscebat.

Quomodo theriaca optima componatur.

CAP. 2.

Conficitur autem pulcherrime & hæc, & alia fermè quæcunq; medicamenta, si eorum quæ imponuntur virtus cognita, & virtutum inter se proportio seruata fuerit. Pleriq; vero, quod primum esse deberet, ne sigillatim quidem vnūquodq; eorum q̄ bonum malum ue sit dijudicare sciunt. Quare nec virium inter sese p̄portionem scire possunt, & idcirco vbi plurima vel tempore vel genere debilia interdum immiserint, validum ac potens aliquod postea commiscunt. Veluti olim quidam qui cum ab Aegyptijs petiit Thebis opium (id autem est potentissimum) imposuisset, & gustu & viribus similem Philonio theriacam fecit. Idem rursus, cum myrrham q̄ optimam pluribus inualidis admiscuisset, vt cæteris ipsa dominaretur effecit. Alius quoq; similiter in croco peccauit, & alius in sagapeno, vt & alius rursus in asphalto & galbano. Nō pauci vero & duo & tria sic, vt diximus, valida debilibus admiscentes, in causa sunt vt inualidis fortia præualeant. Atq; artem quidem antidotos conficiendi, si quis acuto vir ingenio vel semel tantum inspexerit, facile discet. Vt vero eorum quæ imponuntur notitiam conlequamur, non semel, bis ue, aut ter, sed sæpius admodum sigillatim quæq; obseruasse necessum est, etiam si quis attentius ab aliquo comostrante ac verbis docente cuiusmodi sint, quæ sunt optima, discat. Quod si nullo monstrante, ex libri alicuius lectione, quod genus est, opus Heraclidis Tarentini, item Crateuæ, Dioscoridis, Nigri, Iollæ, Rufi Epheli, aliorumq; quorundam, in eorum cognitionem peruenire aliquis velit, longè maiori ipsi opus est inspectione, prius q̄ exacte singularum medicinarum virtutes ac vitia dijudicare sciat. Nam qui simplices medicinas diuendunt vsq; adeo callide illarum quasdam concinnant, vt exercitissimos etiam quosq; ea in re viros decipiant. Quapropter optimum est multo ante eas sibi per amicum spectata fidei ibi cōparare, vbi electissimæ prouenire solent, vel illuc semel accedendo secum inde tantum earum asportare, quantum per totum vitæ spatium sufficere possit. Cuiusmodi sunt fermè omnia quæ metalla nuncupantur. Cyprum itaq; & nos hac de causa visere voluimus, vbi amicum magnæ auctoritatis hominem cum haberemus, sodalem procuratoris, qui Cæsaris nomine metallorum fodinis præerat, & cadmiam & diphrygem, & spodium, & pompholygem, & chalcitum, & misy, & fori, & æs vstum, inde multum asportauit. Quemadmodum rursus è Palestina Syriae balsami liquorem purissimum, nam bitumen iudaicum ne fraudes quidem vllas admittit, sicut neq; balsami fructus, neq; lignum. Nauigauit quoq; in Lemnum insulam, dii norunt, non alia de causa q̄ vt Lemniam, siue terram quis velit ipsam nominare, siue sigillum, agnoscerem. Dictum est autem à nobis satis superq; de hac in nono de simplicibus medicinis libro. Hanc inquam siue terram, siue sigillum quis appellet, adeo quidam interpollant, vt veram à ficta dignoscere queat nemo, velut & quod lycium indum appellatur, aliaq; complura quæ non nisi magna cum difficultate fecerni possunt ab adulterinis. Atque hæc per eos qui talibus in locis diuersantur conquirere opus est, vel per præfectos & senatores, qui illis regionibus præfunt, vel saltem per amicos ibi habitantes, quomodo me facere vidistis. Apportantur namq; mihi quædam ex magna Syria, quædam è Palestina, quædam ex Aegypto, nonnulla è Cappadocia, ex Ponto alia, pleraq; è Macedonia, & ex prouincijs ad occidentem positis quas Galli habitant & Hispani, & oppositas oras incolentes Mauri. Quanam igitur quocunq; in loco medicamenta optima proueniant, cum alijs, tum Dioscorides verissime scripsit. Nos vero, vt dicebam, ipsa comparare opus est, eo quo diximus modo, præsertim si Romæ habitemus, quo ex vniuersis gentibus quamplurima quotannis aduehuntur. Multa quoq; per ipsam Italiam partim sponte nascuntur, partim arte fiunt, veluti Dicearchiæ Puteoli nunc dictæ, ærugo, cerussa, æs, æris squamma, ac quædam alia: & Romæ, lithargyrium, hoc est argenti spuma. Non pauca verò penè singulis quibusq; diebus Romam importantur, quæ è Sicilia & magna Libya quotannis æstiuo tempore aduehuntur, præsertimq; è Creta. Multa namq; herbarij qui illic à Cæsare aluntur, non solum ipsi Cæsari, sed & toti Romanæ ciuitati vasa hisce rebus plena mittunt, quæ q̄ viminibus contexta sint, textilia vocant. Tam multa itaq; vasa Romam & in nationes alias è Creta afferuntur, vt nullius rei prorsus quæ ibi nascatur egeamus, non herbarum, non fructuum, non seminum, non radicum, non succorum. Ac reliqua licet omnia sincera quidem inde afferantur, succos tamen aliquot adulterari, quanquam raro, contingit. Nam cum herbarum copiam insula gignat, fraudulenter concinnare quicquam non admodum curant herbarij qui in ea degunt, nec si curarent, magni, quemadmodum in alijs ea fraus esset. Nam in succum absynthij quem solum conficere debuissent, marrubium quoq; exprimunt, aut exiguum quippiam hoc genus interpollant. Quamobrem Romæ si quis vnguentarios adeat, qui singulis quibusq; annis vasa illa textilia herbarum plena emunt, ab eis primo omnia hæc cognoscere poterit, etiam si nunquam

Quinta Classis.

NNNNN iij antea

antea ipsa vidisset, deinde ex frequenti inspectione quale sit optimum quodque per se ipsum intel-
liget. Qui n. memores sunt eius quod superiori anno emerunt, cum aliud melius illo vident, facile
hoc illi prestare iudicant. Ex herbis si quidem quaecumque vna cum semine summis ramusculis adhae-
rente apportant, pro cuiusque tamen conditione, plurimum feminis habentes, non habentibus: vegetas,
exilibus: ponderosas, debilibus: compactas, flacidis: tempore non consumptas, cito absumptis potiores
arbitrantur. Asinus plane is esset, qui ista cogitare nesciret. Atque ut haec percipere difficile non est, ita nec
gustum & olfactum quod optimum sit iudicare laboriosum erit, hisce tamen qui eadem sepe inspexerint. Nam
qua in re medicamentum gustu olfactuque tentatum excellit, id ea re validius sui generis alijs est.
Mel itaque quod optimum esse phibetur, dulcissimum est & acerrimum, eo quod mellis natura acrimo-
niam dulcedini iunctam habet. Quoties igitur mistum est dulcibus vis expressum ad dimidias ter-
tiasve coquendo deferbuerit, quantum dulcedine meli non cedat, ut aqua tamen obtusum est, nec sensum
vellit. Atqui mel eiusmodi non est, sed acrimonia ita dulcedini iuncta habet, ut plantissimum
id sit quod hisce duobus excellit. Ac primae quidem optimi mellis notae ex hisce sumuntur, secundae
vero ex accidentibus colliguntur naturam eius consequentibus, colore, odore & corpore. Colore namque
luteum mel sit oportet: corpore vero neque crassum, neque concretum, neque valde dilutum, sed vni-
forme totum, atque ita tenax, ut si digito particulam ex ipso sustuleris, defluereque permiseris, perinde atque
viscum descendat, non casum, non frustatum. Quantum ob ista mel optimum quidem non est, sed cum suapte
natura optimum est, tum haec se consequentia signa semper habet, ipsumque idcirco optimum esse ista
significant. Quamobrem simplex quodque medicamentum saepius quisque contempletur admonere, quod
memoria teneat quantum quodque dulcedinis, aut acrimoniae, aut alicuius sensilis qualitatis habere
possit. Neque n. qualitatum gradus verbis vllis explicari queunt. Accedit praeterea & aliud quoddam iudi-
cij genus, quo vis vniuscuiusque medicamenti pendit, longa experientia comparatum, quod oratione
declarari non potest. Mel quippe est Cnido aduectum, si quis signa quae modo retulimus attendat, opti-
mum adeo censebit, ut ipsum thasio & hymetio, proximum esse iudicet. Quod tamen ubi consenuit, vitium
haud paruum ostendit. Vini namque conditiones assumit. Idem quoque rhodio accidit. Vnde quidam
theriacam rhodio melle cum admiscuisset, deinde tertio post anno ipsam mihi non modo gustu, sed
et odore vinum redolere inuentam ostendisset, & ea ego conspexissem, id quod euenerat, ex melle quod
imposuerat accidisse dixi. Mirabatur autem ille. Tum ego rursus eum interrogavi, numquid & mel plurimum
coxisset, ipsumque diutius despumasset. Quae se fecisse cum fateretur, ob hoc et mirabatur, ac si reconditi
quippiam ex me audiuisset. Hic ego eius temeritate danare coepi, quod ex sola librorum lectione theria-
cam conficere ausus foret. Alius quoque theriacam mihi videndam obtulit quam composuerat, acidam
factam, causamque sciscitabatur. Cum ergo ex me cognouisset se plus vini quam par fuerat imposuisse,
nec defecati, nec antiqui, forsaneque & plus panis quam decebat non rite confecti viperinis carnibus ad-
miscuisse, sicque rem se habere fateretur, ut temerarius a nobis obiurgatus discessit.

Quod vinum in antidotis poni debeat.

CAP. 3.

IN primis itaque, prouidendum est, ut id vini genus imponamus quod firmissimum esse nobis ex-
perientia conuictum sit, tum ut validum quoque quod non amplius mutatum iri per multos iam annos
exploratum nobis sit. Nam & debilissima vina, & veluti quispiam diceret, aquosissima, vel ma-
gnopere austera, quaeque praeter ceteris aescere solent, nisi a primis annis acida fiant, integra postmo-
dum perseverant. Est autem huiusmodi commutationis tempus alij aliud. Aquosis quidem non multorum
annorum: ita n. vina appellant colore alba, corpore tenuia, atque ut diluant non multae aquae indiga.
Demum talia cum sint, ut nec caput omnino petunt, ita nec corpus plane calefaciunt, nec ventris
venarumque concoctionem euidenter adiuuant, nec denique bene alendo corpori conducunt. Celer-
rime omnium vina haec inueterant. Appellant autem cito inueterari, periti harum rerum, ante tempus
antiqui vini conditiones assumere. Sunt autem, acrimonia primam qua plane calefacit, tum amaritudo
quoque ad quam subinde transit. Interdum tamen & aquosa quaedam vina ad vetustatem peruenisse vidimus, si pri-
mis tribus annis vel quatuor acida non euaserint. Nam & potentia & austera & alba vina corpulenta
tamen, quae post decennium et non rite seruata aescere contingit, contingit & quae plurimo tempore vetuste-
scere. Talia sunt in Italia Tiburtinum, signinum, marsum & Surrentinum. Tiburtinum namque & marsum,
austerum est, & si improvide reponatur, aescit facile, signinum vero validius, & minus aescit, inuete-
ratumque optimum euadit. De Surrentino autem quod me dicere opus est: Quod omnes iam sciunt ante annum
ferme vigesimum crudum adhuc esse. Vigesimo n. tandem anno viget, potiusque aptum diu perseverat, nec
facile amarescit, praestantiaque cum falerno contedit. Contrarias istis dispositiones aquosum vinum subit,
albanum, sabinum, & quod in Gauri monte nascitur, qua parte Puteolos urbem spectat. Quodque in collibus
Neapolitanis vicinis oritur, aminaeum quidem nuncupatur, sed tenue, nec tale quale in Sicilia & Bithy-
nia nascitur aminaeum. Nam licet apud has gentes non nihil tenuis & aquosi vini gignatur, non tamen multum
abest a Sabino quod in Italia nascitur, neque ab arsinio & titaceno quod in Asia prouenit, aut ab
eo quod a nostris tibenum vocatur, ita a regione Tiba in qua conficitur, denominatum. Atque haec
omnia vina facile contrarias qualitates suscipiunt, acidam dico & amaram. Acidam quidem a principio,
amaram vero si postea perdurauerint. Locus tamen in quo vinum reponitur multum facit, ut ad alteru-
tram qualitatem mutetur. Optimus itaque inter initia locus frigidus est, tum calidus, vel est contrarium
multum

A multum calidus primo: quoniam tepidus locus vina facile acida reddit. Quaeque vina quae duobus aut tri-
bus annis frigidus loco reposita, bona manserint, in cellam calidam transferri postea desiderant,
nec vni tepida temperataque indigent. Reperiuntur tamen quaedam vina usque adeo aquosa & debi-
lia, ut frigus ne a principio quidem ferant, quae pater meus experiendi gratia cum in calidissimam
cellam detulisset stoebe cum multa tum calida plenas lagonas contexit, vnique compos effectus, numquam
deinceps acidum vinum habuit. Sed quae celerissime vetus effectum. Quo modo autem vni quisque cel-
lam vinariam calidam sibi comparare possit, ut & pater meus, iam exponam. Apud nos omnibus
in agris atria magna extruuntur, quae focum in quo ignis accenditur, in medio habent, nec penul-
inde iumentorum praesepia sunt vel vtriusque ex parte dextra & sinistra, vel ex altera saltem. Furni
autem foco iuncti sunt ab anteriori parte quae ad fores totius domus spectat. Tales itaque sunt domus
omnes in agris etiam si frugaliter aedificatae sint. Nam quae maiori cura fabricatae sunt, exedram habent
in regione ianuae sitam ad parietem qui intus est, & vtriusque cubacula, quibus aliae cellae, quemadmo-
dum & in multis cauponis in circuitu trium & saepe quatuor atrij parietum dispositae superincun-
bunt. Ex his autem omnibus cellis ea plurimum ab vtroque latere contegitur, quae exedrae insit, quaeque
pater meus vino reponendo eligebat, quod in dolijs deferbuisse. Nam ut firmiora vina prius
ferueant in fidelias transferre, sic infirma calido in loco seruare nostrates solent. Melior autem ad id
ea cella est quae ad meridiem spectat, & a septentrione auersa est. Herba vero quaedam apud nos
inuenitur fruticosa, calida, & acris valde, parumper redolens, quam incolae colymbadem, alij stoe-
ben appellant, ad praeseruandum vina aptissima. In hac itaque fidelias rustici collocant, atque parietem
vnum superioris cellae qui in atrium respicit, in quo furnum & focum esse diximus, amplius fene-
stris aperit, agnoscetes calorem per fenestras ingressurum cellam in qua fidelias repositae sunt.
Cella igitur vinaria partim calore ex atrio ascendente calefacta, partim herba stoebe tepesfacta, vi-
num quodcumque repositum aescere non sinit. Quod si quis magis adhuc hoc consequi, nec vni
aberrare desiderat, vinum fidelias infundat non nouis, sed alijs, e quibus antiquum vinum iam ex-
haustum sit. Similem quoque morem seruandi vinum & in Italia obseruauimus, in agro Neapolitano,
& Neapoli vicino colle, quem Trifolinum appellant, multisque alijs in locis Italos accepi, ita vinum
calefaciendo praeseruare. Verum eiusmodi vinum ut firmius euadit, sic & capitis dolorem facilius
parit, eamque ex fumo qualitatem acquirit. Fugienda sunt autem omnia eiusmodi vina nec medicamen-
tis admiscenda, quae corpus intrant. Nam in emplastris & id genus alijs medicaminibus quae for-
ris admouentur, si optima desint, talibus quoque vni nihil prohibet. Eligenda sunt itaque in conficien-
dis antidotis vina suapte natura firma, inter quae falernum non hac re solum excellit, verum & om-
nibus alijs dotibus antistat, eligendumque ex falernis id quod nondum est vetustate amarum, ut
aliqui faciunt, hac in re ab istis qui theriacam rite conficiunt, aberrantes. Cum enim audierint id
quod semper ab omnibus dici solet, senescere cetera temporis diuturnitate praeter vina, summe
vetustum vinum admiscunt. Neque vero hac in re vna delinquunt, sed in alia etiam peccant, dum esse eo
quantum admiscere debeant, coniectare nesciunt, quod in libris medicinarum compositione continen-
tibus quantum vini infundere conueniat expressum non sit. Cum autem falerni genera duo reperian-
tur quae sese virtute nihilo superant, dulcius, quod Faustianum proprie appellant, gratiorem an-
tidotum facit. Quemadmodum ergo qui fugiens vinum & aescere solitum antidotis adhibent, ma-
gnopere peccant, nam materiam nullam de se vitium habeat, commistum tamen rebus alijs plerumque aescit: sic
& qui falernum eximia vetustatis immittunt, errant. Ipsum namque antidotos amaras reddit.

De melle componendis antidotis idoneo.

CAP. 4.

MEL quoque vetus admodum alius quidam medicus, ut & de falerno vino diximus, im-
ponebat, tali ratione motus. Si mel quod optimum antea videbatur admiscitum antidotis vi-
nosum effectum est, tutius est multo illud mel admiscere, quod sicut & vinum temporis longitu-
dine constat incorruptum esse. Atque hoc sane mel vetustate subamarum tum fuit, posteaque plus
etiam quam par fuerat coctum, magis adhuc amarum euasit, id quod omni vetusto melli, simulatque
decoctum fuerit, euenire solet. Atque hoc admirabile non est, cum etiam si coctum non sit, dulce-
dinem tamen cum amaritudine vetustate commutat. Pater meus mel quoddam habuit ita amarum
ac si in Ponto natum foret, eo in tractu, ubi ex absinthio apes mel colligunt. Id ipsum tamen & Athe-
niense & optimum fuisse dicebat, verum temporis diuturnitate amarum euasisse. Hoc quoniam
inutile mihi videbatur etiam post patris obitum, nunc usque seruamus, amarumque adhuc plus quam tunc
fuerat effectum est, & nigrius, non tamen crassius multo euasit, id quod mellis optimi praecipuum in-
dicium est. Siquidem mel quod in Eleunte Chersonesi nascitur illo in loco, ubi Protefilai fanum
extat, quantum diu eadem conditiones habeat quas & hymetium, crassius tamen & conglobatius pre-
cessu temporis efficitur. Conscienda sunt igitur in antidotos mella quantum fieri potest, optima,
hymetia, thasia, aut certe attica, quibus si careamus est Cycladibus aduectum mel imponemus quod-
cumque similis attico fuerit. Quanquam in Isthmo quoque bonum mel prouenit, ita isthmiacum, a
loco ubi nascitur, cognominatum. Sicut & tubreum, quod & ipsum, nomen adeptum est. Celebrata
autem mella haec sunt. Nam mel in alijs etiam regionibus optimum conficitur, sed cum ob exiguitatem ab incolis
totum absumatur, in alias prouincias non exit, nomenque idcirco vili non habet. Nostra siquidem in
Asia

Asia collis quidam inter Pergamum & Eleam urbem maritimam porrigitur, thymo scatens, in quo apes optimum mel reponunt, quod ibidem totum absumitur. Occurrit autem collis iste à leua Pergamo Eleam abeunti, viae tamē vicinus non est. In Mysia quoque qua parte nostrae provinciae finitima est, tractus occurrit, quem Britum nominant, in quo mel attico simile penitus magna cum admiratione conspexi, quae deteriora plane mella ibi quoque proveniant. Extabat autem ibi quoque monticulus quidam non magnus, saxosus totus, thymo & origano plenus, ad cuius radices agri cytiso quae plurimum abundabant. Ex eo collis dominus mel usque adeo dulce colligebat, ut hac in parte atticum etiam superaret, acie tamen, ut atticum non erat, statimque id circum se gustantes subuertebat, & nauzeam cito commovebat, si paulo liberalius comestum fuisset: hoc siquidem de cytiso scriptores uno ore tradunt. Apes ex cytisi floribus plurimum mellis excerpere. Fruticosa vero planta cytissus est eam altitudinem attingens, ad quam myrtus crescit. Dicta autem à nobis haec sunt, non solum ad utilitatem medicorum qui Romae diuersantur, quod singulis annis optima quaeque ex omnibus provinciis comportantur, sed etiam ad commoditatem eorum qui in caeteris orbis terrarum partibus degunt. Nam si rerum optimarum notas agnosceret, eximia quaeque eligere sciret, quae apud ipsos in suburbanis & vicinis agris populisue nascuntur. Philonium igitur si quis conficere velit, aut aliquam aliam minorem antidotum, medicinis non eget ad summum bonis. At si vel Mithridaticam, vel theriacam, vel aliquam aliam maiorem antidotum componere moliarur, quae & multa comprehendat, & cinnamomum accipiat, optimis quibusque indiget medicinis. Quae quum alio in tractu quam Romae haberi non possunt, propterea tales antidotos Romae conficiunt non solum optimi quique medici, sed etiam vnguentarii. Qui tamen omnes in earum compositione nunc plus, nunc minus impingant, eas tamen vsui non inutiles conficiunt. Quo tempore igitur Antoninus imperabat, theriaca à multis diuitibus parabatur, deerantque idcirco nonnulli eorum quae difficulter haberi possunt, simplicia quaedam. Est enim admiratione dignum quantopere diuites principum mores vel imitentur, vel si non imitentur, videri saltem velint. Nam postquam ex humanis Antoninus excessit, pauci amplius aut theriacam aut Mithridatum conficiunt. Caeterum ut Romae potius quam alibi medicinae simplices optima, omnes haberi possunt, sic quoque ab eo qui Romae Caesarum antidotos conficit, singula multo magis perfecta habentur. Vinum falernum, mel hymetium, opobalsamum syriacum, quod à loco in quo plurimum & optimum provenit, alterum quoque nomen accipit, sagadinumque dicitur, cunctis alijs melius quae in Palaestinae praedijs colliguntur. Quantum vero falernum vinum eo quod caupones vendunt, praestantius est, tamen Aegyptio opobalsamo sagadinum vocatum antistat. Is igitur cui theriacam Caesari conficere obtigerit, ut & mihi contigit, modo singulas medicinae cuiusque dotes exacte noscat, optimam proculdubio antidotum conficiet. Nam cum optima quaeque imperatoribus venduntur afferantur, ex optimis quoque denuo praestantissima seligentur. Equidem ipse vini falerni aetate perfecta quae singulis in fidelibus descripta fuerat, id tantum gustabam quod vigesimum annum excessisset, indeque initio facto ad id usque perueniebam quod subamarum nondum foret. Id enim vinum optimum quo ad aetatem cetero, quod vetustissimum quidem est, nondum tamen amaritudinem aliquam assumpsit. Ex mellis quoque hymetij copia quae in Imperatorum apothecis plurima erant, bimum gustabam, idque rursus eligebam quod dulcissimum & acre plus esset. Hoc enim & recenti & magis inueterato praestat. Caeterum quia non modo regias opes tractantibus, sed omnibus quoque alijs medicis hanc componendi artem vtilem esse volumus, idcirco quaedam adhuc subiungemus, in primisque illud. Mella Athenis multa diuedi, quae thymum multum in imo vase occultatum, atque ideo aspectui non obuium habent, acrimoniam autem id mellis parit, & processu temporis in superficiem enatat. Quemadmodum, & quicquid aliud mellis incidit. Tale autem mel est penes omne quod Romae venale proponitur, nisi ipsum qui afferunt prius commisceant, thymumque quod supernat omne auferant, ut vulgo ex gustato melle, thymi saporis quae plurimum percipienti, facilius imponant. Verum hic sapor non nisi in vitio melle contingit. Hanc ob rem si quis thymi saporem habere mel senserit, modo expositas fraudes subesse intelligat. Mel siquidem optimum cuius thymi acrimoniam praeseferat, non tamen eius odorem reddit, aut gustum tantopere vellat. Ac de mellis quidem optimi conditionibus haecenus, nam quoad usque coquere ipsum conueniat, mox docebimus, cum de theriacae compositione loquemur. Interea vero ea de vino subiungemus quae paulo ante dicere omiseramus.

Conquirenda esse quavis in regione, mella, vina, simplices medicinas.

C. AP. 5.

In Asia namque si antidotos conficere volueris, aut aliqua alia in gente, vinoque ad medicamentum requisito carueris, vinum conquires fuluum quidem colore. Nam neque nigrum, neque album, neque rubicundum, eiusmodi antidotis conuenit. Corpore autem ita tenue esse debet, ut oculis peruium sit & transpareat. Gustum vero talem praeseferat, qualem modo falernum habere dicebamus, nondum quidem amarum, non tamen adhuc ob iuuetam crudum. Subijciam autem in exemplum quenam vina talia sint, nominatimque ipsa commemorabo. Antiqui namque medici qui nostra in Asia nati sunt, et ante quam Romanorum Imperium creuisset, et falernum vinum famam adeptum esset, eorum nomina suis libris commiserunt, suntque tria haec in Asia à medicis celebrata vina. Chium quod in Chio insula nascitur, Aruilius ab eo tractum in quo provenit cognominatum. Lesbium ita de nomine totius insulae in qua oritur.

A oritur, appellatum, & Tmolite à monte Ciliciae unde aduehitur, cui Tmolus nomen est, vocabulum adeptum. Perspicuum autem est ex his optimum eligendum esse per ea signa quae superius exposui. Nam, ut de melle quoque dicebam, quemadmodum id quod in Attica nascitur omne fere bonum est, & inter Attica mella hymetium principatum obtinet, & ab Attico Thasium: sic cum multa vina in Lesbo gignantur, id quod fuluum nec corpulentum est, & bene olet, minimumque constipat, & dulcedinem modicam quidem, non tamen obscuram habet, lesbium proprie nuncupatur. Optimumque in Ereso urbe huiusmodi vinum provenit: deinde ab hoc secundum in Methymna, & tertium Mitylene gignitur, quorum omnium praecipuum is eligit qui notis antedictis vinum iudicat. Vinum enim id ex omnibus aptius erit ad componendum antidotos, quod & odoratius, & dulcius, & tenuius fuerit. Quod genus est lesbium & aruilius, quae duo parum inter se differunt. At tmolite & falernum eiusmodi non sunt, sed duo vini genera, alterum dulce, alterum nec dulce, nec austerum, sed inter dulcia & austera medium. Inijciemus ergo in theriacam vinum quod est dulce, non quia praeter ceteris vim aliquam antidotis afferat, sed quia illarum gustum gratiorem reddit, cui operam dare conuenit, in hisce medicinis quae intro assumimus, praesertim cum amara inter se quam plura continuerint, quod genus est theriaca & mithridatum. Nam & omnes alias simplices medicinas, quas longa experientia serpentibus aduersari compertum est, amaras esse constat: vel ut cum eas tractabimus apparebit. Homerus autem, ut ex verbis eius colligitur, quae cumque dolores etiam amouent, amara putat. Inquit enim, Radicemque addit amaram. Compressam manibus, cunctos quae sola dolores, abstulit. Medicus autem omnium stirpium, si fieri potest, peritiam habeat consilio: sin minus, plurimum saltem, quibus frequenter utimur. Sunt autem ipsarum genera vel si sic ea denominare velis differentiae haec, arbores, frutices, herbae, spinnae, virgulae. Haec enim quisquis toto aetatis illarum decursu nouerit, multis in partibus orbis terrarum, reperiet, ut & ego in Italia multis in locis inueni, quae nec quando pullulant, nec quando cresunt, nouerunt isti qui siccas stirpes tantummodo cognoscunt. Nullus itaque Romae vnguentarius extat qui Creta allatas herbas, & ipsarum semina non agnoscat. At in suburbanis urbis non paucas ex ipsis nascentes prorsus ignorant, idcircoque nec quo tempore semen ferant, obseruant. Ipse vero, & chamæpityn, & chamædryn, & thlaspim, & centauream, & hypericum, & polium, & id genus herbas alias Romae vidi, quas obseruato tempore quo vigent, neque aestiuo Sole arefactas, neque citius quam par fuit euulsas collegi, nondum concoctis seminibus aut maturis. Compositarum namque medicinarum virtus ex simplicium vigore confurgit, parua quadam interueniente differentia ex componendi arte, ad quam explicandam mox deueniemus, si prius quo pacto simplicia medicamenta inter se apte componi possint, expressero. Quum vero quaedam formulae compositionis artem continentes, mendose descriptae sunt, dum alij illarum descriptiones petentibus exhibendo dedita opera mentiuntur, alij exemplaria quae à maioribus integra acceperunt, peruersa minoribus tradunt, (nam libri qui in bibliothecis repositi sunt, cum numeros notis designatos continent, facile deprauant, siquidem modo in *θ*, modo in *υ*, transit, & *ι*, quoque & *υ*, reciprocant. Vna enim linea addita *ι*, in *υ*, mutat, et ex duabus altera detracta, *ι*, remanet) idcirco, sicut Menecrates librum descripsit quem integris literis Imperator inscribit, in quo septem duarum syllabarum voce, non his notis solum vij, significantur, & viginti, trisyllabica dictione designantur, non autem his literis. xx. & xliij. syllabis, & non his solummodo figuris. xxx. itemque alijs in numeris, eodem modo fecit, ita & ego faciam. Andromachum quoque summo opere commendo, qui theriacam ipsam, ut & alij quidam carminibus celebrauit. Nam Damocrates non theriacam solum, sed quascunque etiam alias medicinas versibus descripsit, recte sane. Ita namque ab improbis perueri medicamenta minime possunt. Verum Andromachi primum nos in praesentia carmen subiungemus.

D ANDROMACHI SENIORIS THERIACA QUAE VIPERAS HABET, ET TRANQUILLA COGNOMINATA TR AD D. NERONEM. CAP. 6.



Antidotum multis insignem viribus audi

Theriaca dedicatio

Caesar, qui nobis ocia tuta facis.

Tranquilla haec, Hilarisque suo, pariterque Serena,

Theriaca nomina

Nomine, cyaneos non timet vna sinus.

Non si quis cupidus expressa papauera labris

Ad venena

Hauerit, exitium pocula sumpta ferent.

Non si quis gelida compleuerit ora cicuta,

Si quis hyoscyamum, siue aconita bibat.

Non si cantharides, aut praesens morte venenum

Colchi tuum sumat, feruida thapsi tuum.

Arida non dipsas, non clarus fraude cerastes,

Ad serpentes

Non feret impresso vipera dente necem.

Incaustum

Incaustum cauda confurget scorpium vnca.
 Nec subitos luctus aspis iniqua dabit.
 Non ptyas audebit calido progressa cubili,
 Vt prius aduersa comminus ire via.
 Nullus ob haemorrhii stillabit vulnera sanguis,
 Nec tumidos faciet pressa dryina pedes.
 Claudere non cogent odiosa phalangia summum,
 Concussu tremulo, frigoribusq; diem.
 Non hydrus, nec vbi torret Sol equora cancro,
 Cum petit arua minax, concitus atq; furit.
 Ora trahens multa chersydrus cede creuenta,
 Supremum vitae ducet in exitum.
 Hac fidens, aestu per rura vagabere Cefar,
 In libyco quamuis progrediare solo.
 Nil oberit ficci tibi ruris alumna rubeta,
 Nil geminum tollens amphisiibena caput.
 Hec rursus stomacho presens medicina tumentis est,
 Hac ab anhelanti pectore tollit onus.
 Aut intus toto cum spiritus vndiq; ventre
 Fluctuat, & surdis viscera pulsat aquis.
 Diraq; cum miserum dirumpunt tormina ventrem,
 Et saluunt longi membra dolore colli.
 Sanat item croceo suffusus ora colore,
 Regius is solito nomine morbus erit.
 Hi politas nolunt miseri contingere mensas,
 Nec, si quis vitae tempora longa daret.
 Sed sibi dissimiles oculis animiq; dolore,
 Contemnunt medicę, quis putet, artis opem.
 Inuadet quoties hydrops mala, corpora liuor
 Inficit, hac fies liber ab antidoto.
 Hinc hebetes oculi sibi pristina lumina sument,
 Hac phthisis incipiens victa recedit ope.
 Sola potest in se collectos soluere nervos,
 Pendula tunc aliquis tentaue colla gerit.
 Nec finit vt membrana, leues que pectore ab imo
 Sepsit pulmones, victa tumore premat.
 Hac etiam magno vesica dolore leuari,
 Horrifici stimulis vlcis icta solet.
 Sola potest clausos penis referare meatus,
 Irrita quos vrit, sollicitatq; Venus.
 Cinxerunt lumbos renum quandoq; dolores,
 Hauriat hac aliquis pocula, sanus erit.
 Sola potest eadem multis accepta diebus,
 Tollere de laeso pectore puris onus.
 Neu te dira lues, neu laedat noxius aer,
 Hanc cape, cum primo est Sole reuicta dies.
 Hacq; canum rabiem fato impendente fugabis,
 Cum trepidat moriens, & litit aeger aquas.
 In somnes demum quibus est mos ducere noctes,
 Conciliat somnum, peruigilesq; leuat.
 Pondus erit quantum creuit faba, quam pater atro
 Atq; restagnanti flumine, Nilus alit.
 Ipse tribus cyathis prescriptum dilue pondus
 Antidoti, cyathis igne calentis aquae.
 Sic commista, tibi vel claro mane bibatur,
 Vel cum nox primaam protulit orta facem.
 Morbi certa dabit crudi solatia, mane
 Sumpta, quibus tristis lux solet esse magis.
 Vespere, cui magnos nox aduehit atra labores,
 Languenti cultos atq; leuamen erit.
 At qui calcati morsu serpentis anhelat,

Ad gyariore morbos.

Dosis theriacae.

Assumptionis modus

Assumptionis tempus

Ignarus

A Ignarusue doli toxica nigra bibit,
 Et cum mane nouum, & cum se Sol abdidit vndis,
 Sumat, ab aequali pondere tutus erit.
 Hac tenus & pondus, viresq; & tempora Cefar,
 Quod superest, dicam quo facienda modo.
 Vipera principio, cura obseruata procaci,
 Protinus est celeri corripienda manu.
 Nanq; vbi tristem hyemem pepulit clementior aura,
 Arcta solet caece linquere lustra domus.
 Et passim violis carpit vernantia prata,
 Dum viridis quaerit semina foeniculi.
 Nam facit hec cernant serpentes acrius herba,
 Quos alit in cladem tarde bubulce tuam.
 Deprensis igitur summum caput, imaq; cauda
 Demenda, hinc quicquid venter inanis habet.
 B Infert nam saeuos hinc atq; hinc vipera luctus,
 Et squammis caudae dira venena tegit.
 Ceruicisq; ideo tantum caudaeq; fecabis,
 In pugnum quantum est alta reducta manus.
 Sanguine sed mistum caueas stillante venenum,
 Vere hilarem nam sic experiere diem.
 Hac vbi rite tibi fuerint perfecta, subinde
 Vipereas carnes fictilis olla coquat.
 Ante tamen misces frondem graue olentis anethi,
 Et quantum satis est prouidus indis aquae.
 At cum panda fluunt resoluti corporis ossa,
 Cumq; tument flauae noxia terga feræ,
 Exime vipereas, confusa cadauera, carnes.
 Exemptas, longa ventilet aura mora.
 Hinc spinas tacita prudens subducito mente,
 C Quas bene si tractes sentiet apta manus.
 Adde laboratum panem, ne vipera formam
 Tusa neget rotulis, ne pereatue liquor.
 Inq; cauo dudum postq; hac versaueris orbe,
 Finge rotas, aptum det quibus umbra locum.
 Inde capillato scillam cum cortice sumptam,
 Pulue linas, medio constituasq; foco.
 Accineris rutili cumulos superingere, donec
 Reddatur scillae mollius igne caput.
 Signa dabit, ferues positos cum discutit ignes:
 Excute, & vt laeues dempseris exuuias,
 Tres scillae partes, erui compone duabus,
 Pistilloq; crepet concaua pila diu.
 Ac minimos tandem contusa premantur in orbes
 Quos procul a radijs mitior umbra tegat.
 D His igitur lancem primum cumulabis, & octo
 Bisq; decem drachmas accipe, bisq; decem.
 Dimidium superadde, rotæ quam vipera fecit,
 Et piperis longi sit quoq; pondus idem.
 Sitq; opij tantum, tantum medicaminis eius,
 Quod grati nomen magma coloris habet.
 Inde quater ternas mutato pondere drachmas.
 Iridis, & sicca protinus adde rosae.
 Addaturq; tui radix dulcissima succi,
 Et dulcis tantum seminis inde napi.
 Scordion iungas, & odoribus inclyta semper
 Balsama, qui syrio mittitur orbe liquor.
 Tum quæ suspendas æquata cinnama lance
 Conijce, & agarici par quoq; pondus eat.
 Hinc superest myrrham, costumq; specuq; reuulfum
 Corycio, fragrans imposuisse crocum.

Pasilii ex viperis.

Pasilii e scilla.

Primus ingredientium ordo. xlviij.

Secundus. xxiiij.

Tertius. xij.

Quartus ordo. vi.

Et

Et casia calamos, & quam tulit India nardum,
Teq; arabi schoenum gloria prima solit.
Inde nigrum coniunge piper, thurisq; nitorem
Diuite quod felix rure Sabegus alit.
Nec tu dictamnum, nec tu quoq; pontica rheon
Defueris, stoechas, marrubiumq; virens,
Atq; apium petris quod nasceris, & calaminthe,
Afraq; cum lachrimis o terebinthe tuis.
Et solijs gramen quinis, & zingiber ardens:
Singula sed drachmas sex tibi quæq; trahant.
His etiam polium drachmis se quatuor addet,
Addet se polio proxima pinus humi.
Cumq; racemifero celtarum nardus amomo,
Et styrcis lentor, feruidaq; herba meon.
Atq; humilis quercus semen, Pontoq; petita
Phu, quibus accedet Lemnia terra comes.
Nec non malabathri folium, miscebis & assam
Chalcitum, fibras gentiadasq; simul.
Inde tenax gummi, pressaq; hypocistide succus
Adsit, & hinc fructus balsame parua tui.
His etiam anisum, fefelimq; his iungere mollem,
His cardamomum, foeniculumq; velis.
Atq; atram lachrymam, Nili quam spina remittit,
Queq; suo thlaspis semine nomen habet.
Hypericon rursum, pallens miscebis & ammin,
Nec drachmis totidem plus sagapenus eat.
Pondere dimidio tum quos sibi castor ad Istrum
Ore secat, testes imposuisse decet.
Quis nec aristolochi radix, siccumq; bitumen,
Candida nec desint femina dauce tua.
Deniq; cum panacis succum, centaurion atq;
Addideris, finem chalbanus ipsa dabit.
Antiquo primum solues tamen omnia vino,
Humida quæ fuerint, vt liquor & lachrymæ.
Tum quæ sicca vides postquam contusa minutim,
Cecropio pariter iungere melle velis.
Hæc qui nos primus docuisti maxime Pæan
Adlis, seu Tricca te iuga summa iuuant,
Seu Burrina magis, Rhodos, aut Epidauria tellus,
Adlis, & regi ser tua dona meo.
Stirpe tua natam Panaceam: nanq; salutem
Ille datam puro semper honore colet.

Quintus ordo. iij.

Sextus ordo. ij.

Compositio modus.

Aesculapij invocatio.

Andromachi iunioris theriacæ descriptio.

CAP. 7.

Hæc quæ senior Andromachus de theriaca conscripsit, Andromachus filius in eo libro cui titulus est de medicinis intro assumendis, his verbis explicat: nō tamen equestri, vt pater, sed pedestri vtitur oratione. Antidotus Galeni. i. tranquilla cognominata ad oēm malam internamq; H corporis afflictionē, præcipueq; ad ventriculi vitia & venena, febres quæ per circuitū inuadentes. Habet autem pastillorum scillicorum. 3. xxxv. iij. pastillorū theriacalium, spissamenti hedychroi, piperis nigri, opij, singulorū. 3. xxiij. rosarū siccarum, scordij cretici, seminis napi: iridis illyricæ, agarici pontici, cinnamomi, succi radicis dulcis, opobalsami, singulorum. 3. xij. myrrhæ, croci, zingiberis, rhei pontici, radicum quinquefolij, nepitæ, marrubij, petroselinij, stoechadis, costi, piperis longi, dictamni, florum iunci rotundi, odorati, thuris, terebinthinæ, casia fistulæ, nardi indicæ, singulorum. 3. vi. polij cretici, fefeleos, styrcis, thlaspeos, ameos, chamædryos, chamæpityos, succi hypocythidis, malabathri, nardi celticæ, radicum gentianæ, anisi, mei athamantici, seminis foeniculi, rubricæ lemnia, chalcitidis vstæ, amomi, phu pontici, fructus balsami, hyperici, acaciæ, gummi, cardamomi, singulorum. 3. iij. seminis dauci, chalbanij, sagapeni, opopanacis, asphaltij, castorij, centaureæ tenuis, aristolochiæ tenuis, singulorum. 3. ij. mellis attici drachmas noningentas sexaginta, vini. 3. tercentum viginti. Hæc Andromachus iunior soluta oratione cū scribat, potest qui non intelligit, omnia quæ senex Andromachus elegiaco versu tradidit, hinc ea conquirere. Quam ob rem & nos eorum quæ obscurius ibi dicuntur, expositionem omniū operis prolixitatem veriti. Vnum tantum demirati sumus, iuniorē Andromachum, dum connumeraret

A connumeraret simplices medicinas quæ antidotum hanc faciunt, in locum calamenthi, nepitam retulisse, sic enim Romani calamentum vocant. Non decuit autem ipsum qui cætera Græce scribebat, hanc solam Romanam vocem Græcis vocabulis interponere. Vna autem in re tantū hæc ab ea differt quæ carminibus descripta est, quæ illa piperis longi. 3. xxiij. nigri sex habet, hæc autem profa oratione descripta nigri. xxiij. longi. vi. continet. Quoniam vero, vt dixi, multa exemplaria medicinarum pondus mendosum habent, idcirco ipsum nō notis, sed integris vocabulis primum apposui, Menecratis iudicium hac in parte secutus. Deinde quia Andromachi versus obscuriores videbantur, Damocratis iam eos eamete de re aperte admodum conscriptos, subiungere decreui. Verum hoc paulo post fiet. In præsentia nanq; quoniam ex simplicibus medicamentis quæ huic antidoto imponuntur, a nobis aliquot iam exposita sunt, reliqua deinceps subnectere melius esse visum est.

De compositione pastillorum ex viperis.

CAP. 8.

Viperas non, vt aliqui faciunt, æstate media, neq; statim vbi cavernas egressæ fuerint, venari conuenit: æstate siquidem earum carnes sitim excitant, statimq; ab egressu frigida sicca & extenuatae sunt. Opportunum itaq; tempus est quod ipsi mediū intercedit, quodq; Andromachus ipse significauit, quo tempore & qui Libero patri sacra faciunt, viperas lacerant, vere quidē finiente, nondum tamen æstate incipiente. Vel si ver quoad magnam sui partem hyemale fuerit, circa principium æstatis, non multo post pleiadum ortum. Viperas autem quæ pregnantes sunt, reijcere oportet, aliarum vero caput ac caudam abscindere, quæ partes venenatae etiam plus esse videntur & duras, paucasq; carnes continere. Sufficiet autem in magnis viperis si id quod vtrinque amputabimus, quatuor digitorum mensuram non excedat. His peractis reliquum corpus intestinis exemptis pelleq; detracta aquis primo abluendum, atq; in vas fictile coniiciendum est: deinde aqua pura superinfusa, & anethum quod tunc viget, ollæ prunas vt coquatur subiiciemus: vel arida ligna quæ quod fumum non emittant, & vocantur: vel quod melius adhuc est, vitium farmæta. Salis autem si suo tempore viperas ceperis, tantillum immittere oportet: in estate iam incipiente, nihil. Omittere insuper eas conuenit quæ maritima loca, quæ in aliqua salsa aquarum lacuna degunt. Antidotus enim quæ eiusmodi viperas acceperit, sitim excitabit. Viperas igitur cum ita coctæ fuerint ac si quis ipsas comedere vellet, ab iure primum eximemus. Deinde illarum carnes ita a spinis auellemus, vt spinam aliquam nō accipiamus, auulsas carnes exquisite conteremus: panis ex purissima farina confecti optimeq; siccati, qui præcipue & bene fermētatus sit, & in furno, non sub clibano coctus, modicum quiddam admiscebimus. Nonnulli tamen in commiscendo panem viperis hanc mensuram seruandam præcipiunt, vt panis pondus viperinarum carnum dimidio minus sit, alij ne tertiam partem excedat malunt. Ego vero quandoq; quartam, quandoq; & quintam panis imposui. Cæterum nisi bene coctus fuerit, periculum aliquod acoris imminet medicamento. Melius est igitur panem hunc ita coctū per aliquot dies loco aliquo sicciori prius exsicasse. Verum cum viperas & panem coniunxeris, diligenterq; adeo subegeris, vt nulla viperinae carnis particula non contusa remanserit, pastillos ex ea massa conficito, qui tenues sint. Nam crassi cum difficulter siccescere soleant, & carnem putrere, & panem acescere sinunt. Quam ob rem panem quoq; ante siccatum terere satius est, & nō quemadmodum ante nos qui Cæsari theriacā faciebant, viperarum iure maceratum. Quam rem ipse quoq; diu feci, sed mihi postea melius esse visum est, panem antea contritum, viperarū carnibus exacte iam subactis admiscere. Citius nanq; pastilli siccant qui siccum panem non madidum acceperint. Sit autem cella in qua pastillos arefacies, in superiori domus parte ad meridiem conuersa, vel saltem ad septentrionem non respiciat, vt solis radios tota penē die accipiat. Tali enim in loco commode siccescent, statim a compositione ibi collocati, quo solares radij peruenire non possunt. Frequenter autem ipsos conuere opus erit, vt æqualiter vtraq; ex parte siccescant, quod facere si quis omiserit, superior quidem pars celestiter arefcescit, inferior autem humida diutius permanebit, periculumq; erit ne marcescat. Postea vero quæ exsiccati fuerint, maneat adhuc aliquot diebus eadem in cella longius quæ prius a solis radijs sæpeq; denuo conuertantur. Sufficiet autem ad hæc omnia quindecim dies ad summum, post quod tempus donec theriacā conficere volueris, recondi debent in vase staneo, aut vitreo, aut etiam aureo. Vitro siquidem & auro nihil fraudulenter admisceri potest. Stānum autem plumbo adulteratur, quod vitare conueniet, non solum in hac antidoto, sed & in quibuscunq; alijs medicinis, quæ admodum & argentū, si purum nō fuerit. Vasa nāq; ex eo fabricata celerrime rubiginem contrahunt. Purū autem argentum Romani candidum vocant. Cæterū longe melius est haud multo postq; pastillos confeceris ipsi vti. Quamq; non multum detrimenti capiunt, etiam si peracto anno, atq; etiam multo post eis vtaris. Recte nanq; a principio siccati, ad tertium quartumq; annū integri perseverant, dummodo tñ apte reponantur, & subinde puluisculus quidam qui ipsis obnasci consuevit, mundis mantilibus interdum abstergetur. Is nanq; si diutius inhæreat, pastillos perforabit. Perspicuum est autem inutiles eos tum deniq; reddi, cum perforati fuerint. Quemadmodū antea quæ hoc accidat, etiam si multum tempus intercesserit, non inutiles esse.

De pastillorum scillicorum compositione.

CAP. 9.

Sive scilliticos, sive scillinos quis appellare velit confectos, scilicet pastillos, rotulosue, aut orbis, nihil

nihil refert. Neque enim medicamento quicquid officit, quomodo libet inditum nomen: modo errorē aliquem in eorum compositione non admittant. Quod ne contingat, ego tibi eam dilucide nunc explicabo. Principio scillam succulentam de terra euellens, cuius folia penitus iam & scapus aruerint. Huic deinde cortice detracto duriores pulcriculas induces ex tritico nouo, quantumque fieri potest exquisito confectam, ipsam postea multo calidoque cineri subiectā non prius extrahes, quoad usque circumposita pulcricula crusta planē fiat. Quod si ubi hec agis furnus aliquis adsit, vna cum pane scillam illuc inferre potes, inde cum obducta puls iam exaruit, ipsam extrahes, & conteres. Satis assam vero scillam intelliges, si festucam immixtam admiserit. Scilla namque cum bene tosta est, furculos facile excipit. Vbi vero scillam diligenter attriueris, candidam erui farinam admisce: namque candida non est, amara supra modum esse consuevit. Cognitum autē vnicuique existimo prius oportere tenui cribro farinam excutere, ac preterea diligenter eam leuigare. Scilla vero sesquipondere farinam superet opus est. Dico autem sesquipondere, ut si duas farinæ sumas, scillæ tres accipias. Quam rem cum & Andromachus iunior asserat, nescio qua ratione ductus velit erui farinā drach. octoginta esse, scillam vero centumviginti, cum satis sit dicere, scilla eruum sesquipondere superet. Postremo vero simulatque rotulas tenues ex hac mistura conformaueris, in cella, sicuti paulo ante dicebamus, ad meridiem vergente repones, quas tamen non in solis radijs collocabis. Verum sicut de pastillis viperæ dictum est, ita in his quoque cætera perage.

De magmatis Hedychroi compositione.

CAP. 10.

Cum superius theriacam Andromachus conficere nos doceret, quomodo viperini scillinique pastilli conficerentur, ipse quidem satis superque exposuit: quo pacto autem Hedychroi magma componeremus, neque Andromachus docuit, neque complures alij, qui tamen si de medicinarum compositione tractarent, tamen cum theriacam describerent, Hedychroi compositionem omiserunt, adeo ut medicus quidam Romæ qui theriacam conficere nunquam viderat, ipsamque se ex sola librorum lectione compositurum fidebat, ab vnguentarijs Hedychroum peteret, existimans illud herbam esse quampiam, vel simplex aliquod aliud medicamentum. Sed ego spissamentum hoc etiam indicabo, ab Andromacho in eos qui nunc quoque Cæsari ipsum componunt, perpetua serie deriuatum. Quod ut ipsum quoque perueri non possit, hexametro carmine subscribemus.

Magma quod Hedychroum læto dixere colore
Asphalathi drachmis, asariisque, mariisque, duabus
Constat. Nec plures attollit amaracus illis.
Tres calamus, late suaues qui spargit odores.
Tresque Arabum passim qui creuit iuncus in aruis,
Tres costum redolens, Tres toto cognita Ponto
Phu, quibus æquale fragrantia cinnama pondus,
Et lachrymæ, & sarmenta dabunt, quæ balsamus ædit,
Rursus sex foliorum drachmas, sex indica nardus,
Sex castæ calami, sex myrrhæ guttaleuabit,
Sexque croci flores, bis sex attollet amomum.
Mastiche solidam tantum trahet vltima drachmam.
Omnia tu vino simul hæc coniunge falerno.

Hæc ubi inter se miscueris rotulas viperinis & scilliticis similes figurabis, ipsasque eodem modo siccabis. Hæc autem Hedychroi magmatis conficiendi ratio, veluti diximus, ab Andromacho per manus multorum ad nos usque peruenit. Nam quas alij conscribere aliqua in re ab hac nostra differunt. Quæ siquidem Hedychroi descriptiones ab ijs traditæ sunt, qui medicamentorum experientia dant operam, rerum iniectionum pondere ab hac euariant: aliæ vero neque marum neque amaracum prorsus habent. Quædam alterutrum tantum continent. Neque enim duo hæc vnguentarij omnes noscunt, eo quod herbas solum Creta aduectas emant, & earum semina atque succos. Ego vero & has duas herbas scio in Asia nasci, ac in alijs quidam regionibus raras esse, sed in Cyzico frequentes. In Italia quoque, ut & alias quasdam herbas, ita & amaracum vidi, quæ odore multum à maro superatur. Marum enim valde redolet, putaretque forsitan aliquis sola nominis appellatione ductus vnguentum amaracinum quod in Cyzico faciunt, amaraci plurimum capere, sicque forsitan ab antiquis id vnguentum conficiebatur. Sed nunc solum marum imponunt. Hanc herbam aliquando cum ipse degustassem, ac eam amaram quidem plurimum, sed acrem parum deprehendissem, hortatus sum quendam eorum qui amaracinum conficere solent, ut amaraci tantum immitteret, quantum & mari. Visumque est mihi id vnguentum, minus quidem redolere, sed peris nihil operari. Hæc itaque à nobis obiter dicta sint.

De exploranda quarundam medicinarum integritate.

CAP. 11.

Nunc quo pacto antidotus hæc confici debeat, explicabimus. Eo ordine singula quæque imponenda commemorans, quo suis in legis Andromachus recensuit. Is. n. rotularum scilliticarum drachmas octo & bis decem, rursusque bis decem imponi iubet, quod pinde est, ac si quadraginta octo diceret. Harum dimidium, hoc est viginti quatuor drachmas, theriacalium pastillorum, opij, piperis longi,

Alongi, & magmatis Hedychroi præcipit. Ac de tribus quidem, iam dictum est. Piper autem longum fraudulenter concinnatum deprendes, si eum aqua maceraueris. Soluitur enim hoc pacto quod subornatum est. Quod autem fraude caret, indissolutum manet. Est autem id quo piper longum adulteratur herba quædam fulua ab externis regionibus aduecta, quæ pipere longo, aspectu quidem proxima, non tamen gustu similis est. Quo etiam ab eo distingui facillime potest. Sagapenum quoque quod vocant & ipsum in aqua seu vino dimissum cognoscitur. Verum namque itatim dissoluitur: quod autem tale non fuerit, indissolutum manet. Siue autem quispiam ut neutrum nomen sagapenum, siue ut masculinum, proferat, & totum hoc sagapenum succum intelligat: (est enim re vera succus ferulæ cuiusdam panacis similis) nihil refert. Cæterum panacis succus simile quicquam non habet chalbanæ particulæ cuiusdam albiori. Nam chalbanæ pars quædam re vera in sagapenum transit, quæ spumosa & leuis est. Quædam vero chalbanum optimum est sagapenum æmulum. Densum autem hoc est, & reliquo chalbano longe magis compactum, quo vti debemus, ceu optima chalbanæ particulæ. Quoniam vero ad sagapenum ex chalbano trahere diximus quodcumque spumæum, constans, & album est, humorisque immixtum facile diluitur, superioribus quædam adhuc subiungere opus est: præsertim cum ob similitudinem optima castia cinnamomum euradat. Vidimus enim alias frequenter castiæ elatæ, & auctæ tantum, ut fructicis magnitudinem æquaret, ramos quosdam cinnamomo penitus similes aspectu, corticis tenuitate, & præterea hisce signis quæ cinnamomum certissime ostendunt, ac gustu olfactuque percipiuntur. Ad hunc modum & in optima myrrha opocalpasum reperitur, quod tamen à myrrha differt. Atque secundum hæc tria, sagapenum dico, opocalpasum, & cinnamomum quædam proueniunt. Quæ neque chalbanum, neque castia, neque myrrha quidem amplius sunt. Nondum tamen sagapeni, cinnamomiue, aut opocalpali naturam exacte consecuta. Quam ob rem sæpenumero perspexerit oportet, qui similia internoscere ac secernere cupit. Nam quemadmodum gemellos atque cõsimiles inter se fratres qui consuetudinem cum ipsis non habent, distinguere nesciunt, quod tamen contubernaliibus facillimum est. Sic in omnibus medicinis qui inter ipsas enutritus fuerit, & eas frequenter aspexerit, facile illarum diuersitates vel minimas etiam inueniet atque comprehendet. At qui semel tantum aut bis inspexerit, eas tanquam indistinctas intuetur, neque vnã ab alia internoscere valet. Cum tamen signa quibus distinguantur manifestissima nonnunquam habeant, illi usque adeo exposita qui sæpenumero conspexerit, ut per vnum eorum facile quancumque medicinam agnoscat. Sagapenum itaque è chalbane confectum eundem odorem non habet, quem verum sagapenum possidet. Nam id odoris genus quod harum rerum periti hircinum appellant, sumptum è chalbane sagapenum non deponit. Nunquam inter verum sagapenum, & eiusmodi chalbanum non multum interfit, etiam si quis antidotos componat. Ambo namque ad id apta sunt, & serpentibus ac venenis ambo aduersantur, & si chalbanum sagapeno minus. At opocalpasum exitiale est, multosque nos forte quadam vidimus nostræ in ætatis decursu mori, quod myrrham cui opocalpasum admixtum esse nesciebant, assumpsissent. De industria namque qui antidotos conficiunt, tanquam optimam talem myrrham imponebant, eo quod viderant ipsam in collyrijs optimam fuisse medicinam. Nempe saniam absque mordicatione extenuat, & interdum incipientes oculorum suffusiones & adhuc tenues auferit. Atque siue in emplastrum, siue in ceratum, siue in extenuans aliquod medicamentum foris imponendum talem myrrham consicies, remedij vim augebis. At intra corpus assumpta exitium affert. Hæc vberius ideo narrauimus, non solum, quia orationis series ita expositularet, sed etiam quia hæc nosce plurimum conducit.

De medicinis in tertio ordine positis

CAP. 12.

Verum iam tempus est, redeamus ad ea consideranda quæ sunt in tertium ordinem simplicium medicinarum ab Andromacho relata. Inquit enim. Inde quater ternas mutato pondere drachmas. Hæc igitur quo tempore vigent, proculdubio colliges. Rosas primum, ut de pastillis dictum est, excubabis, illas decerpens quæ plus alijs bene olebunt, & rubicundiores fuerint. Vita-bis autem cellas subterraneas, nec vllum medicamentum in ipsis repones. Præsertim vero in humidis, in quibus recondita celeriter cariota fiunt. Rosas Andromachus iridem illyricam adiungit; quæ verba non tanquam inaniter prolata negligenter excipienda sunt: veluti nec cum alijs medicinis patriæ nomen apponit, de quibus paulo post edisserens quid quoque in genere optimum sit demonstrabimus. Polium ergo & chamedrys, duo hæc Romam afferuntur, natis in Italia parum meliora. In aliquot siquidem Italiæ locis, haud multum deteriora proueniunt, illis annis quorum vniversum ver humidum non fuerit, sed sicuti sæpe contingit æstiuo tempore simile. Quod si veris constitutio sicior obuenerit, multa quæ in Italia nascuntur pluribus Creta allatis paria erunt, veluti chamædrydys, chamæpitys, hypericon, gentiana, thlaspis, elleborus niger, & id genus alia. At vero quod ad iridem pertinet, secus se res habet. Si enim iris Lybica quæ plurima ex Africa Romam affertur, illyricæ comparatur, tantum ipsi cedet, quantum cadaver viuo corpori, non tamen alijs in gentibus ortatam multum ab illyrica degenerare iris videtur. Iridem igitur, velut & reliquas medicinas, odoratio-rem semper eligito. Vnūquodque enim optimum est quod sui generis odorem vehemētiorem habet. Is autem ex multorum inspectione manifestus vnicuique fit: ac de gustu quidem perceptis quali-

Quinta Classis.

○○○○○
tatibus

tatibus eodem modo censendum est. Id enim optimū medicamentū esse constat, in quo id quod suo generi proprium est, exuperat. Pessimū vero quod sui generis alijs & tenuius & exilius est. Meliora nāq; sunt omni in specie, quaecumq; nec rugosa, nec exilia fuerint, ut quae cōuenientem sibi magnitudinē excessere, peiora sunt ijs quae bene quidē enutrita, sed tñ astrictiora sunt. Quā ob rem ut dixi, medicinas simplices multas & saepius inspexisse operapretiu est, & maxime optimas, quae longo iam tēpore sui experientia ipsi nascēdi initijs praebuerit, quaeq; vno ore a peritis medicae materiae auctoribus cōmendant. Oēs igit herbarij vnanimes scripserunt, iridē in Illyrio natā, optimam esse: Petroselinū vero quod in Macedonia proūnit, Asphaltum ē Iudea aduectū, item & opobalsamū. Idem & in reliquis fecerūt, quorū dotes a regionibus acceptas cū priuatim de vnoquoq; loquemur, non omitemus. Subiungit deinde radice dulcis succū, & agrestis napi fermen, quae duo nobis ē Creta tñ optima afferunt. Praecipueq; radice dulcis & ipsa & eius succus. Scordii quoq; pulcherrimū Creta mittit. Quāq; in alijs regionibus etiā minime contēnendū scordium reperias. Literarū quippe monumētis traditū est a quibusdā celebribus viris, cū in plio interēptorū eadavera multos dies insepulta iacuisent, quēcūq; supra scordion forte fortuna ceciderant, multo minus alijs cōputruisse, ea p̄sertim ex parte qua herbam attigerant. Ob quā rem sanē persuasum est omnibus tam reptiliū venenis q̄ noxijs medicaminibus, quae corpus putrescere faciunt, scordii aduersari. Ac de omni quidē medica materia satis superq; est a Dioscoride quinque libris disputatū, a quo discere licet vnicuiq; cū alias oēs notas, tum gustu olfactuq; pceptas, quibus probatae medicinae certissime cognosci, & ab improbatis fecerni queūt. In quibusdā vero oculis quoq; perceptae qualitates haud parū utilitatis afferūt. Sed consiliū meū non est quae ab alijs recte conscripta sunt, hoc in opus transferre. Verum quae illi plane omiserunt in medium adducere.

De opobalsamo & cinnamomo.

CAP. 13.

Meminit postmodū Andromachus cinnamomi & opobalsami, in quibus post notas a Dioscoride traditas praecipuum illud est, videre prius ipsa, quibus in locis optima nascuntur. Quemadmodum ego feci, qui sciens balsamū vsque adeo pluribus artibus adulterari, ut interno sci vix queat. Ipsum ex arbore sua resudantē aspiceret volui, & ex eo particulā tanq̄ regulā ceteris agnoscēdis apud me semp habere. Didici quoq; quo pacto multis modis adulteratū peritissimos etiā quosq; falleret. Quam rem qui sciunt diuulgare non consulo, ne obiter improbi fraudes discant, & in malos vsus cōuertant. Nam neq; illos approbo qui noxias medicinas describunt, & publicant. Si quis igitur pbationes a Dioscoride scriptas, & ab alijs quicūq; de omni medicamentorum materia docuerūt, agnoscēdis simplicibus medicinis admoueat, ipseq; suum ex multa inspectione collectū iudicium adhibeat, exacte quēcūq; fecerni possunt distinguet. Quaedā enim, ut dixi, vel nullatenus, vel nō exacte ab adulterinis fecerni queūt, vsq; adeo falsis vera sunt vt rorūq; cōfusa iudicia: veluti de quo nunc loquimur opobalsami. Nam de cinnamomo cōtraria ijs quae de opobalsamo narrauimus, compertum habeo. Persuasum nāq; mihi est ipsum cognitu facillimum ex omnibus esse illis qui saepe optimum cinnamomum viderint. Optimum vero cōsequi nemo potest, nisi repositū ab imperatoribus intueat, sex generibus quodāmodo distributū. Si quidem & in hoc ipso velut & in casia optimi ad deterrimū tam magna differentia est, ut suprema casia ab infimo cinnamomo parum distet. Neq; vero cinnamomi virtus ad vsum apta longo tēpore durat. Ad triginta si quidē annos quā a principio vim habuit, integram non cōseruat. Nugātur enim qui cinnamomū ex hūc medicinae esse dicunt, quae senectute nō sentiant. Atqui ego non centum neq; ducentum annorum interuentu, sed pauciorum si quis ad tantum numerū cōferat, vetustius factum obseruaui, quo tempore siquidem Antonino imperatori theriacam parauit, vasa lignea in quibus eiusdem generis cinnamomū inerat, multa cōspexi: alia Traiani, quaedam Adriani, nonnulla Antonini, qui post Adrianū imperator fuit, aetate reposita, omniaq; haec sese & saporis, & odoris imbecillitate vehementiaq; tñ planē superabant, quantū & tēpore disterebant. Olim ē barbarorum terris arca cubitos quatuor & medium longa Romam perlata cum fuisset, in qua cinnamomi primi generis integra arbor erat, ex eoq; M. Antonino impatori antidotum quandam composuissē, ipsam ceteris multum praestare deprehendi, adeo vt imperator quoq; ea degustata, medicinae concoctionē, velut in alijs fieri solet, expectare noluerit. Sed statim ea vsus sit nondū integre duobus mensibus elapsis. Antonino subsecutus est Commodus, qui nec theriacē, nec cinnamomi curā vllā habuit, sub quo nō solū arboris illius quod superfuerat omne dissipatum est, verum etiā quodcūq; post Adriani tempora cōportatum fuerat. Quo factum est, ut nunc imperator noster Severus cum me sibi theriacam eo modo conficere iussisset, quo M. Antonino cōfeceram, ex cinnamomo Traiani & Adriani tempore reposito sumere coactus sum, imbecilliorq; planē mihi visa est, & tñ nondum anni triginta intercesserant. Hinc nos optimi cinnamomi notas quasdam necessarias subijcere volumus. Summopere ipsum bene olere, inexplicabilem q; pra ceteris bonum quendam odorem spirare, ac calidum gustantibus se multum exhibere. Non ita tamen vt mordicando tristitiam palato inferat. Colorē deniq; talē habere qualem si quis lacti nigrum colorem admisceat, atq; coerulei quem vocant aliquantulum addat. Ex hoc igitur quātum volebam, vt mos mihi fuit, cum accepissem, ramusculos aliquot apud me de-

Aposui, in ea apotheca in qua res meas omnes pretiosas seruabam. Verum ipsa combusta, qua tempestate & templum Pacis incensum est, & haec & aliae quinque cinnamomi species quas mihi conquisiueram perire. Nunc itaq; cum imperatori nostro Severo theriacam componerem ex cinnamomo Adriani tempore reposito, quod optimum visum est elegi, de quo etiam vtile quiddam lecturis subdere, cum possim, id facere non grauabor. Superfuit adhuc ibi multa vasa lignea quae varias cinnamomi species continent, quarū nulla tñ veluti truncus in ramos plures diuisus multum attollitur, sed ellebori figuram pra se fert. Immo vero damafonij quod ē Creta ad nos afferit. Quauis autem cinnamomi species ab vna radice ceu frutex quidam parvus confurgit, emittitq; haec sex, illa septem virgulta, vel paulo plura paucioraue: non aequali tñ omnia longitudine sunt, verum quod maximum est, pedis Romani dimidium non excedit. Vniuersa autem cinnamomi natura similis est quodammodo optima casiae, quam qui afferunt barbari bisyllabo nomine vocant, cuius prima g. & i. constant, secunda z. & i. continet. Ac de cinnamomo quidem haec tenus.

De reliquarum medicinarum probatione & electione.

CAP. 14.

Agaricum sequitur, quod fraudem nullā admittit, de quo illud modo dicere sufficere, quod est ab auctoribus ante nos proditū, optimum id agaricum esse quod leuissimum esset, densum vero, graue, & lignosum abiectum. Quod autem inter haec medium est quantum signis tñ & virtute ab vtriusq; distabit. Subscripta sunt deinde myrrha & costus, nequaquam cognitū difficultia hūc qui prius vtraq; viderint: nouisse tñ opus est myrrham quam troglodyticam appellat, antidotis idoneam esse. Hanc quidam minaxam vocant, a loco in quo optimam nasci ferunt. Maxime vero haec bene olet, & vt modo dicebamus, opocalpasi quicquam admistum non habet. Crocum vero corycium cum omnis antiquitas, tum poetae quoq; laudant. Ego vero & antrum corycium in quo gignitur & crocum ipsum accuratius inspexi, vegetum quidem, non tñ odoris magnitudine vel diuturnitate cunctos alios excedentem. Quibus signis & vos optimū ab ignauo diiudicare cōsulo, non autem quia supra modum vegetum sit. Perspicuū est autem optimum crocum summe flauum & plurimum redolens esse ac longo tempore vigorem cōseruare. Quoniam vero crocum quoq; adulterari a quibusdam solet, neq; facile id deprehenditur, nisi ab his qui saepe optimum inspexerunt, fatius esse duco crocum multum ante emptum aliqua in domus cella, ad id apta repositum habeamus. Quemadmodum paulo ante faciendum docuimus. Magnum siquidem probitatis indicium est, si tale permaneat quale repositum fuit. Adulterati nāq; croci tam color quam odor citissime aboletur. Quod ad casiam vero attinet ea me commemorare nūc opus est, quae in multis de medicina libris scripta sunt, duplum casiae si quis cinnamomo egeat iniiciendum. Hoc dictum irridens Satyrus magister meus, vnam ex Quinti facetijs ipsum esse dicebat asseuerantis eos qui duplum casiae imponere iubent, si cinnamomo careamus, similia illis facere, qui nos censent si quando falerno caruerimus, illius quod in cauponis venditur duplicata mensura bibere, siq; panis siligineus desit, surfuracei duplum comedere. Mihi vero haec Quinti facetia si de re vna quapiam qua per se sola vti velimus afferatur, vera irreprehensibilisq; videtur: sin de re quae in societatem multorum veniat, non est eodem pacto vera. Nam cuiuscumq; quod solum corpori admoueri debet, rhus puta, absinthium, iris, gentiana, vel id genus alia aliqua medicina: si quis minus boni duplum loco praestantissimi accipiat, & corpori vel extra vel intra admoueat, duplicato etiam nocebit. At si multis vnum aliquod optimum commiscendum fuerit, quod se aucturum aliorum vires spondeat, si praestantissimum desit, peius nihil erit vti duplo illius qui proprietates eiusdem generis habeat, etiam si deterius hoc illo videatur. Casia siquidem cinnamomo genere proxima vsque adeo est, vt ex ipsa quandoq; cinnamomum oriatur. Spectenturq; nonnunquam casiae arbores integrae: in quibus aliqua cinnamomi virgulta ē casiae ramis prodeant, simileq; istud est, non vino aut panis, sicuti Quintus dicebat: sed vitae functionibus in

Dextruenda domo, in fabricanda nauis, in tollendis & transponendis oneribus, in omnibus deniq; vitae actionibus, in quibus quod peragendum erat ab vno homine robusto, si absit, a duobus imbecillioribus perficitur. Haec aduersus Quinti dictum obiecta sint, eo q̄ mihi reiiciendum omnino non videtur eorum praceptum, qui pro cinnamomo duplum casiae imponendum censent, quanquā ego semper cinnamomum imposuerim. Nam quibus ego Romae antidotos composui, cum vel imperatorum amici vel diuites essent, facile fuit illis quidem a regibus petere, ijs vero cinnamomum emere. Quibus illud etiam addidisse quando imperatoribus antidotos composui, me cinnamomo nunquam eguisse, superuacaneum plane fuerit. At Quinti sententiam quam de carpesio habuit, commemorare tempestiuum. Ipsam nāq; non solum a Satyro, sed ab alijs etiam Quinti discipulis accepti. Imponebat igitur Quintus, vt aiunt, quoties cinnamomum deerat, carpesium, perinde atq; viribus optima casiae non inferiorem: egoq; carpesium idcirco multum mecum attuli ex ea peregrinatione, qua orientis prouincias adij, diligenterq; repositum nunc vsq; plurimum seruo, quod odorem etiamnum & saporem si nō qualem prius habebat, certe nō dum extenuatum retinet. Est autem carpesium herba phu appellato genere similis, validior tamen atq; aromaticum quiddā plus spirans. Plurimum haec in Sida vrbe Pamphiliae nascitur. Emiturq; propterea illic vilissimo pretio. Quocirca si quis vestrum illuc accesserit carpesij multum emat,

Quinta Classis.

○○○○○ ij cum

cum eum sibi longo tempore duraturum nouerit. Tenuia autem quaedam carpesij farramenta cin-
namomi virgultis similia sunt. Eius duo genera reperiuntur. Vnū quod laertium, alterum quod
ponticum nominatur, a monte in quo nascuntur vtraque nomen adepta: sed ponticum melius est.
Quod cum plurimum haberem per multis medicamentis admiscui, in quibus plu vocata impo-
ni debuerat. Est enim carpesium, ut dixi, plu simile validius tamen, & qualitatem quandam aro-
maticam, gustum, odoratumque remittens. Inter tam multa autem quae de cassia retulimus, neces-
sarium est illud etiam in primis explicemus, quae cassia theriacae iniicienda sit. Nam gizzi nuncupa-
tam praecipue laudant, secundo autem loco Moto dicta. Sunt & quae Arebo Daphitenque probent. Ca-
eterum gizzi quam vocant in omnibus cinnamomo similem esse superius quoque diximus. Haec est
quae ab aromatum peritis perinde atque cinnamomum assidue venditur. Quaequam Andromachus
iunior cassiam a quibusdam fistulam appellatam imponendam arbitratur: haec omnibus cognita est.
Nam & vilius caeteris venditur. Cuius exterior cortex fistula appellatus, quia obuolutus ipsam
representet, saporem & odorem validum habet. Interior autem pars debilis adeo est, ut nullum usum
praestet. In carminibus itaque patris paulo ante a me transcriptis cassiae nomen absolute pronuncia-
tum est. In soluta vero filij oratione fistulae nomen cassiae adiectum est. Atque ab eo series per eos
qui ante nos theriacae imperatoribus composituerunt, in nos usque deriuata fistulae nomen nunc usque
appositum seruat. Iubet deinde Andromachus indicam nardum imponere, quae ex eo quia spicem fi-
guram imitetur, nardi spicem nominant. Quae radix sit in qua cauisse oportet, nequis elutam
vocatam nobis vendat. Est autem haec nardus quae prius ab unguentorum structoribus elixata,
ut ipsorum mos est integra venditur. Quam ob rem ompham barbara voce dictam emere con-
uenit, cuius radice terra adhuc adnexa si contrectetur, nardi odorem habet. Schoenum, id est
iuncum ex Arabia petatum, ad haec idem auctor imponere praecipit, nescio qua de causa, schoe-
nanthum, id est iunci florem a vulgaribus appellatum, nobis siquidem cum florum copia non ad-
sit, iunco utimur ex Arabia composito: cuius summitatem cameli saepenumero abroserunt. Iucun-
dissime namque hunc iuncum cameli pascuntur, secus vias ibi plurimum nascentem. Est autem iun-
cus iste exigui pretij medicina, solaque odoris integritate diiudicanda: quonia celeriter ipsius odor
expirat. Subscribit postmodum Andromachus, Inde nigrum coniunge piper, thurisque nito-
rem, Quo in loco non opus est, inquiramus quid nitor sit. Perinde atque cuiuspiam alterius medici-
nae nomen, cum & ex theriacae descriptione profa oratione ab Andromacho iunioris prodita: &
ex compositionis instituto, quod ab eo in nos usque peruenit medicamenti nomen nitor non sit.
Nam praeter duodecim drachmarum piperis longi in sex nigri commutationem tam pater quam filius
eadem de theriacae scripserunt. Quare thure & pipere excepto cum nihil super sit, de quo quis ni-
toris appellationem dictam putet, censendum est Andromachum versus conscribentem in ni-
toris vocabulum thuri epithetum fecisse. Meminit deinde piperis nigri, dictamni, marrubij,
rhei, rerum omnibus cognitarum, theriacae tamen descriptio quae nobis per manus tradita est,
grauis piperi adiectum habet. Magnitudine vero piper hoc aliud superat, corticemque subtiliorem,
et minus rugosum habet. In rheo quoque fraus committitur. Nam quibus in locis nascitur, simulatque
euulsum est, ipsum elixant, quo succum remittat, ac tam succum ut sincerum & aquae impermi-
stum, quam rheum exiccatum ut non elixum ad nos postea mittunt. Quam ob rem scientia opus est,
verum ab adulterino fecernendi, quam facillime consequuntur, qui suae spontis rheum aliquan-
do viderint. Nam elixi pars quae sub aspectum venit, densa per totum & compacta non est, sed
rarior: & gustu tentatum saporem adstringentem, vel nullum vel obscurum remittit. Cum tamen,
si adulteratum non sit, vehementer astringat. Cito tamen & ipsum foraminosum efficitur.
Sthoechas autem multa pluribus in locis provenit. Plurima vero in Creta & insulis Sthoechadibus
quae in Ibero mari sitae sunt. Vnde & Sthoechadi nomen deductum est. Quae autem in praedictis
insulis oritur, vegetior Cretica & melior est. Quod ad Petroselinum attinet, laudatissimum Ma-
cedonicum est omnibus cognitum. Hoc Estreaticum etiam quidam appellant, a loco in quo na-
scitur nomen imponentes, verum exiguum est prorsus quod ibi provenit, cum & praeruptus &
angustus is locus sit. Estreaticum itaque, seu Macedonicum hoc quod in omnes gentes affertur,
paucum & ipsum in Macedonia gignitur. Sed idem in Petroselino Macedonico accidit, quod
in attico melle et vino falerno contingit. Mercatores siquidem in vniuersa ferme orbis terrarum
oppida, ut mel atticum, vinum falernum, sic Petroselinum Macedonicum aduehant. Cum tamen
in Macedonia Petroselini tantum non oriatur, quantum populis omnibus satis esse queat. Verum
in Epiro petroselini multum gignitur, in Cycladibus mellis plurimum. Atque ut mel ex insulis Athe-
nas affertur, sic Petroselinum ex Epiro in Macedonia comportatur, plurimumque, immo penes
totum Thessalonicam. Vnde tanquam Macedonicum quocumque asportatur. Idem in vino faler-
no contingit. Nam cum in exiguo quodam Italiae agro falernum proveniat, complura alia vina
in falerni speciem a vini magistris concinnantur. Quae perinde atque falernina in omnes provin-
cias imperio Romano subiectas exportantur. Tibi vero si Petroselinum Estreaticum quandoque
deerit, ne peiorem existimes theriacam futuram si alium imposueris. Non enim si mortiferis ve-
nenis, si venenatorum morsibus aliud ab Estreatico Petroselinum minus congruit, propterea reli-
quis

A qui etiam morbis, ut torminibus, ventriculo debili, aquae inter cutem, & id genus alijs segrnius
opitulatur, quos in primis sanare theriacae non promittit. Ad haec Estreaticum Petroselinum
amaram etiam plus theriacam facit, praesertim cum recens adhuc imponitur. Nam ut acrimonia,
sic amaritudine hoc alia superat. Resinam postea terebinthinam addit, quam nescio cur Andro-
machus omissa chia libycam esse voluerit. Chiam namque penes omnes meliorem iudicant: quanquam
laudo & Libycam si bona sit: sed proculdubio bona semper non est, quemadmodum quae est Chia reli-
quitur. Nascitur quoque & in Ponto, & in alijs aliquot locis optima terebinthina. Verum chia reli-
quas & odore & sapore vincit. Retulit subinde inter componentia theriacam Andromachus
zingiberem & pentaphylum, hoc est quinquefolium herbam, quae duo fraudem non admittunt, &
ab omnibus cognoscuntur. Meminit ab his polij quod omnibus cognitum, nec simile sibi quo ad ul-
terari possit quicquam habens. Deinde chamapityos de qua illud tantum referam, multis in locis &
odore & sapore praestantior chamapityn gigni, quae in Creta. Nobis enim inde affertur, eaque omnes
qui Casari antidotos faciunt, videntur. Romae siquidem in suburbanis praedijs & chamapityn,
& chamadrym reperi multo plus redolentes quam Creta aduectas, si tamen continuus imbribus obrutae
non fuerint. Illud hoc loco non ignorare nos conuenit, cum Creta nobis herbae afferuntur char-
B tis obuolutae, in quibus earum nomen scriptum est, quaedam inuolucra solummodo inclusae herbae
nomen inscriptum habere. Quaedam vero praeter herbae nomen campestris quoque vocabulum
additum continere, ac campestris quidem generosiores inuenies, etiam si in planis locis herbae
ferme omnes imbecilliores proveniant. Manifestum insuper est, styracem qui in calamis est Pam-
philia apponatur Andromachum praecipere. Paucissimus autem illic styrax nascitur, tantumque ab
hoc vulgari distat, quantum a vino quod in tabernis venditur falernum. Accipere vero styracem
oportet maxime pallidum, quem & odorem & saporem quoque vehementissimum habere per-
spicuum est. Nardum ab hoc Andromachus commemorat, quemadmodum ipse scribit ex
Gallia petitam, quam regionem orbis terrarum periti Celticam frequenter appellant. Tria namque
nullo discrimine vnius gentis vocabula sunt, & eos populos aliqui Gallatas, aliqui Gallos, qui-
dam Celtas nominant, sed visitatus apud eruditos Celtarum nomen legimus. De reliquis autem
deinceps ab Andromacho conscriptis, partim alibi est a nobis in superioribus libris disputatum,
veluti de Lemnia sigillo, & rubrica: nam terram potius ipsum quam rubricam appellare conuenit.
Est enim Lemnia rubrica res alia quaedam in Lemno nascens, ad alios usus apta non ad quos Lem-
nium sigillum quod vocant. Sed de hoc quoque sicut etiam de reliquis a nobis est in libris de sim-
C plici medicina disceptatum: partim vero sunt medicis omnibus cognita, nec fraudes vllas admit-
tunt. Eorumque nonnulla sunt in theriacae pedestri oratione conscripta, dilucidius explicata, veluti
illud, atque atram lachrymam Nili quam spina remittit. Acaciam namque ex Aegyptia spina collectam
Andromachus significat. Hoc loco vnum hoc praeterire non possum. Videntur omnes ferere thla-
spi, quod est Creta affertur, at ubique nascitur, colore inter luteum & flauum medium, figura rotun-
dum, exiguum adeo ut multoties grano milij cedat. Melius est autem in Cappadocia comporta-
tum thlaspi imponamus. Hoc ad nigredinem quam plurimum inclinatum, figuramque non exacte ro-
tundam habet, & ante dictum magnitudine per multum superat, atque ab vno latere parua quan-
dam veluti compressionem praese fert. Vnde & nomen obtinuit. Prouenit autem ut hoc sicut &
illud in Cappadocia quam plurimum. Ideoque non absolute quod inde asportatur optimum censendum
est. Sed quod peculiariter in Sauro nascitur, nec Cretico, nec passim nascenti simile. Si quid
adhuc aliud superest, quod minus dilucide sit ab Andromacho patre elegiaco versus dictum, pla-
num fiet theriacae legentibus ab eius filio soluta oratione descriptam. Quod enim ille cecropium
mel obscurius appellat, hic atticum aperte nominat: centauryon ille nulla adhibita distinctione in
carmine pronunciat, hic in profa tenue apponit, eo quod aliud quoque centauryum extet crassum ap-
D pellatum. Idem & in aristolochia fecit, cum praeter tenuem aristolochiam, alia quoque reperitur
que crassam radicem habeat, & rursus tertia quoque rotundam.

De compositione theriacae.

CAP. 15.

Dictum est a nobis & supra eum qui theriacam commiscens animam semel intenderit, non
iterum neque tertio id facientem videat opus esse. At optimas quocumque in genere medici-
nas ut idem agnoscat non semel, bis, aut ter, sed multoties, & saepe, quae singulis in locis optime
provenire feruntur, inspexerit, oportere: nec satis haec sunt. Praecepta quoque ad usum earum per-
tinentia habere conuenit, de quibus & in superioribus iam egimus, denuo tamen per capita de om-
nibus dicere tempestiuum erit. Radices igitur medicinarum quae in usum veniunt extento cortice
sint oportet, non rugoso. Hoc enim earum maciem significat. Fructuum autem virgulta & ger-
mina vegeta pluraque esse debent, item & quicquid semen includit, tegmina, cortices, inuolucra.
Semina vero vegeta sint conuenit, quod ex eo quia tentum corticem habeant conspiciemus. Li-
quores & succi neque diuturnitate arefacti sint, neque suas qualitates obscuras habeant: has dico quae
gustu olfactuque percipiuntur. Fructus autem qui vna cum virgultis, folijs, calicibus, ac floribus in
theriacam mittuntur, ij sunt scordij, nepitae, marrubij, stoechadis, dictamni, polij, chamadryos, cha-
mapityos, hyperici, centaureae. Radices autem haec, zingiberis, iridis, rhei, quinquefolij, costi,
Quinta Classis. ○○○○○ ij nardi

nardi Indicæ, nardi Gallicæ, gentianæ, mei athamantici, phu, aristolochiæ tenuis. Semina vero E hæc, napi, petroselinii, thlaspi, ammeos, anethi, fœniculi, dauci, cardamomi. Hæc itaq; tria rerum genera mortarijs Aegyptijs imponi debent: durissimi enim sunt, itaq; minus periculi est, ne pars aliqua inde inter cõtundendum abrupta medicinis admisceatur. Antedictis autem hæc quoq; addenda erunt, pastilli scillitici, pastilli viperini, magma, hedychrom, piper nigrum & longum rosæ sicæ, agaricum, crocus, modo siccus sit, terra lemnia, chalcitis vsta, amomum, cinnamomum, castia fistula, balsami fructus, acacia modo tenera aut humida non sit, castorium deniq; & asphaltus, siue fœminino siue masculino genere quis ipsam efferre velit. Diximus nãq; sæpius alias nõ animaduertendas esse huiusmodi verborum minutias. Vno autem macerata dissoluenda hæc erunt, myrrha, & crocus, si tamen ita facere tutius tibi visum fuerit, nec ipsum, quia humidus sit, contundere. Succis autem omnes ideo vino macerantur, vt & dissolui queant & leuigari facilius possint, sagapeni dico, panaceæ, papaueris, cuius liquorem & meconium & opium vocant. Acacia quoq; cum humida tibi visa fuerit, nec ad contundendum facilis, hypocistidis item & radicis dulcis succus. Thlaspi autem & napi semina primo quidem, sicut & ante me alios fecisse viderã, in mortarium vna cum alijs contundendis ipse quoq; conijciebam. Inde vero cum ipsa pile concavitati adhære ob tenacitatem animaduertissem, melius esse duxi sola in alio mortario prius F attrita, vino superinfuso macerare quoad exacte dissoluerentur, dissolutaq; postmodum cæteris que peculiariter vino macerantur ac diluuntur admiscere. Thus quoq; per se solum in mortario seorsum leuiter comminueri fatius est, ne in placentam coeat, tum vbi cõminueris & excusseris promptum habere, quo reliquis vino maceratis cum placuerit ipsum inspergas. Nam gummi & vino macerare & ipsum per sese vel cum thure leuigare necesse est. Hæc igitur quo diximus pacto omnia præparentur, atq; humida quidem ex vino dissoluuntur. Sicca vero in puluerem redigantur. Quo tempore autem cuncta simul admiscenda erunt, resinam terebinthinam in vase duplici primum colliquabis, tum styracem & chalbanum antea pistillis ferreis rutabulisue contracta, mellisq; crudi parumper instillabis. Hæc simul atq; effuderis, & manibus complanaueris, melis aliquantulum, resinæ quoq; liquefactæ affundes. Atq; ita vase cooperto ea rursus liquari permittes. Melius est enim his rebus impositis, nõdum mel admiscere, sed adoperto vase quod aque innat, vt elixentur permittente. Interea dum ista liquefunt, maceratis ex vino rebus siccas medicinas eatenus adijcies & cõmisceris, quousq; spissa satis esse videant. Atq; ita paulo post in mortarium magno cochleari liquefacta, tepida tñ transpones, robustusq; aliquis homo tunc ipsa cõmiscet. Ac postea q̄ bene inter se cõmista, atq; in vnum corpus redacta fuerint, dẽsaq; iam quodammodo videri cõperint, mellis & moderate decocti & proculdubio despumati partem quandam superimittes. Postea contusarum medicinarum portionem quandam: deinde rursus mel inferes, postea liquefacta, sed tepida infundes. Postremo quicquid pulueris & mellis supererit, admiscebis vehementer omnia magno in mortario magnaq; tudecula commiscendo. Cum vero tudeculæ ductu in mortario omnia coiuerint, tum in pilam transferenda sunt. Atq; ferreis rutabulis diligenter extersis ne quid rubiginis insinat sine intermissione contundenda. Rutabulum autem opobalsamo subinde perunges, ne subigendarum rerum tenacitate obtineatur, neue difficulter se inde ab attollentibus resistat. Vt igitur opus expedite pcedat, imas rutabuli partes opobalsamo frequenter inungere conueniet, atq; opobalsamum hac vna in re totum absumere. Melius est autem in sole theriacã cõmiscere. Sic enim citius in vnum corpus simplicia coeunt, dumq; hoc faciemus pilam in qua antidotus admiscetur, operiemus. Ac post quatuor aut quinque dies rursus in sole ipsam eodem modo cõmiscerimus, idemq; sex, septemue dierum spatio interiecto iterum atq; deinceps repetemus, donec menses duo vel quadraginta dies saltem compleantur. Hactenus quæcunq; conscripsimus ad theriacã vim augendam pertinet. Quæ vero mox subiumgam, ad colorem. Danda nanq; est opera, vt nigram theriacã efficiamus. Nam hoc etsi quo pacto in consuetudinem venerit, nesciam, quisquis tamen hunc colorem non cõsequitur, irridetur. Quam nulla coloris qualitate medicamento vis immutetur. Nigra vero theriaca non erit, si chalcitis flaua luteaue dum vritur, euaserit. Chalcitidis enim particula quantũvis minima colore suo, theriacã inficit. Ne quis igitur hac quoque in re frustretur, ijs quæ dicam, mentem adhibeat. Quatuor chalcitis drachmas cum theriaca solummodo capiat, multo plures affare conueniet hoc modo. Conijce in exiguam ollam chalcitis crudæ drachmas non pauciores quadraginta, postea succensis carbonibus ollam absq; operculo, in medio prunarum statue: cumq; liquefactam chalcitin videris, ac quæ leuissima & spumosa pars eius est innatare, statim ollam ab igne amoue, humiq; colloca, nec vt aliquando solebamus, sicuti qui ignem accendunt, ipsi insufflabis. Mirãdum est enim quantum ita faciendo luteus flauusq; color emergat. Non tamen in sole collocanda erit, sed in umbra donec frigeat, omittenda. Hinc postea id solummodo capies quod superne spumeum fuerit, quodq; neq; luteum, neq; flauum, neq; pallidum est. Deinde experiundi gratia aliquantulum eius quod probaueris, accipe, atq; comminue, & nun quis ex supradictis coloribus appareat, inspicere. Nam si qualis accepta est, viridis aut cinerea mæserit, drachmas quatuor ipsius impones. Talem nanq; chalcitin exiguam inuenies, etiam si multam exusseris. Quæ ad componendam

A nendam conficiendamq; theriacã requirebantur, omnia iam absoluimus;

De theriaca ex descriptione Damocratis.

CAP. 16.

Cum vero Damocrates atq; Crito in quibusdam ab hisce discrepēt, opportunum mihi quæ ab hisce quoq; auctoribus conscripta sunt, subiicere visum est. Ac prius quidem Damocratis theriacã qui omnem eius usum dilucide explicuit. Ea autem est iambicis versibus, vt mos hominis fuit, descripta, commoditatemq; hanc habet, vt non solum memoria facile contineri, sed nec a suo ordine perueri possit. In eo itaq; libro in quo antidotos describit, ab usu cõmuni à theriacæ formula initium sumens, ita exorditur.

Antidotos paratas habere decet,

- Aduersus omnes virulentas feras,
 Quarum reperta & videntur gratia,
 His & venenis obuies letalibus,
 Illi propinans ante, cui metus subest
 Ne quid veneni capiat mistum cibis.
 Post vero illis, qui putauerint simul
- B Ferale quicquam se indidisse cum cibo:
 Ingestam vbi reiecerint escam tamen,
 Bis illam, terq; præcipe passis dari,
 Donec veneni signa permanent mali.
 Hanc, læsit serpens quos obuies, dabis.
 Letalis dentes, vel quibus impressit fera,
 Apis, Cerastra, Dipsas, atq; Hydri graues,
 Echidna tristis, spumei Canis furor.
 Hæc quippe morsu cuncta letali nocent.
 Obstat marinis omnibus belluis quoq;
 Et quas minutas bestias vocant, Apes,
 Crabrones, Vespas, & rigentes Scorpions:
 Mures araneos, rapax Phalangium.
 Huius antidoti, plus vna drachma dato,
 Quantum nux magna, sed parumper amplius,
- C Admittis vini puri, cyathis decem.
 Male commorsis, non sufficet semel
 Haurire, metu si quis absolui velit,
 Necessè antidotum ingerat frequentius.
 Hæc usum ad omnes commodum morbos habet,
 Qui corpus longa male afficiunt mora.
 Ad febris orbe transeuntis impetus,
 Rigorem quoq; qui longum tempus manet,
 Membris pernitiem afferens præcipuis.
 Inclusumq; vtero flatum, & flatum coli,
 Et quos vesica torfit, vel renes diu,
 Siue adsit vlcus, siue torqueat lapis,
 Miscebis & quos hepar infestat male.
 Et qui è pectoris sanguinem recessibus
 Aut foeculenti virus excreant sputi,
- D Feratur vnde cunq; sit pulmo licet.
 Infunde ruptis, atq; conuulsis, quibus
 Intus disruptum est atq; conuulsim aliquid.
 Sic cura tristis, sicq; pelletur dolor.
 Hanc, ægre sumptum cum coquit calor cibum,
 Quamuis des modicum, coquet calor cibum,
 Quosq; ira motu semper asperat graui.
 Iter profectis longius, quibus diu
 Vti necesse tabidis lymphis erit,
 His vero, pendent quantum oboli tres, dato,
 Caldeq; cyathos quatuor, aut tres aquæ
 Miscebis, ante cibum tres horas, vel amplius.
 Læsa est quibus vesica è passio dabis,
 Et sputo sanguinis, & stomachum vlcera tis,
 Quibus at totum stillat in pectus fluor,
 Ex aquæ, in qua coxerit pugillulus
 Quinta Clauis.

Polij teuthrij, præstat hoc cretico,
 Præstatq; scythico, pontico est præsentius.
 Nam continebis fluxionem citius,
 Tribus cyathis præbe, vt est dictum modo.
 Quidam si magnus vrget aurium dolor,
 Passo dissolunt antidotum cretico,
 Et sic meatus illita lana obstruunt.
 Optimam quisquis theriacen cupit,
 Selecta cuncta cum reliqua habeat,
 Tum vero pastillos viperæ quos vocant,
 Sicut docemus, ita instructus paret:
 Nam hi inter commiscenda præstant admodum.
 Aestate grandes viperas bis decem
 Venator, captas quas recenter attulit,
 Sumat, vel plures etiam, nam parum est
 Quod inde tollens ponat in antidotum.
 Nempe qua caput instat, abscindat primum
 Quod æquet digitorum mensuram trium,
 Qua cauda vibrat, amputet plus parum.
 Id dum recentes, dumq; vigentes adhuc,
 Agat oportet, post vt anguillas, exuat
 Pelle, tum pingue & intestina abijciat:
 Quod restat, lauet, in ollam mittat, atq;
 Anethi sicci congerat manipulum,
 Aquæ quod fatis. Hinc ferueant tam diu,
 Facile donec recedat à spinis caro.
 Ollam tepenti tunc ab igne transferens,
 Solam reuulsis ossibus carnem legat.
 Aequali carnem panis æquet pondere,
 Polline panis confectus triticeo.
 Hęc soluens ambo, dum leuigas, modicum
 Iuris affunde, mox inde placentulas
 Paruas confinge, quibus siccis vitior.
 Pastillos hæcenus diximus è viperis.
 Dicemus scillæ. Cum messis falce cadit,
 Et magnam bene & albam scillam capet:
 Vndiq; siccum detrahit corticem,
 Radices, q; lignosæ, cunctas amputa.
 Nudatæ pultis vbi loricam feceris,
 In furnum mittes: cum assam fatis duxeris,
 Sumes exemptæ quod libræ pondus leuet.
 Contundes, læuigatę diligentius
 Adde farinam, libræ pondus mediæ,
 Erui farinam parumper vstulati.
 Statim vt eruo scillam obligaueris,
 Paruas, sicut dixi, conficies rotas.
 Et mox siccitas conde quo vase libet.
 Misturam istam sumere, vt nuper inuentam,
 De theriaca loquor, si ambigis, audi.
 Ferunt hac vsum Mithridatem quoq;
 Deuictus ergo venenum cum liberis,
 (Coegit fatum peruicax) hausit miser,
 Nullamq; solus vim veneni pertulit,
 Sed ense vitæ terminauit circulum.
 Natas iam ferox abstulerat potio.
 Ne tardes igitur, scillinos orbis quater
 Denis assume: bisq; drachmis quatuor.
 Pastillus viperę pendat senas quater.
 Opium quoq; nigrum piper, & magma
 Quod olim veteres dixerunt hedychroon.
 Radicis succum dulcis exiccatum

His

E

F

G

H

- A** His adde, drachmas impleat duodecim.
 Tantundem pendat sicca pondus rosæ.
 Et cinnamomum, & balsami præstans liquor,
 Et iris, quam superbum fert Illyrium:
 Napiq; semen, & albens agaricum,
 Cretense scordium, Rursus dimidium
 Pontica radix pendat, petroselinum,
 Et myrrha, & itœchas, & corycium crocum,
 Radix pentaphylli, & quam nepitam vocant,
 Marrubij semen quod globuli continent,
 Album piper, longum piper, nardi indicæ
 Spica, & terebinthina, thusq; masculum,
 Atq; album costum, dictamniq; herba etiam,
 Et iunci, non festuca, flores arabij,
 Et siccum, nec madescens vnquam zingiber.
- B** Cortices demum nigra iunge castia.
 Senas impono drachmas istorum quoq;
 Inde quæ drachmas singula pendant duas,
 Contusa thlaspis, polium, phu pontica,
 Gummi, chamædry, atq; lentescens styrax,
 Et gentiana, & acorus, meon etiam,
 Et cardamomum, & semen fœniculi,
 Hypocystidis succus, assa chalcitis,
 Semen hyperici, creticum sit tamen:
 Acaciæ succus, cum humens, tum bonus:
 Celtica nardus, & sigillum lemnium,
 Et ammi, & chamæpitys, atq; seselis,
 Anisi dudum siccati semen quoq;
 Racemum amomi, malabathri folium.
 Cuiusq; drachmas nos imponimus duas,
- C** Quaternas quidam, sed non recte faciunt.
 His rursus panax, lachrimæq; chalhani,
 Addatur, semen dauci, Creta genitum,
 Nuperq; lectum sagapenum, & castorium,
 Centauriumq; non recens, sed creticum,
 Aristolochia tenuis & sicca probe.
 Impone drachmas singulorum bis duas.
 Aequumq; statue pondus asphalti bonæ.
 Duas huc quidam conferunt, quod improbo.
 Confeci sæpe quo diximus pondere.
 His tu falernum quod fatis, funde optimum,
 Mellis recentis atticæ libras decem.
 Horum cum succi quædam sint, illa semina,
 Folia hæc, radices ista, illa lachrymæ,
 Gignanturq; in metallis haud compluscula,
- D** Mero dissolue lachrimas, succos, atq;
 Metalla, donec mellis acquirant modum.
 Immitte quæ supersunt. Sicca omnia,
 Contusa, densosq; transmissa cribro.
 Mel rigans adde, bis ter quod deferbuit.
 Repone, & serua vasculis non ligneis,
 Sed vitreis, argenteisq; & corneis,
 Et stanneis, & testaceis, densis tamen.
 Trades bibendum antidotum nec protinus,
 Nec moræ quam siccauerit prolixitas.
 Id si contingat, isto corriges modo.
 Infunde mellis quod fat, quodq; ferbuit.
 Nam ipsum postquam commiscueris diu,
 Vtile habebis quod corruperat dies,
 Peiore at multum forte quam mistum semel.
- * Ipse igitur se Damocrates ab Andromacho dissentire significat, cum inquit, Quaternas quidam,

dam, sed non recte faciunt, & rursus, Duas huc quidam conferunt quod improbo. Illud quoque perspicuum est, apertam magis esse theriacae descriptionem ex ijs quae a Damocrate scripta sunt.

Alia theriacae descriptio hexametris carmine. C.A.P. 17.

Cum vero aliam etiam theriacae descriptionem apud me haberem, carmine & ipsam comprehensam, mihi eam quoque non omittere satius esse visum est, sed quo modo ipsam a superioribus medicis accepi, subscribere, servata singularum medicinarum ratione. Est enim ceteris omnibus & planior, & concisa magis haec descriptio.

Pondera quae rerum, rerum quis possit aceruus
Condere theriacen, paucis adverte docebo.
Semina principio dauci, panacisque liquorem,
Et tenuem, inuentum Chironis, centauream,
Ortaque syriacis graue olentia chalbana terris,
Serpentesque fugans olido nidore bitumen.
Nec non immeritis exempta virilia fibris,
Et longam, Lucinae munus, aristolochian
Difficiles tenui partus radice leuantem

Accipies geminas suspendant singula drachmas.
Inde meon, sefelimque breuem, poliumque senescens:
Foeniculum, gummi, chalcitum, thlaspin, amomum,
Balsameos fructus duplicato pondere sumas.
Atque humilem quercum, Graij dixere chamædryn:
Et pinu similem folijs & odoribus herbam,
Quantumque bonus primusque manu Rex Gentius olim
Montibus in patrijs radicem vulsit amaram,
Conspectamque suo donauit nomine, quamque
Lemnus habet terram, pharetratae signa Dianae:
Atque paretonium fudit quem spina liquorem,
Compressumque rubra flauum ex hypocythide succum.
His solum stagnis foecunda quod India nutrit,
His styracem iungas, inimicaque flautibus ammi,
His & ab Assyria sagapenum gente petiitum,
Et cardamomi pracluso cortice semen,
Hypericique comas, nardum quam Gallia mittit,
Phu quam Pontus alit, cretei ruris alumnium
Anisum multis celebratum laudibus adde.

Rursus quae drachmas attollant pondere fenas
Marrubium capies, dictamnium, zingiber inde,
Et piper oblongum, cassiamque, crocumque rheumque,
Et nepitam, & myrrham, & costum, iuncique rotundi
Diues odoratos quos dat Panchaia flores,
Atque apium, petras quod amat, numerumque suorum
Quinque tibi referens foliorum nomine gramen,
Emisumque tuo frondens terebinthe liquorem
Stipite, & hinc alio stillantia caudice thura,
Hesperioque mari nascentem stœchada, quamque
Proxima iam nostris nardum tulit India terris.
Hinc noua congeries sequitur, syluestria primum
Semina buniadis, cinnamomum, scordion herba
Allia quae redolet, tantumque imitatur odore.
Adde nigrum dulci pressum radice liquorem.
Adde etiam illyricis crescentem in collibus irim,
Quaeque Palaestino de palmite balsama sudant,
Siccataque rosam, lectum leuitate locoque
Agaricum, fenas bis tollant singula drachmas.
Inde piper capies geminato pondere nigrum,
Atque suo fundunt quem secta papauera succum
Vulnere, tum laeti nomen fortita coloris
Magmata, rem nostro memoratam carmine, necnon
Vipereos orbis, scillae quos pondere duplo
Pattilli superent, spumati denique mellis
Et vini quantum satis est infunde salerni.

Reliquum

A Reliquum adhuc mihi videtur ad explendam vniuersam theriacae doctrinam, si quid Crito vel aliter quam supradiximus sensit, vel omissum aliquid addidit subiungere.

Quae Crito de theriaca scripsit in tertio de medicamentis libro. C.A.P. 18.

Quod ad pondus itaque medicamentorum attinet, conijcit quidem & ipse piperis nigri. 3. xxiiij. quemadmodum Andromachus filius, & longi sex, impositaque chalcitidis vltæ. 3. iij. & mellis attici libras decem. Viperas autem vere iam desinente aestateque incipiente, aut vindemiae tempore comprehendere iubet vitans nimirum aestatem omnem, excepto principio, usque ad canis ortum, & inde sequens tempus quod aliqui operam, id est fructuum prouentum peculiariter vocant. Tunc in hominibus quoque bilis plurimum excrescit. Vindemiae autem tempore, quod autumnii medium est, colligendas primo apprehendendasque viperas censet quae magnae corpulentaeque sint, anethoque imposito elixandas, deinde carnem ex decem viperis collectam vnus siliginei panis vncijs commiscendam, atque ita pastillos conficere suadet. Ad hunc modum & scillas messis tempore, quo praecipue vigent euellere iubet. Planum est autem messem ipsum appellare illud aestatis spatium quo triticum rustici metunt. Euulsas deinde in furno quoad satis sit, affare praecipit gypso luto ue circumtectas, calido cineri subiicere, donec planae tostae sint, tum extractis medullam excipere. Ita enim Crito scillae medullium nominat, eamque atterere, vnamque erui partem duabus scillae admiscere, rotulasque sic demum conficere, & eas in umbra siccare mandat. Quod ad contundenda vero medicamenta pertinet, accurate singula docuit. Nam mortario pellem obstrictam circumligandam praecipit, atque ita in medio perforatam ut per id foramen non modo rutabulum imponere possis, sed etiam eo sublato manum quoque & cochlear immittere, quo per eum contusa & quae cribranda sunt eximi queant. Rursus quoque alia pelle opus fore dicit quae angustius foramen adhuc habeat, ut per ipsum tudecula solummodo demitti possit ad contundendum ea quae in mortario fuerint, hancque priori superimponendam dicit, nec prius admendam quam excitatus inter contundendum puluisculus subsidat. Eodem modo quoque cum per cribrum contusa transmittemus, desuper contegere quae excutimus nos admonet, nec ea prius aperienda quam cribrum mouere pridem deliuerimus, deque sublato cribro quicquid inhæsit, penna deducere.

GALENI DE ANTIDOTIS LIBER SECVNDVS,

Iul. Martiano Rota interprete.

De Mithridaticis & alijs quibusdam Andromachi antidotis. C.A.P. 1.



Hypocrita a nobis integro volumine theriaca, ut reliquas antidotos breuibus explicemus, efficiet quas mihi hoc in libro recensere propositum est, ab ea quam Mithridaticam vocant initio sumpto. Haec enim aduersus quae multa venena plus est quam theriaca valet, quis ictus viperae sanare minus possit. Quam vero Andromachus & hanc, & deinceps optimas quasque feruae antidotos literarum monumentis commisit, cum de medicamentis ageret quae intra corpus assumuntur, idcirco & ipse eas omnes, quo ordine ille descripsit, subiungam. Antidotus Mithridatica, priuatim ad omnia venena faciens & ad malas internasque corporis affectiones efficax. Radicis dulcis. 3. viij. ob. iij. opij. 3. iij. ob. ij. castorij. 3. vi. oboli. ij. polij. 3. v. ob. ij. costi. 3. vi. ob. ij. spicae nardi. 3. viij. ob. iij. calic. 3. v. oboli. ij. thuris. 3. vi. sefeleos. 3. v. oboli. ij. succi hypocythidis. 3. vi. acori. 3. ij. scordij. 3. vi. ob. ij. folij. 3. iij. * salis. 3. v. ob. ij. alij. 3. vi. immittunt. cypheos. 3. vi. ob. ij. myrrhae. 3. vi. croci. 3. viij. ob. ij. cinnamomi. 3. viij. ob. ij. styracis. 3. v. ob. ij. semi. dauci. 3. vi. ob. ij. zingiberis. 3. viij. ob. ij. phu pontici. 3. ij. petroselinij. 3. iij. ob. ij. nardi gallicae. 3. iij. seminis foeniculi. 3. iij. nardi indicae. 3. iij. hyperici. 3. ij. acaciae. 3. ij. gentianae. 3. iij. alij vero duas imponunt. anisi. 3. iij. thlaspeos. 3. vi. ob. iij. meu athamantici. 3. iij. alij. 3. ij. rosarum siccarum. 3. iij. gummi. 3. ij. cardamomi. 3. iij. alij. 3. ij. iunci odorati. 3. vi. ob. ij. opopanacis. 3. vi. ob. ij. opobalsami. 3. vi. galbani. 3. viij. scinci. 3. ij. oboli. ij. terebinthinae, drach. vi. ob. ij. vini chij quod satis est. Mellis attici despumati quod sufficit. Aliter Mithridatica haec antidotos componitur ex Antipatri & Cleopantis traditione. Myrrhae. 3. viij. ob. ij. spicae nardi, tantundem. Croci. 3. viij. obo. iij. opij. drach. iij. oboli. ij. s. styracis. 3. v. castorij. 3. vi. ob. i. cinnamomi. 3. viij. ob. iij. polij. 3. vi. ob. ij. scordij. 3. viij. ob. iij. zingiberis tantundem. costi, drach. vi. ob. iij. piperis longi. 3. vi. ob. ij. piperis albi, drach. v. ob. ij. sefelis. 3. v. ob. ij. abrotoni. 3. v. oboli. ij. petroselinij, drach. xiiij. seminis dauci, drach. vi. obo. iij. calic. drach. v. obo. iij. thuris, drach. v. obo. ij. succi hypocythidis, drach. vi. obo. i. s. nardi gallicae. 3. iij. seminis foeniculi, drach. iij. foliorum malabathri. 3. iij. acori, phu pontici, sagapeni, fructus balsami, hyperici, iridis illyricae, singulorum drach. ij. rubricae lemniae, cypheos, lumborum scinci, singulorum drach. vi. acaciae, gummi, cardamomi, securidacae, singulorum drach. ij. seminis

* galiu aliq le- gū. g. γελλου

feminis thlaspeos, drach. vi. ob. iij. gentianæ, drach. iij. alij. iij. anisi, drach. iij. rosarum exsiccatarum, drach. iij. mei athamantici tantundem, florum iunci rotundi odo, drach. vi. ob. iij. opopanax, drach. vi. chalbanij, drach. vi. ob. iij. opobalsami tantundem, aristolochiæ, drach. i. hyssopi. 3. iij. marrubij, drach. i. chamæpityos, drach. iij. roris marini, drach. v. terebinthinæ, drach. vi. ob. iij. mellis atticij quod sufficit, vinum ne iniijcito. Antidotus in Orbanum Indu relata ad foetus efficiendos. Myrrhæ, drach. xv. croci, drach. xvi. nardi indicæ. 3. xvi. cinnamomi, casia, panacis, singulorum drach. xij. amomi, drach. viij. scordij, drach. v. florum iunci odo. 3. viij. mei athamantici, drach. iij. succi rosarum, drach. xij. obo. iij. phur, drach. v. ob. iij. hyperici, drach. v. zingiberis, drach. vi. piperis nigri, drach. vi. piperis albi, drach. viij. styracis, drach. v. ob. iij. feminis foeniculi sylvestris. 3. iij. ob. iij. piperis longi, drach. v. alij, drach. vi. costi. 3. viij. ob. iij. feminis trifolij. 3. v. gentianæ, drach. iij. aristolochiæ rotundæ, drach. iij. polij, drach. v. radices trifolij, drach. v. ob. iij. cardamomi, drach. v. radices echij, drach. iij. thuris, drach. vi. petroselinij, drach. vi. verbasci. 3. vi. feseleos, drach. v. cumini æthiopici, drach. iij. fructus balsami, drach. iij. nardi celticæ, drach. viij. terræ sigillatæ, drach. iij. opij, drach. iij. ob. iij. cachryos, drach. iij. cypheos, drach. iij. iridis illyricæ tantundem, succi mandragoræ, drach. vi. ob. iij. sagapeni, drach. iij. opopanax, drach. iij. anisi, drach. iij. succi hypocythidis, drach. vi. terebinthinæ. 3. v. ob. iij. castorij, drach. v. opobalsami, drach. xvi. feminis rutæ sylvestris, drach. iij. chalbanij. 3. iij. feminis napi tantundem, medullæ ceruinæ. 3. vi. ob. iij. vnguenti nardini, drach. xx. sanguinis hœdini exsiccati, drach. v. obo. iij. sanguinis anserini tantundem, sanguinis anatis, drach. iij. oboli. iij. succi bophthalmi Aegyptij. 3. viij. vini chij, mellis atticij quod sufficit. Antidotus panacea qua vtor multa pmittēs ab Aphrodisia accepta. Cinnamomi, drach. viij. amomi, drach. iij. casia fist. nigra, drach. xvi. croci, drach. xvi. iunci rotundi odo, drach. v. thuris, drach. v. piperis albi, drach. iij. ob. iij. piperis longi. 3. i. oboli. iij. myrrhæ, drach. xi. ob. iij. nardi indicæ, drach. xi. ob. iij. nardi gallicæ. 3. xvi. ob. iij. rosarum exsiccatarum, drach. vi. costi, drach. iij. ob. iij. s. opobalsami, drach. iij. ob. iij. succi cyrenaici. 3. iij. alij, drach. iij. s. stœchadis, drach. v. ob. iij. radices trifolij, drach. iij. vel eius feminis, drach. iij. florum scordij, drach. xi. ob. iij. polij cretici, drach. vi. ob. iij. asari, drach. iij. acori. 3. iij. ob. iij. s. feminis dauci tantundem, feminis anisi. 3. iij. cumini æthiopici tantundem, rheij pontici. 3. v. ob. iij. s. feminis, napi sylue. drach. iij. vel feminis rapi satiu tantundem, phu pontici. 3. iij. mellis despumati quod satis est. Antidotus incomparabilis quam ipse composui faciens ad omnes malas internasq; corporis affectiones ex Nicofrati traditione. Radicis dul. folij malabathri, opobalsami, agarici, cinnamomi, singulorum. 3. xij. zingiberis, semi. trifolij, amomi, semi. rutæ sylue. baccarum iuniperi immaturarum & exsiccatarum, singulorum drach. xv. petroselinij * singulorum, drach. viij. succi papaueris tantundem, castorij, piperis longi, succi hypocythidis, cypheos, singulorum. 3. xij. ob. iij. polij, piperis albi, feseleos, bdellij, singulorum drach. xv. ob. iij. florum iunci odo. costi, singulorum drach. xij. s. feminis dauci, thlaspeos, singulorum. 3. xij. spicæ nardi. 3. xxiiij. radices calicæ nigrae. 3. xvi. thuris, panacis, opopanax, singulorum drach. xij. acori, drach. v. scordij. 3. xvij. foeniculi, nardi gallicæ, gentianæ, florum rosarum, gummi, succi cyrenaici, cardamomi, thymiamatis, ammoniaci, radices echij, succi aparines, singulorum drach. viij. sagapeni, hyperici, succi acaciae, iridis illyricæ, singulorum drach. xiiij. myrrhæ quæ stacte dicitur, drach. xx. croci, drach. xxx. styracis, drach. xi. oboli. iij. phur, mei, dictamni, semi. napi, calami odorati, singulorum. 3. viij. aur. x. anisi, asari, agarici, scinci, singulorum drach. vi. terebinthinæ * singulorum drach. xiiij. ob. iij. galbani, drach. v. sanguinis anatis foeminæ, sanguinis hœdi, singulorum drach. viij. piperis nigri, piperis longi, singulorum drach. xxiiij. crocomagmatis tantundem, radices quinquefolij, organij sylvestris, marrubij, stœchadis, ammeos, chamædryos, chamæpityos, centaureæ min. aristolochiæ min. singulorum drach. vi. sigilli lemnij. 3. xxx. sanguinis anserini, testudinis marinæ, rheij pontici, singulorum drach. viij. mellis atticij quod sufficit. Datur ad magnitudinem fabæ ex aqua, facit etiam ad quartanam, cæterum ad venena plus alijs antidotis valet. Antidotus Aelij Galli qua Cæsarem liberauit, hac & Charmes vtebatur ad ebibita morsuq; illata venena faciens, quaq; si loca in qbus reptilia diuersantur, asperferis, ea fugabis. Valet etiam ad fluxiões, oculos, aliud ue quoduis corporis membrum infestantes. Eas enim exsiccat, tristem animi habitum & longas intermittentesq; febres soluit. Mulieribus præterea quæ difficulter purgantur, auxiliatur. Foetus sine dolore eijcitur tabidis demum ex quatuor aquæ cyathis ad nucis auellanæ magnitudinem sumpta prodest, vt à vipera percussis ex vino. Myrrhæ, drach. xij. croci, drach. xiiij. nardi, drach. xiiij. iunci rotundi odorati, drach. xij. cinnamomi, drach. iij. amomi, drach. iij. chalbanij, drach. xi. terebinthinæ, drach. v. piperis albi, drach. x. piperis longi, drach. xxxij. costi, drach. viij. thuris, drach. xij. succi papaueris tantundem, scordij, drach. viij. polij, drach. iij. succi hypocythidis, drach. duodecim, feseleos, drach. xiiij. opobalsami, drach. xij. castorij, drach. viij. petroselinij, drach. xvij. feminis dauci, drach. xvi. opopanax tantundem, mellis atticij sestaria duo. Antidotus zopyria. Cinnamomi, drach. iij. myrrhæ quæ stacte dicitur, drach. v. nardi, drach. v. exhibetur ad nucis auellanæ magnitudinem ex tribus aquæ cyathis postquam annus transactus fuerit.

De

De Mithridatica antidoto ex Damocratis traditione.

CAP. 2.

A **Q**uas haecenus antidotos descripsimus, omnes sunt ab Andromacho conscriptæ. Cum vero quæ carminibus explicatae sunt, ad ponderis sinceritatem medicamentorumq; memoriam maxime conducant, idcirco conscriptas quoq; à Damocrate antidotos memoratu dignas subiunximus, principio rursus à Mithridatica sumpto. Antidotus quam viri quidam insignes admodum, Mithridatium vocant, medicamē ad omnes malas corporis affectiones efficax, quaq; omnis antidoti vicem præstare dixerunt.

Myrrhæ arabicæ troglodyticæ drachmas decem,
Crocī decem, agarici decem, zingiberis decem,
Cinnamomi decem, spicæ nardi decem,
Thuris decem, & item thlaspis decem.

At fœfelis, & succi balsami, & iunci odorati,
Stœchadis, costi, chalbanij, terebinthinæ,
Piperis longi, ac castorij pontici,

B Succij hypocythidis, styracis bonæ,
Opopanax, & folij malabathri recentis,
Pares singulorum bis quatuor drachmas capit.

Casia vero nigra septem, & polij septem,
Piperis albi septem, scordij tantundem
Cretici tamen, & seminum dauci tantum.

His pendet fructus balsami drachmas pares,
Aequale pondus cyphi prædictis dabit.
Sunt qui par velint bdellium adijcere.

Hinc nardi celticæ repurgatæ, & gummi,
Et petroselinij, & opij, (meconium quod vocant,)

Et cardamomi, & seminum foeniculi,
Et gentianæ, & foliorum rosæ,

Drachmas imponunt singulorum quinas,
Parumper tamen descendat lanx propensius;

C Pendat dictamnum creticum tantundem.

* Rursus anisi & tres asari & *

Acoriq; phurq; sagapeniq; tres,

Meiq; athamantici, & acaciae,

Et ventris scinci, & seminum hyperici,

Singula drachmas hæc pendant duas semis.

Vini & mellis adde quantum est satis.

Satis est quantum hæc apte iungas simul.

Quoniam vero Damocrates Cypheos mentionem facit. idq; etiam ipse componit, recte ideo illius quoq; compositionem adscripsit quam deinceps subiijciam.

Cyphi vero nec mistum quicquam est, nec simplex

Ipsum fert tellus vlla, non pressus herbæ succus.

Aegyptus quosdam hoc cum placat Deos,

Incedit, & quo dicam parat modo.

Passam & albam sumunt, & pinguis simam,

D Corticem demunt, eximunt vinacea.

Pulpæ contusæ & subactæ diu,

Drachmas accipiunt quatuor bis decem.

Exustæ terebinthinæ pondus idem

Addunt, & myrrhæ, & cinnamomi, & iunci

Rotundi tantum, sed vnam ponunt croci.

Tres vnguium bdellij, aspalathi duas semis,

Tres spicæ nardi, tres casia bonæ,

Tres lecti cyperi, baccas iuniperi quibus

Adiungunt æquas, pingues & magnas legunt.

Accedit drachmis calamus flagrans nouem,

Mellis quod sufficit, & vini prorsus parum.

Bdellium, vinum, myrrham, in mortarium

Mittunt, & terrunt, quoad mellis crassitiem

Liquentis iuncta reddant, tum mel postea

Affundunt, vvas miscent, demum cætera

Imponunt,

Imponunt, sed contusa paruos inde
 Confringunt orbis, quibus Deos fumigant.
 Rufus nos cyphi sic parare docet,
 Vir probus valde & peritus medicus,
 Quidam, si desit cinnamomum sibi,
 Tantumdem miscent cardamomi seminum,
 Et hac vtuntur æquæ ac priore.
 Quidam si pulmo vel iecur vel ex extis
 Aliud vllum, vlcus habet malum,
 Huius propinant pharmaci denarium.

De tribus antidotis, duabus ad phtisim, vna ad venena.

CAP. 3.

Cum vero Damocrates alias quoque antidotos memoratu dignas, & ob expositas commoditates, carminibus ab eo proditas conscripserit, illas quoque subiungere mihi fatius visum est quam intactas omittere. Nam theriacam quam vocant, quo ritu ipse conficiat, in præcedente libro docuimus. Nunc quæ deinceps expositæ sunt antidoti subiiciemus.

Antiquæ phtisii alia valde bona,
 Et sputo sanguinis, & clam febrienti,
 Necnon & pectus imbecille habentibus,
 Stomacho, renibus, & iecori prodest.
 Omnibus quæ dixi valet, delicatis tamen
 Quod possit minus, conueniet magis.
 Libenter sumpta hac Augustum ferunt,
 E longo morbo, conualuisse breui,
 Pectore multum costisq; affectum male.
 Accipit & psylli & subrubentis casia,
 Indeque nardi, & gallicanæ puræ,
 Et cinnamomi, atque recentis croci
 Drachmas duodecim: opobalsami decem,
 Myrrhæ quam stacten dicunt, crassæ, sexdecim.
 Hinc iunci tenuis, & sigilli lemnij,
 Radicis ponticæ, & seminum rutæ.
 Syluestris melior multo est ruta tamen.
 Amomi quoque, & sicca rosæ tantum.
 His album piper adde, semen napi,
 Incultis locis hoc, non subactis lege.
 Quater hæc duo drachmam, ter vero thus trahet.
 Aequabit thus dictamnium creticum, satis
 Siccatum quidem, sed tamen adhuc recens.
 Thuris cuminum exæques thebaicum,
 Alia cribro tusa excerne tenui,
 Immitte solum in mortarium psyllium,
 Multo plus tamen, vt inde quantum velis
 Sumas, nam totum comminui nequit.
 Confice hoc pacto. Myrrham mitte bonam
 In pilam latam, vini quantum est satis
 Falerni pinguis affunde, atque dilue
 Myrrham parumper: opobalsamum dein
 Admisce translucidum, nam id est bonum.
 Hinc, vbi tusa consperferis alia,
 Combibant fines humorem tantisper,
 Donec feruorem bis ter ue mel efferat.
 Affuso melle vnies antidotum,
 Repones vase qualem descripsi modo.
 Sic quibus dixi hinc remedium dabis.
 Alia valde bona ad quæ dixi omnia,
 Prorsusque hanc dicunt ad flatus meliorem,
 Stomachum longo qui infestarunt tempore,
 Tollit rugitus, qui ventrem & colon
 Perturbant intestina discurrentes.
 Acutos quoque reddit oculos senum,
 A feris morsos summa leuat ope.

Ita

- A** Ita hanc conficies, sed miscenda hæc habe.
 Succu cyrenai boni drachmam cape.
 Acori, phu, castorijque, & asari,
 Seminis cardamomi, gummi arabici,
 Liquoris acaciæ, iridis optimæ,
 Sagapeni puri, cretenlis hyperici,
 Propensa lance drachmas iniice duas:
 Tres opobalsami pellucidi, parem
 Mensuram psyllij opobalsamo subdes.
 Tum albi piperis, & spicæ, & nardi celticæ,
 Petroselinii, ac recentis folij,
 Cumini quoque seminum Aethiopsis,
 Meique athamantici, & amomi boni,
 Meconis opij, gentianæ, & balsami,
 Appendo singulorum drachmas quatuor:
B Stryacis quinque liquidæ & triobolum:
 At albi costi, thlaspeos, & felis
 Nigræque casia, vno obolo minus.
 Schoeni & polij drachmas quinque, tres obolos.
 Item dictamni cretæ quam tellus alit.
 Pondere eodem coniicito scordium,
 Masculum thus, Lemni terram, longum piper,
 Myrrham, glycyrrhizam, chalbanum, terebinthinam,
 Anatis recentem sed siccatum sanguinem,
 Succum panacis, ac semen feniculi,
 Folium rosæ siccum, hypocisthidis
 Expressum pulchre succum: dein agaricum,
 Daucique semen Cretici electum adde,
 Anisi quoque semen, & scincum quoque,
 Bis tres cuiusque pondera denarios.
C Demum zingiberis cum sicci, tum boni,
 Et cinnamomi atque croci bis quatuor,
 Omnium pondus mel geminet, chium
 Infunde vinum quod esse putas satis,
 Siue falernum vetus quantum chij.
 Miscebis hanc antidotum, vt te parum
 Ante miscere theriacam docui,
 Vique illam dixi, sic hanc omnibus dabis.
 Alia ex sanguinibus, quam quidam aiunt,
 Cæteris amplius ad venena conferre,
 Continet anserini sanguinis sicci duas
 Drachmas, tres marinæ testudinis,
 Hædini tres, tres anserini sanguinis:
 Anatis foeminae sanguis præstat tamen.
 Drachmas perpinguis myrrhæ iunges decem.
D Liquenti myrrhæ spicam nardi aequabis.
 Nam cinnamomi bis tres erunt satis,
 Bis quatuor foliorum sicca rosæ,
 Iunci rotundi, costique, & thuris vna,
 Amomi tres, piperis albi totidem,
 At longi piperis vnam & dimidiam,
 Croci duodecim, casia bis quatuor,
 Quinque radicum trifolij, & polij,
 Opobalsami tres, petroselinii quatuor,
 Baccarum iuniperi pinguium, & acori duas,
 Rha pontici, meique & dictamni duas
 Cuiusque drachmas dico, & phu itidem duas,
 Ammoniacique thymiamatis similiter,
 Et feniculi, agarici duas semis,
 Tres rutæ syluestris, dauci duas quoque,
 Anisi, & asari, vnam cum dimidia.

Aequabis

Aequabis antedictis ammi, & semina
Cumini, Thebe quod exusta procreat.
Tres feminum syluestris drachmas napi,
Prædictis addes: quinq; vero scordij,
Quod Creta gignit (diximus) id melius.
Omnium pondus mel atticum duplicet.
Partim contusa, partim soluta omnia
Excipe melle cocto, serua pyxide.

De Charme antidoto.

CAP. 4.

Post antidotos hucusq; descriptas mithridaticam Damocrates subiungit, quam nos paulo
ante recensuimus. Ea igitur omnia quas deinceps conscripsit ille, nunc ipse subiiciam.

Antidotus, quam recentes Charmem vocant,
Affectus sanat, qui molestarunt diu,
Et quibus nullum medicamen profuit.
Myrrha hæc optimæ habet, & opobalsami,
Succi hypocythidis, & thuris boni,
Opopanacis sinceræ, & croci noui
Drachmas duodecim, in singulis pares.
Albentis costi, pontici castorij,
Terebinthinæ puræ, florum schoeni iniice
Drachmas bis quatuor singulorum. Atq;
Amomi racemorum, & polij quatuor,
Et cinnamomi quoq; totidem boni,
Cretensis dauci feminum bis tres,
Dauco par pondus feminum seseleos,
Rufæq; cassæ corticum bis nouem,
Aequabis cassæ, petroselinæ femina,
Piperis longi & noui bis duodecim,
Abrosii carie nam vetus reperies.
Piperis albi decem, chalbanæ decem,
At spicæ nardi electæ drachmas sexdecim,
Drachmas recentis bis viginti & quinq;
Adiunge scordi, quod tellus Creta parit.
Res siccas pondus mellis ter adæquet.
Commisce, sicut antidotos alias
Te pridem monui, & similiter dabis.
Hanc Charmes auctor bis quingentis atticis,
Vendebat drachmis, nec totam libram dabat.
Dareq; gratis videbatur insuper.
Quidam fide dignus Charmis discipulus,
Scripturam hanc dicebat probatissimam,
Quæ nardi indicæ drachmas sexdecim capit.
Et myrrha pinguis, & succi papauerum,
Hypocythidis succi, succi balsami,
Succi panacis recentis & liquidæ,
Et thuris, & castorij singulorum
Drachmas bis senas. At chalbanæ quatuor,
Terebinthinæ quinq; polij quatuor,
Bonæ sed nigra cassæ bis quatuor,
Albi piperis duas, oblongi vnam,
Et duos obolos. Croci corycij decem.
Vnam prædictis addes & bis quatuor
Schoeni attriti, sed amomi quatuor,
Duas cinnamomi, item & seselis duas,
Sex dauci drachmas feminum Cretensis,
Petroselinæ feminum bis nouem.
Hinc scordij drachmas bis quatuor comæ,
Bdellij vnguium vnam sed pellucidæ.
Mellis infunde libras quinq; plus parum.
Confice hoc pacto. Succos dissolue prius
In melle calido, atq; resinam optime.

Cribrata

A Cribrata post hæc admiscebis reliqua.
Corpus in vnum rediges. Ex hoc dabis
Quantum auellana, sumere quibus expedit.

De quibusdam alijs antidotis à Damocrate descriptis.

CAP. 5.

Hæc, si componere vis, impetum cohibet
Infrâ supra ue prorumpentis sanguinis.
Hanc si accuratè facis, habebis optimam.
Capit ciliç croci, recentis, & boni
Drachmas bis octo, & tantundem opij:
Sinceræ myrrhae, & thuris infracti,
Cuiusq; drachmas accipiet sexdecim,
Corticum octo, radicum mandragoræ,
Hyoscyami feminum ter quatuor,
Bis ternas adde feminum papaueris,
Tres cinnamomi drachmas appendo boni,
B Succi patariæ aut syriacæ rhois
Ter viginti quinq; alterius bis duodecim,
Miscebis ita. Primo selectum crocum
Cretico & albo & dulci vino madeat,
Ad summum dies duos: cum frigidum videris
Et mollem valde, coniice in mortarium,
Et cochleari subige, dum læuigatum facis
Adiunge myrrhae, thus, simul & opium.
Seorsum rhois succus, madescat quoq;
Quem maceratum prædictis adijcies.
Subinde læuigata, & comminuta
Cætera cuncta pariter confundes,
Ac mellis cocti & atticæ quod satis,
Paulatim fundens in vnum acerbabis.

C Aceruum è mortario in vas vitreum,
Vel stanno factum, transferes, & oblines.
Ex hoc ijs dabis, qui sanguinem reijciunt
E ventre, gutture, pectore, pulmone,
Quantum tres oboli pendunt, aut plus parum,
E tribus vini cyathis diluti,
In vino myrtis factis, & laxis aqua
Astricta, renes, aut vesica, sanguinem
Remittit, quibus hanc medicinam dabis.
Quod si ieiunum, siue intestinum aliud
Subtile, siue colon, siue vterus fluet:
Huius antidoti, quantum est drachma, dato,
Febriat si quis pluuia ex aqua,
Non febrienti, ex vino dabis quoq;
Diluto, vel myrtaceo, vel dulci cretico.
Si quis non multis mistam habere velit,
D Sed paucis conditam antidotum rebus
Ita componat sedulus aptissimam,
Infirmitate stomacho, nec appetenti cibum,
Squallidis, macris, tardè concoquentibus,
Dolores omnes inueteratos pectoris,
Et ventris tollit infixos iam diu,
Ferunt Augustum hac usum Tiberium,
Villam nec vnquam perbibisse aliam.
Continet nigri piperis quinq; vncias,
Crocomagmatis quindecim, rosæ decem,
Excussa cribro excipe melle omnia.
Alia faciens ad eadem, quæ & prior,
Rosarum constat vncijs bis quatuor.
Cætera verò quæ & superior capit,
Contusa ea omnia, & per cribrum adacta,
Melle despumato excipe valde bono.
Quinta Classis.

PPPPP Ad

Ad magnitudinem auellanae, ex hac dabis
E mulso, vel recenti melicrato
Bene decocto, & commisto bene.
Percussis à serpentibus, seu veneno
Petitis, quantum nux iuglans, exhibe
In septem vini cyathis diluti.

Pastillorum è rosas apparatus.

Hos te oportet pulchre struxisse prius
Quo dicam modo. Recentes carpe rosas,
Carptas siccato in umbra dies duos,
Vel tres ad summum: tres inde libras cape,
Et tunde missas in pilam, quantum est satis.
Schoeni viginti, bisque sex myrrhae diu
Contusae drachmas, bis quatuor adde croci
Inspergens simul commiscebis omnia,
Rotulas finge magnas siccatas bene.
Desumes quantum satis in antidotum.

Crocomagmatis compositio.

Crocomagma si habere bonum cupis,
Misceto diligenter haec cuncta simul.
Primum Cilicij drachmas centum croci,
Myrrhae dimidium pinguis, inde rosae
Tantumdem siccae, post amyli candidi,
Et gummi drachmas bis quinque & viginti.
Cuncta haec tusa atque excussa bene,
Vino odorato Coe insperge parum.
Vbi satis maduerint, finge rotas.
Sicca, vtere vt bono cum opus fuerit.

Antidotus prognostica.

Prognosticam antidotum ita conficies,
Quam si quis prius cepit, si venenum sumat,
Euomet ipsum statim & cibum simul.
Qui vero, ne sumpserit venenum, timet,
Si hanc susceperit, rejiciet escam
Vna cum nuper hausto medicamine.
Quod si nil prauum, nil noxium, inter
Dapes propositas sumpserit, nauseam
Nescit quidem, atque epulum retinet.
Hac quoque medicina ad dolores facit
Lateris, dorsi, renum, & vesicae, impetum
Sanguinis cohibet absque molestia,
Vndecumque feratur, etiam è pulmone.
Ita conficias. Lemniam terram cape
Inscriptam signo, inde sigillum dictam,
Pendat haec drachmam vnam, duos obolos.
Aequent iuniperi baccas drachmas duas.
Dissolue diu, fundens olei parum,
Quod dulce & bonum, quodque sit recens satis.
E mulsa, quantum nux auellana magna est
Offeres, quibus offerre hanc erit opus.
Si profluentem sistere voles sanguinem,
E mulso aceto quod diu ferbuit, dabis.

De antidotis ab Asclepiade conscriptis in quinto intermarum affectionum libro,

qui Mnafonis inscriptus est.

CAP. 6.

Mos itaque iunioribus medicis est antidotos appellare, non modo quae aduersus mortifera
medicamenta, quaeque ad morsus ictusque venenosos exhibent, sed et quae contra malas cor
poris affectiones, praesertimque diutinas valent, ex aliquo viscere aut abscessu consurgentes. Has aut
em Asclepiades describeret, in tria genera distribuit. Quorum primum ea continet quae febribus per
circuitum inuadentibus conuenire dicit. Quibus & inunctiones quaedam, ita. n. eas ipse συγχρισματα
vocat, subiungit. Atque haec omnia ληξισφαρμακα & ληξισπυρετα, hoc est soluimotbia & febrifugia
cognominat. Secundum vero medicamenta complectitur, quas theriacas appellat, ad morsum
canis

A canis rabidi, scorpilij, phalangij, & viperæ facientia. Tertium autem genus in duas partes & ipsum
ab eo diuisum est. Quarum altera medicamenta à venenis liberantia nominat, alteram à venenis
praeseruantia inscribit, Andromachi ordinem hac in parte minime seruans. Is enim, vt est à nobis
inter initia huiusce libri dictum, in libro què de medicamentis intra corpus assumendis inscribit,
prius antidotos oēs ad venena, venenatasque feras facientes disponit. Deinde medicinas inscribit
ad quamcunque affectionem, non solum contra abscessus, sed etiam ad foetus eijciendos, si opus fue
rit, propinanda. Nam & hoc medicamenti genus antidotum etiam vocat, ad conuulsa quoque & ru
pta, atque (vt summam dicam) ad oēs malas internasque corporis affectiones, quacunque in parte cor
poris incubuerint. Atque haec medicamenta in huiusmodi affectionibus bibenda, potiones etiam
idem auctor appellauit, cum circa finem libri quarti Mnafonis ea describeret. Postremas itaque, hoc
est in fine librorum quos Mnafonis inscripsit, antidotos Asclepiades collocauit, quae vel eos qui
venena iam ebiberunt liberant, vel ne ab ebibendis laedant, tutos praestant. Ego vero tales antido
tos primas hic describere statui, simul quia paulo ante traditis affinia sunt, simul quia ipsis pluri
mum vitium. Nam & ad abscessus quocunque in viscere, internaue corporis parte infederint, oēs
faciunt, quarum aliqua corporis imbecillitatem subleuant, indolentiam procurant, humores vitio
B sos quidem emendant, incoctos vero concoquunt. Atque eos vel per cutem insensibiliter, vel per
aluum vrinamque sensibiliter, item & per sputum transmittunt, vt quacunque pulmonem & pectus,
per tussim expurgant. Plurimae vero humores crassos attenuare, tenacesque dillicare & abstergere
possunt: quibus sequitur, vt & obstructions adaperiant. Quae quidem in iecinore saepe, in alijs au
tem visceribus, & corporis particulis aliquando fieri solent. Finis enim ipsarum est humores atte
nuare, & abstergere, clausaque meatuum ora patefacere.

Asclepiadis remedia ijs qui venena ebiberunt, ipsiusmet auctoris verbis descripta. CAP. 7.

H is igitur qui papaueris succum hauserint, confert hydrelacon, hoc est aquam oleo conditam,
calidam subinde bibendam exhibere, atque vt vomat cogere: vel aquam calidam & acetum
mullum dare, & euomere facere: coepet etiam aluum clysteri inanire. Qui autem opium, id est pa
paueris lachrymam biberint, ijs statim merum plurimum exhibendum est, aut piper, aut nasturtium,
aut cardamomum ex vino. Proderit quoque lac asininum, bubulumue haurire, & farina triticea
vel hordeacea vino commista decoctaque ventrem emplastrare, ac mitioribus vti clysterijs. Aco
nitum vero si quis assumpserit, rute manipulum subactum tamen è vino puro bibat. Ius quoque gal
linaceum pingue auxiliatur. At qui apollinarem herbam comederint, ijs lac bibere confert, ali
C ninum praecipue. Quod si non aderit aliud lactis genus, vel solum, vel cum mulsa calida.
Coriandrum autem viride qui gustarint, ij vino puro iuuantur, & iure gallinaceo pingui.
Quod si leporem marinum ederint, lac potent alinum in primis, vel si desit, bubulum, aut capri
num. Maluae quoque caules diutius elixatos comedant, aut etiam pulegij manipulum è passo, vel
mali terrae radicem vino commistam hauriant. Vel denique cedria pondere vnius aut dimidij oboli
passo maceratam deglutiant. Sin autem toxicum biberint, auxilium afferet vinum dulce, oleum
rosatum, sanguis caprinus, semen napi contusum ex vino, velut ephemerum assumentibus, poly
gonij succus, plantaginisue, aut origani, vel thymi etiam aliquantulum vino admistum. Do
rycnion autem si quis edat, lac bubulum bibat, & passum, & conchyliorum ius. At si malos fun
gos assumat, raphani crudi dandi erunt, vtque ex eis plurimum comedat iubendum. Vinum purum
insuper, & sarmentorum cinere factum lixiuum, nitrumque in aceto dissolutum, aut vini fax vsta &
contrita ex aqua, absinthium praeterea, aut ruta aceto commista, quauis & ipsa per sese ruta comesta
prosit. Ixiam vero assumentibus opem affert absinthium ex vino sumptum, castoriumque, & ru
ta. Confert etiam acetum mulsum bibendum exhibere, postea vomitum irritare. Confert denuo
origanum ex vino haustum. Vtemur quoque hac compositione quae habet rutae drach. vi. resinae
D drach. iij. castorij drach. ij. chamapityos cochlearia tria. Omnia haec contere, & aceto calido mi
sce, & vtere. Buprestin autem quisquis ebiberit, passum multum primo hauriat, deinde vomat,
ius demum carnis suillae, & lac calidum sorbeat. Prodest etiam ad saturitatem non edere. Dandum
est quoque ficuum decoctum, vel nitrū rubri drach. iij. contusas, ex aqua bibendas trade. Canthari
des autem si quis assumpserit, passum oleo mistum, & seuum in aqua decoctum atque colatum bi
bere proderit, tum vomere eniti. Proderit quoque lac plurimum bibere, nucleosque pini multos
comedere, aut eorum plurimos atterere, & ex mulsa propinare, vel rutam tritam atque irino vnguen
to mistam dare, vel denique cantharidum alas & pedes ex melle lingere. Quod si psilothrum
quis forte biberit, oleum calidum sumendum est, deinde vomendum. Vtile etiam erit lac capri
num & maluae elixae succus expressus cum mulsa calida, vel oleo, aut ficuum decoctum cum oleo,
vel sesamum tritum ex vino, quinqueue nuces iuglandes ex oleo, lixiuumue sarmentorum ci
nere factum. At si spumam argenti quisquam hauserit, piper, apium, myrrha in vino dissoluta
& bibita proderunt. Vt gypsum deaurantibus lixiuum è sarmentorum cinere confectum, dan
dum est, thymumue ex qua contritum. Ad lac autem concretum in grumos acetum valet, opusque
erit coagulo etiam ex aqua fontis vti, vel laserpitij, & thymi aquas partes ex aceto mulso biben
das tradere. Ta. rino autem sanguini remedium est acetum bibere & vomere, vel laserpitij obo
Quinta Classis. P P P P P ij lum

lum semiobolum'ue fumere, aut nitri obolos duos in vino dissolutos, vel caprifici grossos aceto E dilutos. Proderit quoque ventrem subducere, eundemque lupinorum farina & nitro in oxymelite decoctis contegere. Hirudines vero si quis deglutierit, alij muriam, quidam niuem superbibere suadent. Asclepiades autem primo os colluere monet, mollemque spongiam frigida madefacta faucibus immittere, vt hirudo spongiae insiliat & extrahatur. Postea lentis succum exhibet, & ceruicem extrinsecus emplastris refrigerantibus operire docet. Apollonius autem cognomento Mus, acetum acerrimum propinabat cum muria. Qui vero niuem dabant, eam calefaciebant, & dissoluta vtebantur, cibumque & potum ad subducendam aluum opportunè adhibebant, vt hiru- dinem eijcerent. Saepenumero namque aiunt vna cum excrementis ipsas quoque deferri. Cerussam vero si quisquam assumpserit, oleum calidum bibat & vomat, vel passum & aquam calidam. Proderit etiam alininum lac bibere, & expressum maluae decoctae succum, atque aquam mullam cali- dam oleo mistam, vel caricarum decoctum cum alijs dare, nucesque iuglandes quinq; oleo commi- stas exhibere, aut è sarmentorum cinere lixiuium. Atque de simplicibus quidem venenis haec te- nus à nobis dictum sit. De compositis autem postea dicitur. Nam eorum compositionem doce- re improbi hominis est. Quauis haec multi conscribere sint aggressi: inter quos est Orpheus theo- logus cognominatus, & Horus Mendesium, iuniorum dico, & Heliodorus Atheniensis, qui tra- gœdias quoque conscripsit. Aratusque & alij quidam huiusce notae scriptores, quos sanè quisquam comendatione dignos iudicauerit, quod talia carminibus illustrare adorti sint. Reprædet autem, ac merito quidem, ob genus materiae susceptum. Nam cum sigillatim quodque venenum parare doceant, improbos magis instruant, & pronos ad malum ducunt. Quam ob rem qui pulchra hec poemata conscribere, veriti ne publice plecterentur, lectoribus inter initia suadere conantur, se neque perditis moribus esse, neque eiusmodi letalia conficere, sed vitare docuisse, veluti Heliodorus qui cum se ad Nicomachum purgat, ita exordiens fatuit.

Mitia per Tricen habitantia numina testor,
Quisq; deos late conspergit lumine Phœbum,
Sceptigerumque Iouem, Saturno rege creatum,
Nec me muneribus quisquam, nec viribus vllis
Flexit, amicitiae vinculum ue abduxit vt ista
Conscius effeream, at tollens ad sidera palmas,
Immunem sceleris mentem pro pectore seruo.

Ex his itaque libros eiusmodi legentibus, quod dicebamus persuadere molimur, metuentes ne à G multitudinè læderentur. Atqui nec dici potest, oportere propterea talium venenorum instructio- nem sciri, quod quis aptius indigentibus succurrat. Falsum est enim hoc. Nam qui simplici vene- no petitis auxiliari prouit, is etiam priuatim vnumquodque superueniens symptoma, distinguens, compositis affectos optime tractabit, ingeniose obseruando id quod inter reliqua symptomata ex- cellit. Sed ad id quod restat, redeamus. Si incognitum nobis fuerit venenum, quod quis biberit ederit'ue, hydrelæon calidum dabimus, utque ex eo multum bibat iubebimus, tum vomere ipsum faciemus. Vtile insuper erit somnos quoque circumscribere. Veritamen vt & ab his & ab alijs qui- buscunque venenis caueamus, subscriptis antidotis vtendum erit.

Apollonij Muris medicamenta à venenis præseruantia.

CAP. 8.

Rvtæ folia viginti, nuces iuglandes duæ, salis grumum vnum, caricæ duæ. Hæc si seimus ali- quis comederit, à venenis lædi non poterit. Antidotus quæ exhibita accipiente tutum à venenis reddit. Baccarum iuniperi drach. ij. terræ lemniae drach. ij. hæc vbi in puluerem rede- geris, oleo aut melle commiscebis, & repones, atque cum opus fuerit ex aquæ mullæ cyathis duo- bus, quantum est auellana dabis. Hac antidoto Nicomedes rex vtebatur, si quando suspectos ha- buisset qui se vocarant. Nam si venenum non sublit, quieta manet: sin adsit, nauseam concitat, & H euomere cogit, ita vt venenum quoque cum antidoto rejiciatur. Antidotus Codij Tusci, qua & Craterus vtebatur. Marrubij, herbae sacrae, seminis rutæ agrestis, scordij, corticum radicum rhamni, singulorum pondus æquale: hæc melli commisce, indeque drach. duas exhibe. Ad ser- pentium quidem morsus ex vino, ad venena autem ex mullis & oleo. Ad idem alia, vt Apel- les tradit. Dictamni drach. ij. polij drach. iij. piperis longi drach. iij. rutæ syluestris drach. vi. scordij drach. iij. Hæc melli commisce, atque, vt modo dictum est, vtere. Bona est etiam laterum morbo, trium obolorum pondere exhibita, menstruaque mulieribus detrahit, drach. vnius pon- dere. Antidotus Mithridatis Athanasia cognominata faciens ad venena, & omnium venena- torum morsus, quibusque cibis in ventriculo acescit, sanguinemque rejiciunt. Antiquas insuper ruffes, hepatis, lienis, vesicæ, & vteri morbos sanat. Continet autem piperis albi, grana quadra- ginta, costi, mei, asari, acori, seminis dauci cretici, petroselinij, nardi Indicæ, cegyritæ lapidis, singu- lorum drach. iij. croci, myrrhæ, singulorum drach. viij. cinnamomi, casia, singulorum drach. xij. mellis atticij despumati quod sufficiat. Datur ex hac ad auellanae quantitatem cum mullis. In alio exemplari sic se huius antidoti compositio habet. Spicæ nardi, piperis albi, costi, mei, asari, acori, opobalsami, seminis dauci cretici, seminis petroselinij, singulorum drach. xij. mellis quod fatis

A fatis est. Item in alio rursus hoc modo se habet. Piperis albi grana quadraginta, costi, mei, asari, agarici, scordij, dauci cretici, petroselinij, singulorum drach. iij. croci, myrrhæ, singulorum drach. viij. cinnamomi, casia, florum iunci odorati, singulorum drach. xij. mellis quod fatis. Ambro- sia quæ dicitur Philippi Macedonis antidotus ad venena, omniumque venenosorum ictus, & in- ternos corporis morbos. Accipit autem styracis, galbani, piperis albi, piperis longi, cinnamomi, singulorum drach. ij. seminis apij, anisi, iunci rotundi odorati, costi, cumini Æthiopicij, seseleos, cypheos, rhei pontici, cardamomi, amomi, nardi, myrrhæ, casia, singulorum drach. iij. palmula- rum eiectis nucleis, carniuum iuglandium, singulorum drach. vi. croci drach. viij. vnae passæ, dem- ptis vinaceis drach. xij. mellis atticij quod fatis sit, confice vt mos est. Antidotus Zopyria quæ facit ad venena & reptilium morsus. De hac talia feruntur, Zopyrum per epistolam Mithri- datem monuisse, vt antidotum hanc ita experiretur. Accerseret vnum è condempnatis, iuberetque primò venenum haurire, Deinde hortaretur antidotum bibere: vel prius antidotum assumere, postea venenum bibere. Idem quoque vt percussis à serpentibus, & in vulneratis à sagittis toxico illitis faceret, hortatus est. Verum, omnibus ita peractis hominem contigit illæsum permansisse. Iuuat autem vitio ventriculi acidum ructantes, sanguinem rejicietes, coeliacos, intestinorum tor- minibus laborantes, comitiales, iecoris, lienis, renumque morbo vexatos: vteri demum, & vesicæ affectionibus medetur, emortuos foetus & secundas trahit. Conficitur autem hoc modo. Opo- balsami, drach. iij. nardi Indicæ, myrrhæ troglodyticae, florum iunci odorati, cinnamomi, chæraciæ, costi recentis, piperis longi, hypocythidis, polij, piperis pereatici, scordij, mei cretici, cardamomi, singulorum, drach. iij. thuris masculi, carpobalsami, dictamni, singulorum, drach. vi. petroselinij, casia fulua, singulorum, drach. viij. croci corycij, drach. viij. mellis atticij quod sufficiat. Datur hæc antidotus ad magnitudinem nucis auellanae, non febricitantibus ex vino, febricitantibus ex mulla. Antidotus diamatton, id est ex sanguine appellata ad venena venenatorumque omnium morsus. Habet autem, Piperis longi, piperis albi, costi, acori, croci, phu, mei, dictamni cretici, ammoniaci, agarici, singulorum, drach. ij. amomi, opobalsami, seminis rutæ syluestris, cymini Æthiopicij, anisi, sanguinis anatis maris & foeminae sicci, sanguinis hœdini, sanguinis anserini, seminis nari sylue- stris, singulorum, 3. iij. gentiana, trifolij, florum iunci rotundi odorati, thuris, rosarum siccarum, singulorum, 3. iij. petroselinij, 3. v. phu cretici tantundem, cinnamomi, 3. vi. florum scordij, 3. viij. myrrhæ, nardi, singulorum, 3. xij. casia, drach. viij. omnia hæc diligenter contusa, ac per excusatoriū cribrum traiecta, melli atticio despumato commiscebis, commistaque in argentea pixide repones, C atque hac vt magno aliquo medicamento vteris.

De diascinco nobili antidoto, theriaca, & centena.

CAP. 9.

Antidotus Mithridatis Eupatoris, Diascinco cognominata, faciens ad venena, omniumque ve- nenatorum materiam mortem inferentem, omniumque venenosorum animalium ictus, & malas internasque corporis affectiones, mulieribus concipere nequeuntibus opitulatur, menses ducit, emortuos foetus, atque retentas secundas trahit, febres per intervalla inuadentes, earumque remouens soluit, coxendices in scapulas rigentes, podagricos, & id genus reliquos neruorum mor- bos iuuat. Conficitur autem hoc pacto. Scinci, sagapeni, acori, phu, costi, hyperici, acaciæ, iridis, mei, gummi, singulorum, drach. ij. rosarum siccarum, gentiana, cardamomi, singulorum, 3. iij. se- minis papaueris, 3. v. obo. ij. styracis, 3. viij. polij, casia nigra, seseleos, bdellij, balsami, piperis albi, singulorum, 3. v. oboli. ij. succi hypocythidis, opopanax, myrrhæ, thuris masculi, castorij, piperis longi, cypheos, foliorum malabathri, singulorum drach. vi. scordij, florum iunci odorati, chal- bani, terebinthinae, singulorum drach. vi. oboli. ij. nardi syriacæ, opobalsami, thlaspis, dauci creti- ci, singulorum drach. vi. oboli. ij. croci, cinnamomi, zingiberis, singulorum drach. viij. oboli. ij. succi glycyrrhizæ, agarici, singulorum drach. viij. obo. iij. mellis quod sufficiat, vini optimi quod fa- tis est ad succos dissoluendos. Construitur autem hoc modo, cyphi, hypocythis, sagapenum, gummi, opium, styrax, opopanax, vino chio maceratur die noctuque quoad penitus dissoluta sint: reliqua vero interim contusa, tenui cribro excutuntur, illisque iam maceratis ac dissolutis commi- scentur, commistaque attico melle ad crassitiem vsque despumato excipiuntur, opobalsamumque super- immisso demum in vas argenteum transferuntur, atque ad multos vsus reponuntur. Datur autem ex hac antidoto quantum æger tolerat. Nos autem vt validius medicamentum hoc faceremus ad menstrua prouocanda, utque line periculo foetus educi possent, imposuimus dictamni drach. iij. ammoniaci drach. iij. seminis rutæ syluestris drach. iij. cumini Æthiopicij drach. vi. seminis trifo- lij drach. iij. napi syluestris drach. iij. chamædryos drach. iij. rhei pontici drach. iij. succi cyrenai ci drach. ij. His additis medicamenti vsus ad multa utilis redditur. Quadrimestres enim foetus cor- rumpit, & trimestres educit. Mithridatis theriaca. Hac Mithridates rex semper vsus est, vt se à venenis tutum præstaret. Itaque à Romanis obsessus bis epoto veneno cum mori non posset, seipsum ense traiecit. Facit autem ad pernitiōsa venena, omniumque venenatorum morsus, & in- ternas corporis affectiones, hac & Andromachus postea vsus est, compositurque hoc modo. Pastillorum scilliticorum drachmæ quadraginta octo: pastillorum viperinorum, piperis ni- gri, spissamenti hedychroi, succi papaueris nigri, singulorum drachmæ vigintiquatuor: rosarum Quinta Classis. P P P P P iij siccarum,

ficcarum, scordij, feminis napi, iridis illyricæ, agarici, cinnamomi, succi glycythizæ, opobalsami, E
singulorum drach. xij. roris marini drach. viij. myrrhæ, croci, zingiberis, rhei pontici, radicū quin
quefolij, nepitæ montanæ, marrubij, petroselinī * oboli duo, stœchadis, costi, piperis albi, pi
peris nigri, thuris * casia nigræ. 3. iij. costi. 3. i. croci. 3. iij. piperis albi drach. i. piperis longi
drach. i. iridis illyricæ, iunci rotundi odorati, polij, scordij, rosarum ficcarum, sanguinis anatis, sin
gulorum drach. iij. mellis atticī despumati quātum sufficit. Antidorus centena qua vtor, quāq;
Cæsari composui ad omnia, præfertimq; ad venena. Abrotoni, drach. ij. & semis, aristolochiæ,
drach. xx. acaciæ drach. iij. baccharum iuniperi tantundem, croci, drach. ij. asari, drach. iij. anisi,
drach. iij. amomi, drach. vi. agarici, drach. iij. carpobalsami. 3. ij. bdellij. 3. iij. balaustrij, drach. ij. gen
tiana. 3. iij. succi glycythizæ tantundem, feminis napi, drach. viij. terræ samia, drach. viij. feminis
dauci, drach. iij. radicis dracontij, drach. iij. oboli tres, feminis irionis, drach. xx. iridis illyricæ. 3. ij.
myrrhæ, drach. viij. zingiberis tantundem, radicis eryngij, drach. iij. oboli. ij. thlaspeos, drach. xx.
conizæ tenuis, drach. vi. ob. iij. cyperi, drach. vi. acori, drach. vi. feminis cicuræ decorticati, drac. i.
ob. iij. ammeos, drach. iij. feminis cnici. 3. vij. ob. ij. cinnamomi, drach. vij. costi, drach. vij. ob. ij. ca
sia. 3. vi. ob. ij. succi centaureæ. 3. iij. ob. v. castorij, 3. vi. calami aromatici. 3. iij. gummi, drach. ij.
cardamomi, drach. iij. cachryos, drach. iij. ob. iij. cypheos, drach. vi. chalbani. 3. vi. ob. ij. foliorum
libanotidis, drach. iij. saluiæ tantundem, feminis lonchitidis, drach. ij. ob. iij. feminis lithospermi,
drach. iij. thuris. 3. vi. ob. iij. feminis foeniculi, drach. vi. succi papaueris, drach. vi. rubricæ lemnia.
3. iij. malabathri, drach. x. mei, drach. vi. sanguinis anatis tantundem, nardi syriacæ, drach. vi. ob.
iij. nardi celticæ, drach. viij. xylobalsami drach. iij. succi panacis tantundem, feminis hormini. 3.
vij. erui albi tantundem, radicū panacæ, drach. iij. opobalsami, drach. iij. securidacæ, drach. vi.
polij, drach. v. ob. ij. foliorum polygoni, drach. ix. radicis elenij, drach. v. ob. iij. petroselinī, drach.
vi. ob. ij. quinquefolij, drach. viij. succi peucedani tantundem, piperis nigri, drach. v. ob. iij. piper
is albi, drach. iij. ob. iij. piperis longi, drach. iij. scinci, drach. iij. terebinthinæ, drach. ij. rosarum
exiccatarum, drach. vi. sagapeni, drach. viij. stœchadis, drach. iij. pineæ nucis torrefactæ, drach. vi.
iunci odorati, drach. iij. ob. ij. vuz passæ sine vinaceis, drach. iij. sefeleos, drach. v. ob. ij. feminis
pasticæ, drach. iij. fellis taurini. 3. v. fellis vrsini tantundem, chamæpityos, drach. iij. feminis psyllij,
drach. iij. chamædryos tantundem, feminis sisami adusti, drach. vi. radicis consolidæ, drach. ij.
summitatum scordij, drach. iij. ob. iij. herbæ pedicularis, drach. v. styracis, drach. v. ob. ij. fructus
trifolij, drach. x. feminis tordilli, drach. ij. foliorum teucij, drach. iij. succi hypocythidis, drach. ij.
& semis, fructus hyperici, drach. ij. feminis alterci, drach. ij. rhei pontici, drach. ij. phu, drach. viij. G
rhus obsonorum, drach. v. ob. iij. radicis vmbilici veneris, drach. i. ob. iij. vini & mellis quod satis
est: ego vinum non adhibeo.

Variæ diuersorum antidoti, diuersis affectibus succurrentes.

CAP. 10.

Antidotus Ælij Galli cum ad alia, tum ad canis rabidi morsus. Nardi syriacæ, drach. iij.
myrrhæ, drach. ix. cinnamomi, drach. xij. casia nigræ tantundem, croci, drach. viij. costi,
drach. iij. feminis dauci tantundem, mei tantundem, at alij. 3. i. petroselinī. 3. iij. piperis albi, grana.
xxxx. carpobalsami. 3. iij. acori, asari, tantundem. iunci rotundi odorati, drach. viij. alij ipsū non
immittunt. mellis despumati, quantitas quæ sufficiat. Hæc per se sola deglutienda est. Eiusdem
alia ad internas affectiones multum efficax. Cinnamomi, drach. vi. croci, drach. ii. ob. iij. piper
is albi, drach. iij. ob. ij. piperis longi, drach. iij. ob. iij. opij, drach. iij. nardi indicæ, drach. iij. myr
rhæ. drach. iij. ob. ii. acori, drach. iij. nardi gallicæ, drach. iij. styracis, drach. i. obo. ii. chalbani.
drach. quatuor. castorij, drach. iij. ob. ii. costi, drach. ii. ob. ii. omnia hæc melli commisceto, indeq;
pilas conficito, portione ue aliqua diluito: concoctionem enim & indolentiam procurat.
Aromatica optima Galli ad omnia faciens. Cinnamomi, drach. i. casia, drach. i. croci, drach. s.
amomi, drach. v. malabathri, drach. ii. myrrhæ, drach. s. alij drach. i. iunci rotundi odorati, drach. i. H
costi, drach. s. piperis, drach. iij. mellis atticī quod sufficit. Ego verò, inquit, cinnamomi duplum
immitto, meliorq; efficitur. Antidotus Archiuij, quæ Ambrosia & sacra cognominatur, ad
omnes internas affectiones qua vtor, continet autem, Anisi, drach. iij. feminis apij tantundem,
myrrhæ. drach. i. panacis tantundem, cinnamomi. 3. ii. feminis loti amari. drach. ii. casia, drach. ii.
croci, drach. ii. ob. iij. piperis, ob. iij. succi papaueris, drach. iij. mellis quod satis est. Portio hinc
conficitur, ad intestinorum tormina quidem, ex vini myrtini hemina vna, & aquæ quarta parte.
Ad hepar autem ex aquæ mulsæ hemina dimidia. Item ad vigilias, ophthalmiam, & lateris morbum
ex aqua mulsæ ad stomachi demum vitia, ex vini granatorum cyathis duobus, & aquæ totidem.

Antidotus Antipatri, quæ & theriaca nūcupatur, & ad morsus aspidis valet, ante & post ictus
exhibita, qua vtor. Habet autem, Gentianæ. 3. iij. radicis trifolij. 3. iij. feminis eiusdem. 3. ii. polij,
drach. iij. aristolochiæ tenuis, drach. ii. radicū peucedani tantundem, chalbani drachmæ duæ,
petroselinī drachmæ quatuor, rutæ syluestris drachmæ tres, pyrethri drachma vna, herbæ pedi
cularis tantundem, radicū vitis albæ, drach. ii. piperis albi tantundem, acori drachmæ tres,
thymiamatis ammoniaci, drach. i. obo. iij. verbalci, ideæ chamæpityos, chamelææ, marrubij te
nuis, conizæ tenuis, cymini æthiopicī, succi papaueris, castorij, feminis foeniculi, agarici, casia

rufæ,

Arufæ, florum iunci odorati, rhei, singulorum drach. ij. dauci cretici, drach. i. ob. iij. opopanacis tan
tundem, sagapeni. 3. ij. ob. iij. abrotoni. 3. i. ob. iij. diçiamni tantundem, styracis tantundem, cin
namomi. 3. iij. nardi tantundem, myrrhæ. 3. iij. thuris. 3. i. croci. 3. viij. anisi. 3. i. succi cyrenaici tan
tundem, coagulū hinuli. 3. iij. mellis atticī, quod satis est: ex hac fumitur quantum est nucis auella
næ magnitudo, vt se quis à veneno tutum reddat. Ælij Galli theriaca qua vtor, optima ad scor
pionum ictus, & alia quæ venenum morsu relinquunt, ad rupta, conuulsa, coli inflationes, & hu
iucemodi cætera. Hanc Gallus ex Arabia rediēs Cæsari obtulit, qua multos ex commilitonibus
suis seruauerat. Habet autem, Radicis vitis albæ. 3. xvi. feminis trifolij, opopanacis, singulorū
drach. viij. aristolochiæ tenuis drach. xij. radicis libanotidis, iridis illyricæ, zingiberis, opij, lingu.
3. viij. feminis rutæ syluestris. 3. xij. cymini æthiopicī. 3. sedecim. myrrhæ, casia, castorij, sefeleos,
radicis eryngij, serpilli, succi cyrenaici, singulorum. 3. vi. medicæ. 3. xij. sagapeni. 3. vi. croci. 3. v.
farinæ erui. 3. xxiiij. cum aqua hæc in pastillos trium obolorum rediges, & ex vino dabis. Eius
dem alia theriaca valde efficax quæ ex his constat. Seminis trifolij. 3. xij. aristolochiæ, drach. vi.
magnatis hedyroi. 3. viij. quinquefolij, drach. iij. echij herbæ, drach. vi. philocrati, drach. v. sagap
eni, drach. iij. polij. 3. vi. castorij. 3. iij. croci. 3. viij. feminis apij, anisi, foeniculi, petroselinī, singu
lorum drach. vi. opopanacis. 3. iij. opobalsami. 3. vi. sefeleos drachmæ quatuor, cymini æthiopicī
drach. v. myrrhæ, scordij, phu, mei, singulorum drachmæ sex, feminis alyssi cretici drachmæ sex,
farinæ erui, drachmæ viij. Vinum ariusium lene quod satis est infunde, orbesq; confice pon
deris quatuor obolorum, quorum vnum dabis ex vini chij vel falsi puri cotyla dimidia. The
riaca ad dolores internos Euclidis Palatiani, quam, vt ipse dicebat, ad morsus aspidum cōposuit:
facit tamen & ad pleuriticos & quartanarios magnitudine nucis auellanæ exhibita, si prius euo
muerint. Tussientibus insuper & ægrè screantibus ex aqua, percussis à serpentibus ex vino, pleu
riticis & sanguinem reicientibus ex aquæ cyathis duobus & aceti vno datur. Habet autem, Casto
rij. 3. vi. opopanacis, sagapeni, sefeleos, cachryos, chamædryos, chamæpityos, marrubij, singulorū.
3. xvi. styracis, bituminis iudaici, myrrhæ, drach. vij. succi papaueris. 3. viij. mellis libram vnam.
Percussis à serpentibus, si fieri potest, fac vt prius euomant, deinde ex hac cum plurimo succo fra
xini, vel si delit, cum vino. 3. i. exhibe, vel plus etiam: quartanarijs autem ad nucis iuglandis ma
gnitudinem dato. Zenonis Laodiceæ theriaca, quemadmodum tradit Menutianus, qui eam ab
ipso accepit. Habet autem, Cardamomi demptis inuolucris, serpilli, feminis apij, radicis vitis
albæ, feminis trifolij, anisi, petroselinī, radicis & feminis foeniculi, ammeos, aristolochiæ tenuis,
C farinæ erui, opopanacis, singulorū pondus æquale. Separatim primo quæq; contunde, tum com
misce, & vbi ea vinum austerum affundens subegeris, orbes conficito, qui simulatq; in vmbra
exiccata fuerint, trium obolorum pondus impleant. Horum vnum ex duobus aquæ cyathis dato
ter interdū, semel noctū, interdum verò & sæpius, præsertim ijs qui frequenter euomunt: quan
doq; per nares etiam infundendi sunt, si eos ægrotus deglutire nequeat noxiō somno grauatus,
aut alioquo prauo symptomate correptus. Loca verò demorsa, si quodam cum tumore nigri
cauerint, ac carnem alioquo diffultem habuerint, veluti vlcera maligna procurato. Antido
tus quæ ad conuulsiones & rupta facit, sanguinem reicientibus, lienosis, icinorosis, & exulcera
tæ vesicæ auxiliatur, ventriculi vitio laborantes & coeliacos sanat, inflationes discutit, & arqua
tos liberat. Datur ad hæc omnia ex mulso oliuæ magnitudine. Cinnamomi, costi, singulorum
drach. vi. nardi syriacæ. 3. xx. croci, myrrhæ, malabathri, singulorum. 3. viij. casia. 3. xij. piperis al
bi drach. x. thuris, drach. iij. iunci odorati. 3. xvi. iridis illyricæ. 3. xij. terræ lemnia. 3. xx. mei, sefe
leos, singulorum drach. viij. feminis apij, drach. iij. pinearum, drach. xij. irionis, drach. vi. femi
nis cucumeris torrefacti, drach. vi. terebinthinæ, drach. iij. petroselinī, drach. iij. amomi, drach. iij.
scordij, polij, opobalsami, gentianæ, cymini æthiopicī, singulorum drach. v. feminis rutæ sylue
D stris, drach. iij. anisi, tragachanti, singulorum drach. viij. phu, stœchadis, cneori, singulorum. 3. ij.
Iriōnem linteolo conuolutum in aqua primum coquito, vt ipsum deinde reliquis omnibus com
minutis admiscere possis, tragacantham postmodum aqua maceratam superimmitte. Dabis ex
hac antidoto quantum est Ægyptiæ fabæ magnitudo: febrientibus quidem ex aquæ, non febrien
tibus autem ex nulli cyathis duobus. Antidotus Mithridatica, vt Xenocrates ait apud Nico
stratum, ad venena omnia, venenatos ictus, difficiles concoctiones, inflationes, ventriculi & ven
tris morbos faciens, icoreq; & liene & coxendicibus ac renum, lateris & pulmonis vitio labo
rantibus subuenit. Continet autem, Succū hypocythidis. 3. vi. scordij. 3. v. castorij. 3. iij. petro
selini. 3. v. sefeleos. 3. i. thuris, drach. vi. polij, drach. ij. dauci cretici, drach. x. piperis albi. 3. i. ob. iij.
piperis longi, drach. i. costi, drach. iij. ob. iij. cinnamomi, drach. ij. croci, drach. v. ob. iij. casia ni
græ, drach. iij. nardi, drach. viij. myrrhæ, drach. viij. iunci rot. odorati, drach. iij. amomi, drach.
ij. chalbani, drach. ij. terebinthinæ, drach. i. ob. iij. succi papaueris, drach. xx. mellis atticī quod
sufficit, ex hac dabis quantum & reliquis. Antidotus Tyrannis appellata, & vt inquit Nilus,
ab Antipatro compolita, ad calculosos & eos qui inter spiradum suffocari vident facit. Secundas
& foetus retentos eijcit. Comitalibus, podagricis, articularumq; & coxendicū morbo laboranti
bus prodest vrinam crassam plurimā educens. Hanc dabis ad fabæ magnitudinem ex mulso etiā

Quinta Classis.

PPPPP iij contra

contra venena, aduersus autem serpentium ictus ex vino: comitialibus vero, si febrant, ex mulla. **E** Habet autem, Scinci. 3. viij. myrrhae. 3. xxv. iij. rubricae lenniae. 3. iij. nardi. 3. viij. iunci odorati. 3. iij. cinnamomi. 3. xx. iij. radicis dulcis. 3. xxv. iij. *. myrrhae. 3. xx. eryngij. 3. xx. amomi. 3. xij. cardamomi. 3. viij. croci. 3. viij. baccarum cedri nigrarum. 3. xij. meliloti. 3. xij. seminis hyacinthi. 3. iij. piperis longi. 3. iij. piperis albi. grana. lxxxv. spondilij. 3. xij. scorchadis. 3. v. pyrethri. 3. vi. seminis maluae syluest. 3. xij. seminis leuconij. 3. iij. opobalsami. 3. vi. costi. 3. viij. oboli. ammeos. 3. xij. radicem umbilici veneris. 3. xij. seminis dauci. 3. xij. carpobalsami. 3. iij. xylobalsami. 3. iij. casiae. drach. viij. cumini aethiopicij. drach. iij. seminis ocymi. drach. viij. acori. drach. viij. florum Iambroscae. drach. viij. seminis apij. drach. xij. sagapeni. drach. viij. radicem capparis. drach. iij. gentianae. drach. xij. radicis periclymeni. drach. viij. thuris. drach. viij. styracis. drach. i. *. milij. agrestis. drach. xx. iij. radicem smyrnij. drach. iij. thymiamatis ammoniaci. drach. xvi. sefeleos. drach. iij. cachryos. drach. iij. iridis illyricae. drach. iij. anisi. drach. iij. chamædryos. drach. xv. chamæpityos tantundem. seminis smyrnij. drach. viij. zingiberis. drach. xij. centaureae tenuis. drach. viij. seminis pastinacae. mei. singulorum drach. viij. radicis calami. drach. iij. *. vnguenti boni cotyla vna. Antidotus Arpuli ad quartanarios. Myrrhae. drach. iij. piperis longi drach. ij. Iachrimae papaueris. drach. ij. castorij. obolos. iij. & semis. cardamomi. drach. iij. sagapeni. 3. ij. **F**

Comminuta haec omnia & aquae commista rotulas ponderis duorum obolorum confinges, quas per intervalla febricitantibus dabis ex adriani vel aminai vini cyathis duobus, & aquae fontanae quae deferbuerit cyathis quatuor: febricitantibus autem sine intermissione ex hydromelite totidem cyathis. Facit quoque ad reliquos februm circuitus. Quoniam vero ad morsus ictusque venenosorum animalium, suprascriptis antidotis tam Asclepiades quae Damocrates quaedam insuper alia addiderunt, idcirco mihi quoque ea hoc in libro subiicere potius quam omittere visum est, ac primo quidem ab Asclepiade prodita.

Remedia ab Asclepiade conscripta in quinto Mnasonis ad serpentium noxas.

CAP. 11.

Potio demorsis a rabido cane hominibus amuletum valde generosum, praesertim enim ne in rabiem incidant. Lycij indici quamoptimi obolos tres ex aqua dabis, verbenaeque pariter immittes. Diebus autem tot id facies, quoad securum esse egrum arbitraberis. Datur & sine aqua lycium solum in ovo forbili. Alia. Castorij. 3. i. ex vini rosacei albi cyatho bis singulis quibusque diebus bibendum dabis, quod cum facere desieris, absinthij decocto agrum euacua, salisque tantum immittes, ut clystere vehementius reddatur. Antonij Coi. Alyssum herbam contusam & cribratam repone, huius cum opus fuerit a rabido cane morsus cochlear exhibebis ex aquae & mullae cyathis tribus, statim a primo die usque ad quadraginta, sin minus saltem primis septem diebus. Alyssus autem herba est marrubio similis, asperiores tamen & magis spinosus in surculorum summitatibus orbis habet, florem ad caeruleum vergentem profert. Hanc inter caniculæ aestus colligere oportet, exiccataque & cribrata seruanda est, ut expirare non possit. Alia celebris admodum quae recipit, cineris cancrorum fluuiialium vitis albæ sarmentis exustorum attritorumque mystra. x. radicem gentianae mystra tria, terebinthinæ mystra duo. Ex hac antidoto singulis quibusque diebus quoad sextus adueniat, cochlear vnum ex vini puri antiqui cyathis tribus plus minusve dabis, ætatem namque & vires infirmi spectasse conuenit: ijs inquam cochlear vnum dato, quibus simulatque a rabido cane morsus fuerint, medicis copia astuit. Quod si quis primo vel altero die remedio caruerit, si secundus dies is sit, antidoti duplum capiat: si tertius, triplum. Nam vinum fatis idem semper erit, tribus postea subsequenter diebus tantum assumat, quantum prima die sumpserit. Hoc medicamentum bibentem fatis superque tutum reddit, ne in aquarum formidinem incidat. Antidotus Cratippi viri & celebris & alendis canibus dediti. Cancrorum, drach. xx. myrrhae, drach. ij. croci, drach. i. & semis, gentianae drach. i. piperis albi, grana. x. vini quantum fatis est ad commiscendum. Dabis ex hac, drachmam. i. ex vini aqua diluti cyathis tribus. **H**

Alia qua vsus est Heras Cappadox. Scordij, drach. ij. piperis albi, drach. ij. s. opij, drach. iij. succi cyrenaici, drach. iij. s. cachryos, drach. iij. gentianae, seminis rutae syluestris, rubricae lemniae, singulorum drach. v. myrrhae, drach. viij. opobalsami, drach. viij. haec primum vino infunde, tum mellis despumato commisce, postremo opobalsamum iniice. Robustioribus quod bis Egyptiae fabae magnitudinem æquet dato ex aquae calidae cyathis tribus. Alia Aelii Galli quae, ut Belchionius inquit, a Cesare sumpta est. Polij, succi cyrenaici, singul. drach. iij. s. cachryos, seminis rutae syluestris, singulorum drach. iij. gentianae, rubricae lemniae, singulorum drach. v. myrrhae, drach. vi. opobalsami drach. viij. scordij, piperis, singulorum drach. xij. mellis omnia haec admisceto. Antidotus Zenonis Laodicensis ad morsum canis rabidi, quae etiam est bona theriaca.

Seminis petroselinij, ameos, anisi, serpillij, radicem vitis albæ, seminis feniculi, farinæ erui, aristolochiae longae, seminis trifolij, opopanax, medullae cardamomi, detractis folliculis, singulorum drach. iij. ita vero conficitur. Opopanax vino dissolutum in promptu habe, reliqua vero vbi contuderis, ac per minutum cribrum traieceris, inspergendo subige, subactaque opopanax commisce, rotulas inde confice, quas postquam in umbra siccaueris, drachmæ vnius pondus ex vini meri cyathis tribus totidem diebus exhibebis nuper a rabido cane morsus. Quod si diu iam com-

morsus

A morsus quis fuerit, ex aqua frigida pondus idem dabis. Antidotus haec in Dionysium Milesium refertur. Claudij Apollonii medicamentum aduersus canis rabidi morsum, quod & theriaca est. Seminij trifolij, radicem feniculi, singulorum drach. vi. foliorum scillae aridorum, aristolochiae longae, singulorum drach. v. scinci, surculorum serpillij, singulorum drach. iij. cardamomi a cortice depurati, radicis dulcis, singulo. drach. iij. ammeos, radicis rutae, singulo. drach. ii. opopanax, succi cyrenaici, singulo. drach. i. vini falerni festaria tria, & cancrorum marinorum exustorum libras tres. Cancros in vinum coniectos macerari sinas, quod vbi combiberint, ipsos accurate dissolutos promptos habe. Res autem siccas contusas & per minutum cribrum transmissas cancris admisceto, rotulasque inde confingito, quarum tres obolos propinabis ex vini puri cyatho vno & dimidio tribus diebus. Ac de his quidem haec tenus: nam quae foris quoque admoueri debent subiungenda videntur. Menippi emplastrum ad morsum canis rabidi, quo Pelops utebatur. Picis brutiae libram vnam, opopanax vnc. iij. aceti festarium vnum. Opopanax in cyathis quatuor aceti diluito, aceti quod superest vna cum pice decoquito, vbi consumptum tum id videris, opopanax addito, sed caueto ne effereat. Cum satis inter se commissa videbuntur, plagellas permagnas inde conficito, locoque demorso superindito. Necessè est autem vlcus per quadraginta dies apertum seruire. Menelai quod valet ad morsum canis rabidi, aegylopsque, & omnium reptilium ictus: habet autem. Nitri rubri, drach. ij. facis vini combustae, drach. viij. thymiamatis, ammoniaci, drach. viij. seui caprini lib. i. olei lib. i. & semis, cerae librae duae, aquae festarium vnum. Ammoniacum in aqua dissolue sic ut amurcae crassitiem habeat, reliquum vero aquae ferueat nitro & faece immissa. Quod cum densatum fuerit, ea quae colliquantur iniicias: vbi dissoluta fuerint, ab igne vas amoueabis, ammoniacumque impones, indeque vtraque in mortarium transferes, diligenterque subiges. Ex hoc cum opus erit utere. Album Herae medicamentum ad morsum canis rabidi, quod & extrinsecus vlceri imponitur, & per os intro assumitur maxime ab iis quibus iam rabies dominatur, pilula ad magnitudinem auellanae nucis confecta, ac quotidie quadraginta diebus deglutita. Statim enim a periculo liberat. Imponit autem loco demorso, nec nisi secundo quoque die soluitur, & idcirco opus est alternis diebus vulnus soluere, & vlcis nigredinem spongiis abstergere, idque tandiu facere quoad usque medicamentum album permaneat. Ita autem conficitur. Cerae ponticae lib. ii. spumae argenti aureae, cerussae, singulo. lib. i. myrrhae, medullae ceruinæ, singulorum vnc. ii. thuris masculi, vnc. i. olei veteris festarium vnum. Argenti spumam oleo decoque, quae cum ad sordium crassitiem peruenisse videris, ceram iniice, & cerussam insperge. Cunctaque ad id venerint vt manus non inquinent, igne subducto medullam impone, myrrhamque & thus iniice, atque vbi cuncta bene subegeris utere. Basilica aduersus canis rabidi morsum composita, quae in aquarum formidinem aegros incidere non permittit. Haec Augusta apud se compositam semper habuit. Continet autem. Salis ammoniaci, succi cyrenaici, singulo. drach. ii. quod si cyrenaicus desit, syriaci duplum accipito, coaguli leporini, drach. iij. iridis illyricae, castorij pontici, singulo. drach. v. lactis caprificus aridi, tantundem, aut si siccus desit, liquidum duplum impone, adipis hyenae, drach. viij. resinae terebinthinæ, drach. ix. adipis canis nigrae, sanguinis eiusdem, sing. drach. xi. cerae ponticae, drach. xxxvi. olei antiqui cyathos duos, aceti scillitici, cyathos tres. Arida contrita aceto commisce, liquanda vero liquefcat prius, deinde attritis addantur atque in opportunos vsus omnia reponantur.

Remedia ad scorpiones tam intus assumenda quam foris admouenda.

CAP. 12.

Ad scorpionum ictus subscripitis antidotis vtendum erit. Hac Diophantus utebatur in scorpionum ictibus & in commorsis a phalangijs. Habet autem, Aristolochiae, drach. iij. piperis, drach. ij. opij, drach. i. pyrethri, drach. iij. contusa haec & melle excepta in rotulas ad fabae aegyptiae magnitudinem rediges, quarum duas deglutendas trades ex vini puri cyathis duobus.

D Alia ad scorpionum ictus noxiosque aliorum animalium morsus. Accipit autem, Aristolochiae, zingiberis, sing. drach. viij. nepitae, seminis rutae syluestris, sing. ob. iij. piperis, ob. ii. haec primum testudinis sanguine subigito, tum rotulas inde trium obolorum pondere confingito, atque ex vino puro dato. Alia quae constat ex cymini aethiopicij, sulfuris viui, piperis albi, singul. drach. ii. castorij, silphij, trifolij, singul. drach. i. haec inter se vino commisce & ex vino puro forbēda prebe.

Antidotus ad eos, qui in periculum deuenire ob ictum scorpionis phalangijue, aut alterius cuiusque reptilis. Assumit autem, Seminij rutae syluestris, seminis erucae, pyrethri, styracis, sulfuris viui, singul. drach. vi. castorij, drach. ii. omnia haec testudineo sanguine subacta, ex meri vel aceti dimidia cotyla propinabis quatuor obolorum pondere. Antidotus quae dolorem sedat iis qui a scorpionibus phalangijs caeterisque reptilibus percussi fuerint, quaeque cum difficultate parientibus auxiliatur. Huius nomen est Callista, hoc est optima. Continet autem, myrrhae, castorij, styracis, singul. drach. i. opij, drach. ii. chalbani, drach. iij. seminis apij, acetabulum vnum, anisi tantundem, piperis grana. xxx. haec inter se vino coniuncta ex vna vini cotyla dabis pondere vnius drach. Antidotus autem haec eximia bona est. Antidotus Abascanti medicam artem Lugduni exercentis. Accipit autem, Piperis albi grana. xx. castorij, opij, croci, myrrhae, iridis illyricae, herbae pedicularis, chamædryos, radicem vitis albæ, pyrethri, singulorum partes aequales. Omnia haec vino

no

no commisce, & drachmam vnam ex vini puri cyathis tribus exhibe. Antidotus quæ a scor-
pionibus scorpiaca dicitur, quæq; medicamē minime fallit, magna cum difficultate nobis à quo-
dam accepta, qui in Africa degens hac utebatur, & percussos à scorpionibus tutos ab omni peri-
culo reddebat: optime quoq; præseruat bibita à nondum percussis in securitatem euētus. Habet
autem, Sulfuris viui, sulfuris fossilis, singulorum lib. ij. piperis albi, drach. iij. opopanax, fabinae
herbæ, thuris masculi, singulorum drach. iij. aristolochiæ rotundæ, peucedani, myrrhæ, centaurij,
serpilli, chamædryos, chamæpityos, herbæ scorpiacæ, anagallidis, bituminis, singu. drach. ij. beto-
nicæ, medullæ ceruinæ, scinci, singulorum drach. i. Singula quæ enumerauimus confusa, ac per mi-
nutissimum cribrum primo traiecta, deinde simul omnia commista ita seruanda sunt, vt respirare
non possint. Cū verò percussis opitulari volueris, cochlear vnum huiusce pulueris ex vini puri
cyathis duobus exhibebis. Præseruationis autem annuæ gratia semel ex hac antidoto bibant: qui
se tutos à periculo seruare volent. Oportet tamen eos qui primo hoc medicamentum præserua-
tionis gratia bibēt, die illo nec lauari, nec venere vti. Antidotus à Zoilo sumpta qua Epaphro-
ditus Carthaginensis utebatur: statim autem hæc & ægros à dolore liberat, & per annum quam-
puncherrime quoq; præseruat semel ebibita. Continet autem, sulfuris viui libras quatuor, thuris
lib. i. fabinae, stoechadis, aristolochiæ, sing. drach. vi. myrrhæ, drach. v. medullæ ceruinæ, opo-
panacis, sing. drach. iij. dictamni cretici, drach. iij. bituminis, serpilli, scordij, rhei, trifolij, centaurij,
chamædryos, piperis albi, abrotani, betonicæ, polij, coaguli hædini, anagallidis, singul. drach. ij.
crocodili terrestris, drach. x. confice vt dictum est, & percussis cochlear vnum bibendum præbe
ex vini puri cyatho. Præseruat eadem singulo quoq; anno semel exhibita. *Quæ extrinsecus impo-
nenda sint percussis à scorpionibus.* Lauri folia in vino cocta & confusa impone, vel liliorum radices
atritas ex aceto. Aliud. Aristolochiæ in vino decoctæ, rutæ summitatū & nitri, partes æqua-
les atteres, & ex vino impones. Aliud. Cancrorum fluuiialium, cachryos, herbæ pedicularis,
rutæ, partes æquales ex vino superimittes. Aliud. Chamæmeli, nigellæ, nitri rubri, partes
æquas contunde & ex aceto admoue. Arabæ Thebanī medicamen ad ictus scorpionum exco-
gitatum. Habet autem, Chalbanī, terebinthing, sing. 3. ij. herbæ pedicularis, pyrethri, sulfuris viui,
sing. 3. i. myrrhæ, piperis, singulorum drach. i. & semis, picis liquidæ quod fatis est.

Diuersa ad phalangiorum morsus remedia.

C. A. P. 13.

Charitonis circulatoris antidotus ad phalangiorum morsus, quæ habet, Seminis spondilij, ca-
laminthi, partes æquales. Hæc simul atrita ex vini cyathis duobus bibenda dabis pondere
drach. i. sæpius quocunq; die. Hæc medicina utebatur Charito, frequenterq; in conuentus homi-
num veniebat, vt à phalangio demorsis opem ferret. Eiusdem alia quæ continet, Succī cyrenai-
ci, seminis dauci cretici, mentæ siccæ, nardi indicæ, singulorum pondus æquale. Hæc aceto com-
mista, ex acetī puri cyathis quatuor dato drach. i. pondere, bibentesq; in aquam calidam descen-
dant. Antidotus Andree ad phalangiorum morsus. Habet autem, Herbæ pedicularis, pyrethri,
myrrhæ, opij, vitis albæ, chalbanī, singulorum æquas portiones, vino odorato hæc simul admis-
ce indeq; ex passī coryla vna, drachmam vnam dato. Alia nobilis admodum quæ continet,
Cachryos, seminis rutæ syluestris, piperis albi, herbæ pedicularis, myrrhæ, singulorum drach. i.
radicum cyperi, drach. ij. omnia hæc vino odorato commisce, indeq; drachmam vnam, ex passī
cyathis quatuor mellisq; vno forbendum dato. Antidotus ad phalangiorum, scorpionum, alio-
rumq; reptilium ictus, qua Theophanes utebatur. Accipit autem, Castorij, piperis albi, myrrhæ,
succī papaueris, singulorum pondus idem. Hæc in vino dissoluta, atq; in orbes redacta trium obo-
lorum pondere dabis ex vini puri cyathis tribus, vt & Theophanes faciebat. Alia. Corticum
radicis mandragoræ, piperis albi, castorij, succī papaueris, singulorum partes æquales, confice &
exhibe sicuti supra diximus. Alia ab Apollodoro sumpta, quam & Heraclides Tarentinus de-
scribit in eo libro quem ad Astydantem mittit, ad omnes venenatæ feræ morsus, doloresq; ve-
hementissimos, & vteri strangulationes. Accipit autem, Succī cicutæ, alterci, singulorum drach.
iij. castorij, piperis albi, costi, myrrhæ, opij, singulorum drachmam vnam. Hæc comminuta passī
cyathis duobus additis in sole tam diu commiscebis quoad densescant, inde rotulas cōfinges quæ
magnitudinem fabæ græcæ non excedant. Harum singulas ex vini cyathis duobus tradito.
Alia Heraclidis Tarentini ad phalangia omniumq; reptilium morsus, quæ tam imposita q̄ ebibi-
ta prodest. Accipit autem, Cachryos, seminis rutæ syluestris, piperis albi, myrrhæ, cocci cnidij, co-
sti, pyrethri, herbæ pedicularis, singulorum pondus idem; cyperi duplum. Hæc aceto dissoluta
melleq; excepta superimpones. Alia ad phalangia omniumq; venenatorum ictum, quæ conti-
net, Herbæ pedicularis, pyrethri, myrrhæ, succī cyrenaiçi, singulorum drach. quatuor, radicem
vitis albæ, chalbanī, singulorum tantundem. Aceto hæc dissoluta mellī commiscebis & impones,
eadem quoq; pota summopere iuuat. Alia quæ ictibus phalangiorum aliorumq; reptilium &
imposita, & ebibita prodest. Hæc Simmias circulator utebatur. Habet autē, Sulfuris viui, chalba-
ni, singulorum drach. iij. succī cyrenaiçi, amygdalarum amararum à corticibus repurgatarum,
singulorum drach. ij. Hæc in vino diluta melleq; excepta superimittenda sunt. Alia quæ re-
cipit, Seminis rutæ syluestris, herbæ pedicularis, seminis erucæ, cachryos, seminis viticis, pilula-
rum

Arum cupressi, singulorum partes æquales. Hæc aceto dissolue, mellī commisce, & impone: pota
quoq; auxiliū præstat.

*Remedia ad viperas in quibus Antiochi theriaca continetur, quam Plinius
in foribus ædis Aesculapij descripsit, fuisse tradit.*

C. A. P. 14.

Verū de his hæc tenus, quibus autem à viperis morderi contigerit, infrapostita remedia ad-
mouebimus. Dorothei Helij remedia aduersus viperarum morsus. Ita enim ipse inquit:
Potionibus ego planè simplicium vsus sum ijs quæ ex aceto dantur: acetum nanq; calefactum &
per se potum, quantum hemina dimidium continet, iuuat: item corticum aristolochiæ drachmæ
duæ, ex vini, aut acetī, hemina dimidia: & seminis trifolij oboli tres, ex dimidio vini cyatho: pro-
sunt etiam panacis chironiæ drachmæ duæ, ex aceto: item hinnulorū coaguli drachma vna ex vi-
no, & sanguinis marinæ testudinis exiccati drachmæ duæ ex aceto. Ex compositis verò Antido-
tus quæ ab Apollodoro confecta est, & à Softrate, atq; alijs qui ipsam ab eo exceperunt commen-
data, hæc est, quæ à testudinis sanguine nomen accipit, & continet, Seminis cumini syluestris, ace-
tabulum sanguinis marinæ testudinis exiccati drach. iij. coaguli hinnulorum, aut si desit, lepo-
ris drach. iij. sanguinis hædini, drach. iij. hæc simul admista affusoq; optimo vino coniuncta re-
pones. Cū opus fuerit hinc quantum est oliuæ magnitudo fumes, dilutumq; ex vini quam opti-
mi cyatho medio bibendum trades. Quod si paulò post ægrotus antidotum euomat, denuò quan-
tum est oliuæ dimidium ita, vt diximus modò, præbebis. & rursus si reiiciat, quantum est ægy-
ptiæ fabæ magnitudo tertio propinabis, quo prædiximus modo. *Rustici medici antidotus ad vipe-
ræ morsus.* Accipit autem trifolij, stachyos, erui moliti, seminis rutæ syluestris, aristolochiæ rotū-
dæ, singulorum drach. viii. hæc vino commista in rotulas redigito, quarum drachmam vnam ex
vini cyathis tribus dabis bis ter ue singulis quibusq; diebus.

Alia versibus ab Eudemo conscripta, quæ Antiochi Philomitoris theriaca inscribitur, cuius
principium hoc quidem est.

Disce medclam istam serpentum, matris amicus,

Expertam victor quam docet Antiochus.

Conficiendū autem modus is qui sequitur.

Radices conuelle mei quæ pondera drachmæ

Duplent, serpilli sit quoq; poudus idem,

Sit panacis succi tantum: nam drachma triphylli

Imposita fructus sat erit vna tibi.

Hinc apium, anisumq; hinc ammi, fœniculumq;

Semine quodq; suum compleat oxybaphum.

Post orobi tenuis duplum superadde farina,

Et coeant chio nectare cuncta simul.

Tum paruos facias æquati ponderis orbes,

Quisq; trahat drachmæ pondera dimidia.

Hos quicunq; chio miscebit, & hauriet orbes,

Temnet echidnæ dira venena feræ.

Officient vnquam nec sæua phalangia, nec qui

Scorpius obliquè spicula tenta gerit.

Singula verò quæ hisce carminibus continentur hæc sunt. Radicum mei, serpilli, opopanax,
singulorum drach. ii. seminis trifolij, drach. i. anisi, fœniculi, ammeos, seminis apij, singulorum acetabu-
lum vnum, farinae erui tenuissimæ acetabula duo, vini antiqui quātum satis est ad commiscendū
vt rotulas hinc cōficere possis, quas in vmbra siccitas ex tribus vini cyathis trium obolorum pon-
dere dabis. Antidotus enneapharmacos. i. ex nouem rebus Heraclidis Tarentini, quam ipse
in suo de serpentibus libro tradidit. Habet autem, Myrrhæ troglodyticæ, opopanax, succī papa-
ueris, sing. drach. ii. radicem vitis albæ, drach. iij. corticum aristolochiæ longæ tantundem, radi-
cum pyrethri tantundem, seminis rutæ syluestris, cumini ethiopicī, seminis trifolij, singulorum
acetabulum vnum. Omnia hæc postquam attriueris ac per cribrum traieceris aceto commisce-
bis, in quo gummi maderit vt agglutinandi vim quandam habeat, tū rotulas inde cōficies quas
in vmbra siccabis. Cū ipsis vt volueris, dimidiam dabis ex vino vel aceto in quo rutæ folia de-
ferberuerit. Hoc licet sæpius diebus singulis peragas, integrum tamen antidoti pondus drachmas
duas impleat. Nam supra hanc mensuram exhibita, vomitum excitare solet. Quare plus duabus
drachmis, dare non consulo. Quod si vomitus insurgat, nihilominus pluries adhuc singulis qui-
busq; diebus antidotum exhibebis. Opus est insuper ægrotum alere, & vino diluto recreare,
hocq; sæpius die vno facere. Locus quoq; demorsus calida diu fouendus erit, & in his submergen-
dus quæ ipsum iuuare possunt, quod dum fit, ita collocandus erit, vt deorsum inclinet. Antido-
tus Dorothei ad omnium reptilium ictus excogitata, quæ continet, Corticum radicis verbasci
fœminæ, seminis trifolij, singulorum drach. i. opopanax, serpilli, mei, coaguli hinnuli, singulo-
rum

rum drach. duas, seminis apij, ameos, seminis sceniculi, seminis anisi, singulorum acetabulū vnū, E
erui in farinā redacti drach. duas. Res siccas contusas & cribratas vino ariusio coniunges, in quo
prius & coagulum & opopanacem dissolueris, orbesq; inde conficies, quos pro viribus agrotan-
tium dabis. Nam vehementer à veneno detentis drachmam vnam, alijs obolos tres ex vini coty-
la tribues. Vtebatur quoq; Dorotheus hac medicina ceu nobili admodum ad intestinorum affe-
ctiones, & eos quibus noxiam materiam ad vesicam fluere volebat: ad tusses et morbos alios.
Ceterum percussis quidem à venenosis animalibus ex vino, ceteris autem ex aqua tribueda anti-
dotus est. Alia Hybristi Acuti rostri cognomēto ad omnium serpentium ictus reperta, atq; ab
Apollonio Memphite descripta, quæ continet, Aristolochiæ, panacis, seminis viticis, singulorum
drachmas quatuor, cachryos, myrrhæ, piperis, feseleos massaleotici, nardi indicæ, castorij, cinna-
momij nigri, piperis longi, succi cyrenaici, iridis, seminis rutæ syluestris, singulorū drachmas duas,
hyperici drachmam vnam. Omnia hæc contrita & per tenuissimum cribrum demissa vino falso
affuso subiges, rotulasq; inde conficies, quas in umbra siccatas ex vini puri cotyla vna, & aquæ
cotylis quatuor drachmæ vnus pondere forbendas trades. Vnam præterea ex hisce rotulis con-
tusam ac vino dissolutam commorsæ particulæ superimpones, adiectis aristolochiæ in tenuissi-
mum puluerem redactæ drachmis duabus, itemq; erui farinæ quatuor. His nanq; diligentius at-
tenuatis comminutisq; vlcus operies, ac folio ficulneo desuper immisso vittam demum circumli-
gabis. Antidotus quæ aduersum viperæ morsus theriaca est: facit tamen & ad aliorum serpentium
ictus. Hanc Gallus ex Arabia reuersus Cæsari obtulit, qua multos ex commilitonibus suis
à rabido cane demorsis, & à scorpionibus, phalangijs, ceterisq; serpentibus percussis seruauerat.
Accipit autem erui in farinam redacti drachmas. xxv. radicem vitis albæ, drach. xvi. seminis rutæ
syluestris, drach. xij. iridis, opopanacis, aristolochiæ longæ, succi papaueris, zingiberis, singulo-
rum drach. viij. cumini æthiopicij, myrrhæ, eryngij, succi cyrenaici, croci, serpilli, costi, sagapeni, sin-
gulorum drachmas sex. Vinum aminæum insperge, subige, rotulas confice, confectas pro condi-
tione virium agrotantis da. Sunt autem tres oboli, pondus antidoti integrum. Ad percussos quæ-
dem ex vini diluti, ad reliquas verò affectiones ex nulli hemina vna. Medicamentum viperarum
ictibus imponendum, quod habet, Sagapeni, piperis, succi cyrenaici, opopanacis, singulorū
partem vnam, chalbanij, sulfuris viui, singulorum partes duas. Res quidem siccas cōtunde, ac per
tenuissimum cribrum excute. Succos autem vbi in aceto dissolueris, ficcis superinfundes, atque
omnia ad emplastrū crassitiē rediges, læso membro superimittes, & ficus vrticæ ue folio extrin-
secus imposito conteges. Aliud. Cardamomi, radicem eryngij, sulfuris viui, piperis, singulo-
rum pars vna, myrrhæ, chalbanij, singulorū partes duæ, confice vt supra diximus. Aliud. Cen-
tauræ, herbæ pedicularis, radicem peucedani, singulorum partes æquales. Hæc cōtusa, cribrata,
& ex aceto subacta chalbano commisce, & quo diximus modo vttere. Aliud, Cachryos, herbæ
pedicularis, radicem vitis albæ, aristolochiæ, singulorum partem vnam, myrrhæ, opopanacis, sin-
gulorum partes duas, hæc quoq; cum aceto veluti docuimus subige.

Damocratis ad reptilium & canis rabidi morsum antidoti.

C. A. P. 15.

Quoniam verò quæ carminibus conscriptæ sunt medicinae facilius memoria continentur,
& earum pondera sincerius incorrupta seruant, ideo mihi satius esse visum est Damocra-
tis versus hoc in loco subiungere, qui ita se habent.

Nunc autem tradere medicinas volo,
Quæ morsus tantum venenatos sanent
Cornutæ, viperarum, aspidis, chersydri,
Ictus ferarum, & puncturas quoq;
Apum, vesparum, scorpij, phalangij.
Hæc arte struas. Iridis bis quatuor
Assume drachmas primum, tum zingiberis,
Succi panacis, & succi papaueris,
Radicem libanotidis, semen trifolij
Cuiusq; creticum tamen, bis quatuor.
Aristolochiæ, longam dico, & rutæ
Agrestis seminum drachmas duodecim.
Radicem vitis albæ sex & decem,
Serpilli verò pariter & smyrnij,
Pontoq; missi nobilis castorij
Tantundem, sed eryngij, & seminum apij
Æthiopicij præsertim, & adhuc noui
Cuiusq; drachmas appendo ter duas,
Eruiq; candidi & mundi bis duodecim.
Hæc cuncta sicca & transmissa cribro,
Excipe vino, paruos inde fac orbes

H

Rotas ue

A Rotasue paruas. Vnicam drachmam dabis
Huius medicamenti, ex hemina meri
Bonij, non commisti, pinguis, & non noui.
Facit dimidium resolutum aqua
Tumori ventris, atq; turgido colo,
Et quibus incerta causa quicquam dolet.

Alia

Valde bonum remedium, quo vsos etiam
Ipsos bibendo noui commorfos malè
À viperis nuper captis, quos vocant
Pyllos, (gens hæc natura non ferre solet
Pati serpentes, neq; affueta timet)
Deditseq; alijs valde commorfis malè.
Mollem siccabis umbra melliflophyllon,
Siccatum tunde, moxq; drachmas accipe
B Inde bis octo, tum longæ vel rotundæ
Aristolochiæ, drachmas adde decem,
Siccæ tamen: chamædryos decem quoq;
Myrrhæ & bonæ, & troglodyticæ item decem.
Istæc contusa subtili cribro excute,
Mellis quod satis dulcis adde, & vnias.
Dato quod pendet drachmam vel plus parum,
E vini purioris cyathis decem.
Quidam è longo atq; recenti folio
Exprimunt succum, sicq; mensura pari
Vinum coniungunt, vtq; bibatur iubent.
Mensura vtriusq; sint cyathi decem,
Parum vel minus, aut parumper amplius.
Impositum quoq; folium attritum prodest.

Alia

Cum hæc ad alias serpentes feras quidem,
Tum verò est viperis efficax remedium.
Semper repositum habeas coagulum
Ceruini pulli, recens sit præcipimus.
Antiquo recens stomacho plus conuenit,
Drachmam repositi cyathis duobus
Vini falerni, & aquæ sat quæ videatur,
Admisce. Præbe quibus dentes intulit
Serpens, mox vigilent ambulentq; impera.
Ac, si demorsa non hoc prohibeant loca,
Balneas petant, vbi per tempus aliquod
Maneant, egressiq; haud multum postea
Rursus, vt dixi, capiant coagulum.

Alia

E genere eorum quæ aduersantur venenis
Antidotus ea est, quæ ad rabidi morsum canis
Facit, latrandi morsum inferentem amentiam,
Et aquæ & potus omnis inanem metum
Vsq; eadeo, vt si aquæ tantillum videat,
Et conuellatur æger, & statim tremat:
Hic & vigilias inter & amentias
Iuges degendo, commorietur breui.
Ac quamuis primo effugiat metum aquæ,
Tamen mox ipsum tales heu casus manent
Repente, quales solent commorfos diu.
Ergo ne tales in pauores incidas,
Velim tam sacram medicinam pares.
Nam si quis ipsam quo dicam bibet modo,
Nullam commorfus sentiet insaniam.
Confice hoc pacto. Cancros fluuiatiles
Sarmentis vitis albæ sed vinifera

Combure,

Combure, & tere, tritos serua pyxide.
Rursus cribratam bene gentianam,
Alio conde vase. Cūm vii opus erit,
Insperge cyathis vini sruais tribus,
Mystra duo parua cancrorum cineris, &
Gentianæ vnum, sicut dixi, contrita.
Ieiunus hoc commistum sorbeat tribus
Aeger diebus, nullo intermisso iube.
Lux prima si quo casu præterierit,
Duobus alijs simplicem mensuram
Trades, secundo duplum die porriges
E vini cyathis, vt dixi, modo tribus.
Quibusdam rursus & transacto tertio
Videtur, tantum morfu vastatos graui
Tres semper gentianæ dandos obolos,
Secundus adlit donec & vigesimus.
Tribus è vini cyathis vel plus parum.

Alia

Hanc quoq; ad eos qui timent aquam sibi,
Dicebat Niceratus constare, & simul
Amicis, qui mirandas iudicare
Medicinarum proprietates queunt.
Lycij patarici optimi tres obolos,
Præfaret indicum, si id adesset tibi.
Dies iubebat viginti duos dare
Ieiunio, vt dixi, nuper morfo, & ex aqua.
Facere succus britannicæ fertur idem
Datus, quo lycium præcepimus modo.
Hoc quidam etiam multum admirantur, duo
Vrsinæ fellis mystra, duobus aquæ
Admissa cyathis, diebus tribus datum,
Mane, cūm primum illucescit, ante cibum.
Ad morsus rabidi canis, præsertim vbi
In rabiem complures incidunt canes,
Emplastrum quo aduersus saniem vtor, habe,
Quæ è morfu exit, iuuabit, & si quid nigrum
Vulneribus inest, aut liuens, Vlnus vbi
Circum scalpferis, emplastrum pone super
Per longum tempus, atq; vlnus dilata
Medicamento quod crustam & vlcus ducat.
Facit ad aliarum ferarum nihil minus,
Quæ virus lingunt, ictus atq; morsus.
Et tela prauo madefacta toxico,
Et vlcus omne, sic vocant, moris mali.
Terræ ampelididis nigrae drachmas cape
Bis quinq; bis viginti. His adde argenti bonæ
Tantumdem spumæ, & tantumdem bituminis,
Tribus prædictis par sit pondus olei,
Attica pendat propolis decem quater,
Aristolochia, & symphitum, & marrubium,
Eleniumq; & chamelæon bis hæc duas.
Tres iris alba sicca, tres & smyrnium,
Tres galla non matura, sex alumen, &
Polium, quæ chalbanum vno vincat obolo,
Decem & duas thus pendat & dimidiam.
Chalcitis vsta drachmas tantum quatuor
Pendat, centauryon tenuè ter duas.
Bis quinq; & decem affunde mellis atticæ.
Confice diligenter, & præfens asta.
Nam valde si contempnas vritur cito.
Ergo ampelitim terram, & argenti spumam

Congrede

- A** Concrede vasi fictili magno & nouo,
Oliuo affuso, mox igne leni coque.
Densari cūm videbis, alumen, atq;
Chalcitim sparge, vasq; seorsum aliud
Colliquet mella, chalbanum, & propolin,
Ac si quid aliud liquandum adlit, liquet.
Hæc vbi satis ferbuerint, transferas.
Oliuo iuncta cūm ferbuerint parum,
Nec plus inquinant, insperge puluerem
Quem tusa radix, quem caulis herbæ dedit.
His actis, statim vas ab igne transferas,
Et commiscendo vbi refrixerit parum,
Effusum valida emplastrum subiges manu,
Subactum serua, sed contactum corio.
Vulneri cuspis quod intulit hoc, rodest,
B Veneno cuspis illita. Prodest quibus
Serpens venenum intulit, atq; fera.
Vnusq; idcirco est omnium curæ modus.
Omnibus carnem vulneratam protinus
Scalpello circuncide, vel igne amputa.
Ventosam post hæc, ni locus vetet, infer,
Acutisq; & vrentibus medicinis
Vlnus seruabis latum multo tempore.
Hoc nos in libro docuimus alio,
Illis scribentes qui medicinas volunt
Conficere, quæ vrentibus & scalpro fiunt.
Utatur idem antidotis, quas docui
Bibendas illis quos commorfit vipera:
Bibendum trade, & hinnuli coagululum.
Bibendam trade gentianam rabido
C Cane commorfit, ac quæ dixi reliqua
Istis prodesse, nam hæc conueniunt quoq;
Cyrenes succus, is si non adlit, dabis
Quem Medi mittunt, quantum pendet obolus
Duobus è calentis cyathis aquæ.
At gentianæ quod tres obolos trahit,
Multum radice succus est præstantior.

Antidoti ab Hera conscriptæ, quæ & theriacæ sunt, quasq; & nos
experti sumus.

CAP. 17.

Theriaca qua Marcus Imperator vtebatur hæc recipit, Seminis trifolij, quod bitumen pluri-
mum oleat, aristolochiæ rotundæ, rutæ syluestris, erui permoliti pondus æquale. Omnia
hæc inter se vino commisce, rotulas confice drachmarum quatuor, quarum vnam dabis ex vino
& oleo. Alia, Fraxini folia contunde, exprime, expressum succum bibendum da, quod ab ex-
pressionem superest, vulneri impone. Alia ad phalangiorum ictus. Vni rotulæ trigonis pastil-
li, piperis grana tredecim admisce, & folij herbæ grana quadraginta, commista ex vino diluto ca-
* delescto bibenda trades quotidie vsq; ad tres dies. Alia quæ ad idem facit, & continet, Aristolo-
chiæ longæ, drach. i. cumini æthiopicæ obolos tres, seminis rutæ syluestris, drach. vi. succi cyrenai-
ci, 3. iij. & semis, rubricæ lemnia, drach. x. myrrhæ, drach. vii. opobalsami, drach. viij. piperis albi,
drach. ij. & semis, cachryos, drach. iij. hæc tusa & cribrata mellis incorporato, & ex aqua calida
dato magnitudine fabæ ægyptiæ: q; si impensius obniti volueris, duplum porriges. Alia post
theriacales antidotos cōscripta. Nescio tamen quo pacto Asclepiades ordine non seruato, postea
quam potiones duas ad coxendices scripsit, rursus ad antidotos reuertatur, describatq; eam quā
Zopyriam appellant, & aliam quandam ex multis rebus compositam venenis omnibus, vt in-
quit, aduersantem tam antè quam post assumpta: vtilem insuper demorsis à cane rabido, laboran-
tibusq; morbo laterali, & internis doloribus omnibus, ita vt muliebres affectiones quoq; leuet.
Post hanc rursus aliam plurimi vsus subiungit ex centum rebus conflata, excellenter, vt ait, ad
venena & eos qui sumpta cerussa suffocantur facientem. Deinde ab his aliam adhuc ex rubrica
lemnica confectam, de qua dudum antea mentionem feci, cūm Damocratis versus transcriberem.
Illa igitur quæ ex ceterum rebus est, omissa, satis mihi fecisse videbor si Zopyriam vocatam, huicq;
aliam subsequenter, & vltimò illam quæ à rubrica lemnica cognominatur, exponam, prætermis-
sa, vt dixi, centum rerum antidoto, quæ eadem est cum illa quam Andromachus conscripsit.

Antidotus



Antidotus Zopyria faciens ad omnia, sed præcipue ad venena, iecoris morbos, ventris inflatio-
nes, & incipientes aquas inter cutem effundi, maxime verò quando plus flatus quàm aqua affue-
rit. Accipit autem, Myrrhæ, drach. v. spicæ nardi, drach. v. & semis, croci, drach. iij. & semis, flo-
rum iunci odorati, drach. ij. & mediam, casia, drach. quatuor, cinnamomi, drach. tres, piperis albi
drachmam vnam & mediam, thuris drachmam vnam & obolum vnum, costi drachmam vnam,
ex his melle attico exceptis rotulas confice, nucis auellanae magnitudinem non excedentes, quas
ex vino aut aqua dabis. Alia antidotus quæ ad omnia venena tam ante quàm post assumpta con-
fert, demorsos quoq; à cane rabido, lateris morbo laborantes, internis doloribus vexatos sanat,
ac mulierum dolores morbosq; subleuat. Habet autem, Radicis dulcis, drach. vi. obo. i. semis, fe-
minis dauci cretici, drach. vi. ob. i. semis, opij, drach. iij. ob. ij. castorij, drach. ij. ob. i. piperis lon-
gi, drach. vi. ob. iij. costi, 3. vi. ob. ij. spicæ nardi, drach. vi. ob. i. semis, casia nigra, drach. v. ob. ij.
thuris masculi, drach. i. & semis, feseleos, drach. v. ob. ij. scordi, drach. vi. ob. ij. semis, succi hypo-
cystidis, drach. vi. acori, drach. ij. foliorum malabathri, drach. vi. ob. i. sagapeni, drach. ij. fructus
balsami, drach. v. ob. ij. myrrhæ, drach. vi. croci, drach. vi. ob. ij. styracis, drach. vi. cinnamomi, 3.
vij. ob. ij. zingiberis, drach. vij. ob. ij. piperis albi, drach. v. ob. ij. phu, drach. v. petroselinii, drach. iij.
nardi gallicanae, drach. iij. ob. ij. semis, hyperici, drach. ij. succi acaciae, drach. ij. gētiaenae, drach. iij. F
iridis illyricæ, drach. ij. anisi, drach. iij. thlaspeos, drach. vi. ob. ij. semis, rosarum siccarum, drach. iij.
mei, drach. ij. gummi, drach. ij. cardamomi, drach. iij. florum iunci odorati, drach. vi. ob. ij. opo-
panacis, drach. vij. opobalsami, drach. vi. & semis, chalbanii, drach. ij. obo. ij. terebinthinae, 3. iij.
ob. ij. agarici, drach. vij. & mediam, cypheos, drach. vi. bdellij, drach. vi. scinci, drach. ij. amomi,
drach. ij. polij, drach. v. obo. ij. dictamni, drach. vi. seminis rutæ syluestris, drach. iij. sigilli lem-
nici, drach. ij. semis, irionis, drach. iij. Hæc omnia ex vino falerno & attico mellis commisce.
Alia antidotus quæ tam ante venenum quàm post assumpta hominem à morte liberat, quæq; si
cum alijs medicinis exhibeatur, impedimētum nullum affert. Quoties autem exhibita fuerit eo-
usq; nauseam concitat, quoad mortiferum omne excutiat. Habet autem, Rubricæ lemnia sigillo
oblignata drachmas duas & obolos totidem, baccarum iuniperi drachmas duas, Hæc minute cō-
trita oleoq; quam bono commista, ex mulso dabis nucis auellanae magnitudine. Ad eos qui à
rabidis canibus mori in aquarum formidinem deuenerunt, antidotum ab Aphrodisia sumptum,
Lathyridis vnciam vnam, castorij drachmas tres, cōminuta hæc ad drachmæ pondus ex hemina
vini rosacei bibenda trade. Auctoris eiusdem ad aquarum formidinem pilula. Castorij drach-
mam vnam & mediam, & lathyridis grana nouem, commisce & exhibe. Ad idem antidotus G
alia à Nicostrato accepta quæ continet, Castorij drachmas octo, lycij indici drachmas quatuor,
gentiana drachmas duas, cancorum exustorum drachmam vnam & mediam: cuncta hæc mellis
commista dato. Ad aquarum formidinem admirabile, si quis aquam in qua fabri ferrum in-
tingunt artifice inscio bibendam præbuerit, valde mirabitur: vt autem qui iam in aquarum for-
midinem deuenerunt bibant, pannum superimittes poculo, qua parte egreditur aqua & bibit.
Gentiana quoq; per se ipsam ex aqua data cōfert trium cochleariū mensura. Amaranthi gram-
matici † ad dolorem pedum antidotus qua & ipse vsus sum. Habet autem, Rhei pontici, drach. x.
piperis albi, drach. viij. petroselinii, agarici, hyperici, acori, eryngij, singulorum drach. vi. carda-
momi, thlaspeos, acaciae, succi glycyrrhizæ, rosarum siccarum, singulorum drachmas quatuor,
seminis foeniculi, aristolochiæ longæ & rotundæ, singulorum drach. ij. baccarum rusci, drach. iij.
seminis apij, drach. iij. seminis napi syluestris, drach. iij. zingiberis, drach. iij. gentiana. 3. vi.
scinci, drach. ij. thuris, drach. v. phu pontici, drach. iij. irionis, drach. vi. iridis illyricæ,
drach. iij. casia, ligustici, florum iunci odorati, spicæ nardi, lii, scorpiuri, singulo-
rum, drach. vi. mellis quod sufficit. Ex hac singulis annis dato quantum est
nucis auellanae magnitudo. Alia qua vtor. Chamædryos,
drach. iij. scordi, drach. iij. petroselinii, drach. iij. cardamomi,
drach. iij. marrubij, gentiana, singulorum drach. iij.
centaurij, drach. quatuor & semis, aristolo-
chia rotundæ tantundem: mellis quan-
tum satis est. Dabis ex hac sin-
gulis annis nucis auel-
lanae magni-
tudine.

F I N I S.



GALENI DE COMPOSITIONE MEDICAMENTORVM LOCALIVM, SIVE


SECVNDVM LOCOS LIBRI DECEM,

à Iano Cornario medico iam in latinum sermonem conuersi, ac denuo
à Nicolao Macchello medico Mutinensi ad veterum
græcorum codicum amulsim castigati.

ARGVMENT. PRIMI LIBRI.

Continet medicamenta ad pilorum & summae cutis capitis affectiones.

Quid agendum hoc libro, ac de differentijs, & affectionibus pilorum.



Vòd non solum is affectus qui curatur, curationem ipsam indicet, sed
q; tum ipsius ægri temperamentum, tum affectæ particulæ natura non
parum simul indicent, antea in commētarijs de medendi methodo est
monstratum. Quemadmodum etiã quo modo quis ex simplicibus me-
dicamentis per se cōpositum aliquod faciat, compendio quidem in illa
ipsa methodo, fusius verò in septem libris ante hunc item æditis, omnẽ
cōponendorum medicamentorum vniuersalẽ viam ac rationem osten-
dimus. Nunc verò quo modo quis per se vniuersali viã ac ratione me-
dicamentorum facultates præparet ad singulas partes congruentes, atq;
ijs quæ à prioribus medicis inuẽtæ sunt rectè vtatur, percurrere propo-
situm est, à capite initio factò, sicuti omnibus qui nos præcesserunt est visum. Accidunt autem
capiti plurimæ affectiones cū reliquis omnibus partibus communes: verum capillorum affectio-
nem cum paucis communem habet: propterea q; etiã pilosum esse, ex primaria ratione haud mul-
tis inest. Generatio. n. pilorum eadẽ est quæ terræ nascentium, quæadmodum in libris de tẽpera-
mentis est demonstratum. Quæadmodum aut in his quædã arte & arbitrio agricolæ, quædã verò
iuxta naturales causas, proueniunt, eodẽ modo & in animalium corporibus. Aruo. n. cuius triticum
aut hordeum aut quidpiam ceterorum cerealium seminum in se natorum habent, ea pilorum parte quæ
in regione superiori producit, caput similat. Pili verò qui in vniuerso corpore, ceteris herbis simi-
lem habent generationem: non enim secundum primam rationem, sed per accidens quoddam na-
tura eos generare solet. At pili cum palpebrarum, tum superciliorum non paruum vtilitatem ani-
malibus exhibere ostēdebantur, menti verò & pudendorum pili minoris vtilitatis gratia producti
videntur. Quapropter etiam affectiones pilorum in oculis & supercilijs in primis nos ad sui cura-
tionem adhortantur: secundum verò locum capitis capillorum affectiones habent, deinde menti
& pudendorum. Sunt aut pilorum affectiones, perfecta perditio, & coloris ipsorum alteratio, velut
in vitiligine alba, Leuce Græcis appellata, fieri consuevit. Ad hæc etiã in alopecijs & ophiali non
modicum atq; indecorum detrimētum simul capillis accedit. Quidã igitur promiserunt veluti has,
sic et incipientem caluiciem, se ne augetur prohibitueros: sunt autem qui hoc impossibile esse di-
cunt. Ad alopeciarum autem & ophialis curationem accedentes, pharmaca scripserunt per quæ
perfectam ipsarum sanationem pollicentur. At verò pleriq; medici ex ipsorum vsu aliquando non
solum successu longè frustrantur, sed etiam vehementer nocent, vt affectio ipsa incurabilis redda-
tur: quod sanè ipsis etiam circa alia pharmaca contingit, quibus citra methodi rationem vtuntur.
Ego verò id quod Hippocrates præcepit, in artis operibus facere semper annitor: nimirum vt
quod auxiliij loco adhibetur, velut ille scripsit, iuuet, vel certè non noceat. Quod verò pharmaco-
rum citra methodum vsus non solum non proffit, sed frequenter etiã oblit, hinc sanè discere licet.
Iam verò ordiendi quo d proposimus tempus adest.

Quinta Classis.

QQQQQ

De Alopecia

Cæterum pharmaca composita, quæ partim à prioribus medicis, qui alicuius æstimationis fuerunt, magnopere sunt laudata, partim verò à nobis ipsis per longam experientiam sunt examinata ac probata, eiusmodi existunt: Euphorbij, thapsiæ, laurini, singulorum. 3. ij. sulphuris viui, veratri vtriusq. 3. i. neq. refert albo an nigro veratro, quod ad manū sit, vtaris. His admisce ceræ. 3. vi. laurino, aut cicino, aut veteri oleo præliquans, vtreq. hoc vt fortissimo pharmaco ad inueteratas & ægrè curabiles alopecias. His etiam aliqñ nasturtij. 3. i. aut alcyonij vtri. 3. i. admiscui. Præstat autem in hunc vsu alcyonium quod durius est & magis asper. m. Quod si thapsia nō adsit, pro ipsa tñ pondus feminis nasturtij aut erucæ addes, aut ipsum adeo nasturtium. Si verò laurinum non habeas bonum, picem liquidam adde: laurinum nanq. picem liquidam non multum excelsit, thapsia verò reliquorum respectu maximum excessum habet. Hoc sanè pharmacum omnium quæ ad hanc affectionem efficaciter faciūt fortissimum & valentissimū est, qñ videlicet affectio, vt dicebam, ægrè recipit curationem. Quæ enim parua est & incipiens etiamnum, sola purgatione sanatur, & p. singula quæ recentius simplicia vsta laurino, aut cedrino, aut liquida pice, aut cicino vel veteri oleo excepta. Admiscui etiā aliqñ mel pro cerato, minori tñ copia & pondere, neq. vlla ex parte peius euasit pharmacum. Quæ verò est ex adipibus componitur thapsiæ paucillum assumentia profunt, præsertim si euphorbij & adarcium addatur. Sit aut adipis cuiusq. pars vna, (sunt enim tres leonis, pardalij, & hyænæ.) Si verò hyænæ adeps non adsit, sufficit præsentibus reliquis duobus vti, anserino admisto. Si verò oēs quatuor habeas, simul oēs miscebis, addito insuper si adsit vrsino. Ad totam verò eorum molem duodecimam thapsiæ aut euphorbij partem addere satis est: aut si omnino fortius facere velis, amborum simul addes: nam & per experientiam hæc ipsa pharmaca efficacia sunt iudicata. Plurium enim experientia habendæ gratia, perentibus subinde medicis à me amicis, singulis aliud atq. aliud eorum quæ experientia cognita habuit, ex tpe digestum exhibui, & reperta sunt sanè plurima ex eis optimè conducentia. Verū ante omnia vos methodi meminisse oportet circa eorum vsu, quæ cōis in omnibus præsertim fortibus pharmacis existit, quare est sæpe eius mentionem facio, vt potè in qua magna omnino vis sita est. Qui enim singulis fortibus pharmacis vtitur, in principio quidem ipsa molliora adhibebit, admittione videlicet eorū quæ vires ipsorum exolunt: qualia sunt oleū & cera, & ex simplicibus quæ diximus debilia, velut est thus, & arundinis cortex ac radices exultæ, & amygdalæ amaræ, & quecunq. eius generis existunt. At verò post primū vsu cum iam secundò adhibere voles, intueri oportet qualem alterationē in affecta particula prius admotum pharmacū fecit, atq. illius respectu aut vehementiā facultatis eius lenire, aut augere. Velut in hac quā iam tractamus affectione, primū quidē capillos nouacula tollere oportet, deinde affectā cutem per linteolum neq. asperū neq. molle nimis confricare, ac videre ad quātum ruborē per huiusmodi motionem ac confectionem peruenit. Hoc. n. tibi ex vsu ad spem curationis est futurum. Nanq. si p. exiguas defrictiones rubefiat, moderatā affectionē opinaris, si verò per multas, grauiorē, præsertim cum quædam cuticula etiamli multū confrices, non rubefiant. Manifestū igit est has omnium difficillime curari, sicut cōtra facillimè, quæ facillè rubescunt: quæ verò inter has medio modo habent, tñ inter se differūt, quantū vel ad pessimas vel moderatissimas accedunt. Atq. hæc quidē accessionis loco sint dicta, quanq. neq. neglectui habēda. Rursus itaq. ad id quod propositū erat reuersus, methodi te cōmonefaciam quā vsus pharmacorum requirit. Post primā igitur pharmaci cuius vsu elegeris adhibitionem, intueri conuenit primū quidem, an est ante confectionem cutis coloratio appareat: deinde aut an cum pauciore q. prius frictione, aut an cum æquali quidem, magis tñ q. prius rubicunda fiat. Præ omnibus verò animaduertere oportet ne in fortium pharmacorum admotione cutis vltra q. conuenit concalescat, id quod tum ex colore ipsius, tum digitorum tactu deprehendes. Colore nanq. flauior apparebit, & digitorum contactu abundè calidam cognosces. Horum itaq. animaduersionem habere oportet: periculum enim est iterū atq. iterum repetito eorum vsu cutem exuri. Quare ad molliora transeundū est, aut eodem vtendum quidē, sed cerati, aut adipis, aut liquoris cuiusdam oleosi admittione vi ipsius exoluta. Vtendum est & olei calidi dulcis irrigatione, & cataplasmate ex pane, fomentisq., & scarificationibus, ac cucurbitis, & cerati illitione, & virium item refectrice diæta. Cæterum perseverante affectione vtendū est assidua rasura, & rubificatorio ex sinapi velut est prædictū, itemq. frictionibus præscriptis, & sequentibus diebus illita pice, aut oleo cedrino, & post confectionē scarificationibus. Quidā verò aciculas colligantes hoc modo, vt acie ad cutē vergentē habeant, per ipsas cutē compungūt. Verū post rubificationem p. defrictionē inductam, & post scarificationem, pharmacis quæ ex alto euocare, ac meatus transmutare possunt, Metasyncritica Græci appellāt, vtentur. In omnibus autem cōis scopus hic sit, vt in aere calido pharmacum ipsum adhibeamus, & maxime si fieri possit in loco insolato, qui non habeat aurā ipsum perflantem, hyemis aut tempore præstiterit in balneo his pharmacis vti.

De pharmacis compositis ad Alopecia affectionem à senioribus me medicis conscriptis.

Heras quidem igitur in ferula iuxta dictionis seriem sic scripsit ad alopecias: Alcyonium quod asperius est vsu ac cum oleo tritum ac lauigatum loco illinito. Sit autem oleum maxime ex lucernis

† vsta. i. memu
mēvov. at. mēv
autō mēvov. i.
per se sola.

A lucernis acceptum. Hæc quidem sunt Heræ verba: Verū nosse oportet mediū esse viribus hoc pharmacum, & propterea ad mediā magnitudine alopecias curandas sufficiens. Infirmum equidem pharmacum est si calami radicem aut corticem, aut amygdalas amaras, aut eius generis quipiam vsu cum oleo committas. Fortia verò sunt quæ ex euphorbio, & thapsia, & adarca apparentur. In medio verò istorum est alcyonium vsu, sed & ipsum moderatius redditur oleo admistio, fortius verò liquida pice aut laurino affuso. Miscetur item prædictis adipibus. Et sanè ego cui dam qui ad hanc affectionem vrsino adipe vsus erat, nec quicquam profecerat, alcyonium admiscere consului, à quo postea breui sanus euasit. Cæterum oleum lucernarum non ob aliam rationem aptum est, q. magis tenuium partū existit, id quod ipsi ex lucerna in qua veluti coquitur accedit, fitq. tum veteri, tum cicino ad simile, veluti si etiam aliās ad ignem oleū velis calefacere. Itaq. & sordes quæ in lucernis liquido luto similes gignuntur, his qui apud nos ruri degūt cognita sunt, ad vlcera in medio digitorum pedum curanda efficaces, quæ vlcera frequenter illis oboriuntur, propter illuuiem & negligentiam peruendi eos singulis diebus. His itaq. sordibus luto sis consului cuidam rurali alopeciam, vbi prius rasisset, quam mihi ostenderat, illinire, simulq. frequentē abrasione vti: qui sanè ab ipsis perlanatus, etiam alios tētauit hoc modo curare, vt potè qui

B putaret omnem alopeciam ab hoc pharmaco posse curari. Verū ego cum moderatam eius affectionem essem intuitus, speravi ipsum quidem per illas sordes sanitatem consecuturum.

Aliud compositum pharmacum Heræ pueris aptum.

Aliud autem deinceps pharmacum Heras post præscriptum, iuxta seriem dictionis hoc modo scripsit: Seminis erucæ, partem. i. nasturtij, partem. i. nitri, partem. i. In aliquibus autem exemplaribus simpliciter scriptum est: Erucæ, partem. i. nasturtij, partem. i. nitri, partem. i. contritis picem liquidam affunde, & loco prius confricato impone: atq. vbi abstuleris pharmacum, locum spongia calida imbuta extere. Auferes autem bis per diem, & in pueris maxime efficax cōspicitur hoc pharmacum. Fortius enim est priore, verū inueteratam & ægrè cedentem alopeciam non curauerit: quod ipsum etiā Heras indicat, qui in pueris ipsum maxime efficax adscripsit, hoc est in corporibus molli cute præditis. Ex huiusmodi enim vitiati humores facillè discutiuntur. Habent autem consimilem pueris cuticulam eunuchi & mulieres.

De his quæ Crito ad alopecias conscripsit.

Crito verò in tertio libro eorū quæ ad corporis ornatum pertinet, sic scripsit: Ad affectionem alopeciam appellatam quæ capillos deuastat, & cutis deformitatem inducit, subscriptis compositionibus vtendū est, vt Heraclides Tarentinus tradit: Amygdalas amaras cū corticibus vstas ac tritas aceto excipe, modico item affuso melle: vsu verò expetente, loco per mundū linteolum præfricato, assidue illine. Prodest autem maxime etiā assidua rasura anteq. pharmacum imponatur.

C Aliud quo Moschus vsus est. Erinaceorum marinorum testas exultas & aqua subactas locis præfrictis impone. In quibusdam exemplaribus non aqua, sed adipe vrsino excipi debere Erinaceorum cinerem repperi, quod mihi magis placuit. Hoc enim modo efficacius redditur. Aliud, Arundinis radices vstas adipe vrsino excipe, atq. impone. Aliud, Thapsiæ corticem tritum cum aceto imposito. Aliud, Chamæleonis radicē cum aceto diligenter tritā imposito. Hæc præfatus Criton deinceps ita scribit: Quod si verò pfeueret affectio, subscriptis cōpositionibus vtendū est. Quibus verbis planè indicat per præscripta medicamenta moderatas affectiones sanari: itaq. deinceps quæ ad fortiores affectiones conducit scribit, quæ iuxta seriem dictionis ipsius hoc modo habent: Ad alopecias velut Heraclides Tarentinus tradit, Orestini ad alopecias inueteratas: Muscerdæ. 3. ij. thuris. 3. ij. aceto acerrimo dissoluta prærasis locis illine. Aliud, Erinaceorum marinorum vnā cum testis exustorum. 3. ij. gallarum acerbarum tantundem, amygdalarum amararum vstarū tantundem, muscerdæ. 3. i. aceto dissoluta & probè trita imposito. **C** Aliud Orestini.

D Pilorum vrsi vstorum, adianthi vsti, radicem arundinis vstarum, foliorum fici vstorum, panniculi Cilicij vsti, singulorum æquales partes adipe vrsino & cedria excipe. Vrsus verò tempore, loco foto, & per fici folia confrictio, ac per nitrum exterso, pharmacum quotidie illine. Cutis verò superficie exulcerata, ceratum ex ouiluteo impone, & farinarum tritici ac hordei succum recentē superline. **C** Aliud Orthonis Siculi accommodatum. Cineris ranarum minimarum in ollula vstarum partem vnā, muscerdæ, veratri albi, radicis arundinis vstæ, piperis albi, singulorum æquales portiones aceto excipe, & ad præfrictum ac prærasum locum vttere. Aliud, Cineris vngularum caprinarum vstarum, succi thapsiæ, alcyonij, muscerdæ, spumæ nitri, myrrhæ, piperis albi, zingiberis, singulorum equas partes probè tritas felle caprino excipe.

Quæ Cleopatra in libro eorum quæ ad corporis ornatum pertinent, scripsit.

In libro Cleopatræ de ornatu corporis, ad alopecias descripta sunt pharmaca, quæ iuxta illius dictionis seriem hoc modo habent. **C** Ad alopecias. Sandaracham tritā, largoq. visco quercino exceptam, & in linteolum inditam, loco per nitrum prius pparato imposito. Ego verò est nitri spumam ad prædicta admiscui, & egregiè efficax pharmacum fuit. Aliud, Scillæ. 3. i. veratri albi. 3. i. ex aceto trita prærasis & nitro confrictis illinito. Aliud, Sinapis. 3. i. nasturtij. 3. i. trita ex aceto, prærasis & nitro extersis locis imposito. Præstat aut locū vlnusculis impactis scarificare,

Quinta Classis.

QQQQQ iij Aliud,

† AP. Et lilliorū
& tritici & hor
dei succo recentē

almondin

hig
adianto
vng

frangip

Aliud, Corticis arundinis. ʒ. iij. spumæ nitrī. ʒ. iij. pice liquida exceptis vttere. Cæterum lo-
cum assidue radere oportet, & cum linteolo confricare, sic enim q̄ celerrimè pilos producet.
Aliud, Muscarum capita contrita affrica. Aliud, Muscerdas tritas illine, loco prius per lin-
teoli affricum subruento reddito. Aliud, Amygdalas amaras vnâ cum corticibus exustas
cū aceto & melle cōtere, & loco per defricionem subruento reddito illine, idq̄ ipsum assidue fa-
cere perge, & locum nouacula rade: sic enim capilli citò prodibunt. Aliud, Cæterum ea quæ
sequitur cōpositio oēs vi sua p̄cellit, faciens item ad profluum capillorū, cum oleo aut vnguen-
to dissoluta: facit & ad deciduos in principio palpebrarum pilos, & in caluiciem prolabētes: estq̄
omnino admirabilis: Murium domesticorū vstorum partem vnâ, panniculi ampelini vsti par-
tem vnâ, dentium equinorum vstorum partem vnâ, adipis vrsini partem vnâ, medullæ cer-
uinæ partē vnâ, corticis arundinis partē vnâ. Hæc omnia arida læuigentur, & sufficiti melle
admissto ad crassitudinem mellis redigantur, indeq̄ adeps & mella liquefacta addatur, & phar-
macum ipsum in aream pyxidem reponatur, ex eoq̄ alopecia donec capillos producat defricet.
Similiter autē & profluui capilli quotidie ex eo illinantur. Porro inter hæc ipsa pharmaca, itemq̄ ea
quæ deinceps describentur, non difficile est diiudicare quæ acriora ac fortiora, rursusq̄ quæ mol-
liora & imbecilliora existant, modò quis ea quæ in principio dixi in memoriam reuocet. Ita enim
& rectus eorum vsus continget, nimirū ad mediocres alopecias mediocribus adhibitis, ad fortio-
res fortioribus, velut etiam ad eas quæ fortissima sunt, fortissima remedia admouentur.

Quæ Archigenes ad alopecias commoda conscripsit.

Archigenes item hæc pharmaca ad alopecias hac verborū serie descripsit: Alopecias leues &
in superficie hærentes, nitro confricatas, ac linteolo exteras, verbenaca in sole trita acetoq̄ dilu-
ta largiter illine. Aut eodem modo exteras betæ folia impone, in superq̄ linteolo humecto con-
tege, aufer autem ea per loci humectationem. Cæterum in altum progressas cum aceto, nitrī gle-
ba, aut sepia eius quæ piscis est, testa, aut fici folijs, vsq̄ ad dilaniationem defrica: deinde deterfo
sanguine, betam ex vino coctam impone, aut caricas vstas cum vino, aut lentis farinam cū vino
pro cataplasmate adhibe. Aut buprestis cum aceto, aut ranunculo, aut arī radice, aut tali quopiam
in cerati formam radactis, & per noctem impostis, bullas ex alopecia excita: manè verò bullas
compunctas, allio, aut bufelino, aut anemones, pherniue folijs intege. Probè faciunt etiā post ex-
citatas bullas hippocampi marini vsti, & cū modico atramēto sutorio crudo trito inpersi, itemq̄
ossa maxillarum suillarum vsta. Aut vbi deaferis & cum nitrī spuma deterferis, alcyonio, ex acri
aceto confrica, donec sanguis emanet: dehinc vbi nucum auellanarum putamina vsta ex melle læ-
uigaueris, inunge. Atq̄ id bis in die facito: sed ac sistit eas vt plurimum in diebus decem. Aut
mures domesticos in olla exustos tritosq̄, axungia excipe, & præfrictis cum allio alopecijs in sple-
nio impone, idq̄ donec capilli enascantur quotidie repete. Aut ranunculos paruos similiter exur-
re, eorumq̄ cinerem cum pice saepe feruefacta vsquequo crassa facta sit, illine, loco neq̄ raso, neq̄
prius confricto. Aut muscerdas & thus æquali portione cum aceto ad mellis crassitudinem reda-
cta loco prius rubificato illine. Aut ficus aridas vstas cum oleo similiter illine, vbi prius læuigau-
eris. Aut veratrum album, aut piper, aut muscerdas, prædeterfis, ac prærafis ex aceto illine.
Aut raphano & cepis oblique concisis probè confricans illine. Aut alcyonium torrefactum cum
digito oleo madefacto diligenter affrica, donec morsum percipiat, & correctam alopeciam emen-
dabis. Aut alcyonium ad lucernam torrefactum, adipemq̄ vrsinum similiter liquefactum misce,
& præfrictis ad solem, illine. Aut præpunctis pro more, cepas tritas cum melle cataplasmatibus mo-
do impone. Aut raphani corticem eodem modo. Aut facta scarificatione, arundinis corticem su-
periozem quem Ægyptij Siphtherium appellant, vstum cum pice liquida committe, spleniumq̄
imponere, & quater aut quinquies solue, deinde exterge, ac aliud splenium impone. Quidam nitrū
ad decimā cineris ipsius partē admiscet, valdeq̄ eis succedit. Aut squamam stomomatis ferri cū
aceto & oleo illine eodē modo. Aut felis siue crocodili stercoreis. ʒ. vi. sinapis. ʒ. iij. cum acri aceto
illine. Aut cantharidas vstas pice liquida exceptas ad cerati liquidū formā redige, præfrictisq̄ ex
nitro asso locis & exteras, in splenio impone, & per noctem sine, manè verò tolle, locumq̄ exci-
cari permittite vsquequo circumcirca rumpatur: vbi verò eruperint capilli, eos assidue rade. Aut
nasturtium, vel vt alij piper, muscerdas, veratrum album, æqualibus portionibus ex aceto illine.
Aut cū piscis corio, quale est squatinæ, aut folio ficulneo, aut pumice læui, supnè alopecias cruen-
tas facito, deindeq̄ amygdalas amaras vstas cū aceto mulso illinito, idq̄ assidue facito, ac radito: aut
gescent. n. statim capilli. Aut testudinis marinx sanguinem illine, ex laudatissimis. n. hic est. Aut
hippotami corium vstum illine. Aut nuces ponticas vstas, & staphidas syluestres cum vnguen-
to laurino. Hoc enim ab Archigene laudatur. Aut muscerdas & veratrum album illinito. Aut
corticis arundinis vstæ, & nitrī æquas partes cum pice liquida ad malagmatis formam redige.
Aut nuces amaras vnâ cum corticibus vstas ex aceto aut melle frequenter illine, idq̄ loco prius
per linteolum exterso, post verò assidue radito. Aut ammoniacū thymiam cum succo thymali
affricato, aut felis sterco aridum ex aceto. Aut rhois. ʒ. iij. vel. ij. sinapis. ʒ. ij. cum acri aceto illine.
Aut amygdalas amaras & pumicem illine. Dionysodorus autem medicus, Corium, inquit, nouū
vstum

A vstum cū acri aceto illine. Egrege autem facit ad inueteratas alopecias, si thapsia succum aut ra-
dicem cerato exceptū loco imposueris, etiam si nihil præterea aliud facias. Decedit enim superna
cutis & sanie serola madet, capilliq̄ sua sponte subnascunt. Vides itaq̄ quō Archigenes ex Thap-
sia pharmacum collaudet, neq̄ enim aliud eo præstantius reperias. Auget autē fidem cōmoditatis
eius cōsona historia: quapropter & ego oia quæ apud medicos expertos sunt medicamēta scribo.

Quæ Asclepiades in libro de Alopecia scripsit.

Non recentioris nunc mentionē facio Asclepiadæ, qui memorabiles sanè pharmacorū compo-
sitiones in multis libris cōscripsit, sed vetustioris, Bithyni videlicet. Hic itaq̄ Asclepiades curādī
viā se reperisse gloriatur, per quam multos curatur difficiles alopecias habentes sanatos dicit. Ve-
rū plus ad curationem totam viuendū rationem valere q̄ pharmaca ipsa tradit. De viuendū ra-
tione itaq̄ hæc scribit: Abstinentū itaq̄ ab omni vino in totum, propter has ipsas causas. Manife-
stum verò est inde, ipsum antea retulisse causas, quas si quis discere velit, ex libri ipsius lectione re-
quirat. Deinde subiungit: Abstinentum ēt à nimia repletionē. Prohibet autē & carniū esum, &
casei, & lactis, & leguminū, omniumq̄ simpliciter quæ ēt exigua copia accepta vim habēt, qua mul-
tum & nutriant & inflent. Quin & exercitia plurima fugere iubet, velut ēt assidua balnea, & mul-
tas exudationes. Cæterum de pharmacis iuxta seriem dictionis sic scribit: Est aut primū vnguen-
tum tale: Spumæ nitrī partes duas, salis ammoniaci partem vnâ, vsta trita acerrimoq̄ aceto di-
luta, donec strigmentorum crassitudinem accipiant, præscalptæ leuiter alopecia, quo densetur &
cruentus reddatur locus, moderatè illinimus, defricamusq̄ donec caput ea cōcipiat, & pharmacū
in altum probè deferatur, atq̄ ita quiescere vsq̄ ad crepusculū sinimus, postea ad vesperam idem
repetētes, similiterq̄ sequenti die, magnam permutationē reperimus. Siftitur enim depa-
stio, & capilli dum raduntur, neq̄ vi trahuntur, resistunt, & non euelluntur. Deinde sequenti die
ex aceto præfrictis cataplasma apponimus, quoad bullæ assurgant, & cutis in superficie exulcere-
tur. Bullas autem vbi diuiserimus, atq̄ ad duos dies aquositate exceperimus quæ ab ipsis vlce-
ribus prodit. Inde rursus eodem vnguento vtimur, vlcera tñ locis parcentes, eosq̄ transgre-
dientes. Sanos verò apprehendentes, eosq̄ deradentes, vsq̄ ad crepusculum quiescere sinimus,
quo idem repetētes multumq̄ confricantes vsq̄ ad septimum aut octauum id facere pergitur
diem: quo sanè tempore videmus iam ab extremis alopecie non amplius tenues vt antè, & lanu-
ginosos prodire pilos, sed robustiores, postea paulatim etiam in partibus denudatis excrecentes,
vicissimq̄ tenues & imbecilles deficientes. Contingitq̄ simile quiddam quale in vlcera vide-
mus. In vlcere enim cicatrix ab extremo initium faciens, postremum in medio vlcere desinit
ac coit. Ita in alopecia partes pilolis vicinæ primū conualescunt, & dense pilis redduntur, quæ
verò in medio sitæ sunt, omnium postremò pilos producant. Si itaq̄ curatio hoc modo proceffe-
rit, reliquis medicamentis nihil opus habebimus, sed vno hoc per multū tempus semper vtimur:
ceditq̄ benigniter affectio, nisi omnino magna nuditas existat. Medio autem tempore, scalp-
turam per acutum coelum assidue facimus. Aliquando etiam cuspidē acuti spiculi cute pertusa, per
fissuras ipsas sanguinem moderatè elicimus. Hæc his verbis præfatus Asclepiades, deinceps de ra-
sura contra q̄ alij tradit: neq̄ enim assidue, sed per interualla affectam partem radere iubet, vbi iā
mediocriter densi capilli in ea fuerint, exorti: prodeuntes autem iam, & adhuc tenues, rasura non
dignatur. Cæterum post rasuræ factam mentionem, deinceps hæc verba scribit: Quod si verò re-
moretur capillorum exo tus, ad subscriptas compositiones confugimus. Sunt aut tales: Erinacij
terrestres caput aut corium vstum, tritū, ac melle subactum illinito. Aliud, Hippocampum ma-
rinum & nitrī parum coexure, adipemq̄ anserino admissto, loco nitro præparato illine. Aliud,
Thapsiam aqua maceratā illine. Aliud, Muscerdas aceto tritas illine. Aliud, Calami Cyprij
folia in olla exurito, deinde resina pinus cineris plurimum excipito, & præscarificatæ alopecie im-
ponito ac obligato. Aut corticem siue comam arundinum eodem modo præparato, ampliusq̄ ni-
tri parem cineris modum admisceto, & pice exceptis vtitor. Est aut non inualidum, sed plurimū
efficax. Post hæc verò ēt muscarum Asclepiades meminit, iubens q̄ plurima ipsarū capita, mox
vbi captæ sunt, nudis alopecie partibus affricari, atq̄ id maxime, vbi alopecia fuerit exulcerata.
Etenim fert, inquit, muscarum sanguinem irritata tunc per medicamenta quæ ex nitro atq̄ alijs
componuntur, nimirum, inquit, cum non mordeant hæc ipsas tñ, sed bullas etiam in eis excitēt.

Quæ Soranus ad Alopecias conscripsit.

Soranus autē cū prædixisset quædam quæ iuxta propriæ secte ductum digessit, meminissetq̄
eorum quæ Asclepiades scripsit: deinde sic hac verborum serie subtexit: Quapropter vbi recens
malū est, primū abstinentia proderit, deinde simplex exiguus cibus boni succi, & irrigatio ex oleo
dulci calido, & panis in cataplasmate, fomentaq̄, & scalpaturæ, & cucurbitæ, ac cerata. Vires item
reparētur. Inueterata autē iam affectione assidua rasura, & rubificatio ex sinapi, & frictions præ-
scriptæ, ita vt in sequentibus diebus picē superlinas, aut oleum cedrinū. Proderit item rubificatio
ex affricu foliorum fici, aut caparum, aut linteoli indici aut pollicis obuoluti, & post frictionē sca-
rificationes. Quidam verò acus conligantes ita, vt cuspides ipsarū in eundem locum porrigantur,
per ipsas cutem cōpungunt. Cæterum post rubificationē per defricionē inductam, postq̄ scari-
ficationē

Quinta Classis.

QQQQQ iij ficationē

ficationem pharmaca conueniunt ex alto euocantia ac transferentia, metafyncritica Græcis appellata, tum illita, tum emplastrum modo imposita. Eiusmodi autem multa particulatim existunt. Nam & caepe tritum, & raphani cortex, vtrumque cum melle emplastrum more appositum valet. Aut spumæ nitræ pars vna, rhois partes duæ, salis ammoniaci pars vna, vsta, & cum acri aceto trita ad strigmentorum crassitudinem redigantur. Scripta sunt & alia multa, inquit, apud Asclepiadem & Heraclidem Tarentinum, Elephatidemque ac Moschionem in libro de ornatu. Ex quibus sanè & ipse ea quæ ex Asclepiade præscripta vidisti, excripsi, & alia item quædam quorum deinceps mentionem faciã: Adipis vrsini partem vnam, cineris foliorum arundinis vstorum partem vnã, squammæ stomomatis ferri partem vnã, aceto & oleo veteri subacta illine. Aliud, Stercoris felis aut crocodili, 3. viij. sinapis, 3. iij. ex acri aceto. Aliud, Hordei vsti & muscerdæ par pondus ex acri aceto. Aliud, Nasturtium & muscerdas, veratrum album, piper, æquali mensura ex acerrimo aceto. Aliud, Sinapi & nasturtium, aut spondylium vsta trita ex aceto illine. Aliud, Ranarum vstarum, 3. xvij. pumicis vsti, 3. xij. alij, xv. habent. sinapis, 3. viij. nitræ, 3. iij. nucum vstarum, 3. xxiiij. Aliud, Præstat & ceratum ex pipere, pithro, calce viuã, & oleo myrteo. Oportet autem & partem affectam præfricare vel per alcyonium vstum, donec morsum perferat, vel per Erinacium marini vsti cinerem linteolo inuolutum, donec locus rubescat. Alia pharmaca quæ partim mihi, partim præceptoribus meis, partim amicis medicis in vfu fuerunt. Pumice rubificatorio præfricato, præfomentatoque, & thapsiæ succum, donec cutis eleuetur, illinito, deindeque fomento adhibito, cerato rosaceo vstor. Aliud, Foliorum ac radices arundinis vstorum, pilorum vsti, adianti, adipis vrsini, picis liquidæ, pilorum caprarum vstorum, cedriæ, omnium octo par pondus accipe, liquidamque cum ariditate comitte, & præfricatis adhibe. Aliud, Fici folia cum aceto donec lanugo prodierit affrica; deinde verò herbæ quæ Stœbe appellatur succum illine. Aliud, Ranas paruas vstas picis liquidæ tepidæ insperge, deinde neque præfricatis, neque præfricatis illine. Aliud, Spumæ nitræ, 3. iij. stercoreis muris, 3. ij. corticis arundinis vstæ, 3. ij. picis liquidæ excipito, & splenium formato, idque præraso, ac cum nitro præparato loco imponito, & ante biduum vel triduum non auferto. Aliud, Sinapis & stercoreis felis æquas vtriusque partes, loco præfricatis illinito. Aliud, Scarificatio illinito. Aliud, Sphæritidis folia torrefacta & cum aceto laeuigata imponito. Appellatur autem sphæritis, cupressus quæ sphæria, id est, pilulas producit. Aliud, Nuces amaras vnã cum putamine vstas, prærasas ex aceto & melle illine. Aliud, Erinaceorum marinorum testas vstas ex melle & aceto prærasas illine. Aliud, Alcyonium vstum & murium stercorea cum porri succo illine. Aliud, Radicis thapsiæ, drachmas quatuor, radicis chamæleonis, drach. ij. visco probe subacta excipe, & cataplasmatibus modo impone, cumque exacerbatus æger fuerit, adime. Aliud, Foliorum arundinis græcæ vstorum drach. iij. muscerdæ, 3. ij. Erinaceorum vstorum, drachmam vnam, cum aceto trita illine. Aliud, Salis ammoniaci, drac. i. nitræ drach. vnam, vtrumque torrefacito, acetoque rigata ter in die illinito, loco prius cum nitro præparato. Aliud, Amygdalarum amararum tostarum obolos tres, pumicis obolos. ij. salis ammoniaci, obolos. iij. similiter illine ex aceto. Aliud, Piper, muscerdas, veratrum album, æquali pondere cum aceto & exiguo oleo illine. Aliud, Squamam stomomatis cum aceto & modico oleo illine. Aliud, Locum per pumicem proritato, & sulfuris, spumæ nitræ, ammoniaci singulorum æquas partes mistas cum aceto illinito. Aliud, Alcyonij drach. i. sulfuris viuæ drac. vi. muscarum ad ariditatem torrefactarum cyathum vnum: muscas per se terito, itemque sulfur, alcyonium verò aqua coctum vnã cum siccis laeuigato, felle suillo ac aceto vicissim affusis vsquequo strigmentum reddatur. Deinde axungiam a rotis derasam, & manu emollitam vt emplastrum forma confiat, misceto, & prærasa alopecia ac rubificata, pharmacum vt optimum cõfidenter illinito. Aliud, Locum vbi deterferis, alicamque aceto irrigatã laeuigaueris, addiderisque exiguum cyrenaicum liquorem inunge. Aliud, Loco præfricato ac scarificato caricas affatas cum pallio cataplasmatibus modo imponito. Aliud, Passum illinito, ac deinde ferulam vstam inspergito. Quæ deinceps sequuntur duo pharmaca, admiranda sunt & verbis eius qui ea prodidit inscripta ad alopecias, caluiciem, raritatem capillorum ægrè curabilem in capite, in mento, ac supercilijs. Pilorum ouis vnc. vnam, radices arundinis vnc. vi. filicis cum radice quadrantem ac vnciæ dimidium, castanearum, hispidi corticis quadrantem, lanarum succidarum que pinguisimarum sexuncem, capita muscarum numero. xxxvi. muscas. v. capitibus reiectis. Omnia in nouã ollam indita in furnum mittito, deinde cinerem ipsorum terito. Sunt autem tibi in vino aminæo prius trita ladanum vnc. vna, myrrhæ vnc. vna, adijciaturque olei veteris sextans, & cedrini vnc. vna, malabathri sextans: deinde inspergis ariditate tritis medicamentum sume, atque vbi linteolo alopecia præfricaueris, deindeque aut cepa aut scilla vel licaueris, aut fici folijs lentè exasperis, pharmacum ipsum illitu affrica. Lotoque homini, in sequentibus diebus locum intento linteolo valide confricato contentus illitione vsque ad menses duos. Quod si amplius in hac curatione perseueraris, et caluiciem ea persanabis. *Ad caluicentis præter eratem remedium.* Adipis taurini insolati lib. vnam, adarces vnc. vnam, succi thapsiæ sesquiunciam, alij, vnciæ dimidium habent, myrrhæ bonæ vnc. vnam, polytrichi lib. dimidium, callitrichi lib. dimidium, membri asinini lib. vnam, splenis asinini lib. vnam, ladanum tantundem. Ego ladanum in vino

† AP. ptes duas

* AP. Aeyxouç
i. albas.† mpatrov.
AP. mpatrov.
i. porrum.

† alij.

A vino pauxillo maceratū contriuit: adipem verò aquæ vapore liquefecit, deinde asini mēbrum affatū donec infumatur radice: splenem verò cum callitricho & polytricho in noua olla torrefacito, contusisque quæ contundi possunt ac cribatis, omnia gleucino aut sabino excipito, & ante balneum vitor capite prius pectinato. Manifestū verò est quod eadē pharmaca et ad menti pilos non enascentes conducunt. Aliud, Foenigræci sextarios. iij. seminis lini sextarios. ij. ladanum bessem, succi acaciæ sexuncem, folij malabathri sexuncem, gallas numero. xx. onychis aromatici sextantem, calami Syriaci sextantem & vnc. dimidium, alij vnc. vnã habent. bellij sextantem, myrti vstæ sextarium vnum, musci, quem alij splachnon, alij bryon aromaticum vocat, quadrantem, iris astragalitidis, alij illyricæ sextantem, singula per se contundito, ac per cribrum arcuus excutito, & deinceps vt præscriptum est misceto. Vsu verò expetente, pharmaci tertiam partem, aut quantū sufficit, in æreum aut testaceū vas coniçito, deinde vini Italici odorati tantum vt liquidū reddatur admisceto, atque ita prunis impositum donec semel ebulliat cum lignea virga agitato, anima ductione habita ne cõburatur. Post verò illines ægro cum medicamēto in aquã desiderie iusso, sensimque in folio sedenti affricabis, ac pro more capite ex aqua perfuso pharmacum abluet. Deinde aut staphidē syluestre per se tusam ac cribratam, quatuor diebus illitionis pharmaco admiscebis; similiterque coques, eodemque modo illines, parè tamen ac cautè, ne in oculos desillet. Vnguento autem à balneo vteris, olei myrtei libra vna, cum ladanum triete cõtrita. Constas & certa est pharmaci huius facultas, neque citra effectum dilabitur. *Ad caluicentem.* Pericalamitidis vnc. i. myropissoceri, fordis eius videlicet quæ a pilis, vtriusque vncie dimidium, adipis infantis informis librã vnam, succi foliorum dionysiaci tenerorum, succi foliorum ladanidis tenerorum, succi callicereos, succi herbæ verbenacæ, succi foliorum arundinis, singulorum cyathos. iij. cynomori, erinaciorum marinorum vstorum vtriusque sextantem, aut amplius si melius reddere pharmacum velis, acanthionis terrestris coriū vstū. Hæc omnia ad plures dies in pila plumbea terere oportet, donec omnia probe leuigata vniantur, atque donec a pila quippiam detritum eis accedat. Vtere loco acriter ex crudo linteolo ex lino præfricito, ac deinde cum althææ siue hibisci radice deterfo, illinito. Hoc pharmacum eo modo scriptum reperit Claudianus amicus noster in libello ex membranis cõtexto, eo quod pharmaco vsus fuerat vita defuncto. Multi autem faciebant eius possessionem, propterea quod duos quosdam caluescere iam incipientes ex eo curatos conspexisset ita, vt neque vterius caluicias progredere, & quod denudatus locus pilis densus euaserat, ad hæc quod symbolicè scriptus erat. Nos hoc nacti, singulatim considerabamus quid tandem singulis significaretur, cumque iam hoc, iam aliud mente cõcipe remus, per magnam experientiam tandem nos veritatem reperturos sperabamus. Verum in præsens quidem sic posteris scriptum, scripturi etiam in posterum si quid experientia cognitum reperimus. In præsens autem pericalamitidem, arundinis corticem dici putamus. Nam & alias ipsum eiusmodi affectionibus conuenire scimus maxime vstum, nouimus item alios scriptores ex eiusmodi pharmaca composuisse, quapropter credibile est, quoniam cortex arundinis circum adhæret pericalamitum ipsum appellari. Potest autem etiam id quod ab aliquibus limnestrum, ab alijs adarce & adarcium dicitur, pericalamitis appellari, propterea quod arundinibus adnascatur. At verò myropissoceri, picem & ceram dici æstimamus, vnguento quoque ad huiusmodi affectiones congruenti eliquata, veluti est gleucinum, & laurinum, nardinum, lentiscinum, sesaminum & cedrinum. Cæterum barbæ hircinæ fordes statim nobis visæ sunt de ladanum dictæ esse: nam ad has affectiones conuenire in confesso est. Et sanè generatio eius circa mentum hircorum in quibusdam locis contingit, quod ipsum & Rufus Ephesius per hos versus indicat:

Ladanum Ereborum reperitur, & alterum in aruis
Caprarum circum barbas. Nam pabula capris
Florentis cisthi summæ gratissima frondes.
D. Istius verò lanuginis vnguen inhaeret
Caprarum hirsutisque genis, atque vndique costis.
Non adeo id morbis prodest, sed spirat odorem
Eximium, quare præstantia pharmaca miscent
Plurima, Ereborum & tellus fert qualia campis.

An quid igitur hoc solū ladanum is qui pharmacum composuit, iniçere iubet non satis manifestū est: possibile est autem per vnam speciem totum genus ab eo designari. Porro infantem informem videtur mihi vstæ dixisse. Vstam enim parere aiunt informem quandam velut carnis molem, verum post per linctum matris animal formari ac effigiari. Dionysiacum autem vitæ mihi dicere videtur, quæquæ & de hedera dici posse aliquis opinari queat. At verò quod ladanidē laurū appellet, nemini puto dubium esse. Calliceros autem foenum græcum appellare videtur: nominatur autem hæc planta apud nos in Asia Aegoceros. Cynomorum deinde rubum canis verisimile est dici. Acanthiona autem postremum terrestrem, erinacium terrestrem appellatum ab eo existimo.

De defluvio capillorum.

CAP. 2.

Et & alia pilorum affectio quæ ad raritatem cutis, inopiamque substantiæ pilos generantis consequitur. Quapropter etiam curatio hoc modo laesorum, non eundem scopum quem alopeciam

peciae habet: in alopecijis enim, vt vitiatum humor consumatur, intentionem summam ac primum scopum habemus. In his vero, vt capitis habitum roboremus, & boni succi allationem procuremus, cutemque ad densitatem ac raritatem moderatam reuocemus. Quia ob rem sanam ad pharmaca humectantia aliquid moderatè adstringens admiscere oportet, quale est ladanum, quod vtraque in se moderatè complectitur quae ad hoc symptoma conueniunt, caliditatem videlicet mediocrem, & adstringendi vim iuxta eandem proportionem: propter hoc itaque oleo mistum, quod illiniri possit, symptoma siue accessionem defluuii capillorum sistit. At verò manifestum est capitis frictionem necessarium huius pharmaci vsui praemitti, & multorum pilorum ablationem, aut si a. n. tempus id fieri permittit, perfectam ablationem. Ita enim in affricu & illitu robusta & calida reddetur cutis, & moderatam densitatem acquirat, eam videlicet quae secundum naturam est. Conseruit autem haec circa pilos oblatio saepe ijs qui aegrotant accidere. Rarò autem citra morbum, & magis sanè victu vires reficiente atque salubri, opus habet. Multique citra medicamentum perfectè sanati sunt, atque id breui. Composuerunt tamen medici eius gratia pharmaca moderatam densitatem cuti inducentia, ita tamen vt ne simul eam refrigerent: quae enim vehementer adstringunt, omnia et refrigerant, & alimenti influxum reprimunt, propter cuius inopiam capilli defluunt. Intentio itaque medicamentorum est sanguinem affluentem non solum non praepedire, sed etiam prolecare, cogere autem sensim & adstringere rarefactam cutem. Tale autem sponte naturae est ipsum ladanum, quod quia cerae similem copagem habet, largo aliquo conuenienti liquore indiget, quo capiti illiniri possit. Praestat igitur huiusmodi liquorè similem ladanum esse, hoc est, ex contrarijs facultatibus mistum, attractoria nimirum & coactoria. Nequaquam ergo oleum Sabinum, aut vetus, aut Cicinum ad hanc rem aptum fuerit, sed in Iberia aut Hispania, aut quomodocumque tandem appellare velis, natum. Habet enim & adstrictorium quippiam, atque amplius adhuc eo lentiscinum, sponte naturae tale existens, quale est ipsum ladanum. Quare neque expertus sum, neque mente concipere possum, vllum praestantius pharmacum fore ad defluos capillos, quam est quod ex ladano & lentiscino oleo permistum constat. Manifestum autem est quod raso quidem cuiquam, crassius admouere medicamentum oportet: ad ipsam verò cutem praefectos & attonos habentibus pilos, liquidius. Quod enim comam alere non oporteat priusquam quis curetur, euidenter puto. Quod si verò largè defluant capilli, & conlectare possis multam raritatem cutis capitis factam, non ineptum fuerit in praesens myrteum oleum pro lentiscino ad ladanum admiscere. Licebit etiam aliquando vnguentum nardinum adhibere in aetate frigida, & tempore hyemali. Bonum autem pharmacum ad omnia est diuinitum foeminarum vnguentum, quod Romae vocant foliatum. Non minus autem eo commodum est, immo magis, quod appellant Spicatum. Quare cum his vel solis diuites vngi iubeto, & cum optimo nardino. Ladanum verò in duplo vase liquefacito, & liquefacto vnà cum nardino ex praedictis pretiosis vnguentis quodcumque ad manum fuerit admisceto. Atque haec quidem medicamenta mihi suffecerunt vnà cum rectoria ac salubri diæta, quae in plerisque est sola sufficit. Composuerunt autem, vt dixi, quidam ex prioribus medicis pharmaca ad defluos capillos, in quorum relatione, vbi inuicem dissentiant exponam. Primum autem referam compositiones ab Hera scriptas, quarum priorem quidem laudo, posteriores vero curiosam, & praeter rem auctam existimo. De priore verò ita scribit.

Compositioes pharmacorum ad defluos capillos ab Hera scriptae.

Heras in ferula duo subscripta pharmaca habet, iuxta hanc ipsam dictionis ipsius seriè, ad hoc vt capilli in capite ne defluant: Ladanum in vino austero rigatum terito, & oleo myrteo ac vino vicissim affuso ad mellis crassitudinem redigito, ex eoque ante & post balneum caput illinito. Praestat autem & polytrichon quod quidam Adiantum vocat, dimidia ladani portione adijcere, & cum myrteo aut nardino vti. Haec de priore compositione locutus Heras, deinceps haec scribit. *Compositio olei ad defluos capillos, quae et nigros eos facit.* Intra calendas & Idus Iulias, nuges virides centum tundito, eisque olei primarij sextarium. i. affundito, & aluminis liquidi libras. iij. Haec simul in vas nouum restaceum praemadefactum indito, id ipsumque quam diligentissime oblitum in loco neque humecto nimum neque calido reponito, & per menses tres sub terra situm finito, deinde auferto, oleoque vitior. Haec ipsa secundi pharmaci est descriptio, quae plus quam conuenit ipsum pharmacum adstringens reddat. Quapropter vt vehementer adstringendi vim ipsius corrigeret is, qui primus hoc pharmacum composuit, defodere, ac velut putrefacere ipsum iussit, inde nimirum magis tenuium partium reddere in eo comista conatus. At verò tale pharmacum in tempore, regioneque ac natura corporis calidis comodum fuerit, adeo vt in contrarijs non tutum sit tali vti. Etenim perfrigeratas eius vsu mulieres vidi, vt inde in grauedinem ac raucedinem defluxumque a capite ad pulmonem delaberentur.

Quae Archigenes ad defluos capillos conscripsit.

Archigenes in primo libro pharmacorum secundum genus, ad defluos capillos in haec verba scripsit: Ladani & absinthij aequales partes, & iuniperi baccas, x. tritas in linteolum illigato, & in oleo per dies. v. macerato, ex eoque caput illinito, & neque capilli defluent, neque furfures habebunt. Aut dum capillos peccis, adiantum cum myrteo aut rosaceo oleo adhibeto. Aut adiantum, myrti nigrae, aequales partes, gallae duplum, cum oleo veteri, aut lentiscino, aut myrteo, ad mellis crassitudinem redige, ac vtere. Aut thus & myli, & gallam, & adiantum, aequis partibus cum vino

A vino maris experte ad mellis spissitudinem in sole terendo redige. Aut molliter cocta donec nigrescat, deindeque cum oleo veteri, aut lentiscino, aut myrteo mista in vsu adhibe. Aut brassicam aridam tusam cum aqua impone. Aut loti radicem eodem modo.

Quae Cleopatra in libro de ornatu scripsit.

Quae a Cleopatra in libro de ornatu scripta sunt, illius ipsius verbis sic habent: Ad capillorum in capite generationem, arundinum tenellarum radices vbi contuderis succum exprimito, muscasque vbi siccaueris, in pulcicula misceto, simulque vsinum adipem, atque oleum cedrinum, vbi in vnum trueris, atque vna miscueris, ad illinendum exhibeto. Quo vero odorem obtundas, vinum aut passum affundito. *Aliud non longe praecedens, his verbis conscriptum.* Quo capilli enascantur, lini semen siccum vnà cum lini stipula exurito, tritumque cum oleo sesamino illinito. Aliud paulo inferius scriptum hoc modo: Ad defluos capillos, terram cimoliam solidissimam vino austero & mororum succo, tanto quantum combibere potest, rigato, eique hyoscyami tenuissimè triti acetabulum adijcito, indeque passillos formato, quos in umbra siccatos in vas figulinum nouum reponito. Vsu vero postulate, aqua dissolutos illinere iubeto. Deinde cum locus exaruerit, abluatur, quinto die id ipsum facito. Facit item ad faciei & colli impetigines. *Aliud capillos augens citò, densansque ac denigrans.* **B** Ladanum cum oleo & vino dulci laeuigatum ac ad mellis crassitatem redactum praefrictis illinito. Non longe quoque postea aliud pharmacum scriptum est his verbis. *Ad defluuium capillorum citra morbum accidens.* Brassicam aridam tritam ex aqua impone, aut loti radicem eodem modo.

Quomodo comptoria ab exornatoria medicinae parte differat.

Comptoria quidem scopus est, vt pulchritudinem acquisititiam inducat. Exornatoria verò medicinae partis, vt quicquid secundum naturam est, id omne in corpore custodiat, ad quod consequitur et naturalis pulchritudo. Indecoro enim aspectu est caput alopecia vitiatum, velut et oculi pilis palpebrarum denudati, similiterque superciliorum pilorum defluuium. Non solum verò ad pulchritudinem, sed multo prius ad ipsam partium sanitatem huiusmodi pili conducunt, quemadmodum in libris de vsu partium est demonstratum. Quid attinet autem dicere de lichenis, aut psora, aut lepra, cum praeter naturam talia existant? At verò faciei colorem per pharmaca nitidiorè aut rubicundiorè facere, aut pilos capitis crispas, aut fuluos, aut nigros, aut quemadmodum mulieres solent, in longitudinem auctos, haec ipsa, & quae huiusmodi sunt, coptorum maleficij existunt, non medicæ artis opera. Verum propter societatem quandam quam cum illis habent, quandoque ad regiarum foeminarum, atque adeo ipsorum Regum imperium, et comptoria adiungimus, vt pote cum his negare non liceat, docendo tamen **C** comptoria ab exornatoria medicinae parte differre. Quapropter visum est mihi ea quae Crito scripta sunt pharmaca capillos conseruata, eosdemque augentia, ex primo illius de ornatu libro subscribere.

Quae Crito ad conseruandos ac augendos capillos scripsit, itemque

quae a defluuiis ipsos praeseruent.

In primo libro Exornatoriorum statim in principio post praefationem Crito haec verba scripsit: Ad conseruandos itaque capillos subscriptis compositionibus vtendum est. Heraclidae Tarentini conseruatiua capillorum, Phernij florè anemones ue cum oleo tritum illine, idem et eos denigrat. Aliud, Ladanum vino austero maceratum ac tritum oleo myrtheo excipe, eoque pilos ante balneum subline. Aliud, Verbenacam rectam appellatam vnà cum radicibus arefactam contundito, & per angustissimum cribum conernito, deinde oleo admisto, vt strigmenti crassitudinem accipiat, in vas aereum reponito, atque vbi computuerit, pro oleo similiter vitior. Aliud, Ladani partes duas, polytrichi quod quidam Adiantum appellant, partem. i. vino & oleo myrtheo excipe ac vtere. Nos autem pro myrteo, nardino vsi sumus. *Aliud quod ipsum et subnigros reddit.* Baccarum myrti nigrarum quadrantem, ladani tantundem, dissoluta cum acaciae fructu, hoc est, siliquarum ipsius spinæ appellatarum, decocto cõtere, atque vbi limi crassiciem acceperint, nardino, aut myrteo, aut aliquo alio hedysmate. i. odorato vnguento excipe. *Aliud vnguentum conseruans pilos, quod ipsum etiam subnigros reddit.* Baccarum myrti nigrarum sextarium. i. seminis apij sextarium. i. seminis betæ sextarium. i. virgultorum myrti sextarium. i. adiantum sextarium dimidium, ladani tantundem, vini nigri sextarios. vi. vsquequo penitus dissoluantur coquito, atque vbi tertia pars superfuerit, olei cuiusdam, aut hedysmatis. i. odoriferi vnguenti sextarios. ij. aut. iij. addito, rursusque coquito. Vbi verò bis aut ter ebullierit, liquorè exprimito ac diligenter per saccum excolatū in hydria recondito. Vsu verò expetente in praeratis penitus vitior, illitis ex eo bis per diem capillis. Aliud, Passi cretici sextarium. i. ladani vnc. i. corticis nucum pinearum vsi sextantem, polytrichi vsi vnc. i. adipis vsini libræ. i. succi betæ cyathos. iij. Ladanum & passum donec cogatur in vnà compagem coquito, deinde reliqua inijecto, & sublata in vas plumbeum seruato. Vius autem tempore, quantum sufficit in quocumque velis suauolente vnguento diluito. Vius eius debet esse quotidianus, quidam verò raso capiti pharmacum illeuerunt nulla re dilutum. Aliud, Ladani vnc. i. passii sextarium. i. corticis nucum pinearum vsi drach. ij. alij sesquidrachmam habent, alij cyathos. ij. vel sesquicyathum. Spongiam marinam vsitam tritam vnà, panniculi Cilicij vsi triti cyathos. iij. polytrichi vsi triti cyath. ij. adipis vsini lib. i. coquito & apparato, vt dictum est. *Aliud quod pilos conseruat, et defluentibus quoque auxiliatur.* Seminis apij sextantem, callitrichi sextantem, thuris sextantem, nuges iuglandes numero. xv. ladani

† AP. boni libram. i. s.

† AP. mivon mas
τλδγ. i. omni-
no comouens.

† betæ seminis
sextantem.

ladani sextantē, corticis nucis pineae lib. i. Omnia in nouā ollā coniecta, et cū argilla probè obtura ta, in balnei fornace afflato, deinde extracta terito, & adiecta adipis vrsini libra vna subigito, & in pyxide ilicea, aut cyprina, reponito. Vfus verò expetete quātū satis videbit ex pharmaco accipito, ac quocūq; velis hedyfmate. i. odorato vnguine conuassato, ex eoq; caput bis in die illinito. Quidā verò vbi caput ē abraferint, medicamento excepto adipe vrsino illiniunt. *C. Aliud ad caluiciem, quo vsus est Andromachus iunior.* Leporū ventres sex accipito, probēq; siccatos in testaceo vase torrefacito, ad eosq; baccarū myrti quadrantē, & virgultorū eiusdē tātundē conijcito, indeq; ad iā thī quadrantē addito, acacię fucci tātūdē, fructuū canis rubi tātū. adē, oīaq; simul attēte torrefacta tūdito, ac per angustū cribellū excernito, deinde adipis vrsi lib. i. & ac phocæ tātundē subigito, sublatumq; pharmacū in pyxidē plumbeam recondito. At verò vbi vsus tempus institerit, quocūq; velis hedyfmate. i. odorato vnguēto ipsum diluio, ac vtitor. Atq; de his quidē haftenus.

De tincturis capillorum.

C. A. P. 3.

Cum verò post præscripta pharmaca Crito aliā quædā scribat, quæ quidem conseruationem capillorū promittit, verū primū ipsorū opus est vt tingant ipsos, quò siue nigri, siue flauī reddantur, visum sanè est mihi in principio ea relinquere, cum omnia talia manifestè comptorij generis existant. Quando quidem haud scio quomodo dogma cōe inoluerit, vt vetulæ foeminae capitis capillos denigrent, tanquam turpe sit canos habere: atq; hoc ipsum etiam masculis est visum, qui turpe, {spectaculum} esse aiunt, aniculam vxorem cano capite habere. Quæcūq; quidē præ delicijs seipsas ornant, harum nulli tale quippiā à me petenti exhibui. Quæcūq; verò magis venerandæ, cum notā effugerent, tum maritorū suorum importunitatem vitarent, pilos suos nigros reddere cupierunt, ne tñ ex adstrictoria vi nigrorem inducentium obladerentur, illis consiliū cedriæ vsus, ita vt tribus aut quatuor horis ante balneum illinirent, & postea detergerēt, idq; per quatuor aut quinq; dies facere pergerēt. Ad hoc. n. quod nihil lædit, amplius ēt commoda est eis quæ faciliè à frigore offenduntur. Nimirum pharmacum existens cedriā quod abunde calefaciet. Oportet aut ipsam citra olei admisionem adhibere capitibus vehementi reficcatione & calefactione indigētibus, quibus scilicet humida & frigida intemperies per se inest. Alijs verò oleo mistum adhibere pharmacum oportet. Quin & defluentes capillos corrigit, & nō defluentes auctiores reddit. Cæterum odorē eius vitēt delicatē mulierculę, qui sanè nō iniucūdus est ijs quæ sit stinēt ad consuetudinē vsus peruenire. Porro in Asia apud nos agrestes mulierculæ mōtana incolentes, nō cedriā solūm illinuntur oleo permista, verū tum corpus vniuersum, tū caput inungūt. Quin ēt picem liquidam cum oleo eodem modo permistam, ad radices capillorū capitis illinunt, & vocantq; hoc compositū pharmacum pisselæon, hoc est, oleum picatū, quod omnino aliud est ab eo quod pisanthos, hoc est, flos picis appellatur, quod ipsum liquidæ picis incumbit, & superstat, te nuium magis partium quam ipsa picis existens, tum compage, tum etiā facultate. Huiusmodi itaq; pharmaca tardè canescere faciunt, nulla vtentium oblatione. At verò quæ ex austēris & acerbis composita sunt, magnopere lædunt. Cæterum materiam ex qua confiunt hæc, adstringētis quæ litatis ac facultatis existentem, ēt quippiam tenuium partium habere oportet, quo non in superficie tantum, sed & in profundo cutem permutent, vsq; ad locū radicū capillorū progrediendo. Atq; hæc quidem est Methodus componendi ea. Habes autem in simplicium pharmacorum tractatu particulatim materias ipsorum, in quibus facultates & qualitates earū dictæ sunt. Quapropter ex illis tum ea quæ iam à prioribus composita sunt iudicare, ac quali nam vi prædita sunt inuenire potes, tum etiam per te ipsum de integro noua componere. Vtile autem hoc est & ad cognitionem affectionum quas iam incurrerunt aliquæ mulieres, & ad futurarum prænotionem, præsentiumq; sanationem. Non solūm enim in periculo versatas sæpe scio foeminas, sed & mortuas, ex perfrigeratione capitis per huiusmodi pharmaca inducta. Læsiō autem eis maximè accidit, aliquando quidem in stuporem attonitum, aut comitiale, aut veterinū, aut soporem profundiorē, aut animi apprehensionem, Catalepsiā Græcis appellatam, delabentibus: aliquando verò destillationibus solutu difficilibus capiuntur, vt antè quàm soluantur, pulmones malè habere incipiant, exindeq; tabes consequatur. Offenduntur autem citius quæ frigidius temperamētum capitis habent, tardius verò quæ calidius. Frigidæ enim particulæ frigidis affectionibus, calidę calidis facilius corripiuntur. Atqui periculum minus subeunt, vt pote cum à minore causa lædatur, quæ frigidius temperamentum habent. At verò calidæ, propterea quòd agrè & vix tandem à frigidis causis lædi possunt, cum sanè à magnis causis fuerint exuperatæ, maiorem læsionem incurunt, quæ communi & vniuersali rationi subiacent, in Aphorismis ab Hippocrate relatæ. In morbis minus periculum subeunt ægrotantes, quibus congruus naturæ, ætati, habitui, ac tempori adfuerit morbus, quàm quibus nihil secundum hæc ipsa congruerit.

† De pharmacis capillos denigrantibus, Archigenis.

Paulò antè dixi q; nō ex mea sentētia medicus eiusmodi pharmaca contrēctat, verū cum regiæ aliqñ foeminae, quibus minimè negare licet, nigros aut flauos capillos reddere expetant, eam sanè ob rem ēt Archigenē puto, quanquā honestissimū virū, de illis scripsisse in hæc ferè verba: Denigrat capillos hæc. {Radice capparis trita} cū muliebri lacte aut, vt alijs placet, alinino, ad tertias coquito

** mps/vou, quidam tñ epivou i. caprifici.*

A coquito, & ad noctem pro cataplasmate imposito. Aut vrina canis in quinq; aut sex dies adseruata lauato. Aut corticē radicis ilicis donec mollis fiat coquito, eumq; cataplasmatibus modo imposito, cum aqua verò decocti lauato. Aut quod in phernio intrinsecus nigrū est, cū oleo myrteo tritū affricato. Aut spumā argenti, cimoliam, alumen liquidum pari menlura, prelotis & siccatis capillis, in noctē illinito, & betæ folijs supernè obligato. Aut selinusiam terrā, argenti spumā, calcem, cū aqua ad mellis crassitudinē redige, & vbi liquido lixiuio prælaueris, capillū vicissim inunge, similiterq; betæ folijs impositis obligato. Manè verò excussos capillos applanato. Aut abstinthij, offiū palmarum syriacarū, fabarum ægyptiarū, omnium vsitorū cinerem pari mētura cū vino Mendelio ad strigmeti crassitudinē redigito, & cerato myrteo liquido admisto affricato. Aut corticis salicis succū cum oleo affricato, summè denigrat. Aut nodos ad racemorū similitudinem ex arbore nuce enatos ex oleo coquito, & bitumine liquido admisto vtitor. Post prædicta ēt hæc Archigenes adscripsit, Denigrant barbā, Suber aridum, & plumbū vsitum cū betæ crudæ succo mellis spissitudine illita: linito vsq; ad prandīū, deinde abluito. Aut ferri recrementū ac plumbum in aceto cocta ad tertias, illine citra oleum. Post hæc Archigenes ex cōptoria dānata arte accepta hæc scripsit: Fuluos aut reddunt capillos lupini crudi cū aqua & nitro illiti. Hęc de flauescētia. De crispanibus aut capillos dicit: Crispos aut reddes capillos, si spuma salis cum myrrha confricaueris. Aut succo carpali illine, & manebunt crispī ac nigri. Aut myrti baccis ac betæ semine æquali pondere cum oleo tritis vtitor. Aut asphodeli radicē cum mero illine. Aut lupinorū cortices ac parum nitri in aqua ad quadriduum macerato ac vtitor. Horū pharmacorum mentionem ob id feci, vt ostenderē necessario quosdam ēt honestissimos viros talium sibi cōptiorum experientia parare. Quando enim Archigenes hæc scribere non est veritus, multò amplior venia Critoni danda est, qui in Imperatoris adibus est medicatus. Apparet aut & Heraclidem Tarentinum multa et probata pharmaca comptoria speculationis scripsisse, quāquam nondum tantæ delicie foeminas occuparant, quantæ nunc sunt. Verum quæ Heraclides, & Cleopatra, & quicūq; alijs post ipsos interiecto tempore medici fuerunt, ea omnia Crito coaceruauit, ad quæ sanè remitto eos qui quomodo capilli nigrescant, aut flauescant, & alia huiusmodi, discere volūt. Scripsit enim quatuor de ornatu libros, qui in omnium manibus versantur. Quid igitur ego nunc ipsa frustra trascriberē? cum possint ex illo discere qui adeo ea cognoscere velint. In primo quidem libro omnia quæ ad capillos pertinent statim in principio scripta sunt, reliqua verò deinceps iuxta proprium quodq; ordinem. Quò itaq; facili inuenire queant singula talium pharmacorum absq; longa inuestigatione, visum mihi est capita singulorum librorum indicare. In primo itaq; libro capita hæc sunt. **P R I M I** libri Critonis de ornatu capita, Conseruantia capillos. Augentia capillos. Præseruantia capillos. Tincturæ canorum. Tincturæ flauos & auricolores capillos reddentes. Smegmata capillorum. Illitiones præseruantes. Faciem erugantia. Illitiones faciem nitidam reddentes. Cataplasmata faciem nitidam reddentia. Superciliorum illitiones. Supercilia denigrantia. Oculorum illitiones. Illitiones exstibio. Ad graueolentiam narium. Dentificationes. Ad foetorem sub alis affricationes. Māducationes ad foetorem oris. **S E C V N D I** libri capita, Quæ nigredines colli repurgent. Illitiones ad exudationes sub alis. Illitiones mamillas conseruantes. Ventrem purgantia. Smegmata manus nitidas reddentia. Ad nigredines à partu. Ad rugas à partu. Ad fistulas à partu. Illitiones ad eminentes vmbilicos. Quæ pueros impuberes conseruant. Quæ virginitatem conseruant. Ad humectas & frigiditas mulierculas. Ad cicatrices nigras. Depilatoria pilorum. Smegmata attenuantia omnis generis. Illitiones capillos abolentes. Smegmata totius corporis. Repurgatoria nitorem inducentia omnigena. Conspersiones aromatica vestitiū. Odorata tincturæ vestitiū. Aspersiones thalamorū & ambulacrorum. Suffimentorum omnigenorum compositiones. Illitionum & vnguentorū omnis generis cōpositiones, videlicet amygdalini, balanini, nucum, sesamini, myrtei, lentiscini, laurini, rosacei, gleucini, melini, cœnanthini, sampuchini, telini, susini quod aliqui crinnū, hoc est, liliaceum appellant, cicini, irini, narcissini, phoenici, cyprini, crocini, nardini, amaracini, hedychroi, mendesij, malabathrini. **T E R T I I** libri Critonis capita, Ad furfures omnigenos. Ad capitis eruptiones. Ad achoras, hoc est, vlcera manantia. Ad pediculos & lendes. Ad alopecias. Ad scabiosas faciei affeciones. Ad lentigines. Ad maculas à sole prouocatas. Lotiones faciei. Ad stigmata. Ad fluentia. Ad fugillata. Ad varos. Ad pustulas nocte erumpentes. Ad menti tubercula. Ad menti impetigines, impetiginū illitiones. Epithemata excoriatoria. Emplastra viridia quæ ab excoaratione imponuntur. Emplastra alba ad cicatricem inducendam. Pharmaca emollientia quæ impetiginibus affricantur. **Q V A R T I** libri capita. Ad alphas, id est, vitiligines nigras & albas. Ad cicatrices nigras. Ad leucas, hoc est, vitiligines altius insidentes. Ad lepras. Ad vngues scabiosos. Ad pruriginosas affectiones. Ad tubercula parua psidracas Græcis appellata, & ad excoarata. Ad serpiginosas affectiones. Ad scabidos. Ad thymos verrucæ genus. Ad pensiles verrucas. Ad formicarias latiores ue verrucas. Ad vmbilici inflationē. Ad intestinum delapsionē. Ad hydrocelas. Ad apellas. Ad procidentes anos. Ad chimethla hyemis tempore oborta vlcera. Ad rimas pedum. In his quatuor libris Crito diligentissimè omnia fer-

mè exorna-

† Quidam veteres g. cod. caput hoc a superiore distinctū non habent. † al. Aeoliam capparim trita. † al. folia capparis trita.

mē exornatoria pharmaca scripsit, appositis et comptorijs quæ spuriam pulchritudinē non verā E inducunt, quapropter et ego ea relinquam, solumque mentionem eorū faciam quæ pulchritudinē secundum naturam conseruant. Quāq; enim vel maximē cognita habeam sinegmata corpori nitorem inducentia, itēque quæ in virginibus mamillas conseruant, & quæ impuberum puorū testiculos ad multum ipsos paruos conseruant, similiter & quæ pilorum exortū cohibent, verēcundor in eiusmodi scribere, atque multo magis eas quas Crito tradidit conserpiones vestium aromaticas, odoratasque vestium infectiones, & asperiones thalammorum ac ambulacrorum. Suffimentorum item omnis generis varietates, illitionumque & vnguento. um. Extra enim medicinē documenta talia existunt. At verō ubi decoris secundum naturam conseruatiua scripsit, si quā locus ita tulerit ea referam, ac primū quidem quæ circa capillos medicis vtilia mihi videntur, docebo.

De pharmacis pilos corruptentibus.

C. A. P. 4.

Quemadmodum ex pharmacis quæ pilos augent, alia medicī vsus, alia comptoriū existunt, eodem modo & quæ ipsos corrumpunt. Aliqñ enim & his medicī necessariō vtuntur iuxta triplicem eorum differentiam. Nempē cum quadam ex eis propriē pilothra appellatur, alia attenuatoria capillorum, alia verō ipsos penitus extirpantia. Hæc itaq; postremo loco nominata periculosi sunt vsus. Ex eis. n. illitæ corporis partes, non solū in posterū depiles oēs penitus redduntur, sed & vsq; ad caput, & mētum, superciliaque, & palpebrarū pilos nuditas ipsa procedit. Reliquæ verō duæ differentiæ vsu minime periculosum habēt. Et quæ quidem pilorum denudatoria sunt, & propriē, vt dixi, pilothra vocantur, tñ non quotidie in omnium mulierularum, fermē et quorundam virorum, vsu habentur. Altera verō quæ tenuiores pilos reddunt & minores, eis conueniunt qui duos & magnos, multosque & crassos pilos habent, & ob id suillis nō absimiles existunt. Cæterū hæc ipsa secundum excessum & defectum inter se differunt, cum vnū genus sit pharmacorum quod in hunc vsu compositū est, nimirum eorum quæ erodentē, & vltoriam habent facultatem. Præstant autē erodentem facultatem habentia, quod minori periculo admoventur. Periculosiora autē quodammodo sunt vltoria, quæ, si quis paulo negligētius adhibeat, bullas excitant, & exulcerant, & aliquantulū cutem exurunt. At verō particularem eorū sylvam oēm in commentarijs de simplicium pharmacorū facultate tradidit. Sed tñ exempli gratia ea quibus assidue vtor recensebo. Ex liquidis igitur est lixiuuium tali vi præditū. Ex aridis autē & metallicis, arsenicum, & sandaracha, & calx non extincta, quam plerique viuam, Græci verō et folius albesti. i. non extinctæ nomine appellant. Manifestū itaq; est vehemētē ipsorum vim per admissionem imbecilliorum pharmacorū tum liquidorum tum aridorū frangi, quorum congruentem mixture modum coniecturaliter primū faciet viriū eorum expertus. Deinde verō per experientiam defectum corriget, aut et addet. Quō verō et eorū quæ per experientiam iudicata sunt notitia habentis, adscribā ea quæ in primo libro de ornatu a Critone sunt relata, ubi prius ostendero et medicis sæpiusculē ipsorum vsu necessariū esse. Quemadmodū tincturas expectentibus, honestē negare possumus, vt quæ cōptoria sint malicie: sic depilatoria negare minime licet. Si enim moderatos quispiam habeat capillos, nō subseruiemus ipsi ad superfluas delicias. Si verō admodum multos & longos duosque habeat, honestum esse vt & rationale ipsos pauciores, & tenuiores, mollioresque ac rariore facere. Contingit autē aliqñ necessitas, vt eis qui multos & altē fixos, non tñ duos habent, in totum pilos tollamus, quā aut picatione opus habet totum corpus, (quæ enim hoc præsidio iuxta medicinē rationem vtitur:) aut quā pharmacum Emplaston, hoc est quod meatus obducit, imponere velimus: tunc enim necessariō a parte pilos prius tollimus, quod quidem etiā per nouaculam facere licet. Quidam verō siue reuera, siue fictē, nouaculæ timorem consistunt, quā periculum sit ex ea cutem sauciari. Quidam autē non citra rationem fortasse meruit, maximē cum partes gutturis radi oportet. Quapropter necessariū est medicum et huiusmodi pharmacorum experientiam habere, tum quod ad compositionem, tum quod ad vsu attinet.

Pilothra a Critone hac verborum serie conscripta.

Pilothra capillorū, auripigmentū auricoloris, scrupulos. viij. aut. x. calcis viuæ tantundē, amyli sextantē, terræ quæ Romanis Selinusia appellat, vnc. i. Omnia trita & per angustissimū cribrum excussa reponito. Vfus verō tpe ex pharmaco quod sufficit acceptum aqua conuassato, deinde illinire iubeto, ac animaduertere ne exurat. Aliud euestigio lenem reddit. Calcis viuæ partes duas, auripigmenti partem. i. hæc in mortarium plumbeum coniecta, aqua aut pitfanæ succo affuso terito, atque ubi nigra reddentur, calefacta illini maximē in balneo iubeto, laue enim corpus reddunt. Quod si verō tenuis capillus nascens subeat, calcem coquito, & auripigmentum cū aqua terito, & ubi in vas fictile aconitum conieceris coquito, atque ubi coacta fuerint, nigraque reddita illinito. Paridis saluatoris pilothrum statim pilos auferit. Sādarachæ, vnc. i. calcis viuæ sextarium. i. Trita cum aqua diligenter coquito, atque ubi ebullire coeperint, ablati vtitor. Experimentum huius facies, si pinnulam in ipsum pilothrum immergas, breui enim glabra fiet. Aliud, Amyli vnc. i. calcis viuæ vnc. i. auripigmentū vnc. i. cōtusa & cribrata reponē, vt erēque vt dicitur est. Heraclide Tarentini pilothrum euestigio pilos tollit. Calcis viuæ sextarium. i. cimoliæ sextarium. i. pumicis vsti sextar. i. auripigmenti partes. iij. trita ac læuigata reponito. Vfus verō tempore

† A. vncias duas

† A. vncias duas

† A. vnciam j. s.

A tempore aqua dilutis, vt dictum est, vtitor. Hæc quidem igitur Crito scripsit. Cæterū eorum vsus melior est, quæ admodum nunc mulieres vtuntur, post corporis videlicet illitionē, in tepidam balnei domum ingredientes, atque ubi exudare coeperint, strigili pharmacum ex aliqua corporis parte detrahentes, deinde cum simul auferri pilos senserint, reliquum corpus omne abluentes.

Quæ pilos disperdant.

Scriptum quoque de his est, quæ pilos disperdant in cōptorijs libris, quæ sanē iam ex medica materia exciderunt. Quapropter & ego simplicium tñ ex eis faciam mentionem, in simplicium itē pharmacorū tractatu a me relatorum. Iuxta rationem enim proposita pharmaca componunt. Ex lepore marino, hepate thunni putrefacto, cedria, ranarū in viridibus arūdinētis degentiū cruore siue mucō, marine testudinis sanguine, lachryma vitis albe, lachryma hedere, similiterque bryonie, ac oleo quod insulsum appellat. Ex marinis item scolopendris, vrticisque marina, & stellis marinis, nitro ac amurca ad hæc admittis. Quin & fortiora his ex erinaceis & salamandra componunt in oleo coctis. Admiserunt autē ipsi & alcyonia & sandarachen, & quæcūque alia eius generis existūt.

Quæ pilos attenuant.

C. A. P. 5.

Vtetur et aliqñ medicus velut dixi, his quæ pilos attenuant, quæ nō eandem cū depilatorijs facultatem habent. Quam enim in simplicium pharmacorum commentarijs exteriori facultatem appellauimus, eiusdem sunt et ea quæ pilos attenuant. Quemadmodum autē in omnibus eiusdem generis pharmacis, differentia secundum excessum & defectum existit, sic et in exteriorijs habet. Hordei itaq; farina, & fabarum, ampliusque erui, spuma nitri, ac ipsum nitrum, familiaria pharmaca sunt omnibus ad tollendas fordes vsurpata. Assiduus autē eorum vsus et pilos attenuat. Quæcūque verō fortiori vi exterioria prædita sunt, in his qui valde duos & magnos pilos habent, assumpta congruunt. Eius itaq; generis pharmacorum est nitrum vstum, & nitri spuma, & aphroditum spumofum. In assiduo autē vsu faciunt item purpurea appellata vasa fictilia Alexandrica, contusa videlicet, & tenui cribro excreta. Cæterū pauperibus ego et fictilium, & dibanorum in quibus aliquid sub textu coquitur, testas, itemque pumicem vstum, ac non vstum indicauit. Vili autem & gratis habuerit quis circa mare degens, aut vrbe quapiam non longē a mari sita, testas vstas tum buccinorum, tum purpurarum, aliorumque ostreorum. Sepiæ verō testam etiam citra vitionem. Atque hæc quidem pro valde egenis indico, pro alijs verō alcyonium, & herbam lanariam, vt truncus veratrum, bryonia item, & dracunculi radicem, aristolochias, canchry, & panacis radicem, & quæcūque eius generis existūt: plura enim, vt dixi, relata sunt in simplicium pharmacorum tractatu. At verō si hæc ipsa odorata facere volueris, cyperum, & melilotum, rosasque siccas, & iunci odorati florē, iridem illyricam, melissophyllumque, & cydoniam herbam eis admiscebis. Et si pro diuitibus paraueris, spicam nardi indicam, celticamque, & montanam iniicies: & terram Eretriada. Adde et folium malabathri, amomum, myrrham, crocum, costum, & hedyroū. Qui verō preciosiori materiæ parandæ non sufficit, ei viliores hi qui exornatoria composuerunt, excogitauerunt. Quorum et Crito meminit in primo de ornatu sic scribens: Ollam nouam figulinā magnam, operculum habentem accipito, in eamque cimoliæ glebas pro situs ratione cōijcito. Cōponantur autem hæc quantum fieri potest ad theatri formam, vt in medio ipsarum locus vacuus relinquatur. Inter glebas autem vicissim mala cotonea recentia viginti locentur, hæc autem per interualla variare iubeto, deinde operculo imposito marcescere ipsa mala finito. Vtu autem expectente, quantum satis videbitur accipito, terito, ac vt iubeto. Post pilothrorum verō impositio nem, suauem quendam odorem habet. Aliud, Rosas que odoratissimas per diem vnam in vmbra refrigeratas, quō humor saltem ab eis deficcetur, in vas figulinum composito, eodemque modo, vt dictum est, glebas cimoliæ indito, ita vt rosæ subternantur, rursusque inter glebas eadem imponantur, deinde operculo addito, combibere finito. Vfus iam demonstratus est.

De fursuratione.

C. A. P. 6.

Quibusdam se scalpentibus, fursuribus similia ex capitis cute decidunt, & propterea fursurationem medici hanc accessionem siue symptoma appellat, a vitiatas faniebus prouenientē, quas consumere scopus est eis qui malū hoc sanare volūt. Manifestū igitur est discusso ria & exterioria pharmaca adhibenda esse, præparato prius vniuerso corpore, si vitiatas humoribus repletū videatur. In omnibus enim huius rei meminisse oportebit, etiam si aliqñ in sermone relinquatur. Admiscuerunt autem quidem prædictis pharmacis quædam adstringentia, quo per ea affectum membrum corroboretur, vt ne facile in seipsum suscipiat influentes humores serofo, sed resistat, eosque repellat: & ob hoc sanē Archigenes in pharmaco ex atramento futorio composito hæc verba adiecit, Hoc inquit, adeo efficax est, vt neque sinat in posterum fieri. Crito equidem in tertio libro de ornatu, eiusmodi pharmacorum sylvam scripsit in principio statim ipsius libri. Quare velut paulo antē dixi, minime necessariū est me ipsa hinc rursus describere, cū omnes illius habeant libros. Cæterū quæ Archigenes scripsit indicabo ob id maximē, quod quibusdam ex eis adseripserit, quod non permittant symptoma hoc rursus fieri. Scribit autem hoc modo suis ipsius verbis: Vicitus ratio constituatur flatus expers, nihil ex crassi succi cibis habens admistum, quales sunt tubera, fungi, bulbi, legumina, carnesque maximē bubulæ, ac quæ similia existunt.

Sint

† xalava

† IXogorib

† xalava

Sint autē cibi quibus vescitur boni succi, faciles concocti, & mel ipsidem addatur. Intinctus confertur, acetum cū sapa. Condimenta, cuminum, & fœniculum, alijs parce vtantur, & à bellarijs omnibus maxime abstineant. Vinum conducit eis album & tenue: voluptatis verò gratia dulce, & vinum mullum. Ex fructibus optima est vva arefacta, deinde ficus, quibus ante cibū reliquum vesci præstat. Verū antē omnia bonæ concoctionis cura habenda est. Deambulationes lenes plurimæ & manē & vesperī optimæ sunt, lauatō ex frigida balneis præstat. Si verò quis calida lauit, incongrua ei est longior in aere mora, & persulsio capitis præ folio est eligenda, postea verò larga frigida adfusione refrigerato. Dormire ad fatietatem vsq; vtile est. Ira, indignatio, versatio in sole, et vehemens refrigeratio vitanda, omnia item quæ caput replent. **C. Archigenis ad fursurionem capitis.** Quibus fursures caput occuparunt, his cum fœnogræco, betæ succo, ac nitro præfrictis & exteris, cimoliā felle bubulo aut fusillo acetoq; subactam illine. Deinde post horam ablue, atramentumq; sutorium ac nitrum cum oleo trita illine. Aut myrobalanum, id est vnguentariam nucem, & fabaceam farinam æquali pondere trita, in aqua coque, & affrica. Aliud, Amygdalas amaras decorticatas cum aqua aut aceto affrica, cumq; exaruerint capilli, calida ablue. Aliud, Aut maluā syluestrem aqua marina ad decimæ partis residuum coctā terito & affricato. Aliud, Aut nitri spumam & atramentum sutorium, æquis partibus cum vino, ter aut quater in mense affricato, hoc adeo efficax est vt neq; in posterum fiant. Aliud, Aut vini Rhodij facem, & pumicem, & nitrum, pari pondere cum lupinis affrica. Aliud, Aut cimoliā cum fœnigræci cre more adhibe. Aliud, Aut nitrum assatum & bulbum. Aut hæc omnia simul pari pondere affrica. Aliud, Aut vbi picis liquidæ serum illeueris, alumen insperge.

De phthiriasi, hoc est morbo pediculari.

C. A. P. 7.

Pediculorum generatio quibusdam in capite contingit aceruatim, ex multis videlicet humoribus calidis quidem, sed non ad tantam caliditatem progressis, ad quātam perueniūt acres ichores, id est sanies. Quare manifestum est, in profundo cutis pedicularis morbi affectionem fieri, vbi etiā animalia hæc generari possibile est, non in superficie cutis, in qua fursures consistere diximus. Pharmaca itaq; ipsorum necessariò exiccantia sunt, & quæ ex alto trahere ac euacure possunt, magis vtiq; q̄ ea quæ fursuribus conueniunt. Atq; hæc quidem Methodus est ea componendā. Verū sylua eorum quæ experientia constant. (Oportet enim, vt dixi, in omnibus maxime attendere ac confidere his quibus experimentum testimonium præbet,) in tertio libro Critonis de ornatu scripta est. Apponam autem etiam nunc ego ab Archigene scripta hac serie verborum. **C. Remedia morbi pedicularis.** Morbo pediculari affectis hæc conferunt. Staphidis syluestris, id est herbæ pedicularis partes. ij. sandarachæ & nitri vtriusq; partem. i. cum aceto & oleo capiti illine. Aut Rhoen qui in obsonia additur cum oleo tritum similiter illinito. Aut oxylapathi. i. acutæ rumicis radicem cum oleo eodem modo. Aut veratrum album, & staphidem syluestrem. i. herbā pedicularem, & nitrum pari pondere cū oleo in balneo adhibe. Aut cū aqua marina, aut muria meraca cum aceto perfundito. Quod si nuditas pilorum adlit, syluestrem staphidem. i. herbam pedicularem {emplastri more} cum oleo & aceto imponito, Aut alumen tritum cū oleo illinito.

De Achoribus, hoc est vlcerebus capitis manantibus, & cerijs, id est fauis. C. A. P. 8.

Inter affectiones cutis capitis connumeratur quoq; ea quæ Achor appellatur, ex genere tumorum præter naturam existens: propriam autem & singularem appellationem naçta, ob accessionem quæ ad eā consequuntur proprietatem: valde enim tenuibus foraminibus eroditur, quæ tenuem in se humorem modicè viscosum complectuntur. Ad similitudinem verò eius proximè accedit alia cutis affectio quæ fauis, Græcis Cerion vocatur: maiora tñ foramina habens, in quibus humor mellis quod est in fauis similis cōtinetur. Generatio ipsius ex humore misto est, qui partim tenuem ferosumq; ac mordacem, partim verò crassum succū in se habet. Tenuis itaq; humor vtpotè mordax, primū quidem ad scalpendum ipsos impellit, progressu verò tpsis, ad scalpturam tumor augetur, tum foramina in ipso erumpunt. Manifestum igitur est euacuare oportere humores affectionem ipsam operantes. Qui si et influant amplius, prohibendus primū est ipsorum influxus per capitis euacuationem, atq; totius corporis purgationē, velut in alopecijs est proditum. At vero si parua affectio existat, sola localia & partialia appellata remedia, citra totius corporis euacuationem suffecerint. Cōuenient autē ipsis ob crassitudinem videlicet & viscositatē humoris eas generantis, pharmaca quæ ipsum incidant, quæq; facultate sua necessariò discutiant & repellant. Atqui acetum ex incidentium ordine existens, vltra hoc quod discutit, præcipuum quiddam in se habet, quo reprimit, ac quod influit depellit, vtpotè quod substantia sua parum calidum est, plurimum verò frigidum, & partium tenuium: tali namq; facultate præditum esse, in primo de simplicium pharmacorum facultate demonstratum est. Sit itaq; acetum exquisitè acidum, i quo nulla penitus vini qualitas appareat: hoc ipso sanè pharmaca metallica appellata, modò hoc modò aliud imbues, achoribusq; ex eis medeberis. Incipere autē ab imbecillioribus præstat, præsertim si dolor simul ipsis adlit. Cimoliā igitur ad hancrē apta est, & Cretica lemniacq; terra, & samia pompholyxq; & spodium, spuma argenti, & cadmia tenella. Quod si neq; ex his quiescat malum pharmacū ex charta siccū aceto dilutum illinito. Neq; obcurum est tollendos prius capillos, antequam

Antequam talia admoueat. Si verò acius tibi ex charta pharmacum appareat, miscebis ipsi argenti spumam: si quidem abūdè mordacitatem eius exoluere velis, pari copia: si verò pauxillum mitigare velis, minori: quemadmodum etiam si plurimum eius vim exoluere placeat, maiorem eius copiam addes. Porro cum aliqui ruri degenti mihi pharmacum ex charta ad manū non esset, conspecta in ægri domo inutili alijs charta, facultā postulaui, exustaq; charta ac aceto diluta, locū affectum illeui, hominemq; ad me postridie venire iussi: sciebam enim q̄, cum duræ carnis esset, pharmacum ferre posset, qui vbi venisset, parum aberat quin curatus esset: quare ad aliud pharmacū non transiui, sed eodē vti iussum, postera die perfecte sanitati restitutū conspexi. Prudenti igitur viro, quod sæpe iam dixi, opus est, & qui tum curandorum morborum substantiam, tum egrī naturam probe norit. Insuperq; pharmacorū facultatem non iuxta genus tantū, sed & iuxta quantitatem cognoscat, quod singulis diebus quali præsidio opus sit contectet. In extendenda enim aut exoluenda pharmaci, quod prioribus diebus admotū fuit facultate, in quātum sanè affectio ipsa indicat, congrua curatio consistit. **C. Ad Achoras inflammatos.** Quod si quando in vlcus manans inflammatum simul & dolorosum incidat, lenies primū per humectum concoctorumq; ac emolliens & acrimoniam arcens pharmacum dolorem. Tale autem est parygrum appellatum, **B** ab Hera alijsq; plurimis descriptum. Satis manifestum autem est, q̄ ipsum in manu per specillum latum cum rosaceo emollitum, & ad vnguēti formam redactum, non emplastri forma, qualem à principio habebat, adhibere oportet. Cōueniunt etiam hoc tempore, ea quæ ad sedem ex vlcerebus aut rupturis dolentē faciūt, de quibus priuatim destinato sermone ac tempore dicetur. Sicut etiam cōueniunt ea quæ caneros mitigant. Hæc igitur omnia vbi prius consideraueris, etiam particularem pharmacorum varietatem vt iliter cognosces. De qua ego quoq; dicere aggrediar, medicamenta apud præstantissimum quenq; medicum laudata, ordine scripturus. **C. Ad Achoras Archigenis.** Archigenes in primo pharmacorum iuxta genus, ad Achoras sic scripsit: In quibus Achoras, aut papulæ feruidæ, aut eruptiones circa caput vlcerosæ sunt, ab omni acris & falso abstineant, itemq; acuto. Deinde derasis capillis, aut ter, aut sæpius quotidie ex calida, in qua myrtus, aut lentiscus, aut rubus, aut bryonia, aut sycomoros, aut lupini, aut lentes, aut asparagi radix incocta sint, lotis, & maxime vbi multa sanies effluerit, salicis folia ex aqua emplastri more apponito, aut lentem cum melle, aut asparagi radicem coctam eodem modo. Aut fœnum græcum betæ succo maceratum pinguis emplastris vsu cognitis admisceto ac vitior. **C. Aliud præclarè faciens.** Pinus corticem cum cerato. Aut cadmiam cū oleo veteri illinito. Aut cinnabari similiter emplastri more vt ere lauigato. Licebit & myrti baccas, aut hordeum vstum, aut argenti spumam, aut cerussam, aut ostreorum testas vstas admiscere, singula etiam cum oleo veteri illinire. Aut cinerulam & mannam ex vino. Egregiè constanter facit & chalcitis cum aceto & oleo veteri illinita. Aut betæ decoctum cum exigua cimoliā, sale & vino admistis, in balneo affrica. Aut hyoscyamum & semperuium minus, trita cum rosaceo mellis spissitudine illine. Aut vlcerebus ex smegmate quopiam repurgatis, terram cimoliā torrefactam cum vino, aut fecem vini Rhodij vstam cum aceto veteri, aut radicis cucumeris syluestris decoctū adfundito ac proluo. Aut tragacantham, aut argenti spumam, aut sandarachæ duplum, cum vino, aut etiam cum oleo myrteo, aut pingui quopiam illinito. Aut argenti spumam & calcem pari pōdere cum aceto & oleo illine. Aut chalcitidem cum myrteo oleo, vel fusillo felle liquido illine. Hæc quidem Archigenes scripsit, doctrinam tradens non modo Empiricam, sed etiam indefinitam. Inuenire itaq; est apud Empiricos, qui sanè non in contentiosis sermonibus vitam contriuerunt, sed in medicæ artis operibus diligenter versati sunt, quod in quibusdam apparentibus cognitionibus euidentiā discrimina retulerūt, qualia & ego paulò antè in alopecia feci. Faciam autē & nunc in his quæ Archigenes scripsit pharmacis. Quædam enim ex eis incipientes achoras, citra humorū in vniuerso corpore vitiationem aut eorundem multitudinem redundantem, sanant, adstringētem nimirum & repulsoiam vim habentia. Quædā verò vbi magnū quoddam malum minatur Achoras, eos augeri prohibent, simul & quod influit repellentia, simulq; quod iam in eis continetur concoquentia & discutientia, quæ euidens est miste facultatis esse oportere. Quædam autē eis quæ in superficie hærent, paruisq; tantū auxiliantur, quæ moderatis viribus prædita esse oportet, & nihil quod irriter habere, ex discussoria nimirum facultate. Alia autē viribus omnino robustissima sunt, adeo vt etiam Achoras ex crassis ac viscolis humoribus obortos, ineluibilerq; cuti infartos euacuare possint, atq; id adeo validè, vt etiā si obduratum quid habeant, id ipsum deturbare valeant, quāuis morbus ipsum cutis habitum adeo vitiet, vt quod influit corrūpatur, etiam si cōmodum id existat. Hæc autē sunt ex efficacissimis pharmacis cōposita, quale retulit Archigenes vbi salem ad reliqua discussoria admiscet. Sal. n. & chalcitis, & vini sæx vsta, & sandaracha, & calx viua, fortissima viribus pharmaca sunt, calfacientia, mordentia, & discutientia. Eius generis est etiam fel calidorum & siccorum animalium, quorum non meminit Archigenes, sed vnus fusilli tñ, quod omnium moderatissimum existit: ad cuius facultatē etiam proximè cinnabari accedit. Propinquum deinde locum habent cōchæ vstæ, & hordeum, & post hæc oleum vetustum. Quemadmodum autem hæc emouent, secant, & discutunt violenter impactū, sic repellunt adstringentia, aliqua

qua quidem simpliciter citra contrariæ facultatis admittionē, aliqua verò per dominium adstringentis in eis facultatis. Myrti equidē earumq; bacca, & pinus cortex, ex eorū numero sunt quæ non habent cōtrariæ facultatis admittionē, velut etiam rubus & sycomotorus, quāuis moderatius adstringant, q̄ myrti earumq; bacca, sed tñ adstringendi vim sensibiliter in se habent. Mistæ autē facultatis est oleū myrteum. Nam & ex oleo, & ex baccarum myrti, aut ipsius etiam myrti succo est cōpositum. Oleum autē ipsum emolliētē habet facultatem, Myrtus autem eiusq; bacca adstringentem, non mollire, sed cogere & fringere natam. Rosaceum item quanquā minus q̄ myrteum astringat, tñ & ipsum mistæ facultatis existit. Quemadmodū autem hæc per præparationem mistas vires habent, sic alia spontē naturæ talia sunt, velut lētiliscus, cyperus, & lentes: quod ipsum in sermone de his est demonstratum. Ceterum discussoria & repurgatoria, citra sensibilem caliditatem, facultate præstant ex eis quæ iam Archigenes retulit, Beta ipsa, & cimolia vsta. Priusq; verò vitur, imbecillior viribus q̄ beta est, sed fortior his est cucumeris, & bryonię, ac asparagi factas. Spuma verò argenti præstantius quidem q̄ cimolia vsta pharmacum est, multo verò debilius q̄ ad propositæ affectionis sufficiat medelā. Cadmia autem moderatē habet ad mediæ magnitudinis achoras. Citra mordacitatē verò reficcat cinerula. Māna autē etiā concoquit. Oleū verò, vt iam dixi, laxantem quidem habet vim, sed eam non adeo fortem, atq; ob id per misturam facile exuperatur. Itaq; vbi fuerit cū obducentibus meatus & refrigerantibus permistū, velut est cerussa, possibile est hanc magis vim suā demonstrare, quæ est cogere, oppilare, & adstringere substantiam corporum quæ contingunt. Porro hæc omnia in Archigenis sermone confusa sunt, neque in quibus achoris, neq; qñ eis vtendum sit, ipso demonstrante. Vtutur autem & vino in eodē sermone, neq; apponit quale probet. Atqui multijuga circa vinum differentia existit. Aliud enim austerum, aliud acerbū, aliud dulce, aliud acre manifestē est, aliqua etiam plures qualitates simul ex se ostendunt, nimirum & dulce quippiam & adstringens & acre cōplectentia. Quādo igitur simpliciter quis scribat, diluī debere quippiam vino, lectorem coniectare oportet quem scopum pharmaci cōpositio habeat, & ad illum respiciendo, id quod aptum fuerit vinum eligere. Adstringens quidem vbi repellere velit, acre verò in quibus discutere. Reliquis item vtetur, quemadmodum vniuscuiusque vim demonstrauimus in loco vbi de vinorum differentijs docuimus. Acetum verò in omni occasione ad achoras aptissimum est, vt potē crassos & viscosos humores secans, atq; id quod influū discutit & repellens. Verum ipso non vtique per se quispiā vtetur, si quidem nō proluere aut lauare achoras velit, sed ad diluenda cum eo pharmaca, moderata quidem in quibus incipit & adhuc parua est affectio, fortia verò in maioribus & diuturnioribus, fortiora autem adhuc in inueteratis iam & eggerimē curabilibus. Verum differentia pharmacorum iuxta fortitudinē iam antē a me relata est. Ceterum ex relatis ab Archigene pharmacis, in totum non vtī exoptem semper utiq; & cerussa. Illud enim strenuius refrigerat q̄ cōuenit incipientes achoras refrigerari. Cerussa verò exiguā quidem habet frigiditatē, & ex pharmacis est obducentibus meatus, emplastica vocant, pro ea autem vtī possumus cinerula & pompholyge.

Quæ Apollonius in primo de parabilibus ad Achoras scripsit.

Apollonius in primo de parabilibus ad achoras, primū quidē sic scripsit: Rosaceo oleo caput illine. Deinde post hoc, betæ succum similiter illine. Tertium deinceps, Testudinis sanguinē eodem modo adhibe. Quartum, Laurino oleo caput illine. Et quintū, Crocinum vnguentū inunge eodem modo. Ex his sanē primū debilissimū est, pueris & mulierculis teneræ carnis in principio affectionis vtile existēs. Cōcoquit enim & discutit ac repellit, eaq; omnia moderatē facit. Secundum verò vbi betæ succo vtī consulit, efficacius quidē est rosaceo, discussoriam vim habens, non tñ ad fortes ac iam obfirmatos achoras sufficit. At verò testitudinis sanguis curiosum & supuacaneum est pharmacum, neq; vnq; tentauit eius periculum facere. Quod verò deinceps scriptū est, laurinum fortiter calcificat & discutit, opusq; habet corporis totius & capitis euacuatione, quo discutiat humores achoras facientes. Crocinum deinde vnguentum discussorium quiddā habet & adstringens, & concoctoriū: atq; ea tria fortiora in ipso sunt q̄ in rosacei natura: ex eis igitur quæ de illo dicta sunt, etiam de hoc ratiocinari licet. Post hæc autē ipsius verbis ita scriptum est: Tauri vrinā affrica, deinde sequitur, facit & camelī vrinā eodē modo. Vtendū autem eis, inquit, ad plures dies. Verum ego vtique dixerim ad ipsum, nō esse quod ad multos dies, sed ne ad vnū quidem, purus homo tolerare queat, vt vilius alicuius eiusmodi animalis vrina capiti affundat, præsertim in affectione adeo parua, & quæ facile curari potest. Bis enim per omnia (quod dicif) distans est, rosaceo videlicet vtī, quod penitus exiguā habet ad propositū symptoma facultatē, & tauri ac camelī vrinā quæ acerrimē grauissimēq; & penitus iniucudæ existunt. Deinceps verò tale quoddā pharmacum his verbis scriptū est: Furfurū choenicē medium in aquæ heminis duabus madefacito, posteaq; terito ac succū excolato, cumq; mediā acetī hemina ad limi spissitudinem coquito, & ex eo caput fricato, deinde aqua in qua beta, aut foenumgræcū, aut lupini cocti sint, abluito. Vnguento autē vtitor facie irini. Hoc pharmacū discussorium est citra mordacitatē, ex repurgantibus atq; extergentibus appellatis cōpositū. Eiusmodi, n. facultatis sunt furfur, beta, & lupini: discutit autē simulq; calcificat nō vehemēter foenumgræcum: ex eo autē genere est & irini vnguenti fax.

De acetī

A De acetī verò facultate antea quoq; dictum est, q̄ aptum sit ad achorum affectionem, quare hoc vt conuenientissimo & efficacissimo pharmaco vtendum est. Aliud deinde post hoc pharmacum scriptum est ab Apollonio his verbis. Cucumeris syluestris radices decoquito, & succum affricato. Didicimus autē cucumeris radicē plurimū discussorię facultatis esse. Et postea hoc pharmacum scriptum est: Terræ cimoliæ, sulphuris viui, par pondus cum aceto terito, & in balneo affricato, calidatq; abluito. Hoc illinire etiam conuenit pharmacum, non solū, vt dixit, in balneo adhibere. Oēs enim habet facultates quibus affectio indiget, aceto quidē ipsas habente, velut antea est dictum. Solum verò sulfur vltius q̄ conuenit excalfacere & discutere potest. Quapropter cimoliam ei admiscuit, quæ cōpositionem ex vtroq; ad moderatam temperaturam reducit. Ceterum quod sequitur pharmacū vbi inquit, Maluam exiccatam & tusam in vrinam inspergito ac affricato, reprehendo, in quantum etiam superius vrinæ vsum detestatus sum, etiam si facultatem eius affectioni conuenire non negauerim. At quod deinceps scriptum est, in quo ait, fici folia in aqua coquito, & aquam insolato, iniectaq; in ipsam facie vsta affricato, post hæc verò repurgantibus pilos, eluito. Acre valde hoc exterforium medicamentū est, q̄ si in balneo tñ adhibeatur, nō vehemēter valet achoras irritare, præsertim si quis, vt ipse deinceps iubet, proluat, hoc est ex aqua

B dulci caput perfundat. Ad illitionem verò eiusmodi pharmaco vtī periculosum est. Est enim plurimum acre medicamentum fax vsta, quemadmodum in libris de simplicium medicamentorum facultate est cōmonstratum. Quod verò sequitur pharmacū securū vsum habet, eoq; confidenter quis vtetur ex spuma argenti laurinoq; cōposito. Miror autē quomodo, vt laurino simile, oleum simplex admiscet, sic quodāmodo scribens, Argenti spumam cum oleo albo, aut laurino tritam, vbi calida prælaueris circūlinito. Longe enim deficit à laurini facultate oleū cōmune, quod albū appellauit, è regione ipsum à laurino distinguens. Quin & quod post hoc scriptum est, consimilem habet absurditatem: pro spuma enim argenti, cerussa vtitur, diluit autē ipsam myrteo aut laurino, cum multam omnino differētiam hæc pharmaca habeant: alterū enim repulforium est, alterum verò plurimū calcificat & discutit. Vfusq; eorum est repulforij quidē in principio, discussorij verò, vbi humor qui achoras generat iam est firmatus. Amplius autē deinceps cū rubi canini folia contunderet & exuccare iubet, deindeq; oleo miscere, imbecille est pharmacum, & incipienti affectioni solummodo aptum, vt potē cum rubus caninus adstringat. Tale pharmacum est etiam plumbago cum cerussa vino subacta, vsquequo ad cōpagem quæ illini queat redigantur. Porro contrarię prædictis facultatis sunt, quorum æqualiter nulla distinctioe apposita meminit, id videlicet quod ex nasturtio, & quod ex scilla constat. De priore quidē hæc verba tradens. Nasturtij & salis parem modū adipi anserino admisceto, terito, ac vtitor. De altero verò sic scribit: Scillā in fornace velut cucurbitam cinere obruito, cumq; mollis fiet, exprimito, deinde ad succum oleo non multo admisto, illinito. Manifestum verò est multo vehemētius esse, q̄ hoc quod ex nasturtio apparatus. Quod verò deinceps tradit, ex mitigatoriorum pharmacorū genere est, quod vbi dolor quispiam vehemēs circa achoras existit, donec eum leniat, cōuenienter adhibetur. Si verò duos & inueteratos achoras discutere velimus, omnino imbecille est. Scripsit autē in hunc modum de eo Apollonius: Mitigatoria ad Achoras inflamatos, & ad ragades ani intumescētes rimasq; ac fissuras sedis &c. Olei q̄ optimi heminam in pilam plumbeam infundito, & plūbeo pi stillo terito, donec crassum & subnigrū reddatur. Deinde seorsim spumæ argenti libram vnā, & cerussę tantūdem, terito, oleoq; admisceto. Postea verò cloto & liccato capite, pharmacū illinito. Neq; verò ex simplicī tñ oleo, sed qñq; rosaceo, qñq; myrteo apparatus, & ad rugas ani intumescētes rimasq; ac fissuras sedis, ad vlceratq; dolentia, omniaq; alia quæ ex fortiorum pharmacorum vsu exacerbata sunt, optimum medicamentum habebis. Egregiē enim ea lenit, etiam si serpendo exedentia, aut etiam cancrofa, aut quomodocunq; maligna existant. Nequa igitur eius cōpositionem nunc scribere oportuit, sed quemadmodum ego antea dixi, sufficiebat illud dicere q̄ dolorosici achores eiusmodi pharmacis mitigantur. Cōmune enim hoc est in oibus dolore affectis, propriē autem faciens ad achoras. Deinceps autē tale pharmacum scripsit: Spumæ argenti, 3. viij. foliorum rutæ tenerorū, 3. v. olei, 3. viij. acetī heminæ quartam partē, simul trita capiti illinito. Hoc sanē pharmacum multo vsu habemus exploratum. Propinquū autē ipsi facultate est id quod consequenter ab eo est cōscriptum, iuxta hanc cōmensurationem, Cerussæ, 3. vi. spumæ argenti, 3. iij. ceræ tantūdem, sulphuris, 3. {vi.} olei rosacei aut myrtei quod satis est, vt ceratū liquidum fiat. Arida cum cerato cōmittito, caputq; inde illinito. Hoc autē & ad oēs in toto corpore eruptiones vehemēter cōmodū est, vt ritē sit ab Apollonio conscriptū. Quin & quod postea sequitur, plurimū discussorium est, vt quod spumā nitri habeat multā, adeo vt, nisi olei multitudine castigetur, acrius sit q̄ conuenit. Iubet autē ad vnā spumę argenti partē, quincuplū spumæ nitri admisceri, hisq; dū teruntur paulatim oleū adfundi, donec ad cōpagem illitioni aptam redigantur.

Quæ Crito ad achoras pharmaca scripsit.

In Methodo de curandis morbis vniuersales facultates pharmacorum ad singulos morbos recensui, verum paucorum definitæ materię exemplorum mentionem feci, reiecta illic multitudinis ipsorum cōmemoratione. At verò in præsentī, quam nunc in manibus habemus, tractatione

Quinta Classis.

RRRRR ij omnia

omnia quidem quæ omnes pharmaca scripserunt, longum fuerit recensere. Quæ verò à probatis medicis per experientiam tradita sunt, ea omnia visum est mihi cōducibilius enumerare, quò etiam inter se propinqua, & quæ omnino eadē apparent, paululum verò iuxta appōderationem aut p̄parationē euariant, hi qui in his scriptis versantur cognoscant, eaq; maxime p̄parent quorum materias in promptu habent. Contingit enim aliquando, vt aut in totū ea quæ in cōpositionem miscentur nō reperiamus, aut talia reperiamus, vt ipsa inijcere nō audeamus. Caterum eius maxime in componendis pharmacis cura habenda est, vt bona integraq; & in vigore sint omnia quæ admiscentur. Ob id igitur etiam iam omnium quæ Crito tradidit, mentionem faciam: nam is sanè diligentius achorum curam tractasse mihi videtur. In quinque itaq; sermones doctrinam de ipsis distinxit, quorum primū & ipse recensere. PRIMVS Critonis sermo de achorum curatione. Scribit itaq; Crito hæc verba: Ad achoras in capite cōtingentes, qui plerunq; furfuribus p̄cedentibus fiunt, & ferme etiā scabie, in principio subscriptis cōpositionibus vtetur. **C** Ad achoras recentes. Gluten fabrilis aqua coctum obline. Aliud, Papaueris syluestris & hyoscyami folia cum oleo emplastrī more appone. Aliud, Fici syluestris virgulta aut folia tenera trita cum aqua imposito. In inueteratis verò cum aceto terito. Aliud, Nucum amarorum nucleos in aquam tepidam iniectos & decorticatos, cū aqua terito, & cerati crassitudine p̄aratis imposito. In inueteratis cum aceto diluito. Aliud, Recrementi ferri & rosarum par pondus cum vino terito & imposito. Quidam verò trita cerato rosaceo excepta adhibēt. SECUNDVM sermonem ad achorum affectionē his verbis conscripsit: Circumtensa autem cute, & ob id molestiam inferente, subiectis cōpositionibus vtendum est. **C** Lipara seu pinguis compositio ad achoras, psudracas, papulas feruidas, intertrigines. Est commoda quoq; vitij sedis. Spumæ argenti drac. l. foliorum rutæ tenerorum 3. xxv. aceto diluito, & rosaceo aut myrteo excepta, cum penna illinito. Alia, Spumæ argenti, drach. cc. cerussæ, 3. cl. rutæ, 3. c. staphydis syluestris, 3. xxv. aceti sextarios. iij. myrtei libras. iij. particulatim singula terito, & affuso liquore, vt dictum est composito. Alia, Cerussæ drach. cl. spumæ argenti drach. cc. rutæ drach. centum, myrtei sextarios. iij. particulatim tritis aquam affundito. Alia, Cerussæ vstæ drach. centum, rutæ, 3. c. manne thuris tantundem, corticis pinus 3. l. olei myrtei sextarios. ij. aceti tantundem, similiter cōponito. Alia, Recrementi plumbi, 3. c. pampinorum vitis, drach. c. thuris, 3. centum, myrrha & spumæ nitri tantundem, aceti & myrtei quantum sufficit. In TERTIO autem hæc tradit: At vbi affectio inueterata fuerit, subscriptis cōpositionibus vtendū est, & deinceps ita scribit. **C** Democratia compositio ad achoras humectos & inueteratos. Ladani, 3. viij. cerussæ tantundem, sulfuris viui drach. iij. vino & myrteo oleo subactis vtitor. Alia, Spumæ argenti, 3. viij. pampinorum vitis, 3. viij. succi hypocythidis, 3. iij. spumæ nitri, 3. ij. gallarum, 3. ij. aut. ij. ex aceto & myrteo adhibe. Alia, Malicorij, gallarum, acaciæ fulvæ tantundem: † malicorium & gallas vino macerata coquito, acaciam vero vino dilutā reliquis probe tritis adijcito, cumq; recte omnia comparata fuerint, myrteo excipito. Alia, Spumæ argenti, cerussæ, hyoscyami, misyos vsti, ramulorum cicutæ, æquales portiones: thuris vsti, ramulorum oleæ tantundem, aceto & oleo lentiscino exceptis vtete. **C** Alia valde commoda. † Cerussæ vstæ, 3. viij. spumæ argenti, 3. viij. atramenti futuri, 3. iij. rhois rubri, 3. iij. sulfuris viui, 3. ij. opij, 3. ij. myrrhæ, 3. ij. aceto & lentiscino oleo excipe. **Q** VARTVM verò sermonem de achoris curandis hac verborum serie conscripsit. Quando verò ex his quæ ad achoras scripta sunt, pleraque resicant, magisq; dolorem inferunt, vt potè cute in ipsis affectis circumtensa, subscriptis cōpositionibus vtendum est, per quas post hæc omnia citra dolorem emendari licet. **C** Leuce emplastrum album in exuperabile, faciens ad humectos achoras, & qui ægre tolli possunt, facit & ad papulas feruidas, et intertrigines. Spumæ argenti, 3. c. ceræ, 3. c. alij. l. habent, cerussæ drac. c. thuris, 3. xxv. aluminis scissi drac. xvi. terebinthinæ drach. xxv. piperis albi drach. iij. olei sextarium vnum, arida tundito. Oleum verò & argenti spumam ac cerussam in ollam nouam coniecta ad prunas coquito, atq; vbi mutationem acceperint, ceram & resinā addito, ac donec nō inquinat amplius manus agitato, deinde ab igne ablatis, & quodāmodo refrigeratis arida adijcito, & in pilā translata diligenter emollito. Vtitor autem in linteolum impactis, soluitoq; tertia die. Magis autem commodari pharmacum hoc, si cum melino emplastro Passionis fuerit permistum, ita vt emplastrī in exuperabilis, Anicetum Græci hoc appellant, partes duæ, Melini autem Passionis vna pars committantur. Alia, Cerussæ, 3. cxx. spumæ argenti, 3. lxxx. cere, 3. xxiiij. terebinthinæ, 3. xij. mānæ, 3. xvi. aluminis scissi, filis, viij. olei heminas. ij. committe vt dictum est. **C** Melinum Leuci emplastrum, quod omnem fluxum resiccat, faciens ad achoras inueteratos & humectos. Ceræ, 3. viij. sandarachæ, 3. iij. adipis vitulini, 3. iij. terebinthinæ, 3. ij. thuris, 3. i. myrrhæ, 3. i. aluminis scissi vsti, 3. i. corticis pinus, 3. i. olei myrtei quod satis est: liquefacta cum aridis committito. **C** Aliud Melinum Hygieni, resiccans omnem fluxum. Spumæ argenti lib. i. cerussæ lib. i. salis fossilis lib. i. aluminis scissi libræ dimidium, atramenti futuri sextuncem, olei sextarios. ij. aceti sextarium. i. Oleum, salem, cerussam, spumam argenti, donec non inquinat manus coquito, arida verò tusa, cribrata, acetoq; diluta, ad refrigeratum pharmacum addito, paulatim ad stillando ac affludē agitando, deinde in pilam translata ac probe emollita tollito ac vtitor. **C** Thebei emplastrum ad achoras humectos. Spumæ argenti, 3. xlvij. cerussæ, 3. xxiiij.

* AP. L.

* AP. L.

† 1000.

† In antiquis cod. ita legitur. Cerussæ vstæ drach. iij. spumæ argenti drac. iij. atramenti futuri drach. ij. rhois rubri, 3. ij. sulfuris viui 3. ij. myrrhæ, 3. ij. aceto & lentiscino oleo excip.

A xxiiij. corticis thuris, 3. xij. gallæ omphacitidis drac. xij. cere, 3. viij. resinæ terebinthinæ, 3. xvi. olei feliuheiminam, composito vt dictum est. **Q** VINTVM postremum sermonem de achoris Crito ita orditur: Caterum vbi affectio decreuerit, & cicatrix perfecte fuerit obducta, ad totius mali translationem subsequens compositionibus vtendum est. Deinde smegmata plura scribit, vnum quodq; iuxta hanc cōpositionis formam. **C** Smegma ad achoras, furfures, asperitates & scabies.

* AP. duas.

* AP. duas.

* AP. vnciam vnam.

Terra cimolia lib. i. nitri rubri lib. i. expressionis nucis vnguentariæ sextuncem, alij lib. s. habent, myrrhæ, 3. octo, piperis albi, 3. octo, nardi celticæ, 3. iij. calicæ drach. iij. colli, 3. iij. cōtusa & cribrata reponē, ac vtete in balneo. Aliud, Nitri rubri lib. iij. terre cimoliæ tantundem, expressionis nucis vnguentariæ, lib. ij. cyperi lib. i. alij. iij. baccarum lauri lib. i. iridis aridæ lib. i. radices bryoniæ, alcyonij, amygdalarum repurgatarum, cornu ceruini vsti, singulorū libræ vnam, composito vt dictum est. Aliud, Fecis vini vstæ, quam Romani fecalam, nos tryga appellamus, lib. xxiiij. aque pluuiæ sextarios. xlvij. thuris lib. ij. terre famiæ lib. ij. olei fabini lib. iij. alij sextarios. iij. cere lib. iij. & dimidiam. Facem & aquam in dolium figulinum non picatum coniecta ad dies. vij. madescere sinito, & ter in die cum ferula agitato. Sequenti deinde die dissolutum & sacco excolatum liquorem in vas æreum splendidum transferto, & igni impositum coquito, lulentiore autem igne vtaris: atq; vbi tertia pars reliqua sit, oleum & ceram iniice, rursusq; ad lentum ignem decoque: postquā verò iniecta fuerint liquefacta, thus & terram famiam trita, addito, conuassato, & in vitreum vas robustum transferto, tenuia enim rumpuntur. Vtitor autem tempore affectos locos circūlinens & diligenter cōfricans, abluere iube. Præstaret quidem in balneo id facere, qd si fieri nequeat, in domo abluatur. Commodum est pharmacum ad omnes sordes, asperitatemq; ac scabiem cutis, itemq; ad impetigines. Aliud, Fecis vini vstæ lib. i. aque pluuiæ sextarios. vi. thuris albi lib. ij. mastiches lib. ij. alcyonij lib. i. ammoniaci thymiamatis lib. ij. terre famiæ lib. ij. olei rosacei lib. ij. cere Tyrrhenicæ albæ lib. ij. Facem in aqua vt dictum est macerato, ter singulis diebus cum ferula strenuè agitando. Deinde excolatum per saccum liquorem in vas splendidum transferto, positumq; ad ignem ad dimidiam partem coquito, deinde liquecibilia adijcito, atq; vbi dissoluta fuerint, alcyonium tenuissimè tritum inspergito. Habeas autem ad manum prompta, in fecis aqua dissoluta, pbeq; trita, thus, ammoniacum, mastichē, terram famiam, eaq; strigmēticia p̄dicta crassitudine, hæc vbi adieceris, ac diligenter subegeris insperge, et ablatis vtitor. **C** Aliud *Diasmyrnum* appellatum. Fecis vstæ lib. xxiiij. aque pluuiæ sextarios quadraginta octo, olei fabini lib. iij. cere lib. iij. terre famiæ lib. ij. thuris lib. ij. mastiches libram. i. ammoniaci thymiamatis lib. i. alcyonij lib. i. myrræ, 3. viij. Composito ac vtitor vt dictum est.

Que Cleopatra in libro de ornatu ad achoras scripsit.

Porro quæ Cleopatra ad achoras scripserit, ea deinceps referentur illius ipsius verbis: Fœno-græco tenui cocto, & in betæ nigre succo macerato caput eluatur: aut betæ decocto, aut terra cimolia in his macerata, atq; exoluta, inungatur: aut myrto leuigata ex vino & oleo, *διπλόρον* vocat, superneq; betæ folia imponantur. **C** Aliud ad valde vlceros. Cerussæ frictæ, 3. ij. thuris, 3. ij. sulfuris, 3. i. trita ex oleo illinito. **C** Aliud, quod & ad furfures facit. Nitri, atramenti futuri, vtriusq; 3. i. terito affuso oleo, & illinito. **C** Aliud ad achoras. Myrrham & myrri albæ folia viridia vino trita illinito. Aut terram cimoliam torrefactam cum vino nigro illinito. Aut cerussæ & plumbaginis æquales partes cum myrteo tritas illinito. Aut sulfuris viui, 3. vi. thuris masculi, 3. i. aluminis scissi, staphydis syluestris, id est pedicularis herba, eruce, spumæ nitri, singulorum, 3. i. atramenti futuri, 3. i. rute ramulos tres, terito aceto moderate affuso, item laurino, aut myrteo, aut crocino, aut oleo veteri ad stillato, quo pinguis compositio fiat, eamq; vbi prius hoc smegma affricueris illinito. **C** Smegma. Hyssopi chœnicem, i. lupinorum chœnicem, ij. ptisanæ chœnicem, i. fabæ frescæ chœnicem, i. radices cucumeris syluestris, 3. iij. Hæc trita misceto, & adfricanda præbeto. **D** Idem & ad lepram & ad varos facit.

Que pharmaca Soranus ad achoras scripsit.

Quandoquidem verò & Soranus de achoris, tum in quarto de medicina, tum in vnico mendendi libro, quem Monobiblum inscripsit, pharmaca quædam tradidit, quæ etiam nobis per experientiam constant, partim quidem proprio, partim verò p̄ceptorum, aut medicorum amicorum vsu cognita. Quare etiam ea ipsa hic apponemus iuxta ipsius dictionem hoc modo tradita: Vbi multus sanie flutor existat, & vexatio doloris vehementer incumbat, lenticulam coctam tritam cum exiguo melle cataplasmatim modo imposito. Aut panem cum coriandro, aut plantagine, aut solano, aut seride, aut polygono, aut perdicio herba. Soranus quidem igitur velut in implicata affectione, eiusmodi remedia adhibet, iuxta propriam sectam ratiocinatus. Apparent autem reuera cōmoda in principijs & circa generationes, cōmuni repellēdi ratione. Deinceps verò inquit: Vbi autem exacerbationes remiserint, radendi sunt loci, & fœnigræci decocto aut betæ, & similitum, ex aqua, non vrina confricandi. Quemadmodum etiam nos prius reprehendimus eos qui per vrinam eiusmodi fricationes faciunt. Postea verò pharmaca scribit, etiam nobis, vt dixi, cognita, Plumbaginis, sulfuris viui, æquales partes terito, & affuso rosaceo, aut myrteo, aut lentiscino donec strigmētiosum reddatur, illinito. Aliud, Sulfuris viui, spumæ argenti, cerussæ,

Quinta Classis.

RRRRR iij omnium

omnium æquales partes, croci dimidiam, trita cum passo cretico illinito. Aliud; Rutę Iętiga-
tę qrach. iij. spumę argenti. 3. viij. aceto & oleo rosaceo admisto illine. Aliud, Spumę argenti
3. xx. calcis viurę. 3. xx. aceti heminam vnam, † terito ac velut liparan aliquam seu pinguem com-
positionē illinito. Aliud, Chalcitidis. 3. ij. sandaraches. 3. iij. spumę argenti. 3. † i. j. vino auste-
ro & myrteo oleo simul trita illinito. Huic verò deinceps Soranus aliud forte pharmacū scripsit,
quod pro sue sectę instituto Metasyncriticum, hoc est, quod ex alto euocat humores ac transfert,
appellauit. Cōuenit autem in inueteratis & egrę cedentibus achoris, ex eiusq; vsu quispiam me-
dicus nobis amicus magnū nomen adeptus est. Olei cedrini sexta. ium. i. aceti acris sextarios. iij.
coquito donec exhalet acetum, deinde adijce adipis suilli veteris sale seruati lib. ij. eoq; liquefa-
cto ollam ab igne aufero, & nitri triti bessem, sulfuris viui sexuncem, sandaraches vnc. i. infarci-
to. Postquam verò illitum pharmacum exaruerit, in balneo per prædicta smegmata confricari iu-
be, perq; vinum & oua ac nitrum, & per radicum cucumeris syluestris decoctum: aut fece rhodia
& pumice, cum aqua calida.

Ad psyracia, & achoras, pustulasq; vlcerosas, helcydria Græci
appellatas, & exanthemata in capite.

CAP. 9.

AD præscriptas affectiones conuenienti victus ratione vti oportet, corporisq; ac capitis pur-
gationem adhibere, per pilulas ex aloe, colocynthide & scammonia, ita vt brassicę succo
coactę ex his pilulę exhibeatur. Deinde ipsa locali curatione vtendum est, cuius generis est, ad-
antum cum rosaceo illitum. Aut scenigræci decoctum adfrictum. Aut malua cum farina hordea
cea pro cataplasmate imposita. Aut melilotum cum farina scenigræci ex vino impositum, & cicē-
rum decocto, ipsumq; cicē coctum impositum, nucis amarę commansę & illitę. Discutit autem
maximę & lilij radix affricta, & thus cum vino & aqua, & lupinorum amarorum decoctum affri-
ctum, bulbi cum nitro affricti, thus ex aceto illitum, putamen mali punici cum laurino illitum.
Aut anchusę radicem vstam & tritam cum oleo donec strigmenticiam crassitudinem accipiat,
cum penna illinito, & ægrum iuuabis.

GALENI DE COMPOSITIONE MEDICA-
MENTORVM LOCALIVM, SIVE SECVNDVM
LOCOS LIBER SECVNDVS.
ARGVMENTVM LIBRI.

Medicamenta exponuntur ad dolores, contusiones, vlceraq;
& ceteros capitis affectus.

De omni capitis dolore, dimidiaq; eius partis affectione vniuersalis doctrina. CAP. I.



Vicunq; citra distinctionē indiscriminatimq; doloris capitis auxilia scripserunt,
maius detrimentum, q̄ emolumentum ijs qui eis fidem habuerunt, attulerunt.
Nec enim oēs ob vnam affectionem caput dolent, sed tum ipsę affectiones plu-
res sunt, tum curatio ipsarum singularū propria existit. Vna etenim affectio est
iuxta intemperiem simplicem citra humorum cōplexum. Alia iuxta humorum
qualitatem, velut etiam tertia quæpiam alia iuxta multitudinem tm̄ ipsorum hu-
morum cōtingit. Quibus accedit ea quę fit, cum humores transitus liquorum ac
vaporum obturarint. Et ad hæc alia est, cum in quibusdā capitis partibus, ppter imbecillitatem,
flatus spiritus innascitur. Qñq; etiam ob causam aliquam externam, procatarticon Græci ap-
pellant, velut est ardor externus, frigiditas, ebrietas, plaga, capitis dolor contingit. Vehementissi-
mi igitur capitis dolores sunt iuxta caliditatem & frigiditatem, maximę cum inæquales existant: mo-
derati verò iuxta siccitatem: ad humiditates verò nullus cōsequitur dolor. Eodem modo cum ob
redundantes humores siue iuxta oēs capitis partes, siue iuxta vnam quācumq; tandem, siue duas,
dolor cōtingit, vehementior quidē ob calidos & frigidos, moderatior autem ob resiccantes citra
caliditatem aut frigiditatem manifestā oboritur. Humectantes verò penitus nullum dolorē inducunt,
quantū ad qualitatem ipsorū attinet, ob multitudinē sanē instrumentaliū partium morbos faciunt,
nō tm̄ similitudinē partium vllū aliq̄, in quibus solum affectiones iuxta intemperiem simplicem sunt.
At verò affectiones ob humorū multitudinē, citra quidem obturationē, caput grauāt: cum obtu-
ratione verò, si quidē ea moderata fuerit, moderatē dolorosę, sin fortis, fortiter cōtingunt. Quod
si etiā mordacem qualitatem humorū multitudo cōplectatur, etiā iuxta hanc dolorē augebit. Atq;
hæc quidē differētie sunt affectionū, quantū ad causas attinet eas, pducentes. Alię verò sunt iuxta
affectarū partium naturā. Aliqñ enim extra caluariā affectio est, aliqñ intra. Et qñq; quidē omnium
exteriorum aut interiorū est, qñq; nō omnium, sed vnus tm̄ corporū generis arteriarū videlicet,
aut

† Ad dicit in ali-
qbus ant. olei
heminā vna.
† Al. ij.

Aut venarum, aut neruorum, aut membranarum, aut cutis, aut ipsius adeo cerebri. Itaq; difficulti-
mum est affectū cognoscere locum, siue vnus, siue plures vno existant, aut qui tandē hi ipsi extēt.
Nec verò affectionē inuenire promptum est, sed & hoc exercitato homine indiget, qui tum per
rationis exercitium, tum per multā & assiduam affectionis ægorū inspectionem, eā cognoscat.
Proprietates enim aliq̄ quidē omnino dici non possunt, quędā verò egrę circa agrotantia cor-
pora ostendi possunt, vt potē quę tm̄ ijs qui eas sæpe viderunt cognite existant. Non parum verò
ad affectionis cognitionē faciūt quędam ex causis antegressis, quę priuatim procatartice, id est
antegressæ medicis Græcis vocātur, velut cum manifestus sensus & offensa ægros ardoris aut fri-
goris contigit: & facile sanē eiusmodi affectiones recētes sanant: probeq; & ritē ab eis initiū sum-
pserunt medici, qui præsidia ac auxilia morborum cum distinctionibus descripserūt. Multa qui-
dem igitur à vetustioribus pharmaca simplicia & composita ad huiusmodi affectiones descripta
sunt. Mihi verò etiam hęc satis erit ex recentioribus apponere, qui sanē tum ea quę veteres inue-
nere cōscripserunt, tum ipsi etiam alia quędam addiderunt. Equidem vniuersam curationis sco-
pum singularum affectionum ratio nos docet. At verò materię facultates experientia ipsa demō-
strat. Per hæc igitur auxiliorum copia progressu temporis augetur. Atq; adeo nunc tempus ad est
B sermoni, propria auxilia iuxta singulas affectiones describendi, initiū ab ijs quę secundum qua-
litates solas a naturali cuiusq; particula statu discesserunt, facturo.

Quę Apollonius ad capitis, propter ardorem, dolorem conscripsit.

Apollonius igitur in primo de facile parabilibus ad capitis dolorē ppter ardorē sic scripsit: Rosa-
ceo assidue caput irrigato, aut lanā siue linteolū rosaceo tingito & imposito. Aliud, Narcissi-
no vnguento similiter vitor. Aliud, Melino vnguento eodē modo vitor. Aliud, Aut mori
succo per linteolum expresso, cum pari rosaceo vitor. Aliud, Portulacę folia tusa, per se, & cū
polentę flore imposito. Aliud, Cupressum tenerā tritam per se, & cū polentę flore imposito.
Aliud, Solanum per se, & cum polentę flore imposito. Aliud, Sesamum terito & rosaceo
adstillato imposito. Aliud, Vitis folia cocta trita cum mulsā aqua imposito. Aliud, Folia ri-
cini cōtusa & in octo aque heminas coniecta sub diuo per noctem exponito, & cum aqua caput
perfundito, & post hæc quę ad huiusmodi affectum scripta sunt, emplastri more apponito.

Aliud, Conyze odore falciculū decem & sex digitorū, in aque heminas octo cōiectū sub diuo
per noctem exponito, & leniter aquā effundito. Vtendū & cibi subtractione, & ventris euacua-
tione, somnoq; & quiete. Vitāda autē maximę vinū, sol, & balneū. Amplius autē & fomēta, cla-
mor, cōtentio, omnisq; mētis perturbatio, & percussio. Atq; in loco bene perspirabili † degendū.

* Al. m̄ p̄ av. i.
amarulentia.
† in vno q.

Ad capitis dolorem ex frigore.

Iriuo vnguento calido caput rigato, Vtere etiā lanis ac linteolis in eo madefactis. Aliud, Lau-
rino vnguento similiter vtere. Aliud, Farina cocta cū aqua mulsā vitor. Aliud, Lauri folia te-
nera cū irino vnguento trita capiti infunde. Aliud, Sampsocho cū vino trita aut rosaceo simili-
ter vitor. Aliud, Cyperum tusum adipe anserino admisto, capiti illinito. Aliud, Cornu cer-
ui exurito, eiusq; acetabulo vinū odoratū dupla mensura admisceto, terito, ac illinito. Aliud,
Conuenient & fomēta per spongiās calida imbutas & expressas, maximę si lauri folia tenera in
aqua fuerint incocta, aut sampsochi, aut cyperi: & lanarum mollium pilei vnguento irino & vino
rigati, capitiq; circūpositi. Item tegmina, & tepor, & ciborū subtractio, ac ventris euacuatio. Am-
plius autē & somnus, & quies, & corporis tranquillitas ac lætitia. Vitanda verò similiter, clamor,
cōtentio, vini potus, & frigiditas. Hęc quidē auxilia aduersus capitis dolorem ex ardore † & per
frigerationē obortum Apollonius scripsit. Appellant autem ardorem, ex Sole æstiuo circa ca-
put factā pseuerantē caliditatem. Oēs enim hoies in sole æstiuo diutius versantes capite incalescūt,
nō tm̄ omnibus æqualiter caliditas pmanet, sed statim quiescit, quibusdā etiam ante balneum, ple-
thorę verò post lotionē. Quibuscūq; autē pmaserit, affectionē capitis iam iuxta habitū solutu diffi-
cilem, nō verò iuxta simplicem modo cōtactum habitumq; solutu facile putantes, ardorē appellāt,
hoc Græci uerā σφῆρα, illud uerā ἔψυ dicūt. Aliqñ igitur sola intemperies cōsistit, affectione circa
caput calidiore facta: aliqñ verò etiam humorū aut vaporū multitudo ad ipsum caput decurrit:
& maximę cū redundātia quędā humorū, quā Erasistrati sectatores plethoran, hoc est plenitudi-
nem vocāt, in toto corpore oberrat. Fit autē hæc quatuor humoribus ex equo auctis, aut etiā san-
guine solo. Nā cū alius quispiā humor redūdarit, velut est pituita, & flava bilis, itemq; nigra, eius-
modi auctio siue redundātia, nō plenitudinē, nec simpliciter multitudinē, sed cū appositio-
ne pituitæ, aut bilis flauę, aut nigre, in corpore factā multitudinē dicūt. Ceterum eis qui ex ardo-
re caput dolent, cutis tactui aridior ad primū cōtactū apparet, oculosq; rubros habent, frigidisq;
tum pfusionibus, tum illitionibus gaudēt. Principio igitur repulsoria curatione vtendū est, ex re-
frigerantibus & adstringentibus cōstante. Postea verò mitigatoria & cōcoctoria pharmaca ad re-
pulsoria admiscere oportet. Deinde etiā ex discussorijs q̄piā addendū, paulatim detractis phar-
macis quę repellunt. Optima sunt autē censenda quę tenuium partium substantia prædita adhibē-
tur. Quapropter in principio qdē melius est rosaceo, pbē apparato q̄ frigidissimo caput pfunde-
re, lanæ falciculo in orbē circūposito, iuxta frōtē quidē, vbi pilosa eius pars desinit, iuxta vtrumq;
Quinta Classis. RRRRR iij verò

sticuli, & alæ, & ex piscibus petrosi, & teneris carnibus præditi exhibebuntur, & columbarum pul-
 li. Hæc verò omnia citra garum, & vinum, in albis ac simplicibus iusculis coquantur, in quibus aqua
 sola cum oleo, & anetho, ac exiguo porro, cocturam perficiat, exiguo adiecto sale, non statim in
 principio cocturæ, sed cum iam aliquo modo flaccida facta fuerint ac victa. Manifestum verò quod
 tum hos, tum omnes qui caput dolent, augefcente adhuc & vigente dolore, quiescere melius est:
 remittenti verò ac decrefcente, in locis aptis deambulare. Apti sunt autem isti qui calferi opus ha-
 bent, loci calidiores: qui frigeferi, frigidiores. Et ante cibum quidem pluribus deambulationibus
 utendum, post acceptum verò cibum brevibus & lentis. Oportet etiam neque multa comedere,
 neque statim deambulare, sed post duas aut tres aut etiam plures horas. Quod si quando ex vapori-
 bus & humoribus in caput sublatis reliquæ quædam relinquuntur, tenuibus poris ac meatibus
 impactæ, & ob id etiam capitis dolor perseveret, à rosaceo quidem abstinere expedit. Utendum
 est autem primum quidem chamæmelino moderatè calido, postea verò irino: maximopere enim
 huiusmodi affectiones iuuant. In balneo verò caput calida perfundatur, non solum ob id ut qui-
 piam circa ipsum discutatur, sed & somni conciliandi gratia, quapropter etiam secundum, aut ter-
 tium etiam, ad vesperam balneum apparandum est, acceptis ab eo lactucis ex aceto, exiguo aut
 omnino nullo addito garo, verum aqua affusa multa, ut acetum planè exæquet, nisi omnino aquo-
 sum sit acetum, nam & huiusmodi magis quàm acerrimo opus habent. Caliditatem enim in se aliquam
 tale acetum complectitur. Post hæc verò postera die, quæ magis caput calfaciant adhibenda. Ita ut
 ad irinum aliquando Amaracinum vnguentum addamus, aliquando verò Nardinum. Quædam
 etiam pretiosa, quibus opulentæ fœminæ etiam si nihil habeant mali, uti consueverunt. Per huius-
 modi sanè medicatiõis ductum, capitis dolores ex vini potu obortos in totum per sanauit, nullo ab
 Apollonio præscripto pharmaco usus. Cum enim per ea quæ iam dixi scopum contingerem, nul-
 lum ex Apollonij scriptis spem mihi adiecit, ut, pbe dictum esset, & superuacaneum amplius erat
 eorum experimentum facere. Cæterum post prædictas tres affectiones capitis dolorem inducen-
 tes, Apollonius quartam hanc insuper addidit.

Ad dolorem capitis ex plaga aut casu, Apollonij.

Rosaceo & aceto tepefactis caput rigato. Aliud, Rolis siccis maxime coctis, aut certe in pas-
 so maceratis, aut aqua mulla tritis pro cataplasmate utitur. Aliud, Meliloto similiter apparato
 utitur. Aliud, Myrti albæ folia tenera cum vino & myrrha trita emplastrum more imposito.
 Aliud, Irino vnguento & aceto illinito. Aliud, Absinthium tritum cum vino & myrrha trita
 trita imposito. Aliud, Pulegio trita ex vino similiter utitur. Aliud, Pulegium & myrrham
 trita similiter adhibeto. Aliud, Apij comas cum vino coctas ac tritas imposito. Aliud, Ma-
 la cotonea cocta ex vino imposito. Conuenient & fomenta per spongas aqua calida imbutas,
 & mollium lanarum fasciculi aceto & rosaceo conspersi. Ad hæc & quies, & corporis tranquillitas,
 & subtractio cibi, euacuatio, fuga eorum quæ offendere possunt, qualia sunt sol, balneum, vini
 potus, clamor, cõtentio, & ex istis quæ alimenti loco exhibentur, acida & acra ac falsa. Hæc quidem
 Apollonius scripsit de capitis doloribus ex cõspicua plaga obortis. Verum operæpretium est
 nosse nos, eiusmodi affectionem nullam aliam quàm inflammationem esse, quæ non ex plaga solum
 aut casu, sed citra etiam manifestam causam, iuxta omnes corporis partes, propter humorum in-
 fluxionem fieri consuevit. Si quidem igitur plaga vulneris aut contusionis causa existat, plu-
 res scopi erunt ad remediõrum inuentionem. Vnus quidem in vulnere, ad quod cõglutinanti-
 bus & inflammationem arcentibus pharmacis uti oportet, postquam vlcis labia sibilis im-
 positis cõstrinxerimus. Alter verò in contusione, & tertius in doloribus, qui quandoque in ipsis solis
 percussis partibus fiunt, plerumque verò etiam ad vicinas partes extenduntur. Etenim membrana
 quæ caluariam ambit, & cutis quæ forinsecus circumtenditur, utraque propriam substantiam cõti-
 nuam habet per omne caput extensam: & ob id sanè sæpe ipsum {vniuersum} dolere cõtingit,
 præsertim si vsque ad membranam os caluæ ambientem plaga penetret, quam diducta membrana
 caluariam ambiente, ossesque cõscalpto, abrafo ue carne generanda curare oportet. Quod si per cõ-
 munionem membranæ caluam ambientis, quam ad duram cerebri membranam circa futuras ha-
 bet, etiam intra caluariam inflammatio ipsa distribuatur, non absque periculo eiusmodi capitis dolor
 existit. Cõtingit autem non parum sæpe in casu præsertim ex sublimi facto, ut quædam circa ce-
 rebrum aut membranas eius, partes abrumpantur: quod ubi cõtingit, etiam amplius capitis do-
 lor inualefcit, ipsaque affectio tota ægrè curabilis redditur, & periculum ingens ac præceps im-
 minet. Optimum itaque fuerit in his, nisi ætas prohibeat, & nisi vitalis facultas debilis appareat, à
 venæ sectione curationis initium facere, & conuenientibus capitis irrigationibus uti, ex lana ni-
 mirum oleo dulci imbuta, capiteque ex ea confecto. Quod si quippiam horum, siue ætas, siue
 virium debilitas, aut etiam ambo simul, sanguinis detractionem fieri præpediant: aluum per cly-
 sterem euacuabimus, tum ut superflua in ipso recrementa extrahamus, tum ut humores qui ad
 affectas partes inde ferri consueverunt reuellamus, atque inde auxilijs ad inflammationes
 commodis utemur. Si verò membrana cerebri fuerit vulnerata, egregiè ipsam conglutinat, in-
 quit Archigenes, calaminthæ succus infusus, & farina milij arida inspersa. Deinde butyrum,
 &

A & rosacetum, ac adeps suillus infusus vetus, tepefacta ac mistim infusa. Cæterum hoc modo affectos
 à vino & cibis crassioribus abstinere oportet, maxime si febri sint correpti. At qui prædictam eua-
 cuationem consulit etiam Apollonius, qualem autem fieri oporteat non ostendit. At verò acetum
 rosaceo admisceri iubet, quemadmodum in phreneticis & lethargicis in principio plurimi medi-
 ci facere consueverunt, verum non rectè mensuram vtriusque dicere reliquit, Empiricorum simili
 transitione usus, non indicatione dogmaticorum. Affectio enim ipsa nobis indicat auxilia. Quan-
 titatem autem singulorum, & particularem materiarum differentiã simul tum affecta particula,
 tum ægri temperamentum indicat. Et ad hæc vitalis facultas, deinde ætas, & ambientis nos aeris
 temperatura, iuxta regiones, anni que tempora, & prædominantem anni constitutionem euarians.
 In phreneticis quidem igitur, cum omnia quæ extra caluariam, circaque cutem & pelliculam calua-
 riam ambientem ab affectione immunia sint, veteres conuenienter acetum admiscuerunt: ea ra-
 tione persuasi, quam in commentarijs de pharmacorum compositione per longum recensui: quã-
 do videlicet ad affectiones in profundo corporis obortas, pharmaca diuersa ab istis quæ ad affectio-
 nes in superficie hærentes destinata sunt, adhiberi oportere dixi. Exoluitur enim omnium ipso-
 rum vis in transitione per profundum, & ob id ad propria affectioni auxilia aliquando contrariæ
B & nocentis facultatis pharmaca admiscemus. Cum namque inflammatio dolorem inducat, maxime
 contrarium est acetum reliquis auxilijs admiscere, ut potè quod neque mitigandi, neque laxandi vim
 aliquam in se complectatur. Sed cum per sinciput, (neque enim per aliam quampiam capitis par-
 tem transitus patet.) pharmaci facultatem intra penetrare velimus, tunc sanè ad admisionem ali-
 cuius eorum quæ propria natura auxiliantur ac in profundum ducunt, deuenimus: tenuium par-
 tium substantiam quandam inuenientes, quandoque quidem frigidam, velut acetum: quandoque
 verò calidam, velut euphorbium, affectione quæ curationi subiacet cõsiderata ac perspècta, num
 calfacientibus opus habeat an refrigerantibus. Iuxta hanc igitur ratiocinationem, si quidem cras-
 sæ cerebri membranæ nudæ rosaceum offeratur, quemadmodum in his quibus capitis ossiculum
 aliquod excisum est, fieri consuevit, solum ipsum leniter tepefactum adhibemus. Cum verò citra
 denudationem per capitis iuxta sinciput partem, sana & integra existente caluaria, rosaceum ad
 cerebri membranam peruenire velimus, acetum ei, ut eò perducatur admiscemus. Cuius item rur-
 sus vehemens facultas tum per viarum transitionem, tum per rosacei misturam exoluitur. Qua-
 propter Apollonius in eo quod acetum rosaceo indefinitè admiscere iussit, peccauit. Cutis enim
 capitis aut quæ post eam est membrana caluariam ambientis inflammationes, citra quidem ve-
 hementem dolorem obortæ, per exigui sanè acetum ad rosaceum admisionem iuari possunt: læ-
 dentur autem ubi magnè fuerint, doloremque vehementem induxerint. Deliquit amplius Apol-
 lonius, quod neque tempus vsus singulorum ab eo descriptorum auxiliorum apposuit. Quædam
 enim incipientibus & nascentibus adhuc inflammationibus auxiliantur. Quædam etiam in vi-
 gore consistentibus aut decrefcentibus, aut etiam induratis opem ferunt. Rosaceum itaque cum
 aceto incipientibus. In vigore verò consistētibus, rosaceum solum adhibemus. Quemadmodum
 etiam in induratis absinthiumque ac pulegium ei admiscemus. Ac verò quæ citra indurationem
 decrefcent inflammationes, pharmacis laxantibus appellatis solum opus habent. Relata est autè
 tum materia, tum compositio ipsorum in prioribus huiusmodi tractationis commentarijs, quos
 edidimus antequam hoc opus sumus aggressi, in quo affecti loci multam indicationem faciunt
 simul cum ipsis affectionibus ad inuentionem remediõrum. Cum igitur affectiones ab Apollo-
 nio descriptæ quatuor sint, quæ capitis dolorem faciunt, ob manifestas causas obortæ: deinde verò
 ex ordine tranlerit ad eas quæ ex obscuris causis producuntur: merito sanè quis ipsum reprehē-
 derit, non solum quod à dogmatica descuerit doctrina, sed quod neque empirica sit vsus. Distingunt enim
 etiam hi affectiones per symptomatum concursus, syndromas ab ipsis appellatos, qui sanè accidē-
D tium ad morbos ipsos congregationes sunt, quæ omnibus euidenter apparent: in quibus concur-
 sibus etiam externas causas ipsi comprehendunt, tanquam partes totius concursus existant. Ve-
 rum nullam talem congregationem, neque symptomatum siue accidentium, neque signorum Apol-
 lonius scripsit, quemadmodum discemus ubi & ad sequentem viri doctrinam non minus quam
 ad priorem animum adhibebimus.

*Condependens ex præcedenti Apollonij doctrina, ad temporum ac totius
 capitis dolores, citra manifestas causas obortos.*

Vnguento Mendefio caput illine. Aliud, Adipem anserinum Mendefio vnguento dilutum
 illine. Aliud, Myrrham vino quam optimo tritam, & ad succi ptisanæ crassitudinem redactam
 illine. Aliud, Myrrham vnguento pretiosissimo tritam similiter adhibe. In pueris autem sinciput
 dolentibus, myrrha cum oleo trita utitur. Aliud, Viticis semen tritum & aqua dilutum im-
 ponito, aut linteolo illitum similiter imposito. Aliud, Lolij farinam cum adipe anserino cõtri-
 tam pro cataplasmate imposito, adipe prius liquefacto. Aliud, Portulacam per se & cum lini
 semine tritam imposito. Aliud, Oleæ folia tenerrima oleo ac vino nigro affuso terito ac im-
 ponito. Aliud, Cinerem quæcumque habes aceto aut aqua diluito, eoque caput rigato. Aliud, So-
 lanum & terram figulinam trita ac læuigata imposito. Aliud, Halicacabi fructum cum adipe
 anserino,

anferino, aut vngueto balanino tritum adhibeto. Aliud, Lentisci folia trita ex aqua imposito. **E** Aliud, Blitum tritum ac oleo dilutum adhibeto. Aliud, Ricini semen aqua tritum imposito. Aliud, Coriandri semen & anethi trita ac melle mista imposito. Aliud, Melanthium tritum, ac oleo dilutum imposito. Aliud, Cuminum & adipem anserinum trita imposito. Aliud, Succum papaveris fabae aegyptiacae quantitate, & salis partes duas, & pulegij partem vnam, cum aceto & vnguento optimo trita illinito. Conuenit item cibum subtrahere, & aluum euacuare, caputq; contegere, amplius vero & quiete agere, omnemq; motum vitare. Quod igitur Apollonius, quemadmodum dixi, indefinite tradendo haec remedia ad capitis dolores absq; manifesta causa factos dupliciter peccarit, neq; vt dogmaticus vir affectiones explicans, neq; vt empiricus earum concursus, idipsum ex illius ipsius dictione didicimus. Quod vero & pharmacorum facultates inter se non parum differant, ex tota virium ipsorum perpensione discere licet. Etenim primum ab eo descriptum simplicis est potentiae laxantis. Talis enim est Mendesii vnguenti facultas. Secundum vero eandem vim intente possidet, in quo ad Mendesium vnguentum anserinus adeps admiscetur. Tertium autem propter myrrham quidem resicatorium est, vnaq; calfacit, propter vinum vero adstringit, vtile his existens in quibus redundante humiditate simul repellere ac discutere proposuimus. Scimus porro myrrhae odorem plurimis etiam fanis dolorem **F** capitis inducere, quare sane eos ipsos qui iam caput dolent non parum offendet. Eiusdem autem facultatis est & quod sequitur quartum. Quintum vero non prope ad horum vim accedit, vbi. scilicet. cataplasma ex aqua & viticis semine componit, quod non solum ab vtraq; facultate tum calfaciendi, tum resiccandi, quibus ea praestant, quae ex myrrha composita sunt, multum deficit, sed & contrarium facere potest in his qui caput ob frigiditatem dolent. Quod vero deinde sequitur ex lolij farina & anserino adipe compositum, in quibus resiccare intendimus vtile est, neq; in capite solum sed & in alijs partibus rationabiliter adhibet, idipsum vero ob anserinum adipem citra molestiam resiccantem contingit. Abunde. n. pharmacum hoc & mitigat & sedat dolorem. Verum quod deinceps sequitur, de quo haec verba scripsit: Portulacam per se & cum lini semine tritam imposito, refrigeratorium est pharmacum, praclare faciens ad affectiones calidas. Quod vero post hoc scriptum est hoc modo: Oleae folia tenerrima oleo ac vino nigro affuso terito & imposito dolorem quidem non mitigat, verum humiditates succorum euacuat. At vero quod deinceps scriptum est forti facultate praestat, in quo videlicet iubet cinerem aceto aut aqua dilui, eoq; caput rigari. Si quidem enim ex aceto praeparatur, inueteratas affectiones, & in scirrhum induratas sanare potest, non tamen dolores mitigatum exilit. Si vero cum aqua cinis diluatur ac percolatur, fortitudine quidem plurimum ab eo deficiet quod ex aceto constat, neq; tamen sic doloris mitigatum erit. Quemadmodum neq; id quod postea descriptum est, ex terra figulina & solano compositum. Superfluum autem compositionem Apollonius in eo quod ex halicacabi fructu constat, ostendit, vtpote quod neq; praedictis, neq; postea dicendis quicquam amplius habeat. Quemadmodum sane ea quae deinceps sequuntur singula alia facultate praedita sunt. Non rite autem fecit haec omnia indefinite tradendo. Quid enim simile habeat cataplasma ex blito cum oleo trito, ad illud quod ex ricini semine, aut coriandri, aut melanthij componitur? Calefaciunt. n. haec & resiccant. Blitum vero debiliter humectat & frige facit. Porro quod in fine sermonis ipsius scriptum est, primum neq; ab vlllo in vsum assumi experiundi gratia consuluerim, ne dum saepe. Raro. n. cogimur pharmacis ex opio vti, cum videlicet praedoloris vehementia homo de vita periclitatur. Quamq; & tunc solida partes ex eius vsu offendantur, adeo vt post haec correctione opus habeant. Sic & ex opio collyria multis detrimeto fuerunt, adeo vt debilem oculum reddiderint, & visus hebetudinem, Amblyopiam Graecis appellatam induxerint: velut etiam auditus grauitatem inducunt, quaecumq; ad vehementem aurium dolorem ex papaueris succo composita sunt. At vero ob capitis dolorem vehementem nemo inquam animi deliquio comprehensus mortuus est, neq; seipsum occidit, quemadmodum **H** quidam colli dolore vexati fecerunt. Vt tuncq; enim dolent, longe minor ipsorum dolor est, quam eorum qui colli, aut auris, aut oculi, aut dentis dolore vexantur. Mitigantur illi ipsi perfusionibus & illitionibus, & cataplasmatum impositione.

Quae Archigenes ad capitis dolorem remedia conscripserit.

Relato igitur iam Apollonio, ad Archigenem transeamus, qui in priore libro de pharmacis secundum genus ei inscripto, hoc modo scripsit. **C** Archigenes ad capitis dolores citra febrem obortos. Communiter in principio auxiliatur eis aquae potus, parcitas cibi, solutio alui. Haec praefatus deinceps pharmaca multiformia conscribit. Praestabilius igitur mihi videtur singulatim vnaquaq; ipsius dictionem in manus sumptam considerare, & primum sane principium eius collaudare, in quo manifeste discrimen ab eo quod quis non febricit inducendum distinxit. Fuit itaq; Archigenes non quidem vulgaris medicus, velut & Mantias, & Heraclides empiricus: verum ad diligentiam quam circa artem fecit, etiam hoc Archigeni accessit, quod posterior natu illis ipsis fuit. Caterum maximum hoc censeretur debet his, qui artem quancumq; tandem rationalem ediscere rite volunt, cum natura apti ad eam fuerint, ingeniosiq; & a pueris in primis disciplinis eruditi. Pleriq; autem ex his qui eiusmodi artes tractant, non vt ipsi sapientes in his euadant, sed vt vulgo tales videantur studio

*ap. Apollonius

A studio habent. At vero Archigenes vt si quis alius, quae ad medicam speculationem attinent diligenter ediscere studuit, atq; ob id merito scripta quamplurima memorabilia reliquit. Non tamen in omnibus sane quae tradidit irreprehensibilis mihi videtur, verum velut ipse pleraq; eorum virorum a quibus adiutus optimus euasit, reprehendit, sic par est ipsum delinquentem a nobis posteris examinari. Difficile enim est vt qui homo sit non in multis peccet, quaedam videlicet penitus ignorando, quaedam vero male iudicando, & quaedam tandem negligentius scriptis tradendo. Quemadmodum sane & nunc mihi in distinguendo non febricitantes a febricitantibus, peccasse videtur, cum non omnes eorum qui non febricitant distinctiones & discrimina apposuerit.

De his qui ex stomacho caput dolent.

Statim igitur primum in his discrimen est doloris capitis ex stomacho producti. Quidam enim etiam si paucillus quispiam humor acris in ventre, & praesertim circa os eius congregetur, statim caput dolent, atq; ob id si diutius famem tolerant, offenduntur. Augetur enim ipsis inedia ferentibus eiusmodi humorum malitia. Eos igitur qui hoc modo affliguntur sanare oportet, ita vt nihil remedium capiti adhibeamus, quando quidem neq; proprius est hic capiti affectus, sed ab humorum in ventre malignos vapores excitantium in ipsum ascensu affligitur. Quemadmodum **B** alij in suffusorum symptomata ob huiusmodi humores incidunt. Quae igitur horum erit cura? vt videlicet affligentes in ventre humores quam celerrime euacuemus. Euacuantur autem ad vomitum procliuus facile ab aquae potu, aegre vomentibus vero difficilius, adeo vt etiam digitorum siue pinnularum immisione venter ad vomitum irritatus, quibusdam nihil amplius effuderit. His igitur conabimur quamprimum cibum boni succi ac stomacho commodum exhibere, si res ita ferat a balneo, si non, ante balneum tantum cibi offeremus, vt ne laedantur inde postea lauantes. A coena autem modicum absinthium in potu dabimus, atq; ita & postridie faciemus, eoq; modo in posterum dietam ipsis constituemus, donec valde bene concoquentes ipsos videamus, atq; tum sane panis paucillum eis praebimus circa tertiam aut quartam horam, aut paulo prius, vel etiam serius, vt satis amplum spatium ad consuetam balnei horam intersit. Quicumq; vero panem circa obsonium edere non possunt, his oliuas, aut palmulas, aut vvas, aut tale quiddam addemus, per experientiam cognoscendo quid ex eis praestet, cum aliud alio melius sit iuxta naturae proprietatem. Caterum ad vitiosorum in ventre humorum redundantiam tum facultatis concoctoriae debilitas, tum oris ventris infirmitas, plurimum conferunt. Quemadmodum etiam sensuum mollities, & ad haec caput ad eiusmodi humorum vapores suscipiendos aptum, quemadmodum & in quibusdam oculi. Ego quidem igitur saepe & in multis expertus sum hanc quam narraui curandi viam, ad capitis ex stomacho dolorem commodam. Archigenes vero cum simpliciter ad omnem capitis dolorem citra febrem, cibi parcitatem auxiliarem scribat, palam facit se nihil de eo qui ex bilioso humore oboritur scire. Quod sane etiam amplius quis crediderit qui postremam eius dictionem ne legerit, quae hoc modo habet. Archigenes, In his vero qui ex stomacho caput dolent, flatuosaeq; distenduntur, acetum in quo papaueris capita incocta sint affundito, aut spongas eo imbutas imposito, deinde polentam cum menta & aceto fronti pro cataplasmate imposito. Aut pulegium cum isdem. Aut solani succum cum rosaceo illinito. Stomachum equidem os ventris appellat, cum & medici hanc partem ita appellare sint aduersi, qui etiam stomachica animi deliquia appellant, & quosdam stomachicos esse dicunt, a quopiam videlicet in eo loco oborto affectu ita appellant, velut etiam hepaticos ab hepate, & colicos a colo, & nephriticos a renibus, & splenicos a splene affectos. Vnam autem ex stomacho affectionem dolorosam scripsit quae caput occupet, eorum quos ipse flatuosae distentos vocauit, quam ex vini largi potu magis oboriri scio. Qui enim propter humores acres caput dolent, mordacem dolorem, non distendentem percipiunt. Fames igitur in distensionibus comoda est, at non his qui mordaces humores in ore ventris habent. **D** Cum itaq; hic mordax humor fuerit amarus, pallida & flaua bilis appellatur, quae ob naturalem leuitatem ad ventris os sursum fertur: cum vero pituitosus, aut acidus, aut salus fuerit, magis in totius ventris spatio continetur, quam quod in ore ipsius firmetur: optimum autem fuerit (quantum sane nunc in his dicere licet) in fundo ventris ipsum contineri, facile enim relicto ventre in intestinum delabitur. Pessima autem fit affectio vbi vitiosi humores in ventris tunicas ineluibiliter fuerint imbibiti. Quorum optimum remedium est ex aloe pharmacum, quod aliqui picram, hoc est amarum, aliqui hieram, id est sacrum ex aloe appellant: inq; eius compositionem aloes drachmas centum coniungunt, & sex vniscuiusq; reliquorum, quorum etiam sex numero existunt, cinnamomum, spica nardi, xylobalsamum, mastiche chia, asarum, crocus. Praestantius autem fit pharmacum vbi minus de aloe additur. Visa namq; mihi est, nimia eius copia centum drachmae esse, ad proportionem reliquorum quibus haec adduntur, quapropter etiam per xc. drachmas ipsum compositum, & per lxxx. Quin & per pauciores aliquando crocum, propterea quod quidam ex eius vsu capite laedantur, quod ipsum saepe ex solo croci odore perpetimur. Quare optima eius fuerit compositio meo iudicio, quae ex aloes drachmis xc. & croci drachmis v. constat, hac ego vtor. His vero qui neq; croci odorem citra molestiam ferunt, sed statim capite replentur, ex quatuor croci drachmis pharmacum compono. Cogor autem assidue hoc pharmacum praeparare, propterea quod non solum

solūm his de quibus iam dixi, sed & suffusorum specie patiētibus, aut etiā alia symptomata ex stomachi affectione habentibus, id ipsum exhibeam, & præterea his qui aluo adstricta laborant, & mulieribus, quæ nō probè purgantur. In quibus maiorē efficaciam habet, vbi aloes drachmæ lxxx. & croci vi. fuerint comistæ: præstat autē & carpesum pro asaro conijcere, quanquā etiā vtriusque coniectis aliquando composuerim. Datur ad summum ex pharmaco hoc drachma vna, cū aquæ calidæ cyathis non pluribus quā tribus. Minimum verò dimidiū eius præbetur. Datur & intra hos modos, quantitate iuxta ætatem, corporis magnitudinem, consuetudinemque permutata.

Quæ Archigenes consequenter ad primam dictionem scripsit, in quibus est etiam Galeni censura.

De his quidem igitur qui caput ex stomacho dolent hæc suffecerint. Transeundum itaque iam ad ea quæ Archigenes post primam dictionem deinceps scripsit. Faciam autē iuxta singula ipsorum consimilem expensionem, qualem circa primam feci, connectendo ad ipsa propter rerum consequentiam etiā vltimam ipsius dictionem. Sed nunc à secūda initium faciam: Irrigationes autem, si quidem à frigore aut hyeme patiuntur, cōueniunt, oleum tepidum: & illitio narium, fucus è baccis lauri expressus, aut oleum laurinum, aut vnguentum Syriacum, aut cicinum, aut styracinum, aut gleucinum, aut tale aliquod aliud calfactoriū. Vt igitur à postremo exordiar, opinor ipsum resinam quæ sua sponte emanat dicere, quæ plurima in Lacedæmone provenit, & Capnælaon, hoc est oleum fumosum Ciliciæ, & Amaricinū ac Styacinum in Cyzico, & quod in Perga apparatus irinum. His verò vnguentis nares oblinere operepretium ducit, quò per odorem ipsorum caput calefiat: quod ipsum inde euenire manifestè apparet, adeo vt & idiota vulgò his vtantur, & maximè eis quæ facillè parari possunt. Parabilia autem sunt alijs alia, quæ videlicet apud singulos redundant. Et apud nos sanè in Asia agrestibus & ruri degentibus hominibus cedrino appellato vti mos est, & si quando eius inopia sit, pisselæo, quo nomine id appellant quod ex oleo & liquida pice constat. Admifcent autem tum huic, tum cedrino, oleum aliqui plus, aliqui minus, in quantum virtutum ipsorum vehementiam exoluere velint. Vtuntur autem omnibus quæ dixi & circa caput, & præsertim circa sinciput, veluti dixi. Illinunt & frontem ex eis, & aurium meatus: quidam etiā vestigia pedum, ac sedem. Ceterum cū Archigenes succum è baccis lauri expressum dicit, quod simpliciter laurinum dicitur ipsum nominare putandum est, velut id quod oleū admistum habet, laurinum oleum appellatur. Syriacum verò vnguentum, eum dicere Comagenum existimo, quandoquidem id ipsum nobis ex Syria apportatur. Aestate verò, aut vbi aliās æstuosè distenduntur, per acetum & oleum, aut aquam & rosaceum. Amplius verò & per polygoni succum, aut portulacæ, aut solani, aut aliquo alio ex refrigerantibus irrigato, spongiisque posca imbutas capiti imponito. In hoc sanè fermone videbitur fortè quibusdam negligentius legentibus, vnam simplicem affectionem Archigenes curare, verum non ita habet. Ex eo enim quod æstuosè dicit, calidam affectionem indicat: ex eo verò quod addit, distenduntur, affectionem quæ hoc modo à flatu ventoso affligitur ostendit: vt non solūm secundum intemperiem mutata sit, sed etiā vaporosi flatus redundantia adsit. In principio itaque in eiusmodi vtriusque affectionibus, refrigerantium auxiliatorum facultas apta est, quæ intemperiem calidam refrigeret, & ventosi flatus aliationem repellat & retundat. Atque mea quidem opinione præstiterit diligentiorē rei inquisitionem facere. Aliquando etenim ex corpore ventosus flatus affertur, quemadmodum in doloribus capitis ex stomacho relatum est. Aliquando verò in ipso capite generatur. Venter namque interdum ægrè solubili modo inflatur. Interdum verò est post ipsum sita intestina, quandoque quiddè ieiunum, aut tenue intestinum, quandoque etiam colum. Nihil igitur mirum est, neque impossibile, eandem affectionem in quibusdam iuxta caput partibus obortam, ventosum flatum generare, cuius generationis in locis circa ventrem causam inuenimus, tanti calor inopiam, vt ex cibis ac potibus vaporosum & ventosum flatum generet, propter infirmitatem verò comprehensiuæ facultatis, interna ita affectarum partium capacitas infletur & expletur, vt propter expletionem quidem distendatur, propter tensionem verò dolore afficiatur. Inuentum equidem & hoc nobis in commentarijs est, in quibus communes & generales dolorum causas considerabamus, quod ob dissolutionem continuitatis simularum partium, dolor oboritur. Dissoluūt autem ipsam erodentia, dissiccantia, distendentia, & vehementer calfacientia ac refrigerantia. Quapropter in doloribus circa caput, ægros interrogare consueui, qualis nam eorum qualitas sit. Quidam enim velut erodantur corpora, doloris sensum perceptāt. Quidam verò velut distendantur, aut grauētur, aut tundantur, aut solius vehementer inualecētis caliditatis aut frigiditatis. Si quidem enim velut erodantur, aut pungantur senserint, vel humorum vel eiusmodi flatus a credo causa putanda est. Si verò citra morsum distendantur, repletionem distensarum partium, vel per ventosum flatum, vel per multi humoris influxum causam putabimus. In quo genere & inflammatio & erysipelas existit. Inflammatio quidem, vbi inflammata corporis pars multum sanguinē in se continuerit. Erysipelas verò, vbi biliosum continuerit humorem. Quod si ex vtriusque redundantibus pars aliqua expleatur, aut inflammatio erysipelacea aut erysipelas inflammatum oborietur. Et ne quis putet nos longum fermone de vna particula iuxta vnum symptoma affecta facere, (communis enim omnium dolore affectarum ratio est) & si quis diligenter in articulos digesserit, promptior ac expeditior

A expeditior ad auxiliatorum inuentionem in omni affecta parte fuerit. Quod enim artis coniecturale est, id maximè in affectionum cognitione consistit. Quæ vbi inuenta fuerint, curationem nō coniecturaliter, sed scientificè indicant, cum hoc quod & cognoscere datur, quàm ægrè aliqua affectiones medelies cedant, in quibus rationabiliter iuxta indicationem remedijs vtimur, etiam si nihil efficere in principio appareāt, atque hoc est quod in aphorismo dictum est, in quo ait: Omnia secundum rationem facienti, si iuxta rationem non succedat, ad alia transeundum non est, sed perseverandum in eo quod visum est à principio. Aliquando enim adeo vehementer in angustijs meatuum flatus vaporosus infarcitur, atque eo adhuc magis viscosus aut crassus humor, vt multo tempore opus sit ad curationem. Etenim quæ sic infarta sunt attenuare oportet, meatusque dilatare per quos excernantur, habita simul prouidentia ne quid aliud, puta humor, aut eiusmodi flatus, amplius influat: & ad hæc corroborandum est affectum membrum, vt neque ipsum ventosum flatum gignat. Qui igitur primi ad eiusmodi affectiones pharmaca composuerunt, merito varia materia opus habuerunt: siquidem influentem substantiam, siue humor, siue vapor fuerit, repellere necessarium existit: impactam verò concoquere & attenuare, eademque ipsam discutere: atque nihilominus, immo magis circa affectam partem firmitatem inducere, ne videlicet quod influit suscipiat, attenuatum verò excernat, impactumque concoquat & attenuet. Verum in mixtura pharmacorum hac facultate præditorum, alius alio felicior coniectura vsus, alius minus, alius magis commodam fecit compositionem. Quapropter velut nostis, (ad vos enim sodales loquar quibus maximè hæc scribuntur.) duo omnino vidistis mihi præparata pharmaca eundem effectum promittentia, quandoque etiam tria & quatuor, & ex horum mixtura in ægrè curabilibus affectionibus à me sæpe quod oportuit factum esse. Considero namque in quonam eorum copia, simplex pharmacum calfaciens superet, aut frigefaciens, velut etiam resiccans, aut humectans, aut tenuium partium, aut crassarum. Deinde cōtemplans quid effecerit quod ægrò iam fuit admotum, secundum visum aut per aliud quoddam, aut per hoc ipsum facio. Sæpe quidem ad aliud quod idè promittit transeo, aliquando verò vtriusque committo, ac medium quiddam ex eis conficio. Talia autem omnia abundè à me non vniuersim tantum, sed & particulatim in medendi methodo relata sunt, nosseque oportet, quod & iam antè dixi, hanc tractationem illam sequi, & cogor tamen etiam nunc rursus meminisse, quod magis ea quæ istic tradidi assequamini. In prædicta itaque affectione, calore doloroso prædominante vna cum flatu ventoso, in principio quidem repulsoria curatione vtendum est, quæ ex refrigerantium facultate constat: quod vbi moderatè factum est, ex mitigatorijs ac concoctorijs quippiam admifcere ad repulsoria oportet. Deinde etiam discutioria addenda, ita vt paulatim repulsoria pharmaca detrahamus, donec ad contrariam mixturam perueniat pharmacum ei quam à principio habuit, hoc est vt plurimum quidem discussorium sit & attenuatorium. Minus verò concoctorium & mitigatorium, minimum autem repulsorium. Portulacā quidem igitur refrigerantis & aquosæ substantiæ esse didicistis. Minus ea polygonum. In solano autem tantum admistum esse crassæ & terreae, quantum adstrictionis. Acetum verò repulsoriam simul & attenuatoriam, immo & discussoriam habet facultatem, tanquam quod temperamento, tenui frigiditate præpoileat, quemadmodum exactè serenus aquilonaris aer. Didicistis etiam rosacei facultatem, quod videlicet & repulsorium quiddam habeat, habet autem & concoctorium & mitigatorium, & ad hæc etiam discussorium. Merito igitur Archigenes in prædicta affectione eiusmodi pharmacis vtitur, ipsum quidem per se solum acetum neque alibi exhibens, neque hic, ob facultatis ipsius vehementiam, admifcet autem ei vel rosaceum vel aquam. Transeamus autem iam ad sequentem Archigenis dictionem: Si verò augetur affectio, perfecta cibi abstinentia congrua est. Deinde venæ sectio è cubito, & alui euacatio per validum clysterem. De his auxilijs dictum à me prius est, quando Apollonij dicta considerabam, vbi sanè in biliosis causis fami renunciaui, velut etiam venæ sectionem in pueris & senibus ac viribus debilitatis fieri prohibui: laudari autem euacuationem per clysterem, non solūm propter euacuationem eorum quæ in intestinis continentur, sed etiam ob reuulsionem eorum quæ ad caput feruntur: atque ob id probè in his quæ scripsit Archigenes non simpliciter dixit, Euacuatio alui per clysterem: sed addidit validum: multum enim in huiusmodi clysteri situm est, quantum ad reuulsionem attinet, vltra hoc quod non solūm ea quæ circa ventrem & mesaræum sunt euacuant, sed etiam quæ circa hepatis sima hærent. Archigenis. Irrigationes autem, ruta cum aceto & oleo trita. Memores affectionis ad quam auxilia scribere proposuit, sic iudicamus vnumquodque eorum quæ recensere cepit. Affectionem itaque sic scripsit: Aestate verò, aut vbi aliās æstuosè distenduntur. Deinceps verò refrigerantis facultatis auxilia subiecit, & postea inquit: Si verò augetur affectio, perfecta cibi abstinentia, & venæ sectio, & clyster validus adhibeatur. & post hæc propositam conscripsit dictionem, in qua cum aceto & oleo tritam rutam adhibere iussit, non apponens an viridem an aridam velit. Est enim non parua differentia, cum arida multo acrior & calidior, quàm viridis existat. Mihi sanè viridem consulere videtur, neque enim aceruatim subitò ue à refrigerantibus ad contraria transgressus est. Acetum verò ad hoc quod refrigerat & repellit, discussorium quid habere antea dictum est. Mitigatoria autem & laxatoria facultatis existens oleum merito

merito ipsis admiscuit. Alia, Succus e lauri baccis expressus cum aceto & ruta. Hac priore longe efficacior existit. Ad succum namque lauri baccis expressum fortiter calciantem, ruta admiscuit cum aceto, relicto oleo. Alia, Succus radicis iridis cum aceto. Hoc remedium nihil calfactorium habet, melius itaque fuerat ipsum primum in trahendo ad praecursoria auxilia positum esse. Alia, Salicis folia trita cum aqua. Hoc praescripto ex iride imbecillius est, atque his quae omnium primum scripta sunt simile, ut in tempestiue nunc ab eo sit relatum. Alia, Serpyllum cum aceto & oleo tritum. De aceto & oleo prius dictum est: adiecit autem nunc eis serpyllum acris qualitatis pharmacum, & ob id etiam calfactoriae facultatis. Negligenter vero etiam hic reliquit, an viride aut aridum velit praestiterit autem fortassis viride intelligere. Alia, Polygonum cum ruta oleo & aceto dilutum. Polygoni succo primo sermone ut refrigerate usus est, nam & reuera talis existit. Quare etiam ad inueteratos dolores iuxta primum transitum rationabiliter quis eo utetur, ruta admista. Animaduersione autem dignum est in singulis contrariae facultatis pharmacorum mixturis, ut in principio parum ex praestantiore admisceamus, iuxta secundum vero & tertium usum, copiam augeamus. Alia, Amygdalae amarae delibratae tritae cum aceto & oleo irrigationis modo adhibita, aut carati crassitudine in linteolo fronti imposita. Et hoc ad primum transitum pertinet, didicimus enim disculforiam citra mordacitatem facultate amygdalas amaras habere. Alia, Ruta syluestris cum oleo & aceto eodem modo. Inordinate rursus hoc valde forte pharmacum interposuit, in doloribus multum inueteratis merito adhibendum. Alia, Populi albae fructus cum aceto tritus. Disculforiae facultatis est albae populi fructus. In quibusdam autem exemplaribus non cum aceto, sed cum posca, scriptum reperitur. Alia, Ocymum semine cum aqua. Ocymum semine calfactoriae & attenuatoriae est facultatis, non tamen vehementer: cum aqua autem sola inueterata affectione minime rationabiliter quis eo utatur, melius enim erat oleum & acetum, velut in alijs dixit, etiam huic admiscere. Alia, Facit & balsamum, peucedanum, castorium, simul & singulatim unumquodque cum oleo & aceto. Hoc pharmacum rursus vehemens est, maxime cum ipsum peucedanum solum adhibeatur citra castorij admiscionem. Quid vero balsamum nunc vocet, non habeo dicere. Num videlicet plantae fructum, aut succum quem opobalsamum vocant, aut ramulos ipsius xylobalsamum appellatos. Melius tamen mihi videtur opobalsamum accipere, quod tenuium partium & disculforiae substantiae existit, non tamen manifeste calentis. Alia, Lauri folia, & populi albae, & viticis cum oleo & aceto. Et hoc pharmacum ex simplicibus facultatibus differentibus compositum, lauri enim folia calidissima, viticis vero moderate refrigerantia sunt: in medio utrorumque populi folia existunt. Alia, Panacem cum oleo illinito. Nihil hic refrigerantium admiscitum est, & ob id valde inueteratis affectionibus, & nihil amplius caliditatis habentibus vtile existit. Quapropter merito quis ipsum reprehenderit, citra distinctionem pharmaca auxiliaria conscribentem. Panacem vero negligenter nunc ipsum dicere puto, panacis radicem: neque enim opopanaca putandum est ab ipso panacem dictum esse. Differt autem a radice hic non paruo caliditatis excessu. Alia, Viticem aut mentam, amygdalas amaras, iridem, aequali mensura cum aceto & rosaceo mista adhibeto. Aliorum vires supra relatae sunt. Mentae autem nunc primum mentionem fecit, pharmaci calfactoriae facultatis. Alia, Aut mororum succo cum aceto admiscito rigato. Hoc pharmacum euidenter apparet refrigerantium medicamentorum generis ab ipso conscriptorum esse quae incipiente affectione conueniunt, minimeque recte nunc ad pharmaca auctis affectionibus commoda admiscuntur. Alia, Inueterata autem affectione pilis denudato, illitionibusque & rigationibus praedictis, crassius tamen apparatus vitior. Alia, Resinam cum melle temporibus & fronti illine. Aut muscerdas cum aceto & rosaceo. Tertium hoc tempus est & opportunitas in capitis remedijs adhibendis. Primum namque erat incipiente affectione. Secundum vero, ut ipse scripsit, auferente. Tertium autem hic cum ait inueterata, quae ipsum vehementioribus auxilijs opus habet, quorum aliqua non recte prioribus admiscuit.

De his qui ob biliosum humorem caput dolent.

Signa in his similia sunt eis quae ex ardore oboriuntur, accedit his maior morsus, & faciei pallor, & aliquando oris amaritudo. Aetati autem vigoris, & temperaturis calidioribus, & vitae curiosa, & his quae flauam bilem congregant, haec affectio praecipue contingere solet. Itaque balnea temperata, & vnctiones, & potus dilutus eis exhibenda sunt, omnisque victus ratio liquidior & boni succi constituenda. Euacuandus item biliosus humor per absinthij cremorem, aut per aloem, & per ipsam picram antidotum per se datam, aut modica addita scammonia, vel per catapotia ex aloe confecta. Illinenda frons pastillo croceo, aut Trigono appellato, aut aliquo alio his consimili.

De dolore capitis per consensum.

Si quidem vniuerso corpori caput per consensum coafficitur, illi cum aduersus intemperiam, tum aduersus exuperantem materiam instandum. Et si quidem humorum multitudo, & maxime circa venas fuerit, venam secabimus. Si vero qualitas magis inualuerit, purgatio pharmaco utemur. Si vero vni alicui parti condoleat, velut hepatis, aut ventri aut stomacho, his ipsis auxiliabimur: calida quidem in ipsis subsistente intemperatura, panem ex vino diluto exhibendo, & forbitiones ex alca. Et foris irrigationes moderate refrigerantes, & firmitatem addentes, velut antea dictum est. Si vero propter viscosos & crassos in stomacho contentos humores caput doleant, etiam hos exturbabimus,

A exturbabimus, acetum multum in potu praebendo, oxymeli dicunt, tum simplex, tum Iulianum appellatum. Ex hyssopo etiam ac origano potionibus, & quae his adhuc fortiores sunt, magisque incidendi vi praedita, utemur, & vomitu a raphanis, irrigationibusque, ac cataplasmatibus calidioribus.

De capitis in febribus dolore.

In doloribus capitis qui in principio cum febribus irruunt, vena secunda est post primam aut secundam remissionem, nisi quid impediatur, & praesertim in corporibus bonae habitudinis, & multo sanguine redundantibus. Animaduendum autem num ob vapores a ventre sublato, aut ob alui suppressionem capitis dolor contingat. Quod si serius post septimum tandem irruat die, aluo per clysterem qui aliquid operapretij faciat praevacuata, cucurbita ad occiput siue ceruicem affigantur, caputque irrigationibus ex oleo mitiget, rosaceo quidem in calidioribus ac hora aestiua, & cum exiguo aceto. Chamamelino vero in frigidioribus habitudinibus ac hyeme, quinta aceti parte adiecta. Illinenda frons ex cyphi in frigidioribus, ex crocomagmate in calidioribus. Caeterum ad capitis dolores ob febris magnitudinem abortos, medelae praescriptae sunt in febrili tractatu. Porro vitare oportet haec, non solum in dolore capitis per consensum stomachi abortu, sed omnibus et alijs circa caput abortis affectionibus. Sunt autem ea quae sequuntur. Viticis semen, absinthij succus, lac in potu, glandes quercinae in cibo, oliuae nigrae, arbuti fructus, mamecydon Gracis appellatus, eruam, quod ipsum est articulos dissoluit. Amplius autem offendunt myrrha, thus, hederae cacumina. Mentem et perturbant lentisci fructus, crocus, peucedanum, cyclaminus sicca cum vino potata. Stryax paucus quidem potatus tristitiam vultus discurit, multus vero somnos multum turbulentos inducit.

De Cephalaea capitis dolore antiquo.

C. A. P. 2.

Cephalaea inueterata & aegre cedens capitis dolor appellatur, qui ex facili occasione, maximas exacerbationes habet, adeo ut neque strepitus, neque vocem vehementior, neque lumen splendidum, neque vini potum, neque odoramenta caput replentia tolerare possint, neque item motum, sed in quiete & tenebris ob dolorum magnitudinem decubere velint: tanquam a malleo enim pertundi sibi videntur. Quidam enim velut contendant, aut distendantur ea quae circa caput sunt sentiunt, non paucis vero usque ad oculorum radices dolor progreditur. Habet autem haec affectio aliquam quidem continuos dolores, aliquam vero exacerbationes, & interualla siue ordinata, siue inordinata. Intermittunt enim quaeque eiusmodi exacerbationes, velut in comitiali morbo apprehensis, interceditque tempus aliquod quod omnino accusari non potest. Manifestum igitur est hanc affectionem consimilem aptitudinem capitis vel facile laedat, velut in cephalalgicis, id est capitis dolore vexatis habere.

C Verum ad maiorem debilitatem deueniunt in hac affectae capitis partes. Et quidam ex eis cerebri inuolucra dolitant, quidam vero membranam tamen caluariam ambientem. Dolores igitur cum grauitate, humorum multitudinem significant: cum mordacitate vero, aut humorum, aut vaporum acredine: cum pulsu autem, inflammationem: cum tensione vero, si quidem citra grauitatem & pulsum fiat, flatus tenuis & ventosi multitudinem demonstrant: cum pulsu vero, membranosi corporis inflammationem. Si vero cum grauitate distentio fiat, humorum multitudinem intra membranas contentam. Et dolores quidem in superficie haerentes, membranae os caluae ambientis affectionem significant: qui vero in profundo sunt: cerebri inuolucrorum. Quibuscunque enim affectio intra caluariam est, his usque ad oculorum radices dolores procedunt, propterea quod oculorum tunicae ex cerebri inuolucris habeant ortum. Si vero humor putrefactus calidior fiat, cum febris caput dolitant: febricitant autem omnino & qui ex inflammatione dolent. Si quidem igitur humorum aut vaporum multitudinem reperiatur causam, si quidem propter totius corporis repletionem facta est, vniuerso corpore euacuato capitis dolorem sanabis. Si vero velut debile existens caput ad se sublato humores ac vapores susceptet, materiam reuelleret oportet in totum corpus, atque ita particulae mederi. Per clysteres itaque reuulsio fit, & ligaturis extremitatum, & pluribus infernarum partium frictionibus. Interdum etiam sanguinis ex cubito detractione. Quod si amplius sanguis redundare videatur, etiam ex naribus aperta vena, & quantum sufficere videtur sanguine euacuato. Deinde hieram dabimus exacutam, & postea apophlegmatismis pituitam detrahentibus, & medicamentis quae naribus induntur vtendum est, qualia sunt quae ex elaterio & cyclamino cum lacte & porro apparantur. Caput autem curabis, quoniam quidem reuulsorij vti oportet, per repulsorias irrigationes. Caeterum post totius corporis euacuationem, iam caput euacuantibus vteris, deinde his quae firmitatem addere possunt admotis. Repellit igitur oleum omphacinum, & rosaceum, per se & cum aceto, & quod ex papaueris capitibus, & oleae teneris germinibus, & hederae cacuminibus, ac menta viridi apparatus. Afferantur autem remedia tepida quidem, vbi frigidior & crudior fuerit humorum multitudo, frigida vero vbi calidior & biliosior extiterit. Discutit autem oleum dulcissimum calidum, & magis inueteratum, itemque sicyonium. Si vero crassior sit humorum multitudo, spondylium, aut serpillum, aut pulegij comam, aut calaminthen, aut mentam oleo incoquendo, multitudinem euacuabis. Eadem haec etiam firmitatem parti addunt, quapropter usque ad perfectam curationem eis vti conuenit. Omnium porro longe maxime discutit & perfecte corroborat verbenaca recta maxime viridis. Immo & arida cum radicibus, & simul cum serpillio, oleo incocta. Coniicienda etiam ad ea crocodiliadis maximae iuxta aquas nascentis ra-

Quinta Classis.

SSSSS dix.

dix. Quin & ipsam per se verbenam si oleo incoceris, caputq; inde rigaueris, omni capitis do-
lori antiquo ex frigiditate, aut ex crassis humoribus oborto medeberis. Maxime etiam profunt
sub aquario vase nascentes aselli, Millepedæ appellati, si oleo incoquantur.

Archigenes de Apophlegmatismis.

Post hæc verò Apophlegmatismi, quibus pituita à capite detrahitur, ex sinapi, aut hyssopo cū
passo cocto, aut ex staphide syluestri, id est pedicularia herba cū pipere & melle trita, aut ex oleo
admisso melle, aut ex staphide syluestri per se, vel cum melle trita. Pharmacorum quippe quæ
pituitam à capite euacuant, & medicis pro more Apophlegmatismis appellatur, materiam postea
referam. Nunc autem tñ ostendere cōmodum fuerit, qd hocce auxiliū pituitæ infestantis est me-
dela, quemadmodum sanè & ipsum nomen eius apud Græcos ostendit. Archigenes autem cali-
dam & flatuosam affectionem se curaturum pollicitus est, non frigidam & pituitosam. Iuuantur
autem plurimum lauri, aut rutæ, aut panacis, aut papaueris capitum, aut baccarum lauri decocto
perfusi. Fortibus calefacientibus pharmacis, non scio quomodo papaueris capita non instrenuè
refrigerantia annumerauerit, cum in sermonis contextu singulis dictis aliquem per se vt posse
ostenderit, & fortasse etiam aliquñ simul mistis: non tñ manifestum fecerit num quippiam ex pa-
paueris capitibus ipsis adijciendum sit, quò videlicet aliorum pharmacorum vehementia minua
tur & mitigetur, an & solis aliquñ vtendum sit, quod sanè incipiente & augescente affectione tem-
pestiuus fieret. Inueterata enim affectione non solum non profunt, sed etiā nocentiora capita pa-
paueris existunt. Commodum est & ex salibus fomentum. Omnem rationem Archigenes
hic confudit, cum fomenti mentionem faciat per pharmacum resiccans quidem non strenuè, ve-
rùm & calfactorium quiddam in se habens. Meminisse enim eum oportebat, qd cum calidam affe-
ctionem curare assumpsisset, aut semper ab illa ipsa indicationem seruaret, aut de transmutatione
in diuersam speciem quippiam diceret, iuxta quā temporis progressu calore sedato, obduratio, aut
intensio, aut tale quiddā accessisset, quod contraria curatio indigeat, & non ea quæ in principio
fuit determinata. Post perfusiones verò aut fomenta iuuantur, si lini semen rosaceo infartū adhi-
beas, & lanas sordidas ex aceto rosaceo calidas circūponas ac oblige. Hoc mitigatiuū est auxi-
lium, cum vehemēter infestat dolor, vnā cum hoc quòd & subiectæ commodet affectioni. Quare
vbi ad intensum capitis dolorem remedia scripsit, istic præstiterat et de hoc fomento mentionem
facere. Verum pro præsentis temporis opportunitate, de qua nunc sermo instat, si quis fomentis
aut cataplasmatibus vti velit, fomenta ex milio meliora fuerint. Quemadmodū enim Hippocrates
ait, leue & lene milium existit. Sales verò ob grauitatem molesti sunt, præsertim capiti admoti. **C**

De cataplasmatibus in capitis dolore, Archigenis.

Cataplasmatibus verò vtere hordeacea cruda farina quæ iridem contusam habeat admittā. Aut
rutæ semine eodem modo. Aut feniculi radice similiter. Aut cruda hordeacea farina cū aceto
mulso apparatus. Aut polenta & pulegio mistis. Et hæc cataplasmata ad secundam tēporis op-
portunitatem pertinent, quā supra augescere capitis dolore constituit. Nam & hunc mitigat, &
affectionem iuuant. Aut Nilei pharmacum, castorij & iridis decima parte admista, cum aceto &
rosaceo imposito. Nilei quidem igitur pharmacum quod ad emplastri formam paratum est, iā
olim nobile, & laudatum pharmacum est, et ob id omnibus notum. Promittit autem reliquiarum
inflammationū in præcordijs inueteratarum curationē. Verum eorum quæ ei admiscetur, casto-
rij videlicet & iridis, Archigenes obscure mentionē conscripsit. Incertum enim num alterius ipso-
rum decimam Nilei malagmatis partē esse velit, an vtriusq;. Verum mihi præstabilius videtur
vtriusq; decimam partem admiscere. Oportet aut castorium atq; iridem probè trita esse, & Nilei
pharmaco diligēter emollito paulatim hæc admisceri, manibus partim rosaceo, partim aceto ma-
defactis. Aut nuces amaras decorticas, & rutā, ac parum ex iride, cum aceto & rosaceo cōmit-
tito, & malagmatis forma imposito. Cum eiusmodi multa pharmaca circa secundum propositā
affectionis tempus Archigenes conscripserit, facultatis ipsorum expositionem illis feci. Aut vi-
ticitis seminis, persææ viridis foliorum, & myrrhæ, æquales partes cum vnguento Ægyptio fronti
cataplasmatibus modo imposito. In sola Alexandria persææ arborem vidi, & in nulla alia Roma-
nis subdita gente. Quidam Persion ipsam appellant, aiuntq; in Persis letalem eius arboris fructū
esse, cum qui in Ægyptiorum regione, innocuus existat. At verò Ægyptium vnguentum, non so-
lum sic, sed & Mendesium nominatur. Quidam et Megaleum vocari aiunt, vtroq; cognomine à
Megalo, qui ipsum cōposuit accepto: & ab illius quidē proprio nomine in denominatiuorū for-
ma Megaleum, à patria verò ipsius Mendesium appellari. Est aut laxatoriū, & sedat dolores. Aut
sulfur, castorium, baccas lauri, æquis portionibus cum cerato rosaceo infarta, tēporibus & fronti
imposito. Hoc pharmacum multum calfacit, & frigidam affectionem relaxare potest. Aut ca-
storij & peucedanū pari mensura. Consimilis est & huius pharmaci facultas cum præscripta.
Quod si affectio perseveret, venæ sectione à naso aut fronte, aut cucurbitis ad occiput affixis vti-
tor. Sanguinis à locis affectis detractiones in affectionibus inueteratis conuenire oēs ferè me-
dici cōsistentur. Verum cucurbitæ ad occiput affixæ, ex reuulsorij auxilijs sunt, cum humores ad
oculos, aut ad anteriorem capitis partem ferri consuetos auertere conamur. Aut sternutatorio
quopiam

* non particula
Græci veteres
quidam codi-
ces nō habent.

A quopiam concutito, fasciolāq; collo circūposita spiritum cohibere iubeto. Vtilitatem ex hoc au-
xilio indicauit per verbi concutito adiectionē. Quòd verò fasciolam collo circūdare iubet, ad ve-
hementiorem affectionem pertinet. Aut per nares purgato. Hoc præfatus deinceps ea quæ per
nares purgant recenset, de quibus ego sermonē faciam, velut et de Apophlegmatismis, vbi phar-
macorum quæ capiti adhibent tractationē absoluero. At verò in vehementer inueteratis sinapi
vt moris est, capiti adhibe & perure. In omnibus plurimū inueteratis affectionibus, cū nihil pro-
fecerint reliqua auxilia, curationē Metasyncriticā à methodicis appellatā oēs ferè adhibere con-
sueverunt, prioribus medicis haud scio qua ratiocinatione primū ad eius vsum progressis. Ego
verò cum intēperies quæpiā humida & frigida, aut per seipsam in partibus affectis adest, aut pro-
pter eiusmodi humorum frigiditatem fuerit oborta, ex sinapi & thaplia ac similibus adhibeo phar-
maca. Calidis verò & siccis nō adhibeo. Cæterum hi qui affectiones cognoscere non possunt, ad
eiusmodi pharmaca velut ad sacrā appellatā anchorā confugiunt, & ob id sæpe quod cōuenit perfici-
unt, quòd plerisque hominū eiusmodi affectiones propter malam & vitiatam diætam infestent.

Archigenes, de his qui ex ebrietate caput dolent.

In ijs qui ebrietate caput dolent, iridē siccā & viticis folia ex aceto & rosaceo adhibe. Aut apij
comas coctas in vino impone. Aut pulegium ex vino eodē modo. Aut Mendesium vnguen-
tum per se, vel cum anserino adipe irrorat. Aut myrrhā cum vino Mendeseo impone. Aut rutæ
folia, baccas lauri, viticem, populū albæ fructum equali mensura trita, cum aceto & oleo tepefacta
irrorat. Cæterum Amethista quæ ab ebrietate præseruent, eiusmodi esse poterūt. Absinthium
mane ieiunis bibendum præbe. Aut myrti florem & myrrham ac rutam trita ex aqua. De his
qui ex ebrietate caput dolent satis dictum à me est, cum ea quæ Apollonius ad hanc rem tradidit
expēderem. At verò post hanc præscriptam Archigenis dictionem alia sequitur de his, qui caput
ex stomacho dolent, de qua iam dictum est.

Eiusdem Archigenis Amuleta quæ capiti coronæ modo circūposita

& alligata dolorem eius arcent.

Quandoquidem verò & amuleta ad dolorem capitis Archigenes scripsit, quæ quidem nullam
medicam rōnem habent, ea his qui talia per experientiam cognouerunt, & secundum mirabilē quandā
contrarietatem homini incognitā efficacia esse dicunt, relinquā. Quæ verò ab eo iuxta medicam
rationē tradita sunt, selecta referam, tñ iuxta illius ipsius dictionem, quæadmodum hæc tenus de
pharmacis facere consueui. Polygoni duos ramulos coronæ modo imposito. Quòd polygo-
num calidis et flatuosis capitis doloribus conueniat, ipse prius dixit. Nihil itaq; miri est, in talibus
sepe ipsum iuuisse. Nā propter ardorem & ebrietatē dolores capitis assidue contingunt. At verò
qd duos omnino ramulos esse oporteat, ab illis adiectum est qui polygoni vtilitatem ex incognita
contrarietate, & nō ex ipsius tēperamento procedere voluit. Aut cichorium quod Romani In-
tubum olus appellat, agri capiti imposito, & maxime si ex ardore doleat. Rectissime apposuit
si ex ardore, ego verò etiā apponam, si ex ebrietate. Sic enim & rosaceæ coronæ iuuant. Eas igitur
volenti itidem licebit adscribere, numerumq; quæcunq; tandē velit addere, & ex totidē rolis
nexam coronam capiti mederi asseuerare. Deinceps Callitricho coronare caput operæpretium
ducit, quod Trichomanes, inquit, quiddā appellat. Ego verò eos qui de herbis scripserunt, Adian-
tum magis appellare Callitrichum scio qd Trichomanes. Deinde paulo post philanthropio her-
ba coronari iubet, & palmulæ masculæ cortice summo. Et post hæc in hæc verba scribit: Aut ad-
uersus solem agrum expositū, donec dolor quiescat finito. In Amuletorum catalogo & hoc ab
eo relatū est, quod quidem ex frigiditate dolens caput iuuare potest, si neq; humoribus omnibus
æqualiter redundet homo, neq; ex cruditate laboret, aut aliquem vitiatum humorem in ventre,
maximè circa cæuitatem eius habeat: verum calidos capitis dolores, ex quorū numero sunt & ex
ardore ac ebrietate oborti, non parū lædet. Consimilia his deinceps scribens ad chamæmelū per-
uenit, cuius experientiam habemus quod capitis dolorem iuuat, si quis eo, velut antè dictū, queat
vti. Appellat aut Archigenes Anthemidem hæc herbam, quemadmodum alij multi, & ait florem
quidē ipsius tritū olfactu, pdesse, folia verò olfactu summe nocere. Liberat à capitis dolore ver-
benaca herba, quam aliqui hieram, id est sacram vocant, tum coronæ modo circūposita, tum
illita ex rosaceo & aceto. Hoc auxiliū oportebat eum non nunc inter amuleta, sed prius inter
medicamenta referre, si quidem adeo ei confidit, per longam experientiam cognito & probato.
Aut testudinis palustris, quam quidem amyda, hoc est lutariam vocant, sanguinem sincipiti instil-
la. Et hoc si quidem verum est, inter pharmaca, & cum discrimine referri conueniebat. Nisi sanè
hoc vult qd omnem capitis dolorem iuuat, idq; omni temporis occasione. Ita enim & nos contra-
rietatis testimonium ei præbebimus, non efficaciam quam ex temperamento habet. Absoluto igitur
de amuletis sermone, deinceps hæc scribit.

Archigenis de fissuris & contusionibus in capite factis.

De vulneribus porro in capite factis deinceps dicitur. Parua aut fissura facta, aliqui myrrham
aceto tritam, aut aloen cum linamentis indunt, glutinaturq; ita, & absq; inflammatione mirabiliter
adseruat. Cæterum in cōtusionibus circa disparationē ac fissurā circa caput factis polëta imposita
Quinta Classis. SSSSS ij comoda

*Al. sōm. i. os.

commoda est. Amplius verò & Oesypum, hoc est lanæ sordes, atq; ipsæ adeo lanæ sordibus sudoribus succidat eodem modo. Magis aut proprie similaginem ex aqua pro cataplasmate impones. Aut origanum cum polenta. Hæc vitia iudicata esse quid attinet referre; verum alterius negotij atq; operis sunt, q; vt ob huiusmodi causam caput dolentibus apta esse iudicans ea adscripsisse putandus sit: sed vt quæ obortas inflammationes curare, aut easdē prohibere possint. Atqui in aliquibus exemplaribus hæc in totū non habentur, velut in alijs etiā plura his in huncce modum. In mediocribus capitis vulneribus, aut quæ omnino legitimo medico nō habēt opus. In quibus quidē nuditas per se nō adest, pilos rademus, sibilisq; impositis cōstringemus, ac glutinantibus experimento cognitis vtetur. Egregiē glutinat vulneratā cerebri membra, ranā, calaminthæ succus infusus, & farina milij arida inspersa, deinde butyro, & rosaceo, ac adipe suillo veteri mistis ac tepescitis infusis. In quibus verò os denudatū est, diuisa membrana caluariā ambiente, os ipsum scalpemus, & per futuræ adductionem, tanq̄ non sit denudatum curabimus. Si verò non permaneant futuræ, iuxta concarnationē, velut et aliorum vulnerū, curam faciemus. Referetur aut huiusmodi curationis ductus in proprio loco. Ceterum in quibus vulneribus aut ppter paruitatem, aut aliās futuris vtī non licet, linamentum conuulsū cum aceto & oleo imposito, aut cū myrti succo, aut lentisci, aut rubi, aut conyzæ tenuia folia habētis, ad aliquem eorum exiguo admisso melle ita vt linamentum ex his imbutum imponas. Et folijs alicuius ex prædictis pro cataplasmate vtitor. Aut spongiam nouā aceto & oleo imbutam imposito. Aut lanam sordidam eodem modo. At verò ad ipsum vulnus brassicæ folia adposito, aut polentā aceto subactā per se imposito, aut cū brassicæ folijs tritis. Hæc quidē Archigenes scripsit ad capitis dolorē, discriminibus simul quibusdam additis, quemadmodum et Apollonius fecit. Asclepiades verò varia quidem pharmaca scripsit, sed eorū discrimina iuxta affectiones nō ita multū apposuit, sed saltem in incipientibus & inueteratis, quanq̄ neq; hoc in multis fecerit, sed in primo solum & postremis duobus. Postrema igit̄ credere quis possit inueteratis efficacia esse, vt potē ex fortibus simplicibus pharmacis cōposita. Primū verò ob id fortassis solū q; in vsum talē adsumperit, q; papaueris succū non paucū admistum habet: huiusmodi aut didicimus, nō propterea q; affectionibus prosint, sed q; sensilē facultatem stupefaciant, dolores mitigare solere. Quare et ea omnia deinceps à me conscribentur.

Quæ Asclepiades ad capitis dolorem in primo extermorum scripsit.

Ad recētes capitis dolores irrigatio, qua vsus est Nicomedes, † foliorum rutæ. 3. ij. mentæ. 3. ii. peucedani. 3. iiii. iridis. 3. ii. feminis ocyimi. 3. viii. feminis papaueris nigri. 3. iiii. alii. 3. viii. polcæ heminas. ii. ad dimidiū coquito, & expressum succū cum rosaceo cōquassato, & caput assidue ex eo irrigato. Aliud quo vsus est Charicles. Amygdalarum amararum depuratarum. 3. ii. floris viticis drach. ii. radices peucedani. 3. ii. mētæ viridis siue aridæ. 3. ii. ramulorum rutæ. 3. ii. baccarum lauri depuratarum. 3. ii. serpylli. 3. ii. sphondylii. 3. ii. castorii. 3. ii. rosarum viridiū aut siccarum. 3. iiii. aceti heminas duas, rosacei quod satis est, apparato ac vtēre vt dictum est.

Pastillus ad capitis dolorem, quo vsus est Antonius herbarius, qui multa artis experientia clarus fuit.

Succi peucedani. 3. vi. succi papaueris. 3. iiii. croci. 3. iiii. myrrhæ. 3. iiii. scammonia. 3. iiii. omnia trita cum aceto in pastillos redigito, eosq; in umbra resiccato, vsus autem tempore aceto dilutos fronti illinito, à tempore altero initio sumpto & vsq; ad alterum tempus progrediendo. In febricitantibus ex aqua illinito. Quo Alexander vsus est, sic habet. Peucedani radices aut succi. 3. i. croci. 3. i. myrrhæ. 3. i. opii. 3. i. aceto excipe ac redige in pastillos: vsu verò exigēte aceto dissolutos locis sensum doloris perceptibus illinito. Aliud amigoni, qui in castris exercitus insignis medicus fuit.

Baccarum lauri siccarum purgatarum tritarum. 3. iiii. scammonia. 3. iiii. succi papaueris. 3. iiii. feminis apii. 3. viii. croci. 3. viii. myrrhæ. 3. iiii. omphacii. 3. iiii. serpylli. 3. viii. aceti quod satis est, præpara ac vtēre vt dictum est.

Ad inueteratum capitis dolorem Epithema, quo Charicles vsus est.

Retrimetorum quæ ab expresso irino vnguento supersunt, peucedani, castorii, singulorum partem vnam, baccarum lauri partes duas, feminis viticis partes duas, rosarum siccarum partes duas, ramulorum rutæ partes. iiii. aceto dissoluta cerato ex rosaceo apparato excipito, deinde linteolo impacta prærafis capillis per omne caput imposito, & fasciola obligato, atq; vsq; in sequentem diem obligata custodito, rursusq; imposito. Aliud valdē bonum. Amygdalarum amararum, floris viticis, peucedani radices, mentæ viridis, ramulorum rutæ, baccarum lauri, serpylli, sphondylii, castorii, singulorum partem vnam, rosarum partes duas, appara & vtēre vt dictum est.

Post hæc præscripta pharmaca Archigenes & Apollonius, itemq; Asclepiades pharmaca conscripserunt, quorum aliqua per os, aliqua per nares caput purgant, Ceterum quæ Archigenes tradidit, hæc sunt iuxta illius ipsius dictionem.

Archigenis de apoplegmatis, & quæ naribus infunduntur.

Post hæc verò Apophlegmatismi ex sinapi aut hyssopo cum passo cocto, aut ex staphide syluestri cum pipere trita, aut ex melle oleo admisso, aut ex staphide syluestri per se, & cum melle trita. Hæc quidem Archigenes inter remedia doloris capitis scripsit, Apollonius verò de iis quæ ad

† Nostra quidē sententia huiusmodi medicamenti cōpositio hoc modo est scribens: da præferim si recētibus capitis doloribus sic cōductura, nobis auctoritas cuiusdā antiqui codicis aliqua in parte subscriti bit, boni medici considerent ac iudicent. Rutæ foliorum 3. ii. mentæ. 3. ii. peucedani. 3. ii. iridis. 3. ii. feminis ocyimi. 3. ii. feminis papaueris nigri. 3. i. alii qui autē. ii. polcæ heminas duas &c.

A quæ ad dentium dolores, in primo parabiliū tradidit, hæc verba scripsit. Quæ naribus infunduntur in dentium dolore. Radicis betæ succum per se in nasum infundito, & dolores dentium soluet. Aliud, Cumini quantum tribus digitis apprehendi potest, & myrrhæ ad magnitudinem fabæ, medullæ cucumeris syluestris duplum, trita & lacte muliebri subacta in collyria redigito, eaq; in vtranq; narem indito. Deinde quandiu quis quinque stadia percurrere possit, attrahere, & postea emungere iubeto. Hoc pharmacum & ad aurium dolores facit. Asclepiades autem in primo extermorum ita scripsit. Asclepiades de iis quæ naribus induntur, et de sternutatorijs, & apophlegmatismis pituitam è capite detrahentibus. Errhina quæ naribus indita caput purgant, commodant etiam veteri lippitudine oculorum infestatis, faciunt & ad comitali morbo apprehensos, ducuntq; multam humiditatem. Melanthij. 3. viij. salis ammoniaci. 3. i. elaterij. 3. i. trita & quam tenuissimè læuigata siccyonio oleo, aut irino vnguento, aut cyprino excipe, quo ad cerati liquidū crassitudinem perducantur, & reconditis in cornea pyxide vtitor, sublitis inde naribus, atque agris attrahere iussis. Aliud citra molestiam purgans, doloremq; euestigio sedans. Cyclamini sicca. 3. viij. iridis sicca. 3. ij. nitri rubri. 3. i. Ego elaterio vsus sum diligenter trito & per arundinem insufflato, agro ipsum attrahere iusso, atque deinde deorsum pronuere, quo videlicet coactus liquor destillet. Post hæc verò Asclepiades in hæc verba scripsit. De sternutatorijs. Sternutatoria caput purgantia Heraclide Tarentini. Cumini æthiopici, piperis albi, struthij, castorii, singulorum æquales partes contusas & cribratas in aerea pyxide reponito. Vsu verò exigente, pyxidem concutito, & apertam naribus adnoueto, aut cum digito adhibeto, aut etiam per arundinem insufflato. Aliud, Zingiberis. 3. ij. struthij. 3. ij. piperis albi. 3. i. casia. 3. i. vtēre vt dictū est. Ad veterem capitis dolorem sternutatoria Ptolemæi. Facit ad vertiginem & comitali affectos. Veratri albi. 3. iiii. alij vnam habent, radices cucumeris syluestris. 3. i. struthij. 3. i. nitri rubri. 3. i. castorii. 3. i. piperis albi. 3. i. Vtere vt dictum est. Aliud, Veratri albi, radices cucumeris syluestris, struthij, singulorum partes duas, castorii, acori, nitri rubri, cumini æthiopici, singulorum partem. i. euphorbij partem. i. tritis vt dictum est vtēre. At verò post dictorum sternutatoriorum descriptionem Asclepiades in hūc modum scripsit. Quæ mansa caput purgant, & multam humiditatem ducant. Piperis albi drach. ij. staphidis syluestris. 3. ii. origani. 3. ii. calia. 3. ii. Excipe vuarum passarum exacinarum, aut ficuum pinguium carne, & mandenda præbe. Mandentes verò deorsum pronuere oportet, & per interualla hiare, quo collectus humor destillet. Post verò etiam aqua calida in ore continenda, quæ etiā vbi multam perceperint mordacitatem eis etiam frigida exhibenda est. Aliud, Staphidis syluestris, pyrethri, piperis albi, hyssopi, cardamomi, singulorum æquales partes, polentæ duplum, aqua subigito ac vtitor vt dictum est. Porro ex subscriptis pharmacis quibusdam præceptores meos vsos scio, quibusdam amicos, aliqua etiam ipse in vsum adsumpsi, vt ex multo vsu fidem suam mihi probauerint. Sunt autem hæc. Foliorum cucumeris syluestris succus naribus infunditur tum per se solus, tum betæ addito decocto aut succo. Aliud, Myrrham melle coctam naribus infundito. Aliud, Aloes, nitri, melanthij, id est nigellæ parem mensuram, cum oleo veteri ad strigmentorum crassitudinē redacta. Aliud quod manditur. Nitri sexuncem, anisi trientem, staphidis syluestris quadrantem, foliorum lauri viridiū, & vuarum passarum exacinarum parē mensuram excipe, & ex hac mistura pastillos trium drachmarū coge, & singulos vsu expetente mandendos præbe. Aliud quod naribus inditur. Euphorbij drach. dimidiam, thapsia. 3. i. iridis. 3. i. mellis cocti sesquidrachmam, succi radices betæ quantum sufficit. Ex hoc ad milij magnitudinem accipe, & aqua dilutum specilloq; exceptum naribus infunde. Aliud quod naribus infunditur. Succu cyclamini cyathos. ij. succi foliorum hederæ cyathum. i. peucedani obolum vnum, elaterij obolum vnum. In vitreo vase recondito, vsu verò exoptulante lacte muliebri dissoluta naribus infundito. Aliud, Myrrhæ trientem, euphorbij trientem, piperis albi grana. xxxv. Myrrham aqua prius dissoluito, vnaq; ipsum euphorbium, deinde piper tritum addito, & adiecto olei gleucini sexunce vtitor. Aliud, quod naribus infusum multam pituitam per os detrahit. Olei communis † sextarios duos, saponis libram. i. resinae frictæ sesquilibram, opopanacis vnciam. i. per anchusam colorato ac vtitor, ore prius aqua expleto. Aliud quod in os illinitur. Saponem betæ succo dilutum iuxta palatum illinito, atq; itidem iuxta oris columellā. Idem et naribus infundi potest. Quæ Crito in primo de pharmacis scripsit his verbis, Apophlegmatismi. Staphis syluestris per se, & cū pulegio mansa. Aliud, Staphidis syluestris & origani, vtriusq; acetabulum, nitri drach. ii. trita cochlearij mensura manducanda præbeto, donec os pituita repleatur, deinde aperto ore effluere sinito. Aliud, Origani drach. iiii. hyssopi drach. iiii. staphidis syluestris drach. iiii. spumæ nitri drach. ii. sinapis, drach. ii. pyrethri drach. iii. tritis vtēre. Aliud, Sinapis partem. i. staphidis syluestris partem vnam, contusas vtēre. Hoc pharmacopolæ vtuntur. Aliud, Hyssopo, thymo, origano, tum per se, tum simul mistis vtēre. Aliud, Medullæ colocynthidis in aceto ad multum tempus coctæ, aut etiam per longum tēpus in vino macerata, liquorem in ore contineto. Aliud, Allia cum erucæ semine & nitro. Aliud, Staphidis syluestris drach. vii. pyrethri drach. iiii. hyssopi drach. i. Cōtusa in orbiculares pastillos cogito, eosq; drachmæ pondere formatos, manducandos exhibeto.

Quinta Classis.

SSSSS iij Quæ

Quæ pharmaca naribus indenda Crito ictericus seu arquato infestatis conscripsit.

Pharmacum quod naribus infunditur, & tum per nares tum per os excernit. Ob id ipsum vero ne conferneris, si palatum calefaciat aut exasperet: ex alto enim auocat ac transfert humores. Staphidis syluestris. 3. i. melanthij drach. iij. Cum aceto trita ad formam strigmento liquidiora redigito, & per dies quinq; in nares infundito donec expurgetur æger. Id autem alternis diebus facito. Aliud, Hederæ folia decem, lauri folia decem, cum oleo terendo ad strigmenti crassitudinem redigito, & naribus similiter instillato. Aliud, Egregie facit & elaterium insufflatum in ipsorum nares. Cæterum si quis hoc citra detrimentum facere velit, in calidæ solium ægrum immitet, atq; ita toto corpore præter faciem in eo immerso elaterium insufflabit. Large enim bilem per nares educit. Aliud, Elaterium ad magnitudinem erui in lacte muliebri dilutum naribus infundito, atq; ubi purgatio proderit, in calidæ labrum demittito ac lauato, & per diætam reficito.

Quæ Aeneas per experientiam pituitam detrahentia tradidit.

Quorum experientiam per Aeneæ vsum habeo, à quo etiam descriptiones accipi. *Pharmacum quod naribus inditur atq; pituitam detrahit.* Saponis lib. sxx, adipis caprini lib. i. ceræ lib. iij. picis aridæ trientem, quidam verò quadrantem habent, nitri tantundem, lixiuij acris cyathos. ij. Vfus tempore aqua diluito, & dum vteris per specillum infundito, attrahereq; iubeto. Caput vero itino prærigato, & post vsum aquam mulsam sæpe gargarisandam præbeto. Aliud, Euphorbij drach. vi. lycij indici drach. iij. succo betæ excipe ac melle addito coque. Vfus tempore aqua aut lacte dilue. Aliud, Succu cyclamini cyath. ij. succu cacuminum hederæ cyath. i. succu peucedani obolum. i. elaterij obolum. i. Vtere in balneo cum lacte muliebri. Aliud, Pyrethri, piperis, hyslopi, staphidis syluestris, parem mensurâ in pastillos drachmæ pondere cogito, quorum vnum manducandum præbeto, & post factam ab ipso purgationem, sale & melle curato. *Sternutatorium.* Piperis albi, veratri albi, castorij, euphorbij, struthij, succu cyclamini aridi aqua li mensura, penna prætritis insufflato.

De vsum omnium fortium pharmacorum.

Quam vtendi rationem de prædictis pharmacis dixero, eam ad omnia alia quæcunq; fortem vim habent transferre oportet. Non enim statim à principio efficacissima adhibere conuenit, sed à debilibus auspicari. Quin & ipsa fortia pharmaca mitigatoriorum admitione lenita, moderata fiunt. Et ob id ego quædam ex eis muliebri lacte receti & aqua diluo, & post hoc oleo dulci, deinde betæ succo, & anagallidis quæ coeruleum florem habet itidem succo, atq; ita sensim in vsum eorum progredior, donec postremum etiam per opobalsamum talia dissoluo. Ac primum quidē lacte admisso adhibeo, quod ubi leuiter ferunt ægri, etiam citra lactis adiectionem admoueo. Porro parabili sæpe pharmaco vsum sum, quod naribus infunditur, Melanthio aliquando quidē aceto acri rigato ac pridie macerato, deinde sequenti rursus cum aceto trito, & naribus infuso, aut ægro ipsum absorbere in nares iusto. Aliquando verò oleo veteri idem melanthium contriui, atque ita intrò instillans vsum sum, quo modo etiam Archigenes eo vtitur in narium obturatione. Priore verò quod cum aceto infunditur, Crito vtitur ad arquati morbum.

De hemicrania, hoc est dimidiæ partis capitis affectione.

CAP. 3.

Hemicrania affectio dolorosa circa dimidiâ capitis partem aliquando dexteram, aliquando alteram contingit, quæ iuxta futuram secundum longitudinem eius extensam terminatur, & vt plurimum per circuitum exacerbatur, influxu vaporum aut humorum siue multorum, siue calidorum, siue frigidorum causam dolori suggerente. Quidam igitur ipsorum circa temporum musculos vehementer dolitant, & pleræq; sanè ipsorum pars hoc modo affligitur. Quidam verò dolorem ad sublimiora ascendentem habent. Et quidam adeo vehementer dolent, vt neq; manuum contactum facile ferant: in quibus palam est pelliculam caluam ambientem esse affectam, & neq; cutem ipsam omnino ab affectione immunem existere. Rationabile igitur est vaporum, aut humorum, aut vtrorunq; influxum siue per venas, siue per arterias, siue per vtrasque contingere: cum interdum ea sola quæ intra caluam continentur, hoc est, cerebrum eiusq; membrana, quod in ipsis redundat foras protrudant: interdum verò corpus infra caput positum vtiatos vapores aut humores sursum mittat. Quapropter ubi quis hemicraniam curare aggreditur, prius quali purgatione aut venæ sectione æger opus habeat, consideret. Atque ita deinde ad capitis auxilia progrediendo, tum per digitos suæ manus, tum per linteum dimidiâ frontis partem, & eam maxime quæ circa temporum musculum est, confricando excalfaciat, atq; id ante irritationis tempus faciendum est. Post exacerbationem verò pharmacis hemicranicis à medicis appellatis vtendum, si quidem multa caliditas in doloribus percipiatur, ijs quæ refrigerans quippiam habent: citra verò hanc, ijs quæ multum excalfaciant. Vtriusq; verò aliquid ex ijs quæ firmitatem ac robur addunt misceatur, quod adstringentem videlicet habeat facultatem. Demiror autem quod neq; Apollonius, neq; Archigenes, neq; Asclepiades quicquam de hemicranicis pharmacis, quæ merito post doloris capitis totius pharmaca subiicienda erant, conscripserunt. Decebat enim ipsos, tametsi nihil priuatim in se habeant, propterea qd inter ea quæ totius capitis dolori destinata sunt, contineantur, id ipsum saltem annotare. Similiter autem et ab Hera & à Critone, vberior

A vberior de hac affectione tractatio neglecta est. Cæterum per quæ pharmaca inueterato capitis dolori medentur, per eadem constat eos etiam hemicranicis affectionibus auxiliari. Heras itaq; in medicamentario libro statim à principio in hæc verba ad capitis dolorē pharmaca conscripsit.

Pharmaca ex libris Hera ad capitis dolorem.

Crocomagmatis partem. i. gallæ partem. i. trita ex vino fronti ac temporibus illinito. *Capillus ad capitis dolorem egregie faciens, à tempore ad tempus bis aut ter illitus.* Croci drach. xv. atramenti futurij drach. x. aluminis scissi drach. xij. myrrhæ drach. iij. opij drach. iij. omphacij drach. iij. chalcitidis drach. iij. gummi drach. xv. tritis vini falerni austeri quod satis est affunde, & vt collyriū tere, indeq; in pastillos omnia redige. Vfus verò expetente posca aut aceto dilutis vtere. *Malagma ad capitis dolorem.* Aeruginis rasilis drach. iij. aris vsti drach. ij. squamæ stomomatis ferri drach. ij. cimoliz drach. iij. chalcitidis drach. iij. pumicis crudi drach. iij. terebinthinæ vnc. i. ceræ drach. xxxvij. & dimidiâ, olei veteris cyathos. ij. Aridis tenuissimè tritis liquefabilia liquefacta affunde, emolli, ac vtere. Quod si durius videatur pharmacum, oleo amygdalino emollito. Hæc quidem pharmaca Heras ad capitis dolorem scripsit. Vtuntur autem eis quidam etiam ad hemicranicis dolores, quemadmodum etiam alijs medicamentis quæ prædicti viri ad inueteratos capitis dolores destinauerunt. Non tamen per omnem frontem pharmacum extendunt, sed per affectam solum partem. Cæterum ex præceptoribus nostris quispiam hoc pharmacum ad inueteratas hemicranias in vsum habebat. Piperis albi drach. ij. crocomagmatis drach. ij. euphorbij drach. dimidiâ, vtere. Porro de euphorbij facultate iam mihi relatum est, quod citò exoluatur. Quare in eiusmodi pharmaca non verus conijcere oportet. Dictum etiam recens albidius esse, quod verò inueteratum est, flauioris aut pallidioris coloris reddi. Verum si non valde vetus sit euphorbium, sed duorum aut trium annorum, duplum eius adijcies, hoc est drach. i. Quemadmodum autem euphorbium recens conijciendum est, sic itidem stercore columbini drachmæ dimidiâ ex columbis montanis, quas in turribus nutriant sibiipsis victum quærentes, non velut quæ in vrbibus intra domos nutriuntur. At verò & atramenti scriptorij æqua portio, hoc est, drachmæ dimidiâ ad columbinum sterces inijcitur, atque ad hanc rem nostrum Pergamenum præstat, eo enim semper præceptor noster vtebatur. Aut igitur illud ipsum ex Pergamo atramentum inijcere oportet, aut aliquod aliud optimè præparatum: atque ita omnibus his mistis & probè subactis acetoq; acerrimo imbutis ac dilutis temporis musculus, & dimidiâ frontis, & affecta capitis pars illinenda est. *Pharmacum.* Quod non solum in hemicrania, sed & in omni inueterata capitis affectione illinitur: in capitis quidem dolore per omnem frontem, in hemicrania verò per mediâ capitis partem affectam. Croci drachmas. xv. atramenti futurij drach. x. aluminis scissi drach. xij. myrrhæ drach. iij. opij drach. iij. chalciteos drach. iij. omphacij drach. iij. gummi drachmas. xv. Omnibus tritis vinum falernum adijce, & rursus vt collyrium tere, deindeq; in pastillos redige. Vfus verò tempore posca dilutos aut aceto illine. *Aliud ad eandem affectiones.* Scammoniz drachmas. vi. croci drach. ij. comæ hederæ drach. vi. sulfuris viui drachmas quatuor, seminis anisi drach. octo, seminis apij drach. viij. diligenter trita cum ocymi succo in pastillos cogito. Hoc pharmacum multo rosaceo dissolutum capitibus lethargicorum rigandis fit commodum. *Aliud pharmacum non isdem solum conueniens, sed & vertigi nosis auxiliare.* Radicis peucedani drachmas quatuor, iridis illyricæ drach. ij. aeruginis drachmâ vnam, acori drach. i. sphondilij drach. iij. piperis nigri drach. ij. & dimidiâ, castorij drach. ij. & dimidiâ, serpylli drach. iij. & dimidiâ, myrrhæ drach. ij. baccarum lauri numero. xxxv. rutæ viridis drach. viij. mentæ viridis drach. quatuor, opij drachmam vnam. Aceto excipe, & in pastillos redige. Vfus exigente aceto & rosaceo dilutos illine. Verum cerato rosaceo exceptum hoc pharmacum vt malagma imponitur. *Capillus non solum Hemicrania laborantibus commodus, sed & coxendicum morbo affectis auxiliaris.* Thapsiæ drach. iij. euphorbij drachmas quatuor, laferis siue succi medicij drach. iij. myrrhæ drach. i. opopanacis drach. i. Simul contusa in pastillos cogito, quos deinde vsum tempore aceto tritos illinito. Hæc quidem composita sunt pharmaca. Sape vero & ex tempore ac improuiso pharmaca præparare coactus, simpliciter euphorbij illitione vsum sum, exigua cera compagis acquirendæ gratia adiecta. Sufficit autem in libram olei siue Sabini, siue alterius ei propinqui, ceræ quadrantem inijcere, & euphorbij vnc. i. atq; ex hoc dimidiâ frontis partem illinere, vna cum temporis videlicet musculo. Cæterum in quibus suspicionem habueris à calidis vaporibus aut humoribus, dimidiâ capitis partis fieri dolorem, in his ne admoueris hoc pharmacum. His verò qui ob frigidam causam infestantur, commodissimum adeo est, vt sæpe semel ante balneum illitum, quæcunq; affeccionem persanet, vt à balneo omnino sani ægri euadant. Iuuat etiam hos si oleum tepidum in aurem instilletur, modico euphorbio ad oleum iniectione: nimirum ad libram olei vnam, euphorbij vnc. i. dimidiâ, si validum euphorbium existat. Si verò non, etiam amplius inijcere conuenit. Verum in corporibus molli ac tenero sensu præditis, etiam si minus qd dimidiâ vnciam inieceris, melius res procedet.

Quinta Classis.

SSSSS iij

GALENI DE COMPOSITIONE MEDICA-
MENTORVM LOCALIVM, SIVE SECVNDVM
LOCOS LIBER TERTIVS,
ARGVMENTVM LIBRI.

Docet medicamenta ad aurium, & narium affectiones.

De aurium affectionibus, & ob quot causas aures dolore affligantur.

CAP. I.



Aurium dolores aliqui ex frigiditate fiunt, quos sanè in peregrinationibus à frigidis ventis perflati habent. Aliqui verò ex balneis frigidis, & quibusdam medicatis aquis oboriuntur, in quibus quidam ob delicias lauāt. Quanquam sint qui & ob corporis cōmoditatem id faciant, Fiunt & auris dolores ex inflammatione, interdum quidē solius circa meatum cutis, interdum verò in profundū progressa, quā videlicet nervus auditorius, ad inflāmatam affectionē peruenit. Qua verò ratione inflammatione partes inflāmatas distendens dolorem producit, iuxta eundem modum etiam flatus ventosus transitum non habens dolorem excitat. At verò consimilis dolor est ex serosis & saniosis humoribus in corpore aurium generatis ei, qui ex mordacium humorum illapsu forinsecus factio contingit.

De dolore auris ex frigiditate.

Dolores quidem igitur à sola frigiditate obortos calfacientia quā celerrimè curant: atq; in hūc vsū quosdam rurales homines magnas cepas exculpere vidi, deinde oleo eas explere, & in feruente cinere moderatè calefacere, atq; ita auribus infundere. Quosdam verò non cepas tantū sed & alliu in oleo cōtundere, vel feruefacere, atq; ita infundere vidi. Ego verò euphorbio omnino exiguo ad multum vetus oleum admisto vtior, velut ēt pipere exquisitissimè trito. Aurium enim dolores à frigiditate inductos eiusmodi calfacientia magnopere iuuant. Prodest etiā Amaracium oleum eis infundi, & optimū nardū, & quod apud Romanos foliatū, itemq; quod Spicatum appellat, prodest eis & Cōmagenum: atq; si rutam quoq; oleo non adstringētī ampliusq; tenuiū partium incoxeris, velut est Sabinum, magnopere iuueris. De dolore auris ex aqua medicata. Cū verò ex aqua medicata quippiā circa auditoriū meātū contineat, oleū assidue infundere cōuenit, quo ipsum eluamus, deinde lana molli extergere, rursusq; infundere. Magnificè autē eos mitigat ouī cādidiū, quo ēt ad lippitudines vtimur, itēq; lac muliebre. Manifestū verò est, quicquid adhibet, mediocriter calidū eē oportere. Plurimū iuuant quoq; ex adipe anserino, atq; itē vulpino.

De dolore auris ex inflammatione oborto.

Quod si inflammatione adsit, optimū ad eam pharmacum vnguentum nardinū cum exiguo basilico appellato pharmaco infunditur, idem ēt tetrapharmacū appellatur: & Commagenū quoq; aptum est, & ex adipibus pharmacum, cuius cōpositionem paulo post describam. Cogente verò dolore necessarium est etiam ijs quæ sensum stupefaciunt vtī, quemadmodum etiam in ijs qui colum, aut renes, aut quācunq; tandem partem affecti vehementi dolore affliguntur, facere consueuimus. Miscetur autem opium muliebre lacti & ouī candido, quæ ipsa & per se sæpe aurium inflammationibus profuere. Miscetur & castorio opium. Verum multo ante vsū tempore, siue parī pondere, siue duplo castorio admisceatur, præparatum id esse conuenit: & miscetur quidē in vehementissimis doloribus parī, in minoribus verò duplo. Liqueor verò quo hæc diluuntur, ex musto sapa sit. Multo, n. magis q̄ dulcia vina, dolorem hæc sedat. Statim itaq; in principio prædicta pharmaca diligenter trita cum sapa misceantur, castoriū quidem diligenter prius tritum & laeuigatum, papaueris verò succus ipsa sapa dissolutus, atq; ita hæc tria mista probè laeuigantur. Deinde verò vsū postulante rursus sapa diluantur in eiusmodi compagem, vt per aurifusoria specilla ad lucernam tepesacta infundi possint. Verum ego nullum pharmacum dolore vexatis infundo, neq; etiam per lanam instillo: vt ponē qui experientia edoctus sim, q̄ præstat neq; omnino cōtingere doloris tempore auditorium meatum, sed per auriculare specillum lana mollissima obuolutum dolore vexatos foueo, pharmacumq; ita moderato tepore in aurifusorio specillo præparatum iniicio, vt interrogato per nos agro, num tepidum ei videatur, & num calidius ipsum ferre possit, ad tantam caliditatem procedam, vt nihil amplius offendat. Tinctum itaq; in hoc modo præparato pharmaco specillū ad principium meatus moderatè imposito, & in altum desfluere ex eo pharmacū permittito, & postea iterum iterumq; & sæpius tingito, idemq; facito nullo tempore intermisso. Palam est autem cum hoc fit, etiam foris omnino aliquid effluxurum esse, expletō nimirum toto auditorio meatu. Hoc igitur quantū possibile est moderatè excipe, nec aurem contingas. Postquam verò probè foueris, meatum pharmaco expletum finito, & mollem lanam forinsecus tum meatus osculo, tum vniuersæ auri imposito: atq; vbi rursus fomenta adhibere oportebit, incumbentem foris lanam leniter tollito: rursusq; similiter foueto, quantum possibile fuerit.

A fuerit diligēter cauens, ne vel auditoriū meatum, vel aliam quāpiam auris partem attingas. Ad hoc verò præceptum maxime animum aduertas, vt potē quod omnium potissimum sit in aurium curatione. Fomenta verò fiant per ea quæ, velut dictū est, dolorem sedant, quale est optimū Nardinum vnguentum paucissimo in eo tetrapharmacō dissoluto. Deinde ēt Cōmagenum & Sulinū, & pretiosa diuitem muliercularū vnguenta, quæ ipsæ spicata & foliata appellant. Sunt autē spissiora quæ vt infundi quæant. Quapropter per nardinum vnguentum ea dissoluere oportet, & astatis tpe, & si calor sensus agrum circa inflāmatā aurem infestet, per rosaceum bonū: aut si hoc non adlit, amygdalinum. Memineris autē quod bonum semper rosaceum dico, in quo plurimæ rosæ maceratae sunt: verum oleum in quo hæc macerantur, omphacinum sit ex crudis oliuis & nec dum penitus maturis expressum, citra salis additionem præparatum. Immo neq; ēt aliud quicquid ad rosas conijciatur, quemadmodum illi faciunt qui spissamenta stymmata Græcis appellata addunt, quò videlicet per multum tempus ipsum rosaceum odoratum permaneat.

De dolore auris ex flatu ventoso, aut crassis & viscosis humoribus.

Si verò flatum ventosum, aut crassum aliquem & viscosum humorem, qui transitum non habeat, inclusum esse conieceris, ēt ex pharmacis ab obturatione liberantibus quippiam admisce. **B** Artificialia. n. coniectura causarum huiuscemodi doloris tibi contingeret, si tum prægressa, tum præsentia percunctatus fueris. Frigiditate. n. antegressa flatus ventosus congregatur: grauitate verò capitis, cibusq; pituitosis & mali succi, frigidi & crassi humores. His enim si frigiditas accedat, dolores contingunt, eis nimirum quæ prius distabantur propter densitatem inclusis & retētis. In his igitur spuma nitri, & nitrum ipsum molle, eiusmodiq; aphronitrum, & oleum amygdalinum appellatum rationabiliter in auricularia pharmaca miscetur. Ex hoc genere album item ac nigrum veratrum est, & struthium, ac amygdalæ amaræ, & ex tribus aristolochijs quæcunq; fuerit ad manum, & iris illyrica. Inijcies autē & cinnamomum si habueris, aut casiam illo non præsentē, tum eā quæ Zigeres, tum quæ Motodes appellantur. Item carpesium, quod plurimū in Sida Pamphylia nascitur, & ob id vilissimo pretio venditur. Quintus sanè, cū cinnamomi inopia esset, carpesium pro ipso iniicit duplo pondere, velut aliqui eius loco casiam. Cæterum aurium meatus ab obturatione liberant ēt quæ lapides in renibus atterunt, omniaq; insuper tenuium partium citra mordacitatem, vt ne dolore exacerbet. Ex quorum numero est ēt cucumeris syluestris radix, itēq; bryonia, & Ari, & dracunculi, ac centaurea, & polij, & omnino omnium amarorum: citra mordacitatem namq; & absq; molestia expurgant hæc meatus, disticiuntq; & dissecant obturata. Verum ob id multa eiusmodi exempla scribo, quibus sanè omnia in libris de simplicium pharmacorū facultatibus retulerim, quòd videlicet omnibus terræ locis remedijs vos abundare volo, vt ipsorum memoriam in promptu habeatis. Alia. n. in alijs regionibus abundant, & meliora ijs quæ alibi nascuntur existunt. Alioqui sanè ex adipibus cōpositum pharmacum tibi sufficet, et ex simplici cibis quæcunq; paulo antè recensui doloris mitigatiua. Mirari porrò subit medicos qui citra distinctionem ad aurium dolores pharmaca quædam conscripserūt. Quæ etenim à frigiditate dolent, per calfacientia celerrimè curantur: si verò à mordaci acredine, aut à pulsatili inflammatione dolor fiat, maximum detrimentum contingeret, si eiusmodi pharmaca adhibeantur. Atqui moderatae inflammationes & non pulsatiles ēt per eiusmodi pharmaca curantur: quale est acetum cum rosa eo tepesactum, vtriusq; diligenter simul cōmixtis. Sic ēt Glaucium in cote medica cū aceto tritū moderatis inflammationis doloribus prodest. Præstat autē pastillum ex glaucio multæ sanè utilitatis pharmacum, prius præparatum habere, qui sit ex glaucio probè cum aqua pluuiali trito, deinde in pastillum redactio & exiccato. Si verò fragilius videatur glaucium quæ vt in pastillos formari possit, parum gummi ei addes. Sufficit autē id duodecimam, aut quintam & decimam glaucij partem esse. Quin & collyria ex glaucio eodem modo cum aceto trita, eis profunt auribus instillata, atq; **D** his nihilo minus collyria ex croco. Hæc quidem igitur sunt doloris & inflammationis remedia. Cæterum de alijs affectionibus quæ in auribus oboriuntur, vbi pharmaca quæ per experientiam cognoui recensuero, ita deinde ad ea quæ à prioribus medicis scripta sunt tranlibo.

De vlcibus aurium.

Vlcera aurium recentia tum glaucium solum cū aceto tritum, vt iam dictum est, curat, tum collyria ex eo omnia, & collyria ex croco, & ex rosis medicis appellata, velut ēt quod Nilo inscribit. Curat item ea Damocratis collyrium ex myrrha. Quæ verò pure manant citra dolorem, atque id moderatè patitur, per eadem curantur: verum quæ fortiter affliguntur, per eiusmodi qualis est pastillus Andronij, & pastillus Musæ cum sapa & exiguo aceto dilutus. In quibus componendis varietas rursus dicitur, vbi verò & hæc à malo vincantur, scoria siue recremento ferri ad plurimos dies in sole cum acerrimo aceto trita & laeuigata confidenter vttere. Etiam si præter rationē videatur aurem acerrima pharmaca sustinere posse, quam paulo antè dixi, neq; mollissimorū infusorum admotionē & allapsū citra molestiā sustinere, sed & hæc ipsa offendere ipsam videri.

De audiendi difficultate, & de sonitu aurium.

Restat itaque adhuc de audiendi difficultate, & de sono aurium disserere, quæ nihil cum doloribus & vlcibus commune habent. De quibus deinceps dicam, vbi prius compositiones auriculares

riculares à celeberrimis medicis magnificè laudatas recensuero, iuxta quam rationem eas compo-
suerint tandem illi, initio ab ea quam Heras scripsit sumpto.

Compositio auricularis, Heras.

Heras quidē igitur ita scripsit. *Compositio auricularis ad omnem dolorem, omneq; vlcus, hac in febrilen-
te quodā vsu sum, & ob dolores delirante, & feliciter successe.* Myrrha, drach. i. thuris, drach. iij. alij. vij.
spumæ nitri, drach. iij. croci, drach. iij. alij. i. succi papaueris, drach. iij. chalbanī, drach. ij. amygdala-
las amaras delibratas, xx. aceto excipito. Vfus verò tpe, si quidem dolor adlit, rosaceo diluta instilla-
to, si verò audiendī difficultas adlit, aceto. Heras itaq; vnum h. c. pharmacum scribere cōten-
tus fuit, ad omnem dolorem, ac aurium exulcerationem remediū. Ego verò dolores per phar-
macum ex adipibus constans, & per nardinum vnguentum tetrapharmaco admisto leniri dico,
vnaq; & affectiones ipsas iuuari, velut et ouī candido, & lacte muliebri: per papaueris, verò succū
mitigari solūm dolores, nihilq; iuuari affectiones: verum per accidens, non primario etiā affectio-
nes inde opem sentire quis dicere possit. Sedato enim dolore, & somno consequente, natura affe-
ctiones dolorem efficientes concoquit. Cæterum vlcera in auribus omnino cum glaucio ex ace-
to curauī, quemadmodum et quæ cum fluxione aut purulentia consistunt, per passillos, à mitiori-
bus auspicatus, qualis est Polyidæ, & post eum Andronius, & ab illo Bithynus appellatus, cui si-
milis est meus, hoc est, ex charta vsta constans, & velut ego iudico, eo et præstantior. Minime ve-
rò semper omniū vsu opus habemus, sed sufficit omnino vnus, si quis ipso vti norit, aliqñ quidē
per sapam diluto, si quidem mitius reddere pharmacum velit, & rursus per vinum dulce, deinde
per acetum non acre, deinde et per acre, ac postremò per longè acerrimum. Quapropter cum per
eiusmodi misturam aliàs aliter parabilem, huiuscemodi pharmaci vehementiam exoluere possis,
fortissimum tantum præparatum habere poteris. Verum mirari ritè, velut dixi, licet plerosq;
medicos, qui citra discrimen omnigena aurium doloris pharmaca conscripserunt, eaq; cōmiscue-
runt in vnum ordinem redacta, quæ vel maximè contrarias habent vires. Quemadmodum sta-
tim, (à veteribus enim auspicari præstat.) Apollonius Herophilī sectator, in parabilium pharma-
corum descriptione, in principio quidem libri, capitis doloris remedia scribēs, primū omnium
ea quæ ex ardore oborto conueniunt, locauit, deinde consequenter ea quæ dolori congruunt ex
frigidityate. Deinde ea quæ ex ebrietate & meri potu oborto medentur, sic enim ipse appellauit.
Quarto loco ea quæ plagæ aut casui dolores capitis inducentibus adhibenda sunt subiecit. Et po-
stremū iuxta illius præscriptum ea, quæ ad temporum & totius capitis dolores citra manifestā
causam obortos conducunt. Verum in aurium dolore nullam omnino apposuit distinctionem,
sed simpliciter. Ad aurium dolores titulo præscripto, deinceps pharmaca recenset, aliqua calefa-
cientia, aliqua refrigerantia, quædam humectantia, quædam reliccantia, & iuxta secundas faculta-
tes ac qualitates, austera, acerbata, amara, acida, acida, salia, & ad hæc insuper alia discutientia, alia ad-
stringentia, & cogentia, ac repellentia influxiones, alia extrahentia è profundo corporis. Alia ab
obturationibus liberantia, alia repurgantia & extergentia, alia sensum stupefacientia. Si quidem
igitur vna affectio dolorum est causa, rationabile est et vnam esse remediū ipsius facultatem.
Si verò multæ, tantum remediū numerum esse oportet, quantus est efficientium causarum.
Cum itaq; Herophilus distinctiones in tantum, vt haud sciam si quis alius, laudet: ipseq; Apollo-
nius capitis doloris pharmaca distinctè scripserit: magis vtique miror, q; circa aurium dolores ita
indiscriminatim omnia tractauit. Et quintum insuper pharmacorum genus penitus indistinctū
reliquit, illud scilicet quod postremum ad capitis dolores citra manifestā causam obortos descrip-
sit. Quamq; & huiusmodi capitis dolores necesse sit primū communibus generibus causarum
dolores efficientium subiectos esse, solutioni videlicet cōtinuitatis, aut intemperiei, quemadmo-
dum à nobis est demonstratum, deinde et ips quæ has ipsas operantur. Quæ omnia à me proprio
huic rei & tractationi loco sunt determinata: nunc autem eorum quæ ad aurium dolores pertinēt
solūm mentionem faciam, cum omnium postrema, velut sæpe in methodi medendi libris dictum
est, hæc tractatio existat. Etenim curandi methodos illic tradens, vnum atq; alterum particulare
exemplum apposui, multitudinē pharmacorum quæ ex multis compono, in præsentem tracta-
tionem reiecta. Quare medendi methodum de simplicium pharmacorum facultate libri. xi. me-
rito præcedunt: post hos verò. xiiij. de medendi methodo ritè consequuntur, his demum de com-
positione pharmacorum libri, quos nunc in manibus habemus succedunt.

Quæ Apollonius ad aurium dolores scripserit.

Quod verò Apollonium deliquisse dixi, in eo quod non distinxerit in quali aurium dolore
vnum quodq; eorum quæ describit pharmacorum vtile existat, ne falsò virum reprehendisse co-
arguar, ex paucis exemplis demonstrabo. Cum enim præscripsisset, vt dixi, ad aurium dolorem
infundenda, inter eaq; scripsisset, Anserinum aut gallinaceum adipem liquefactū sensim instilla-
rursus deinceps scribit, Fel taurinum aut caprinum cum porri succo instilla. Adeps quidem igit
horum quæ dixi animalium maximè mitigat omnes affectiones dolores inducentes, simulq; ip-
sarum aliquibus magnificè auxiliatur: fel verò ipsum cum porro, tum ex inflammatione, tum ex
acribus & mordacibus humoribus obortos dolores augēt. Solos autē iuuant ob obturationem,
aut

Aut frigiditatem inductos, siue ob nudam intemperiem frigiditatis solidæ partes dolore vexentur,
siue propterea q; in eiusmodi affectionibus ventosi flatus, & frigidi humores generentur: excerni
aut prohibeantur, propter continentis corporis condensationem, citra inflammationem factam.
Vbi enim ab huiusmodi acribus & calidis pharmacis dolorū causæ fuerint exclusæ, curatio simul
& doloris sedatio contingit. Gallinaceus itaq; & anserinus adeps, si quidem euacuatū corpus in-
uenerint, & humorem qui inflammata affectionem excitat, non amplius influentem, duabus ra-
tionibus tum mitigandi, tum curandi profuerint. Si verò influente adhuc causa adhibeantur, affe-
ctioni quidem nihil auxiliantur, leniunt tñ doloris accessionem siue symptoma, quemadmodum
et si ob humorum acredinem mordacitas contingat. Verum fel cū porri succo nunq; in eiusmodi
affectionibus quicq; commodum efficere potest. Quemadmodum neq; piper, & tñ eo et medicū
quendam vsū scio in muliercula, ex calidarum naturæ sponte aquarum vsu aurem dolente. Cū
enim per omnia parabilium pharmacorum Apollonij libris fidem haberet, & iam antè feliciter
sæpe ex pipere remedio vsus esset, etiā tunc sperauit se in auris dolore opitulaturum: verum adeo
ab ipso exacerbata est muliercula, vt parum abesset quin seipsam strangularet. Scribit itaq; Apol-
lonius in hunc modum: Piper in vino feruefactum terito, & mediocri crassitudine instillato. Scri-
bit aut consequenter post hoc et hæc: Lycio, & papaueris succo, pari pondere lacte muliebri dilu-
tis vtire. Et post hoc rursum aliud, hoc scilicet: Castorij & papaueris succi par pondus in testa At-
tica, aut, si haberi nequeat, Romana torrefacito, & trita passo diluta instillato. Pharmaca igitur ex
papaueris succo omnia sensum stupefaciūt, & ob id sanè necessariò cogimur ipsis vti, vbi nullum
aliud mitigatiuum opem tulit. At verò ex pipere pharmacum alterius generis est. Quemadmo-
dum et quod ex adipibus constat. Et velut id quod deinceps scriptum est hoc modo: Galbanum
fusino vnguento diluito, & mel acrosaceum admisceto, atq; lanam fordiam auriculario spicillo
obuolutam in eis agitando imbuito, & tepesacta instillato. Discussorium est citra molestiam hoc
pharmacum, inflammationibus conducēs in quas nihil amplius influit. Probè et fecerit in ijs qui
ex frigiditate dolore vexantur. Cæterum quæret fortassis aliquis, quam ob causam, cū non solū
Apollonius, sed alij et quidam celebres viri papaueris succum & castorium torrefacere iusserint,
quò videlicet vehementia virium ipsorum minueretur, ego ad priorem meum sermonem id ap-
ponere reliqui, nimirum supra, cū auris doloris curandi rationem scriberem. Huic ego respōdebo
in hunc modum. Castorium quidem igitur neq; omnino torrerī operæ precium existimo, neq;
enim tanq; sensus stupefaciuium ad papaueris succum admiscemus: sed ob cōtrariam omnino ra-
tionem, vt videlicet vehementiam refrigerandi facultatis in eo obtundat. Quare qui papaueris
succum torrerī iubent, non probè id faciunt. In castorio verò omnino absurdè id præcipiunt:
ipsum enim per se concoctioriam agrè solubilem & in scirrhum induratarum affectionum vim
habet. Abundè igitur satis esset lenitas, quæ ex eorū compositionis perennitate cōparatur, torrefa-
ctū enim efficaciam amittit. At si castorio misceatur, perennaret, quippè manet & nūc abundè
efficacia, eius verò malignitas obscuratur, ex qua et aliqui læduntur, vt obscurius videat per mul-
tos omnino dies, & capitis grauitatem sentiant, & neq; probè concoquant cibos, & ob hanc sanè
eius malignitatem pleriq; medici ad torrefactionem cōfugerunt. Verum cū rursus in torrefacien-
do efficacia ipsius pessumdari videatur, id quod sæpe sum expertus, melius esse existimaui in tostrū
quidem misceri, sed post tps aliquod inueterata iā compositione in vsū adsumi. Hæc itaq; ex-
tra rem dicta sunt, sed quæ tñ vtilia existant. Cæterum vt ad id quod propositū erat reuertamur,
non parum noxæ inferunt illi qui indefinitis pharmacorum descriptionibus fidem per omnia ha-
bent. Porrò multi alij iuxta eundem modum in plerisq; tum locis, tum affectionibus indefinita
pharmaca scripserunt, neq; cognouerunt quantam vim habeat certa distinctio ad artis constitu-
tionē: in quibus sanè nihil miror q; omnia indiscriminatim confuderunt, quemadmodū in Apol-
lonio Herophilī sectatore mihi accidit: vt potè qui norit quod iubeat Herophilus, Medicum om-
nino anniti debere vt sciat, quæ, & qualis, & quæ sit morbi causa, & vbi maximè ea dominet, quo
videlicet & curationem vnicuiq; conuenientem faciat. Magis verò adhuc Archigenem quis mi-
retur, qui & ipse non pauca indefinitè & indistinctè scripsit cum in alijs curationibus, tum in eis
præsertim quæ ad aurium dolores destinauit. Vna enim tñ in ipsis distinctio vsus est, à vehe-
mentia nimirum & mediocritate doloris. Atqui & ipsius totam tibi adscribam dictionem.

Quæ pharmaca Archigenes ad aurium dolores conscripsit.

In priore de pharmacis secundū genus libro, Archigenes in hunc modum hæc verba scripsit:
In aurium dolore, præcedente alia victus ratione quam ad capitis dolorem ordinauimus. Si quidē
moderatus fuerit, simplicia vnguenta tepida instilla, velut crocinū, aut irinum, aut rosaceum, aut
nucum amararum succum, aut castæ vnguentum, aut simplicem nardum, aut fusinū, aut amygdala-
linum, aut rosarum, aut mali punici, aut papaueris succum cū oleo calido, aut porri semen tritum.
Aut veratrum album cum rosaceo tritum, tepidum per strigilem infunde. Aut opij parum cum
lacte muliebri. Aut opij succum eliquatum cum lacte eodem modo. At verò vbi vehemens
sit dolor, alius per clysterem validè subducatur, & sanguis à cubito detrahatur, & quæcunq; simi-
lia adhibeantur. Indeq; fomentum ex decocto lauri, aut simili quopiam fiat, aut ex sulfure viuo in
aquam

DE TA *

† At probe,

† In antiq; addi-
tur et modū, i.
si bibatur.

aquam insperfo. Exprimantur autem vehementer spongiæ, auribusque apponantur, facillimè enim ab humore soluantur ac laxantur. Quapropter fomenta sicca longe commodiora eis existunt, ex sale videlicet aut milio, aut delicatis pileis, molliter effigiatis. Aut rutam feruefacito, eiusque coctum in angusti oris vasculum transfundito, lanaque os eius obturato, & auriculæ admoueto, quò vapor inde per lanam ad aurem penetrare possit. Quidam in posca et exiguo oleo rutam coquunt, atque ita liquorem in vasculum infundunt, ex eoque fomentum parant. Post fomenta verò aurem concutito, & balsamum cum rosaceo dilutum infundito, aut aliquod ex prædictis vnguentis tepidum. Aut aliquod aliud conueniens ad auris dolorē ex his, quæ mox describentur imponito. Aut papaueris calicem tenuem farina admista, & in aqua mulla coctum. Aut papaueris calicem cum hordeacea farina in vino coctum. Aut fœnugracum aqua mulla coctum. Aut semen lini eodem modo. Summè auxiliatur spongia ocularis melle cocto atque adhuc calido imbuta, & imposita. Aut ceratum ex irino, styrace ad ipsum admisto. Egregiè facit ad aurium dolorem aloeroseo permista, & mellis crassitudine infusa. Aut chalcitis vino diluta. Aut perdicij succus tepidus instillatus per se, & cum melle. Aut nitri exigua aqua diluito, admistoque oleo tepidum instillato. Aut aristolochiæ radicem cum oleo. Aut veratrum album cum rosaceo tritum tepidum per strigilem instillato. Probè facit opium in testa torrefactum, similiterque castorium pari pondere, cum rosaceo & passo ad mellis spissitudinem redacta. In quibus deinde post fomentum, specillum lana obuolutum intingitur & imponitur. Aut succum fœniculi cum aliquo ex prædictis vnguentis in principio instilla. Aut anguis fenecliam cum calicibus papaueris coquito & infundito, aut cum quopiam ex prædictis vnguentis. Aut garum Hispanum calefactum per strigilem instillato. Facit & acopon foetidum tepidum infusum. Aut papaueris succus rosaceo, & exiguo crocino dilutus. Omnibus tamen præstat Hiera aromatica cum quopiam ex vnguentis. Egregiè facit & veratrum album tritum cum melle & rosaceo infusum, meatu per purpureæ lanam obturato. Præclare facit & veratrum cum irino oleo vel vnguento. Facit & cedria cum nardino vnguento infusa. Seuerus autem Asellos in aquarijs vasis nascentes, Millepedas Latini vocat, cum vnguentis tritos vlceratis infundebat. Quidam verò frigidam aquam dolenti auriculæ infundunt, & confestim quidè longè magis dolitant, paulò post verò perfectè à dolore liberantur. Alij melius faciunt, & in alteram non dolentem aurem frigidam infundunt, quemadmodum Lucius solet. Præclare faciunt & aloë & crocinum cum vnguento amygdalino infusa. Aut æs tritum cum aceto & aliquo vnguento. Summè prodest Silphium cum rosaceo, si exulceratio adsit. Mirabiliter cõfert in excellenti aurium dolore porri succus, & caprina vrina, & rosaceum, cum exigua myrrha infusa. Aut Sciuri adeps in strigili tepidus instillatus. Aut alumen scissum & mentæ succum cum passo instilla. Aut piper album & sale pari pondere, cum sapa, sinistra manu ter aut quater aut quinquies infunde. Aut cochleam siue limacam aphricanam putridam compungito, & rosaceo impleto, & feruefactum calidius per strigilem infundito. Quòd si ex plaga, externa pars auriculæ doleat, ad micam thuris lac affundito, semelque atque iterum diffundito, ac tertio macerari in eo finito, & agitatum infundito: statim enim dolorem sedat. Hæc quidè Archigenes valde indistinctè scripsit, possit autem quispiam mente præditus, reuocatis in memoriam his quæ prius dixi, facile animo concipere quale tandem ex prædictis pharmacis, singulis relatis aurium doloribus conueniat. Nimirum si memor sit facultatis eorum: de qua in simplicium pharmacorum libris mentionem feci. Verum ego iam ad auriculares compositiones ab Andromacho scriptas transibo.

Auriculares compositiones Andromachi numero, xxxiiij.

Quatuor & viginti compositiones auriculares ex ordine Andromachus conscripsit, quarum aliquibus distinctionem quædam, aliquibus nullam apposuit. Et prima quidè ex eis hoc modo scripta est. *Compositio auricularis ex libris Galli qua vtor.* Myrrhae. 3. i. salis. 3. iiii. thuris. 3. iij. spumæ nitræ. 3. iij. croci. 3. iij. succi papaueris. 3. iij. amygdalas amaras. xx. galbani. 3. ij. aceti boni quantum satis est. Descriptio hæc ad Menemachum refertur. Multi vsus hanc compositionem auricularem Andromachus scripsit, multis simul affectionibus aurium destinata. Verum antea à me dictum quòd huiusmodi compositiones nihil magnopere corrigunt, neque et error ex earum vsu nobis contingit. Quæ verò vni affectioni congruunt, illa ipsam optime curant, alias verò aliquam, vltra hoc quòd nihil iuuant, amplius et exacerbant. Secundam deinceps compositionem post prædictam scripsit hanc. *Compositio auricularis Aelij Galli ad inflammationem, & intensos dolores.* Galbani, drach. octo, cinnamomi, drach. ij. myrrhae, drach. viij. croci, drach. viij. thuris, drach. tres, spumæ nitræ, drach. iij. succi papaueris, drach. iij. aceti, vt mellis accipiat spissitudinem. Oportet autem nitro prius præparare, ne pingue quicquam adsit, deinde pharmacum ipsum infundere. Et hic rursus ab obturatione liberantia, & concoctoria, & laxatoria, & discussoria pharmaca mista sunt, quæ vehementes dolores sanare non possunt, & ob hoc ipsis papaueris succus admistus est. Tertiam auricularem huiusmodi conscripsit. *Compositio auricularis Laodici regis, qua assidue vtor.* Castorii, drach. ij. succi papaueris, drach. iij. opopanax, drach. ij. spumæ lycij drach. i. passo excipe, & tepidus vttere. Hæc euidenter intensis doloribus conuenit, non tamen alijs affectionibus. Ego verò quæadmodum dixi, in vnaquaque affectione proprio pharmaco vtor, semperque papaueris succum fugio, neque nisi

* Af. vel

* Af. Decius

* Af. vnam

* Af. duas

* Af. octo

* Af. iiii.

* Af. libras. ii.

nisi urgente necessitate, ad eius vsum peruenio. Quartam deinceps auricularem sic scripsit. *Alia ad inflammationem & purulentas ac veteres affectiones.* Fabæ Ægyptiæ internæ amaræ, aluminis scissi, piperis albi, spumæ nitræ, croci, opij, malicorij, myrrhæ, thuris, nardi, singulorum drach. ij. castorii, drach. i. aceti & mellis quantum sufficit, alij mellis, drach. vi. conijciunt. In hac compositione, pharmaca alia discussoria, & resiccantia, & obduratione liberantia sunt: & quædam et concoctoria, velut myrrha & thus existunt. Alumen autem scissile fortiter adstringens pharmacum, ad resiccandum purulenta admistum est. Adiectum est & opium doloris sedandi gratia, oppositumque est ei castorium, velut antea dixi. Sed in eiusmodi affectionibus non solum vt oppositum, sed & vt concoctorium earum, & tanquam resiccantium merito inijciuntur. Quintam deinceps auricularem Andromachus scripsit his verbis. *Alia Xenocratis qua sepe vsus sum.* Spumæ lycij, drach. ij. myrrhæ, drach. i. croci obolos. iij. thuris, drach. i. aluminis scissi obolos. iij. spumæ nitræ obolos. ij. trita cum aceto reponito. Vtere cum aceto. Et hæc multi vsus est, non tamen in dolore forti conuenit, vt quæ neque opium, neque castorium habeat, neque quippiam ex adipibus sedantibus dolorem, neque galbanum. Sexta compositio auricularis consequenter hac verborum ferie scripta est. *Alia Prytanidis, concordat cum Harpali compositione.* Myrrhæ obolos. iij. nardi obolos. iij. croci obolos. iij. æris vtri obolos. v. opij obolos. ii. castorii obolos. iij. aluminis scissi, drach. i. & rotundi, drach. i. Excipere passo vbi fluxus fuerit, cum dolor, rosaceo. Vbi verò vermiculi generentur, veratri nigri. 3. ij. admisceto. Probè fecit quod in fine vsus eius adiecit, quem nos sane dixissemus, si ipse adscribere neglexisset. Septima similis præscripta, in hunc modum descripta est. *Alia diui Gaij compositioni consona.* Veratri nigri obolos. ij. myrrhæ obolos. i. & dimidium, opij obolos. iij. æris vtri, obolos. iij. aluminis scissi obolos. ij. castorii obolos. i. croci obolos. iij. nardi obolos. iij. cum passo vtere. Octaua præscriptis omnino similis est. De nona verò hoc modo ipse scripsit. *Alia qua vtor in doloris vexatione & sonitu.* Nitri, drach. i. myrrhæ, drach. i. rosacei cyathum. i. aceti cyathum. i. simul tritis vttere. Hoc pharmacum non ad dolorē in inflammatione conuenit, sed ad eos dolores qui ex obturatione, & flatu frigido ac vaporoso, similiterque ex humore oboriuntur. Decimam deinceps hoc modo scripsit. *Ad aures purulentas Harpocratonis.* Florum mali punici, mali corij, aristolochiæ, chalcitidis, misyos cyprij, gallæ, squamæ æris, singulorum drach. i. myrrhæ, thuris, vtriusque obolos. iij. atramenti futorii, alari, aluminis scissilis, vtriusque obolos. iij. cum passo pastillos formato ac vtor. Quod si etiã ipse pharmaci promissionem non præscripsisset, facillimum tamen erat nobis eam animo assequi, memoria repetentibus ea quæ in principio præfatus sum. Est. n. aurium purulentarum resiccantium hoc pharmacum, quòd ipsum malum ex fluxione quapiam ex capite delabente contingit, ob quam si diu perseueret etiam exulcerationes accidere videmus. Vndecimam auricularem sic scripsit. *Auricularis compositio in multis consona.* Croci, drach. i. myrrhæ, drach. i. castorii, drach. ii. aluminis scissi, drach. quatuor, thuris. 3. i. cum passo ad mellis crassitudinem redigito, deinceps et sic dilutis vtitor. Et hæc moderatas affectiones sanat, quæadmodum et ea quæ hanc sequitur. Ceterum quæ deinceps post hanc ab Andromacho adscriptæ sunt auriculares compositiones, eas citra meam expositionem adscribam, cum ipsas per se diiudicare possint, qui prædicta memoria tenent. Verum quarum ipse cum distinctione fecit descriptionem, earum nulla amplius nostra interpretatione opus habet. Deinceps igitur omnes describentur, ne videlicet amplius alicuius alterius auricularis compositionis, ab aliquo alio medico conscriptæ, mentionem facere opus habeam. In his enim varietas omnium ipsarum comprehensa est. *Auricularis vt Solon Diatarij.* Myrrhæ, drach. iiii. aluminis scissi, drach. iiii. castorii, drach. ii. thuris, drach. i. croci drach. i. opij, drach. i. cum cretico aut vino mulso ad mellis crassitudinem redige. *Auricularis compositio Antipatri ad doloris vexationes.* Croci sextantem, alij. 3. i. myrrhæ. 3. i. salis ammoniaci. 3. i. aluminis scissi, ammoniaci thymiamatis, vtriusque. 3. dimidium, facis vnguenti irini aut Syriaci sextantem, cum vino mulso aut cretico ad mellis tenuis spissitudinem redige ac vtere. *Auricularis alia valde commoda.* Opopanax, drach. ii. succi papaueris, drach. iiii. spumæ lycij, drach. iiii. castorii drach. ii. aluminis scissilis obolos. iij. croci obolos. iij. myrrhæ. 3. i. Vtus eius est cum lacte muliebri. *Ad aures purulentas compositio Sponduse.* Fellis porci castrati partes. ii. mellis atticæ partem. i. Vase vitreo simul indita in feruido cinere vsque ad dimidium calcificato, atque ita vtitor. *Auricularis Harpocratis ad affectiones & dolores.* Spice nardi, drach. vi. myrrhæ, drach. vi. piperis, drach. vi. spumæ nitræ, drach. vi. floris salis, drach. vi. croci, drach. xii. nuce amaras. x. succi papaueris. 3. xii. vini veteris quantum sufficit, stanneo vasi pharmacum infundito. *Ad granitatem auditus & sonitus.* Veratri albi, drach. i. castorii, obolos. i. spumæ nitræ sesquibolum, cum aceto optimo vtere. *Alia ad sonitus pulchra.* Struthii, drach. i. croci ciliaci, drach. i. castorii, drach. i. veratri albi. 3. iiii. nitri. 3. vnam redigito in pastillos, & vsu expetente, vino dilutis vttere. *Ad aures purulentas.* Alumen scissum vstum & myrrham cum melle terito, & præelota auricula pharmacum lana exceptum imponito. *Auricularis Chrysanthi Gratiani, ad inflammationes & exulcerationes.* Blattas de tractis pennis. xii. vini veteris & mellis vtriusque sexuncem, mali punici putamem vnum, succi porri sesquicyathum. In olla vna donec mali punici putamen flaccidum fiat coquito, deinceps terito, & vnguenti Syriaci vnciam vnam aduicito, picis liquidæ sesquintunciam, ceparum quatuor. Succum

cum expressum, & contrita simul reponito: vsu verò expetente tepefacta lana excepta indito. **B**
C *Auricularis compositio ad inflammata & purulenta.* Nardi indicæ, drach. i. aluminis scissi, drach. ij. opij, drach. iij. malicorij, drach. iij. croci, drach. iij. myrrhæ, drach. iij. thuris, drach. iij. mellis atticij, drach. iij. spumæ nitri, drach. iij. castorij, drach. ij. amygdalarum amararum drac. viij. piperis albi grana. xxx. acetij cyath. i. vrinæ suis syluestris tantundē, fabæ Egyptiæ viridis internæ amaræ, drach. iij. trita simul in stanneo vase reponito. Vfus tempore cum rosaceo instillato, & lanæ purpura infectæ tomentū indito. **C** *Auricularis ad desperata velut Zoilus Ophthalmicus tradidit.* Seminis hyoscyami obolos. iij. aluminis scissi oboli dimidium, myrrhæ drach. vnam, castorij obol. iij. succi papaueris obolos. iij. gallæ obolos. iij. croci obolos. iij. cinnamomi obo. iij. thuris obo. ij. spumæ nitri, obol. ij. sandarachæ obol. ij. opij recentis cochlearia. iij. vrinæ suis feræ masculæ cochlearia tria, sanguinis conchilij obol. iij. succi mandragoræ obol. i. mellis atticij quantum sufficit, conchylio aurem obturato. **C** *Auricularis alia ad inflammata & purulenta mirabilis.* Rutæ obo. iij. myrrhæ obol. iij. baccarum lauri amotis corticibus obol. iij. succi hyoscyami drach. vnam, opij drach. vnam, croci, drach. i. Cum lacte muliebri vttere, & tepidum infunde. **C** *Auricularis compositio valde bona & probata, ex Apollonij libris.* Myrrhæ, drach. ij. thuris, drach. i. nucum amararum drach. vnam, spumæ nitri drach. i. aluminis scissilis, drach. i. malicorij, drach. vnam, spicæ nardi. 3. vnam, aloes, drach. iij. vini nulli veteris cyath. iij. Arida trita vino mulso admisce, & cocta in stanneo vase reponite: vsu verò exigente tepido vttere.

Composiciones auriculares ab Asclepiade in primo externorum scriptæ.

Auriculares compositiones ad dolores aurium recentes quibus Niceratus vsus est. Inter eas optima hæc est. Afellorum domesticorum, est autem animal multipes in aquarijs vasis & sterquilinijs enascens, quod ad digitorum contactum in orbem se contrahit, horum tres aut quatuor in oleo feruefacito, & expressum oleum auribus infundito. Facit & cucurbitæ succus cum rosaceo, aut nardino mistus & tepefactus. Et perdicij herbæ succus cum oleo coctus. Et centaureæ succus aqua multa dilutus. Et hyoscyami succus rosaceo mistus. Facit & papaueris succi parū lacte muliebri dissolutum. Et ferofus cruor qui à carnibus bubulis dum torrentur destillat. Has itaq; crudas recentes prunis imponere oportet, & crudas adhuc exprimere, & expressum liquorem calidum infundere. Facit etiam nucum putrefactarum internarum liquor aceto dilutus addito rosaceo. Facit & Aphricana limaca in propria testa, cū oleo nardino aut rosaceo feruefacta. Facit & suis quæ non peperit, fel pari melle attico admistum. Aliud, Succij papaueris, castorij, vtriusq; obol. ij. passo diluito, & pauco rosaceo adiecto tepida infundito. Aliud, Succij papaue- **G** ris, & succi peucedani æquales partes dissolutas infundito.

Ad inflammationes cum exulceratione, Charixeni.

Myrrhæ, opij, castorij singulorum æquales partes passo dilutas tepidas infunde. Aliud, Hyoscyami succi, succi papaueris, myrrhæ, castorij, singulorum drach. iij. piperis, drach. i. passij protropi quantum satis est. **C** *Ad siccas & non humentes ulcerationes. Optime conuenit & in pello oppositū.* Oesypij, drach. iij. medullæ ceruinæ, drach. iij. butyri, drach. iij. adipis anserini, drach. iij. ceræ tyrrhenicæ, drach. iij. terebinthinæ drach. iij. olei cicini cyath. ij. olei amygdalini, cyath. ij. olei cyprini cyath. ij. pisselæi, id est olei picini cyath. i. Componito & vitior, quantum sufficit oleo nardino diluto, & ad mellis crassitudinem redacto. **C** *Aliud valde commodum & ad nervorum affectiones.* Olei cyprini cyath. ij. irini, rosacei, amygdalini, olei veteris, singulorum cyath. ij. pisselæi cyath. ij. ceræ sextantem, terebinthinæ vnc. i. adipis anserini vnc. i. cōponito & vitior. **C** *Aliud ad abscessus in profundo, Antonij Muse.* Croci, drach. ij. myrrhæ, drach. ij. bdellij, drach. iij. nucum amararum, drach. viij. succi marrubij, hemina dimidium, passij protropi, hemina dimidium. Liquores coquito, & admistis reliquis excipito. Vtere in passo, dissoluens quantum sufficit. Aliud, Croci, myrrhæ, castorij, centaureæ, singulorum drach. ij. spumæ nitri, drach. vnam. amygdalarum amararum depuratorum, drach. viij. succi helxines sesquiseptarium, passij protropi sesquiseptarium. Componito ac vitior vt dictum est. **C** *Ad inflammationes cum fluxu, quo vsus est Cleon.* Myrrhæ, aloes, thuris, succi papaueris, singulorum drach. ij. mistos crudi, drach. i. aceto excipe, & vsu expetente, passo diluta infunde. **C** *Aliud Arij Tarfensis.* Myrrhæ, drach. iij. thuris, drach. iij. Misyos crudi, drach. ij. lycij indicij, drach. iij. aceto excipe. Vfus iam indicatus est. Quod si multus fluxus oboriatur, subscriptis compositionibus vtendum est. Croci, thuris, myrrhæ, opij, seminis viticis, singulorum drach. i. lycij indicij, florum mali punici, florum rosarum, singulorum drach. ij. acetij heminam vnam. Viticis semen, mali punici flores, rosarum flores in aceto coquito, & vbi dissoluta fuerint reliquis adijcito, & excepta reponito. Vfus tempore passo diluta infundito. **C** *Aliud ad purulentas aures cum dolore, quo vsus est Cimon.* Castorij, 3. ij. aluminis scissi, croci, myrrhæ, thuris, singulorum 3. i. passo aut vino myrtite excipe, ac vttere ad recens malum cum vino mulso, ad inueteratum cum aceto. **C** *Aliud Claudij Damonicij ad purulenta, & inueteratas affectiones.* Croci, drach. iij. myrrhæ, drach. vnam, nuces amaras depuratas numero. xxx. spumæ nitri, nardi syriacæ, aluminis scissi, singulorum drach. vnam, thuris obolos. iij. Aceto acerrimo excipiuntur, & per acetū diluuntur. **C** *Ad foetorem & nomen siue vlcus depascendo proserpens, compositio Hispanorum appellata.*

† Sed hæc cōpositio non cōuenit vetustissimo Venetorum codici. Habet. n. ille opij, obo. iij. dehinc paulo inferius thuris, obol. j. spumæ nitri obo. i. sandarachæ obo. i. olei amygdalarum amararum drach. i. **†** Μετρόπιον appellати. **†** Δαφνιδίων αλας μελέων τριβόλον.

A appellata. Gari nigri quod Romani Sociorum appellant, sextariū vnum, acetij scillitici sextariū vnum, mellis atticij sesquiseptarium. Ad compagem coquito, & in vitreo vase repolitis vitior. In alijs descriptionibus sic legere est. Succij cucurbitæ sextariū vnum, componito. facit ad foetore cū inflammatione. **C** *Charixeni ad corruptiones & foetores.* Aluminis Melij. 3. viij. atramentij futuriij 3. viij. aloes. 3. viij. crocomagmatis. 3. viij. myrrhæ. 3. viij. vini myrthitæ sextariū dimidium. Alumen & vinū ipsum coquito, atq; vbi in compage coierint, reliqua aceto dissoluta inijcito, & repolitis vitior. **C** *Ad carnum incrementum, quo vsus est Heraclides Tarentinus.* Aeruginis rasæ. 3. viij. squamæ aris. 3. viij. in alio exemplari. 3. iij. mellis hemina dimidium. Arida trita, ac melle excepta, donec rubefiant, coquito, & ablati vitior. Aliud, Aeruginis. 3. iij. atramentij futuriij. 3. iij. myrrhæ. 3. iij. succi marrubij cyath. iij. mellis quantum sufficit, præpara vt dictum est. **C** *Chalcedonia ad inueteratas affectiones.* Veratri albi. 3. iij. croci. 3. iij. myrrhæ. 3. iij. castorij. 3. iij. thuris. 3. iij. opij. 3. iij. atramentij futuriij. 3. xvi. piperis. 3. ij. myrrham, opium, thus, castorium, in aceto cui malicorium incoctū est, vsq; ad dissolutionem macerato: deinde veratru, crocum, piper, atramentum futuriū, contusa inijcito, atq; omnia simul diligenter terito: qd vbi probè factum fuerit, vini nulli quantum satis est affundito, vt ad diluti mellis crassitudinem redigantur. Vfus verò expetente tepè facta infundito. Ex huius pharmaci vsu sæpe egregie mihi successit, verum tps progressu omphacij. 3. i. ad hanc descriptionem adieci. **C** *Aegyptia ad easdem affectiones, et si sint connata.* Amygdalarum amararum depuratorum. 3. ij. fabarum ægyptiarum interioris partis amaræ, piperis albi, croci, myrrhæ, opij, singulorum. 3. ij. thuris. 3. ij. omphacij. 3. iij. aluminis scissi. 3. iij. castorij. 3. ij. atramentij futuriij. 3. iij. spumæ nitri. 3. ij. Aceto in quo malicorium incoctum est excepta, ad limi crassitudinem redigito. Vfus verò tempore quantum suffecerit ex pharmaco acceptum, ac nardino vnguento dissolutum infundito. **C** *Ad sanguinis ex auribus eruptiones, Heraclides Tarentini, facit vt ne in grumos coeat.* Marrubij succum coquito & admisto aceto infundito. Aut mali punici in aceto cocti succum exprimito & infundito. Aut polygonij succum cum exiguo aceto. Aut acaciam, aut amurcam, aut lycium cum aceto. **C** *Aliud Borryos sicut sanguinis eruptiones.* Succum rubi, & succum gallarum in aceto coctarum, simul mistos infundito.

Quæ pharmaca Archigenes post prius scripta subiecerit.

Pharmaca ad aurium dolores ab Archigene scripta supra relata sunt. Nūc verò et ea quæ ad alias affectiones conscripsit apponā. Humentibus verò polygonij succum cū pari rosarum succo infundito. Aut crocū & myrrham cū passo & rosaceo tepefacta infundito. Purulētis aut prodest quidem polygonū cū rosaceo infusum. Verū egregie conuenit eis vinum, in quo conizæ tenuia folia habentis folia sint incocta, instillatum. Quidam et thus ad vinū admiscunt. Aut lycium rosaceo dilutum instillato. Aut marrubij syluestris semen cū aceto & rosaceo eodem modo. Aut cumini & croci æquale pondus cū vino austero. Aut croci & myrrhæ vtriusq; 3. ij. nuces amaras decorticas numero. xxxv. nuces tritas cum mellis hemina dimidia, & porri succi hemina dimidia cōmisceto, et reliqua itē probè trita iisdem liquoribus diluito, ac simul deinde tepefacta instillato.

De auribus exulceratis.

Cæterū exulceratis auribus & cruentis ac dolentibus, galbanum & opium cū passo & rosaceo mellis crassitudine instilla. Aut pro galbano peucedani succum admisce, & magis succedet. Aut cinerulā assatam cū rosaceo tritam infundito. Aut lycium cū lacte muliebri. Magnificè opitulari et ipsum mel per se tepidum infusum, præsertim si foetores simul ad sint. Quidā asellos Milipedas appellatos, qui in aquarijs vasis reperiuntur, cū vnguento quopiā instillant, & eximie opē sentiūt. Aut blattas domesticas cū rosaceo instillato. Probè facit ad omnem auris affectionem adeps vulpinus recens & inueteratus liquatus & instillatus. Aut sphōdylij interiorem velut medullam cū melle & rosaceo infunde. Aut elota & conscalpta auricula porri aut marrubij succum cū melle infunde. Aut lixiuuium figularium cū melle feruefactum. Aut thus cum aceto in mali punici putamine feruefactum infunde. Aut crocum & alum. n scissile cum vino mulso in mali punici putamine eodem modo feruefactum infunde. Aut gallam tritam linteolo illigatam in vino coquito, & ex hoc instillato, statim à dolore liberat.

De vermibus aurium.

Porro in quibus vermes sunt, veratrum album cū melle immitte, aut aridum insuffla, aut rubi succum infunde. Quod si verò auriculæ os corrosum, & vel pingui humore imbutum sit, fissura retro aurem impacta, ipsum scalpito, deinde vrito, ac citra molestiam cicatricem inducito.

De sonitu in auribus.

Sonitus quidam ex flatuoso spiritu generantur. Quidam ob exquisitam sensus audiendij subtilitatem fiunt, quemadmodum in oculis imaginariæ suffusiones, propter vapores ex ore ventris exhalantes. Cæterum neutrius affectionis certa cognitio in principio haberi potest. Non conuenit tñ citra artē, aut cognitionē aut curationē auspicari. Dictū enim ita sæpe est, atq; et demōstratū, non vnū coniecturalis spei genus esse: atq; artificialem quandā coniecturam ex causis forinsecus læssentibus, procatarticiis à Græcis appellatis, facere licet, si quis ipsarum vires norit, cum alia affectio ex frigidityte, alia ex ardore fiat. Quæadmodum etiam ex prægressa plaga, aut tali vel tali morbo:

morbo: velut & ex cruditate, aut largo vini potu, aut violento & multo vomitu: aliquñ & ob pharmacorum auricularium vsu, sonitus quidam fiit. Quin & si vel paulatim congregetur, vel coaceruatim irruat sonitus, id ipsum quoque ad inuentionem affectionis conducit. Insuperque si per intervalla repetat, vel continenter hoc symptoma perseueret. Verum certa cognitio tpe contingit, post vsu pharmacorum artificiali coniectura exhibitorem. Si quidem igitur in febris sonitus fiant, minime interturbandi sunt: vt plurimum enim statim sedantur. Si vero ob flatu ventosum, cui transitus interclusus sit, sonitus fieri suspicatus quispiam fuerit, & ob hanc rem dissecantibus & attenuatoribus ac discussoribus pharmacis admotis, nihil profecerit, simulque apophlegmatismis vsus sit, & toto capiti profuerit: huic merito in hac suspitione inclinatus animus erit, sensus audiendi videlicet subtilitate sonitus causam esse, praesertim si acuto audiendi sensu aeger praeditus appareat. In eiusmodi itaque quenda, qui praedictis pharmacis vsus erat, neque quicquam opis fenserat, cum ego forte incidissem, ex stupescientibus sensum quippiam admiscui, velut est mandragorae succus, & papaueris succus, ex eisque a sonitus symptomate liber euasit. Quae igitur a prioribus medicis ad huiusmodi symptomata & accessoria mala conscriptae sunt auriculares compositiones, ex discussoribus & incidētibus pharmacis constant. Supra itaque in Catalogo & enumeratione compositionum auricularium ab Andromacho descriptarum, ex eiusmodi materia composita quaedam recensebantur, quas ipse ad sonitus conuenire scripsit. Nunc vero eas quas Archigenes ad hanc rem conscripsit recensbo.

Compositiones ab Archigene ad sonitus conscriptae.

In sonitibus repentinis acetum cum rosaceo instilla. Aut cuminum & oleum crassitudine mellis. Aut radices cucumeris syluestris succum. Aut ipsam radicem oleo incoctam. Si vero ad multum tempus perseuerent, omnibus amaris & acris, attenuatoribusque & discussoribus, quae ad dolorem ex crassis humoribus obortum descripta sunt, vtaris, singulis in aceto coctis & admisto melle. Aut reclinato agro, & nitro crudo trito in aurem insperso, ac acetum tepidum infunde, ac postquam feruere desierit, lana scalpēdo exterge, & nucum amararum succum infunde, & lana obtura.

Aut nitrum & myrrham probe vnita, cum rosaceo & aceto ac atramento scriptorio crasso instilla, aut penna in eis immersa bis in die inde. Aut castorio ac nardino pari mensura cum aceto & rosaceo vttere. Aut aceto ac nitro melleque mistis collue. Caeterum quibus ob multam sensus subtilitatem sonitus oboriuntur, castorium & cicuta semen cum aceto trita instilla. Ex morbo vero obortis sonitibus, vbi fomentum ex decoctione absinthij adhibueris acetum & rosaceum instilla. Aut raphani succum cum rosaceo, aut aloen optimam cum vino multo dilutam. Si vero perduraret, veratrum nigrum aceto decoctum adhibe. Huiusmodi quidem Archigenes ad sonitus aurium conscripsit: verum Apollonius in primo parabilium subscripta habet.

Quae Apollonius ad sonitus & susurros sibilosque ac inflationes aurium conscripsit.

Acetum acre tepidum instilla. Oleum & acetum tepidum instilla. Mel atticum calidum instilla. Laurinum oleum eodem modo. Porri succum cum lacte muliebri aut rosaceo infunde. Cucumeris syluestris foliorum aut fructus succum per linteolum instilla. Cucurbitae syluestris medulla oleo dilutam infunde. Cuminum tritum cum medulla vitulina instilla. Cucumeris syluestris medulla oleo dilutam infunde. Glandem vnguentaria terito, & adipe anserino ac resina pari mensura admistis instillato. Semen lini tritum & vnguento Arabico dilutum instilla. Misy terito & vnguento rosaceo dilutum instillato. Rutam & cuminum pari mensura trita & aceto diluta, admisto melle infunde. Hyssopum tritam & cedrino oleo dilutam instilla. Amygdalarum amararum oleum melle mistum eodem modo. Quae si efficacius reddere velis hoc cum priore committito. Viticem & stellionis caput pari pondere trita admisto oleo instilla. Nitrum & resina & adipem anserinum, aequis partibus cum oleo admisto dissoluta instilla. Cepas & allium & adipem anserinum pari mensura trita, & excolata infunde, & aqua collutis prius calida, nitrum tritum insuffla.

Ad aures exulceratas & purulentas, eiusdem.

Primum quidem collutiones Apollonius scripsit. Secundum deinde locum infusilia habent. Tertium resicatoria, & quartum quae insufflantur, iuxta subscripta ipsius dictionem. *Collutiones.* Aqua calida assidue collue. Lenticulae decocto eodem modo. Aqua mulla calida similiter. Hederae cremore aut decocto cum vino vtitor. Malicorij cremore aut decocto similiter cum vino. Gallae plenae decocto cum vino. Myrto in vino decocta elue. Vino cum exiguo alumine trito vttere. Stoebe femine in vino cocto elue. Vrina & vino mistis ac calactis elue. *Infusilia.* Picis serum infunde. Myrrha cum vetere vino contrita infunde. Oleae folia exuccato, & admisto melle coquito ac vtitor. Papaueris succum passo dilutum instilla. Ceparum succum cum melle vttere. Ruta syluestris succum cum vino et oleo rosaceo in mali punici putamine calactis instilla. Fel bouis vel suis in putamine mali punici tepefactum infunde. Fel caprae vel ouis vel marinae testudinis cum muliebri lacte tepefactum infunde. Cardamomum tritum cum melle instilla. Peucedani succum rosaceo dilutum instilla. Aloen & crocomagma diluta instilla. Absinthio cum melle trito vttere. Myrrha & resinam ac anserinum adipe cum oleo trita infunde. Pinguitudine caseo in figulinum vas recens coacto substantiam tepefactam instillato. Diphyrges tritum cum melle instillato. Alumen scissum tritum cum passo & aceto ad mellis crassitatem coquito, ac vtitor. *Resicatoria.* Cedriam melle mistam instilla. Piperis

A Piperis albi grana tria vnguento Aegyptio diluta, & in parua concha trita instilla. Crocum & cerussam pari mensura trita, & rosaceo diluta infunde. Melanthium & sulfur pari pondere terito, & rosaceo diluito, & vnguento irino adipeque anserino pari mensura additis rursus terito ac vtitor. Myrrham & sulfur aequis partibus trita & oleo mista instillato. Myrrha, & putamen mali punici dulcis aequis partibus trita ac melle diluta infundito. Animalcula ex arboribus, veluti rubri vermes, trita & oleo diluta instilla. Animalculum quod Intestinum terrae appellatur, coctum & excolatum instilla. Resinam & mel ac oleum pari mensura mista ac dissoluta instilla. Malum punicum dulce accipito, & execto eius umbilico acinos excito, deinde passi cyathum vnum infundito, & atramenti sutorij triti obolos duos infarcito, & ad mediocrem crassitudinem coquendo redigito, ac tepido vtitor. *Quae insufflantur.* Gallam tritam insuffla. Piper rotundum cum vino contritum insperge. Eodem etiam, magis diluto pro infusili vtendum est. Omphacium & gallam torrefactam aequis partibus trita insuffla. Cinerulam cypriam laeuigatam insuffla. Vtendum etiam deambulationibus, & ventris euacuationibus, & ciborum subtractione, & purgatione aurium diligentiore. *Ad aures humectas.* Caeterum ad aures humore madidas, ita enim Apollonius appellat, subscripta pharmaca commoda existunt. Misy vel linteolum vtum & laeuigatum insufflato. Galla vsta ac trita similiter vtitor. Spodio trito eodem modo. Attamen in testa torrefactum & affuso oleo tritum insufflato. Caeterum eadem diligentia circa dietam vtitor.

Ad auditus grauitatem.

Porro in subsurdis, siue grauiter & difficulter audientibus, aut etiam surdastris appellatis, vt potest qui exiguas voces penitus non audiunt, magnas autem vix percipiunt, hoc ipsum symptoma valde suspectum habere oportet: paulatim enim augescens, temporis progressu perfectam surditatem inducit. Quapropter per hieram purgandi sunt, & per catapotia ex colocynthide, pituitaque eis per apophlegmatismos detrahenda, ac caput resiccandum est, omnique modo curandum vt robur ei addatur, quemadmodum iam saepe est demonstratum. Vtendum etiam attenuatoria vtentur ratione. Atque in ipsam auriculam pharmaca consicienda sunt, quae crassos & viscosos humores findant ac fecent attenuentque. Quorum sylua eiusmodi est.

Quae Apollonius in primo parabilium ad auditus grauitatem pharmaca conscripsit in haec verba.

Ad auditus grauitatem repentinam, & ex dolore capitis oborta, *Fomenta.* Absinthium cum aqua decoquito, & per stipulam fomentum inde facito, quo modo alias per arundinem id fieri demonstrauimus. Baccis lauri aut folijs eiusdem in aqua decoctis similiter vtitor. Similiter et origano, atque item hyssopo. Aqua quoque marina & aceto eodem modo. Eisdem autem & in olla coctis vtendum est. Fomentum vero per ollam quomodo fiat iam demonstratum est. *Collutiones.* Aceto albo & aqua pari mensura cum nitro trito feruifacitis ad plures dies eluito, atque inde aqua simplici calida eluito. *Infusilia.* Et sic ea quae ad hanc rem descripta sunt infundito. Marrubij succum & irinum vnguentum mista instillato. Fel tauri & caprae ac vnguentum rosaceum mista instillato. Ceparum succo & resina oleo dilutis aequaliter vtitor. Oleo nucum & resina mistis vtitor. Alumen aceto dilutum instillato. Myrrham & alumen pari pondere trita & aceto diluta infundito. Adipem anserinum & fel bouis, ac laurinum pari mensura mista instillato. Hederae syluestris baccarum succum per linteolum expressum instillato. Veratrum nigrum aceto tritum, melleque multum cocto exceptum in parua collyria ad formam glandis redigito, eaque meatui indito, ac per dies quinque sinito. Senectam anguuium aceto tritam instillato. Eadem & cum selle bubulo, aut caprino, aut testudinis marinae, aut collionymij piscis diluta vtitor. Nasturtij quantum sufficit, & nitri parum, carne ficus reiectis granis excipito, indeque collyrium auditorio meatui congruum formato ac indito. Per triduum autem ipsum eximito. Hoc multas sordes educit, & confestim leuius malum reddit. Caeterum reliqui corporis quoque cura habenda est. Deambulationibus itaque pro viribus multis vtendum est, & capitis reliquorumque membrorum frictione. Insuper & apophlegmatismis, & collutionibus quae pituitam extrahere possunt. Cibis vtendum est copia moderatis, & ex genere eorum quae facile exoluuntur, facileque excernuntur. Plurimum autem auxiliatur in huiusmodi affectione constitutis spongia tenuissime contrita in orbemque coeoluta, melleque imbuta & auriculae indita. Idem remedium commodum est & ad carnem in auditorio meatu enascentem. Post haec vero inquit vtendum esse collae fomento iam ante a se indicato. Indicauit autem hoc ipse inter reliqua auditus praesidia, verum ego ipsum velut a me condemnatum reliqui, propterea quod ad elotionem quidem praestet in aurium dolore, vtilitatem autem de se omnino nullam praebet. Quapropter nunc ipsum apponam: verisimile est enim surdastris inde iuuari, vt potest qui contrarijs praesidijs opus habeant his, qui aurium doloribus vexantur. In doloribus enim affectae partes exquisita quiete opus habent. Surdastris vero vehemēti motu, & ferē dixerim transmutatione in contrariam ei quae iam adest affectionem indigent.

Fomenta ad aurium dolorem ab Apollonio his verbis conscripta.

Fomentis porro vtendum est per spongas aqua calida imbutas ac sufficienter expressas. Itemque per cucurbitas affixas. Amplius vero & per vaporem ex arundinibus perforatis allatum. Quinta Classis. TTTT Oportet

Oportet autem alterum arundinis extremum concavitati auriculæ congruens esse, alterum verò E in ollam perforatū operculum habentē, & vndiq; obturatā incumbere. Sit autē in olla absinthium in aqua feruefactum, quo vapor inde sublatus ad auditorium meatū perferatur. Similiter & per fermentum in veru assatum fomentum adhibendum est. Vehementer etiam subscriptus fomēti modus conuenit. Vrinam tauri maximē, aut certē bouis vetustissimam, in ollam nouam angusti oris infundito, & acetū tertiam vrinæ partem, ac myrtum contusam admisceto, deinde testas pro ollæ magnitudine satis multas, igni candefactas in ollam conijcito, posteaq; hominem inclinatū apposita ad aurem olla fomentum admittere iubeto. Circum autē verò fasciculum ex lana in orbem circumponito, ne videlicet circūsitæ partes exurantur. Utendum & farina hordeacea ac triticea in vino cocta, itēq; vnguento irino calido, gratiā fomentū. Supernē verò auriculæ imponendæ sunt lanæ molles ac puræ, vino & oleo imbutæ: hordeacea itidem & triticea farina, aliquando quidem per se cocta, cum vino & vnguento irino, aliquando verò columbino stercore, & aristolochia tenui, æquis partibus admistis. Confert autem & cibi abstinentia, & diæta tenuis, & alui euacuatio larga & memorabilis. Insuper & quies, ocium, capitis velamen. In potu aqua calida, aqua mulla, prisanæ succus cum melle, donec remiserint dolores.

Quæ Archigenes ad auditus grauitatem ac surditatem his verbis conscripsit.

In auditus grauitate succum corticis raphani cum rosaceo aut cyprino tepesactum instilla. Aut galbanum cum aceto & melle feruefactum. Quod si surditas succedat, Veratrum nigrum erui magnitudine in cocto melle indito, ac donec quod impedit erodat finito. Aut vbi absinthij decocto elueris, mel & oleum instillato. Aut collyrio ex nitro, sicu, & sinapi immisso per triduum id non extrahimus. Postea verò acutis vocibus assiduis & vicissim grauibus inclamamus, & per turbam sonitu immisso malum depellere conamur. Post hæc & aphodeli radices oleo veteri incoctas vtiliter infundimus, caprinaq; vrina assidue eluimus. Cæterum surditate ex capitis dolore oborta, raphani succum cum rosaceo infunde. Aut foliorum cucumeris syluestris succum. Aut castorium cum baccis lauri & aceto. Aut nigrum veratrum albo aceto irrigatum sub orobi quantitate cocto melli miscens, glandulasq; componens impone.

Eiusdem de corpusculis, quæ auribus illabuntur.

Quod si aqua in aurem illabat, auxiliatur acetum, & altero pede affectæ auriculæ propinquo exilire, aliquantulum seipsum reclinando. Hoc. n. modo facile excernitur. Quin & exuctio simplex per os, aut etiam per stipulam egregiè aquam extrahit: quod vbi factum fuerit, conscalpta per lanam auricula, ex predictis vnguentis aliquod instilla. Si verò calculus, aut faba, aut consimile quippiam, in auditorium meatum illapsum fuerit, eluito, aut lana circa auricularium specillum obuoluta, & resina tincta extrahito. Idem & per glutinosum aliquod pharmacum fieri potest. Quod si neq; sic sequatur, sternutatorio in nares infecto os ac nares obturato: facta enim spiritus conclusi extensione, id quod incidit effluit: idēq; assidue, donec excidat facito. Si enim intus manserit, aure inflammata conuulsiones inducet. Optimè etiam confert ad eorum quæ illapsa sunt eiectionem, concussio. Si itaq; puer fuerit, pede comprehensum & in caput eleuatum cum concussione vibrabis. Si verò perfectæ ætatis quispiam ita fuerit affectus, ipsum in tabulam secundum affectam aurem reclinatum caput ad tabulam firmare iubeto, deinde leuata tabulæ circa caput parte deferrī finito, idēq; sepe repetito. Mouebitur enim quod incidit, & ad expeditiores meatus partes progredietur, atq; ita angusta & concaua specilli parte immissa scitè extrahito. Si verò faba aut consimile quippiam in aurem illapsam in ea maneat, madefactumq; & tumefactū dolores inducat, impossibile quidem est ipsum integrū eximere. Quare per specilli cōcauum industriè partiri ac diuidere ipsum oportet, atq; ita particulatim extrahere, deinde sapam aut vinū dulce calidum infundere, ac lenire meatū ex lancinatione offensum. At verò si animal aliquod illapsum sit, scāmōniā aceto dilutā, aut absinthij succum, aut peucedani succū, nitrumq; ac sulfur cū raphani succo instillato. H

Apollonij de isdem.

Apollonius autē de isdē sic scripsit. *Ad pulices & vermiculos in auribus, reliquaq; earum poro illapsa.* Acetum & oleū instilla. Aut capparī succū instilla. Aut amygdalas amaras terito, & oleosum ab ipsis expressum instillato. Veratrū albū tritū inspergito. Aut aristolochiā tritam inspergito. Aut calaminthæ succū infundito. Aut cinnabarim viridē instillato. Aut veratrū albū cū vino infundito. Aut aluminis & seminis cucurbitæ syluestris, siue medullæ eius æquas partes tritas cū oleo cedrino instilla. Aut cepam tritā & cespitiū æquis partibus in vino diluito ac infundito. Aut myrrhā tritā, acetoq; ac melle pariter dilutā adhibe. Aut chalcitidē crudam tritā ac melle dilutā infunde. In vniuersum verò eximendū est q̄cqd in meatū incidit hoc modo. Per auriscalpiū nimirum aut volsellā, aut lanā mollem specillo obuolutā & resinatam, aut et quæ vncinū habeat tenuem appensum. *Ad aurium sordem.* Nitrum assatum tritum auriculæ inspergito, & acetum instillato, ac lana apposita per noctē finito. Sequenti verò die aqua & oleo calido eluito. Cæterū ad aquam in aurē acceptam cepæ succum & adipem anserinum tepesactū instilla. Aut mali punici nucleo carentis dulcis & acidi succum in aereo vase, donec duæ partes supersint, coquito, indeq; duas guttas instillato. Aut myrrham ex aceto & melle tritam infundito.

Auricularia

Auricularia pharmaca à Critone conscripta his verbis.

A *Ad sonitus aurium à morbis.* Absinthium in aqua decoctum pro fomento adhibe, & rosaceum cum melle instilla. Aut raphani corticis succum cum rosaceo instilla. Aut aloen cum vino & melle. Aut thus cum aceto & rosaceo in malicorio ad mellis spissitudinem coquēdo redactum. Aut hyofcyami succum cum rosaceo tepidum. Aut radicem calami viridis succum cum lacte. Aut rhamni succum cum celtica nardo. Aut gallam nigram cum pari myrrhā ex melle. Aut lycium cū vino mulso instilla. Aut vulpis adipem. *Ad dolores aurium cū humiditate & purulentia.* Vini veteris sesquiuinciam, mellis corlicis vnciā. i. nitri rubri vnciæ dimidiū, lycij indici nc. i. Lycium cū vino & nitro tritum læuigato, ac mel admisceto, & in vitreo vase reposita infundito, hyeme quidem bis in die, æstate verò sæpius, & † † tomentum lanæ conchylio infectæ indito. *Ad aures purulentas.* Alumen scissile terito, & affuso aceto ad liquidiorē strigmento compagem redactum lana conuoluta excipito, & resiccata lana, ex ipsa in aurem indito: aut hoc ipsum pharmacum liquidum per lanam specillo obuolutam in aurem demittito, eamq; ex eo quotidie illinito. Expediit & paululum passū adfundere, ne pharmacum exarescat.

Archigenes ad aurium affectiones extra meatum.

B Cæterum ad affectiones aurium extra meatum auditorium Archigenes hæc conscripsit. *Ad aures contusas.* Myrrham, thus, thuris mannam, terram nigram, qua aliqui se tanq; smegmate confricant: cum acri aceto probè vnita ceratū crassitudine imponito, & nequaquam amplius irritato. Aut cerussam & apij semen pariter accepta, cum melle obline. Quidam absinthium pro cerussa scribunt. Aut sulfur vitium, myrrhā, & thus cum pice liquida in splenio imponito. Aut glutinum fabrilis & asphaltum siue bitumen eodem modo. Quidam etiam mannam, hoc est thuris micas admiscunt. Aut cephalico Asclepiadeo emplastro vttere. Aut pastillis pudendis destitatis illine. Porro in quibus contusæ sunt aures, intrinsecam expeditiorem concavitatem chartilagineam figulina terra expleto: & sequenti die, vbi exaruerit, solanum cum cerussa illinito, vsquequo in integrum restituantur. Verum in aurium vulneribus & fissuris chartilagine probe coaptata sibus imponito, deinde inflammationē arcentibus & reliquo glutinatorio ductu vitior. At verò inflammata in aurium puerorum pulpis foramina oleum, quod in aerea lucerna æruginem contraxerit, illinendo perlanabis. Cæterum Asclepiades huiusmodi ad contusas & fractas aures cōpositione vsus est: Paruas cochleas vbi cū testis contriteris, & rubrica tinxeris appone. Aliud. Aloes partem vnā, glutinis fabrilis cum aceto cocti partem vnā, mista imponito. Aliqui

C mannam siue micas thuris admiscunt. *Epithemata ad contusas aures.* Coryledonis herbæ. 3. viij. amygdalarum amararum depuratarū drach. dñas. tragacanthi, drach. ij. aceto dilue, & visco quercino excepta, & linteolo infarta impone. Aut ceræ. 3. viij. galbani. 3. viij. nucū amararum. 3. viij. visci quercini. 3. xvi. thuris. 3. viij. misyos assati. 3. viij. cōponito ac vitior. Apollonius autē hoc modo tum aurium inflammationes in superficie cutis ex humorum impressione aut plaga obortas, tum tumores ac rubores curauit. Butyrum recens excolatum instilla. Aut adipem anserinum & lac muliebre mista instilla. Aut glandis vnguentariæ succum & resinam liquidam tepidam affunde. Aut adipem bubulum ac anserinum æquis partibus liquefactos instilla. Aut ocy mi succum ac adipem anserinum æquis portionibus misce & instilla. Aliud quod illini potest.

Papaueris succum aqua dilutum penna illinito. Aut crocum tritum & muliebris lacte dilutum illinito. Aut argenti spumam cum aqua & nardo tenui tritam illinito. Aut cerussam coriandri aut polygoni aut solani succo dilutam illine. *Cataplasmata.* Absinthium tritum ex aqua pro cataplasmate impone. Aut selamūm aqua tritum impone. Lentem in aqua coctam ac tritam cū melle impone. Aut mali punici dulcis putamina cocta & trita in vino: hoc valdè commodum pharmacum existit. Aut myrrham & adipem anserinū, vel butyrum, vel resinā, & conchilij partem internā æquis partibus trita super aurē & propinqua tēpora impone. Couenit autē ad hæc ciborum abstinentia, alui euacuatio, insuper quies, & capitis ac reliqui ip̄e corporis velamen. Longè verò remota esse debent ardor, frigiditas, balneum, vomitus, clamor, & omnis distentio.

Ad exulceratas ex plaga & fractas aures.

Panem calidū internum cum melle tritum impone. Myrrham cum vino veteri tritam illine. Cochlearum colla {vnā cum testis} terito, & dimidiā myrrhæ partem addito, ac imponito. Absinthij & apij seminis æquales partes tritas cū melle imponito. Picē circūline, & sulfur tritū, aut thuris micas insperge. Verū ne obliges ista, neq; frequenter repetito epithematum detractiones.

De Parotidibus.

C. A. P. 2.

P Arotides è genere quidem sunt inflammationum, sūt autem glandulis circa aures affectis: non tñ in ipsis vtimur prima parte curationis partium inflammatarum. In illis enim vt plurimum curatione reprimēte ac repulforia à medicis appellata vti conuenit, atq; id maximè, cū neq; malignum sit, neq; multum quod influit, neq; corpus humoribus ex æquo redundet. Sic nanq; spongia sola ex postea imposita incipientes inflammationes repressit, neq; quicquam ex eo totū corpus fuit offensum. Verum in parotidibus ipsum contrarium facimus pharmaca attractoria adhibentes, atq; si hæc nihil memorabile efficiant, etiam cucurbitā affigentes, aut fomēta assidua

Quinta Classis.

TTTTT ij adhibētes,

* A. Adipem

* A. Myrrhā
i. Myrrhā
* abiq;

† Myrrhā & Myrrhā
i. Myrrhā
cum vel fomen
tum lanæ con
chylii.

* A. Epithemata
i. Emplastrum
more illinito.

* A. iii.

* A. Putamina
mali granati.

* A. hyslopū

adhibentes. Annituntur enim ut affligens humor ex profundo ad cutem attrahatur, præsertim si in capite affectio sit firmata, & humoribus videlicet in ipso obfirmatis. Quin & cum circa capitis affectionem in febribus acutis natura superfluos humores ex vasis effundens, ad regionem inter cutem & subiecta corpora deponit, quando sanè & glandulæ ex effusis humoribus participant: melius utiq; etiam tunc videtur naturam adiuuare per humorum ex loco in locum impetuofum illapsum febres curantem. At verò cum vehementi impetu fluxus illabitur, nihil nos curiosius agentes omnia naturæ permittimus. Si enim siue cucurbitam, siue aliud pharmacum humores ex alto ad cutem attrahens admouerimus, vehemens dolor hominem apprehendit, unde & vigilie fiunt, & febres succedunt, ac vires exoluuntur. Mitigare itaq; tunc, & non humorum influxui opitulari conuenit, per cataplasmatum maximè lenientium vsum, velut est quod ex frumentis, aut hordei, aut seminis lini farina, cum aqua mullâ, aut foenigraci, aut altheæ, aut chamæmelorum decocto coquitur, & quæcunq; ad hoc quod moderatè humectam habent caliditatem, per quam mitigare dolores valent, et influentes humores concoquere possunt ac suppurare, quemadmodum de his in cataplasmatum tractatu sermonem fecimus. Quod si etiam sanguis redundare videatur, per venæ sectionem ipsum euacuabimus, præsertim si id vires permittant. Nunc verò ad pharmacorum compositionem progredientes, quam etiam à principio nos tractatos recepimus, qua ratione tum compositio ipsorum, tum vsus constet docebimus. Si itaque tumor non discutitur, suppurantibus pharmacis vtendum est, velut est frumentis farina cum caricarum decocto & oleo. Item quod ex polline, & quod ex fermento constat pharmacum. Si verò suppurata fuerint parotides, tunc aut per sectionem pus elicere oportet, vlcusq; velut in eiusmodi fieri moris est ac omnibus notum curare, aut sanè per pharmacum acre abscessum rumpere. Quale est Smilium appellatum, & quod ex alijs constat: aut tentare ut ipsum per medicamenta attractoria & tenuium partium vim habentia discutiamus, his per diem ipsidem ablatis, & fomētis admotis, donec remiserint & laxati fuerint dolores. Quando verò iam plurimum puris fuerit discussum, tunc iam primum semel soluere ea medicamenta, & fomenta adhibere oportet: deinde verò neq; ex re est id facere, sed ipsis pharmacis permittere, ut si quid reliquum in profundo hæreat, id ipsum discutiant. Quod si duricies adsit, ea ipsa quoq; mollienda est, quare hoc tempore ex mixta pharmacorum facultate compositio parabitur, emollientibus videlicet ad attractoria admittis. Postquam verò omnis purulenta fuerit euacuata, & adhuc duricies aliqua relinquatur, emollientibus pharmacis vtendum est, quorum sylvæ siue materiae, itemq; compositionis varietatem in malagmatum sermone demonstraui. Manifestum autè est, quod moderatas parotidas, in quibus neq; humorum multitudo redundans in particulas irruit, intantum ut vehementes dolores excitet, neq; caliditas cum humore adest, facile per hæc sanare possimus. Neq; enim ad supurationem festinant, neq; vehementem dolorem inducunt. Verum licet etiam fomentis ex muria uti, & cataplasmata magis calefacientiaq; & discutientia adhibere, & medicamenta eandem facultatem propè attingentia. Cum verò pleriq; medici & parotidum pharmaca indistinctè conscripserint, si quis prædictis in memoriam reuocatis ad eorum vsum accesserit, facile intelliget quibus tandem ad singulas parotidas vtendum sit. Verum præexercitabo etiam ego vos ad hanc rem per exempla, quæ Archigenes in primo pharmacorum secundum genus his verbis scripsit. *Archigenis ad parotidas.* Parotidas dissoluere volentes plantaginem cum sale tritam assidue pro cataplasmate imponimus. Aut caprinum stercus ex aceto. Aut rumicis syluestris radices coctas in vino. Aut ficum tritam cum atramento sutorio. Aut ficum coctam cum absinthio & vino tritis. Aut buccina marina, aut purpuras vstas, melle aut axungia exceptas imponito, & confestim discutientur. Idem etiam ostreorum testa vsta & cum melle imposta facit. Aut ceratum rosaceum siue cyprinum ruta admista, aut sulfure viuo addito emollitum, aut cimolia cum aceto. Discutit maximè ficus aqua marina aut muria cocta ac trita imposta. Idem facit & marrubium tritum cum sale, & lana butyro imbuta ac imposta inchoantibus parotidibus opitulatur. Quemadmodum huic postremo loco ab eo relato rectè Archigenes discrimen appositum, incipientes parotidas è butyro opem sentire testatus. Sic conueniebat ipsum etiam circa alia medicamenta vtendi tempus adijcere, velut ego paulò antè feci. Quin & circa hoc ipsum butyrum, non satis est ex solo parotidum principio facere discrimen, nisi apponatur num vehementer aut molliter concitetur, & num dolenter, velut cum pulsationibus & vigilijs infestet, an cum moderato dolore. Deinde qui sit morbi status. Num magna omnino laxitate opus habeat, an per minorem iudicari ac finiri possit: tali namq; suffecerit butyrum, in corporibus præsertim mollibus eunuchorum, puerorum, & mulierum, & eorum qui teneram habent carnem. Si verò cum vehementi dolore fiat, cataplasmate dolorem sedante opus habet, simulq; assiduo fomento vel per solam aquam, vel etiam cum exiguo iniecto ad eam sale. Quandoquidem verò primum omnium pharmacum conscripsit plantaginem cum sale, ab illo sanè etiam nos rursus initium faciemus, plantaginis naturam recordantes ex mixtis facultatibus discussoriaq; & repulsoria compositam esse. Ego verò nunc pharmacis ad parotidas destinatis repulsoria admisceri operæpretium existimo, præterquam si aliquando, raro tamen, ad multam discussoriorum copiam parum quiddam ex eis addatur, atq; id

tum

Atum demum, vbi citra vehementem dolorem parotides irruant. Quod verò deinceps scriptum est, Stercus caprinum ex aceto. inueterata ac indurata, nullumq; amplius memorabilem dolorem habentis parotidis pharmacum esse possit, velut etiam lenis in scirrhum indurati. Tertio deinde loco consequenter: Radices rumicis syluestris in vino coctas tradidit. Si sanè & qualitatem & ætatem vini appouisset, fortassis & ego tentassem de eo iudicium ferre. Cum verò non adiecerit, multumq; differat acerbum, aut austerum, aut acre, aut dulce, aut recens, aut vetus, aut crassum, aut tenue, aut fulvum, aut album, aut nigrum vinum esse, ob id etiam ego nihil habeo quod de hoc pharmaco dicam. At cum vobis hoc cognitum sit, qd maiori discutiendi vi præditum sit vetus, præsertim si ex genere natura calidiorum sit, velut sunt in totum fulua, cõtraria verò huic secundum vires tum austerum, tum acerbum, huiusmodi quidem vinum vitare oportet. In fuluo verò & mediocriter vetusto, & tenuium partium rumicis radices coquentes, in parotidibus citra vehementem dolorem abortis ijs vt poteritis. Scribit deinceps: Ficum tritam cum atramento sutorio. Discussoria quidem igitur & concoctoria facultatis est ficus, præsertim arida: recens verò discutiendi quidem vim habet, verò concoquere non potest. Verum atramentum sutorium nemo ignorat vtrascq; facultates fortes repulsivam & discussoriam cõplecti, quapropter etiam vehementia eius vitanda est. Cocta deinde fico nimirum arida, cum absinthio & vino tritis vt iubet. His sanè etiam vos vtentini in tempore, ad medias magnitudine ac tempore inflammationes. Quemadmodum èt buccinis, & purpuris, & ostreis vstis in durecētibus ac vetustis. Est enim pharmacum quod oem afflictionem & acrimoniam mitigat & discutit, non solum si melle quis eorum cinerem imbuat, sed & multo magis si adipè suillum insulsum, vetustū, & à fibris depuratū admisceat. Citra oem enim molestiam oes inueteratas inflammationes discutit, etiam si ex rheumatica affectione sint abortæ. Deinceps cerato rosaceo èt cyprino cum ruta vt iubet, quod discussorium quidem pharmacum est, verum nihil vehemens neq; violentum in se habet. Paulo verò efficacior sit compositio, si sulfur viuū pro ruta admisceamus. Quæ sequitur deinde cimolia cum aceto, neq; fortè, neq; dolorosam, neq; magnam parotidem curare potest. Ficus verò aqua marina cocta in inueteratis iam comoda fuerit, vt potè discussoria vi prædita, velut etiam si aquæ marinæ penuria muria quis vtatur. Simile huic est, quemadmodum etiã ipse Archigenes dixit, Marrubium cum sale. Post hæc verò de butyro scripsit, cuius vt vltimi circa illius dictionis ordinem paulò antè mentionem feci, post quod rursus ad generosum pharmacum transit, Pyrethrum tritum fico excipi iubens. Deinde calce viua cum melle trita vt præcipit. Et post hoc mustelæ sanguinis illinendi meminit. At verò talia tanquam curiosa & superuacanea, & quæ magnam rei medicamentariæ egestatè indicent, si per alia auxilia citra sanguinis mustelæ adhibitionem parotidas curare nequeat, neq; in vsum adsumpsit, neq; eorum experimentum habeo. Sed neq; ex amicis nostris quispiam alius vt tentauit. Verum cerebrum illinire quocunq; tandem mediocriū parotidum medela existit. Post hoc verò hæc verba scribit: Aceto feruenti perfundito, aut spongiam in acida muria imbutam imponito. Fossorum ac messorū fortassis ea fuerit medela, non huminum vrbanoꝝ. Deinceps acris mentionem facit pharmaci ex mustela vsta, cuius cinerè cerato irino excipi iussit. Verum eiusmodi pharmacis, qn diu durant, & in scirrhum indurantur vtendum est: pleracq; enim ab eo scripta veterascuntium & agrè solubiliū parotidum remedia existunt. Quapropter etiam ipse ad pharmacum hoc adiecit, quod etiam Strumas probè sanare possit. Post hoc verò eiusmodi dictio inordinate inserta est, tum assidua calidæ dispersio, tum assidua crudæ hordeaceæ farinæ impositio. Quod ipsum siue quis per se legat, siue prioris dictionis finem huius dictionis principium faciat, vtruncq; male dictum est. Manifestum verò hoc erit, vbi præcedentis dictionis finem præposuerimus, vt totus sermo eiusmodi fiat. Mirabiliter discutit & strumas, sæpe etiam parotidas tum assidua calidæ adpersio, tum assidua crudæ hordeaceæ farinæ impositio. Etenim apertum mendacium est strumas atq; parotidas mirabiliter ex assidua aquæ calidæ aspersione, assiduaq; crudæ hordeaceæ farinæ impositione discutit. Si verò de parotidibus solum dicatur, certa distinctio aberit, quæ doceat nos in quibus & qualibus parotidibus aquæ calidæ aspersio, & assidua crudæ hordeaceæ farinæ adhibitio conueniat. Non enim in omni, sed quæ citissime velimus suppurari, hæc facienda sunt, quemadmodum in superiori sermone est indicatum. Hoc itaq; vitiosè, vt dixi, interfertur est. Cæterum Archigenes ad consequentia transgressus rursus pharmaca scribit, non apponens quod induratis & inueteratis parotidibus salutaria existant, cum nos ex materia ipsorum ipsa talia esse cognoscamus. Adscribam autem iam vobis ipsius Archigenis dictionem, quæ sic habet: Proprie verò lupinorum amarorum farinam cum melle coctam, exigua calce viua addita, pro cataplasmate imponito. Egregiè discutit & hoc. Picis brutiæ, manna siue micarum thuris æquales partes, terebinthinæ, palmarum Syriacarum non vetustarum pinguium carnis puræ, vtriusq; duplum, chalbanum dimidium manna, probè vnitis vtitor. Si verò dura sit, resinam misceto. Aut nitrum & rubricæ linopidis tertiam partem cum vnguento cyprino ad strigmentitiam crassitudinem redacta, ac lineteo infarta imponito. Aut calcem viuam cum strigmentis eodem modo. Aut caricæ, chalbanum, nitrum, pari mensura, sulfuris tertiam partem, terebinthinæ, opopanax, vtriusq; parum quiddam, vnitis vtire. Aut calcem viuam cum aceto tritam impone. Quod si neque per

Quinta Classis.

TTTTT iij hæc

hæc discutiantur, adiuvabimus per mutationem in suppurationem per frequentia ex calida cru-
daq; hordeacea farina cataplasmata: dehinc rursus digerendū per largam & frequentem decocti
lauri aut baccarum eius perfusionē, aut sulfure, vel conlimili quopiam in aquam insperfo, siue ni-
tro, siue columbino stercore in ea admisto. Aut etiam cucurbita cum scarificatione affixa. De-
inde ad chirurgiam perueniendū est, & crudi abiceilus sectionē. Optimum enim in his, vt quā
celerrimē fluxio foras euellatur. Hæc quidem Archigenes scripsit. Sunt autem & multa empla-
stra quæ parotidas discutit, aliqua quidē iam inueteratas & induratas: aliqua verò eas, in quibus
sedato dolore nulla amplius puris suspicio est: quemadmodum etiam aliqua quæ iam suppuratas
curare possunt. Talia verò inter discussoria emplastra, singula cum virium suarū professione con-
scripta sunt, velut etiam ea quæ simplices parotidas curat, laxatoria appellata omnibus nota sunt.
Exempla ipsorum sunt, Emplastrum Mnaseæ, & quod ex succis constat, & quod ex pitiana. His
etiam præstant quæ molliora sunt, & cerati forma constant, cum ex butyro, tum ex cælypo con-
flata ostreis, aut buccinis, aut purpuris vltis additis, cuiusmodi est hæc: Adipis porcini veteris insulsi
quadrantem, quidam semissem, butyri vnciam vnam, ceræ sextantem & vnciæ dimidium, ostreo-
rum vstorum quam tenuissimē tritorum sextantem. Liquescibilia liquifacito, ostreaq; infarcito,
ac vnitis vitior confidenter. Efficacissimum hoc ad parotidas existit.

De affectionibus narium.

CAP. 3.

EX genere tumorum præter naturam polypodes in naribus generantur. Ex genere verò vl-
cerum ozænæ. Secundum genus autem excretionum præter naturam sanguinis eruptiones
fiunt in morbis acutis iuxta rationem earum, quas recentiores medici priuatum superexcretionem
appellant, nimirum in quibus natura ad iudicatorium auxilium concitata modū excessit. Primū
itaq; de ozænæ sermone faciam, quæ ex humorum acrim & putrescibilem influxu generatur:
ita vt si acres solum sint, ægrè curabilia vlcera producere consueuerint, non tñ graueolentia. Cæ-
terum cura cōmunis ambobus his est, itemq; polypti, vt videlicet primū caput licetur & firmet,
cum palam sit ob vitiorum humorum redundantiam defluxum ex eo in nares provenire. Quo
modo verò caput totum corroborare oporteat, quò nullum recrementum ex eo ad inferas partes
delegetur, sæpe iam dictum est. Cū igitur per illa caput validum reddideris, ad naris progredie-
ris curationem scopo in ozænæ propolito, vt affecta pars per mista facultatis pharmaca tum re-
pellentia, tum discutientia resicetur. Repellentia itaq; tum austera, tum acerba, quæ communem
adstringentium appellationē habent. Discutunt autem calida & sicca facultate prædita, quorum
sylua talis est. *Archigenis pharmaca ad ozænæ.* Cū ozæna in naribus fuerit, calaminthæ succū
infunde. Aut ipsam calaminthæ aridam per fistulā insuffla. Aut veratrum album cū seminis na-
sturtij chema quotidie insuffla: post hoc verò caput perfunde. Obline autem eos vel chalcitide,
aut atramento futorio, aut pforico cum melle. Aut insillato in narem melle, & per sternutato-
rium facta concussione tectoria vlceri obducta excutito, deinde præscriptum ex nasturtio & ve-
ratro pharmacū per narem attrahere quā plurimum iubeto, & postea amurcam cū melle illinito,
Aut myrrham & nasturtiū cum melle. Aut ranunculū succum cum alumine liquido in narē in-
funde, ægrumq; resupinatum donec ad os penetret attrahere iube, atq; id vsquequò percurauere-
ris identidem repete. Si verò vetera sint vlcera, etiam acetum vetus admisce, aut sulfur tritum.
Acres item acetum in vasculū angustū oris fufum ad multū tempus ad respirationem ipsorū appo-
ne, deinde Misycyprum, & dimidiū eius nardi indicæ cum vino chio ad mellis crassitudinem re-
dige, ex eoq; meatus penna obline, & per lanam obtura. *Ad vlcera in naso.* Vlcers in naso ex
malorum puniceorum succo in æreo vase ad medietatem coctio perline. Aut malum puniceū dul-
ce integrum in vino coctum terito, & forinfecus imposito. Aut æris squamam & æruginem cum
alba viola ex aqua affricato. Aut rubi succum & alumen Melium cum aqua diluta eodem mo-
do. Si verò vetus sit vlcus cum aceto diluito. Aut itidem & sandaracham cum melle oblinito. **H**
Aut adipem vitulinum & resinam illinito.

De polypo narium.

Polypus tumor est, qui præter naturā in naribus generatur polypodis carni affimilis iuxta sub-
stantiæ proprietatem. Manifestum itaque est affectionem hanc ex crassis & viscolis humoribus
generari, atque ob id mista materia medicamentaria opus habet, vt videlicet partim adstringat,
partim secet & attenuet, partim etiā discutiat & excicet, & condenset. *Archigenis ad polypodis.*
In polypode nasturtij tenuis chemam, siue drachmā dimidiā cum veratri albi obolis duobus
nare attrahere iube. Vbi verò exciderit, linamentis cum anthera siue florido emplastrō ex mel-
le vtere, aut lycio eodem modo. *Asclepiada ad Ozænæ & polypos.* Asclepiades in quinto exte-
riorum sic scripsit. *Aridum ad Ozænæ.* Aluminis scissi drachmas quatuor, myrrhæ. 3. iij. san-
darachæ. drach. iij. gallæ drachmam vnam. † atramenti futorii vsti drachmā vnam, tritis vtere
naribus prius vino odorato elotis, & pharmaco per specilli extremum siue nucleum admoto.
Aliud, Seminis ericæ. 3. viij. myrrhæ. 3. viij. niri rubri. 3. viij. malicorij. 3. viij. seminis tamaricis
drachmam. i. crocomagmatis. 3. ij. tritis vtere. Aliud, Soreos agyptij friabilis. 3. ij. chalcitidis
vstæ. 3. ij. seminis tamaricis. 3. i. croci. 3. i. myrrhæ. 3. i. tritis vtere. Aliud, Chalcitidis vstæ. 3. ij.
atramenti

* Af. duas
† Af. æris.

A atramenti futorii affati. 3. ij. misyos. 3. ij. amomi. drach. i. myrrhæ. 3. iij. croci. drach. i. tritis vtere.
Alia compositio, quæ flauescens appellatur. Aluminis scissi drach. viij. chalcitidis crudæ drach. vi.
sandarachæ drach. iij. putaminis mali punici drach. ij. atramenti futorii vsti drach. ij. misyos affati
drach. ij. tritis vtere. Alia, Atramenti futorii vsti drach. iij. diphrygis drach. ij. calcis viuæ. 3. ij.
sandarachæ drach. ij. Arida admoue, aut linamentum tortum aqua madefactum ac pharmaco im-
butum inde. Aliud, Misyos affati drach. ij. mannæ thuris drach. ij. chalcitidis affatæ drach. ij.
squamæ æris sesquidrachmam, æruginis drach. vnam, arida adhibe.

* Af. ii.

Lamponis ad Ozænæ, egilopas, polypodas, & multa alia.

Ad ozænæ & egilopas, ac polypos, & quæcunq; velis citra sectionem ac vstionem submoue-
re, Dirimit etiam olla corrupta, facit & ad vlcera serpentina ac putrida insperfa, & ad fordida vlce-
ra, linametho excepta ac indita cū melle. Scobis æris rubri vnc. i. salis ammoniaci sextantē, ammo-
niaci thymiamatis sextantē, aluminis rotūdi quadrantē, acetici acerrimi heminas. vi. Arida terito,
& affuso aceto omnia in vas æris rubri transferto, in eoq; ad solem sub caniculæ ardore cum æris
rubri radio agitato donec pharmacum exarefcet, deinde in mortarium translatum diligenter teri-
to, & in sicili recondito. Vsu verò exigente aquam absorbendam dato, deinde et in ore continen-
B dam, pharmacum verò per fistulam insufflato. *Scribonij largi facit ad omnia exuberantia.* Arida ad-
moueto. Oportet autem præcedenti die quiescere, deinde sequenti pharmacum post cibum inde-
re. Illinendæ etiam nares antea cum bitumine, aut liquida pice, aut myrrha factæ. *Philoxeni chi-
rurgi ad polypodas, ozænæ, omnem excrecentem carnem, hæmorrhoidas, & quibuscunq; crustam inducere velis.*
Æris vsti, auripigmenti torrefacti, misyos affati, singulorū drach. duas, diphrygis drach. iij. chal-
citidis vstæ, atramenti futorii vsti, squamæ æris, singulorum drach. quatuor, tritis vtere. Cæterum
post pharmacorum adhibitionem etiam sternutatorijs vtimur, quò videlicet tectoria vlceri ob-
ducta excutiamus, quæ tribus aut quatuor diebus ferè excidere consueuerunt. Vbi verò excide-
rint, adipe anserino ac butyro cum rosaceo cerato curantur. Verū Asclepiades in primo pharma-
corum exteriorum sic scripsit. *Asclepiade ad ozænæ, quo vsus est Mezes.* Seminis ericæ drach. iij.
myrrhæ drach. iij. niri rubri drach. iij. putaminis mali punici drach. iij. croci drach. ij. costi. 3. ij.
trita insufflato. Aliud, Aluminis scissi drach. iij. myrrhæ drach. iij. sandarachæ drach. ij. rhois
rubri drach. duas, salis fossilis drach. ij. costi drach. ij. croci drach. ij. trita insufflato. Ante curam ve-
rò nares vino odorato & optimo melle eluere conamur. *Ad narium polypos, quo vsus est Antipater.*
C Æris vsti drach. iij. minij sinopici drachmam vnam, trita per arundinem insufflato. Quin &
per specilli nucleum admoueto. *Aliud Antonij musæ.* Atramenti futorii partem. i. sandara-
chæ partem. i. trita insuffla. *Aliud Charixenis post chirurgiam.* Cornu cerui vsti drach. iij. squa-
mæ æris rubri drach. iij. auripigmenti drach. vnam, trita insuffla. Aliud, Bryoniæ radice vstæ
drach. iij. atramenti futorii drach. iij. spumæ niri drach. iij. elaterij drach. iij. trita insuffla.
Ad vlcera in naribus. Recrementi plumbi, vini veteris, olei myrtei, singulorum æquales partes.
Plumbi recrementū, vt quam lauissimū fiat, terito, & adfuso vino rursus leuigato, deinde myrteū
addito, omniaq; simul misceto ac conuassato, & in figulinum vas coniecta prunis imposito, affi-
dueq; agitato, atq; vbi strigmentofum redditum fuerit pharmacū, sublatum in pyxide plūbea ser-
uato. Aliud, Plumbi vsti & loti drach. viij. vini rosati quantū sufficit, olei myrtei quod satis est,
apparato, & vitior vt dictum est. Aliud, Spumæ argenti drach. vi. cerussæ drach. viij. malico-
rij. 3. iij. aluminis scissilis drach. iij. vini aminæi quātum sufficit, olei myrtei quod satis est. Arida
tusa, & cribrata in mortarium coniecta cum vino ad strigmentitiā crassitudinē redigito, postea
verò myrteo oleo affuso conuassato, & ablati in pyxide plumbea reconditis, vt dictum est, vitio-
tor. Sint autem myrtei heminae quatuor, vini cyathi. iij. *Diogenis pharmacum accommodatum.*
D Adipis anserini drach. iij. cælypi sesquidrachmam, medullæ ceruinæ. 3. ij. ceræ tyrrhenicæ. 3. viij.
plumbi vsti & loti drach. duas, stibij vsti & loti drach. viij. ladani drach. ij. adipis vitulini drach. ij.
terebinthinæ drach. iij. cerussæ drach. ij. spumæ argenti drach. i. rosacei quātum sufficit. Liquida
cum aridis committito, & repositis vitior. Vsu autem expetente quātum satis fuerit tollito, & ro-
saceo dilutum naribus sublinito. Ex primo de parabilibus Apollonij. *Ad affectiones in naribus.*
Ad narium exulcerationes, & putredines, ac foetores, Mali punici nucleo carentis dulcis itemq;
acidi succum in æreo vase, donec duæ partes supersint coquito, ac vitior q; penitissimè illinendo.
Facit & malum punicum dulce cum vino coctum & contritum & forinfecus impositum, atq; in
trō illitum. *Ad excrecentem carnem & polypum.* Diphryges tritum admoueto, & linamentum na-
res disparato. Aliud, Veratrum terito, eiq; organi par pondus tritum addito, ac naribus bis
in die insufflato. Aliud, Veratrum nigrum cum pari sandaracha terito, & admisto oleo lana
excipito, eoq; narem expleto. Aliud, Florem æris, & æruginem, ac silphij succum pari mensu-
ra oleo admisto terito, & vnguenti crassitudine ad dies quinq; naribus sublinito: deinde per vol-
fellam eximito. Aliud, Auripigmentum & calcem trita cum specillo largè adhibeto. Vbi verò
intumuerit & eleuatus fuerit polypus, veratro nigro arido trito moderatè vitior. Vt plurimum
enim in diebus septem nasus vacuus redditur. Deinde diphrygis cum melle vsu expurgato.
Quinta Classis. TTTT iij Aliud,

Aliud, Auripigmentum & calcem ac veratrum album trita cū specillo admoueto. **C** Ad ea que E naribus illabuntur. Quæ naribus illabuntur, auriscalpio aut volsella extrahito, aut sternutatorio admoto os apprehendito, atq; alteram narem cōprimito, si quidem nō in vtraq; nare affectio existat. Hæc quidem Apollonius quibus ipse vsus est tradidit. Verūm vt ego vsus sum, & in poly-
pis ac ozænis narium, probatissima reperi subscripta. Ac primum quidem quod ex malis puni-
cis constat pharmacum. Sint aut pari numero ac magnitudine ex tribus eorum differentijs accepta. Aliqua enim ex his sunt austera, aliqua dulcia, & quædam acida. Contundenda itaq; sunt recen-
tia & matura, atq; integra diligenter confringenda, quò succus ex eis exprimi possit, quē in vase stanneo depositum adseruare oportet modicè coctum, si quidem liquidior q̄ oporteat videatur. Quòd verò ab eo reliquum est solidum & crassum, rursus diligenter contundendum est, vt à con-
tusione rursus in pila atteri ac læuigari possit, indeq; collyriorum formæ effingi, quæ congruam ad agri nares proportionē habeant. Induntur. n. hæc in naris quam polypus obsedit, meatū, quò
citra mordacitatem & consensum, qualem acria pharmaca excitare solent, per longiorem moram ipsum expurgent. Quòd si humidior & mollior tibi appareat polypus, plus ex austere malis pu-
nicis coniiciat: si durior, ex acidis. Quandoquidem verò perpetuò tolerare collyrium molestum est, ab eius vsu interquiescere conuenit, atq; eo tempore quo ipsum non indis, per expressum suc-
cum agrum curare, & sanè oris diducto rictu hianti, etiam circa illas partes iuxta quas natus ad
palatum perforatus est, liquidum ipsum expressum pharmacum illinere vel cum penna, vel cum
lana specillo duos nucleos siue cuspides habenti obuoluta. Cæterum ex aridis pharmacis diphry-
ge citra mordacitatem aliquando per multum tempus consumptum polypum noui. Probatum
etiam in ipsis prædictum collyrium ex malis puni-
cis efficitur, si vbi exaruerit, probè contunda-
tur, cribreturq; ac læuigetur, indeq; insuffletur, aut etiam per specilli nucleū indatur. Omnia autē
hæc assidue facere oportet, vt nunq̄ ab affecta parte pharmacum absit, cum facile ab humiditate
eluat. Quemadmodum igitur in lippientibus, sic & in his semper, si possibile est, pharmacum
adhuc oportet abluere enim facile, vt dixi, ab influente humiditate. Porro cum eunuchus qui
dam nullius pharmaci ferre posset adhibitionem, sed ab omnibus irritaretur, rosas aridas contulis
ac probè tritis atq; inditis, mirum q̄ viderim hominem magnopere citra omnem mordacitatem
adiutum. Quare in corporibus mollibus & humidis, aut quibus agrè vlcera ipsa sanescunt, rursus
eodem pharmaco vsus sum, contigitq; ex duobus alterum, aut vt nihil noceret, aut omnino citra
molestiam opus suum perficeret. Pleraq; enim eorum quæ polypodas exterunt, eos exacerbant,
vbi à scopo aberrant. Cæterum vlcera in narium meatibus semper per pastillos curauī, Androniū
videlicet, & Passionis, & Polyidæ, & Bythinum, & per eum quem ego cōposui, his ipsis aliquan-
do vino dulci dissolutis, aliquando austero, & quandoq; moderatè ætatis, quandoq; veteri. Inter-
dum etiam aceto dilui vel vinoso, vel simpliciter acido, vel etiam acri valde & vetusto, iuxta præ-
dictas indicationes, vsu pharmacorum secundum symptomata affectionum reperto. In diu-
te ve-
rò quopiam qui odoratum pharmacum sibi adhiberi expetebat in ozæna curatione, hedychroi
vsu excogitauī, ipsumq; vino falerno veteri dissolui, & mirum q̄ breui affectio ipsa sit curata.
Relata est hedychroi compositio circa theriacales antidoti descriptionem.

Heraclide ad eruptiones sanguinis è naribus ad Antiochidem.

C. A. P. 4.

Sufficienter quidem de sanguinis eruptionibus in curandi Methodi libris dictum est, verum
nunc quæ ex sylua vsu cognita constant, & à prædecessoribus nostris approbata sunt, referen-
tur. Vbi grumos sanguinis eduxeris, lanam specillo obuoluito, eamq; in lycio aqua diluto imbui-
to, & sanguine manantem locū, illinito. Aut linamentum longum lycio imbutum indito, deinde
forinsecus cum digitis apprehensum nasum comprimito, donec cōstituerit sanguis. Aut chalciti-
dem mediocriter læuigato, & linamentum ex ellychnio contortum in frigidam aquā demittito,
deinde in chalcitide obuoluito. Aut linamentū priapi siue pudendi forma naribus indito. Aut
linamento fissili vtitor q̄ penitissimè intruso. Præstat autē digitum ad palatum immittere, ne eo li-
namentum fissile deferatur. Aut thus confringito, & polygoni aut seminis porri succo diluito, in
eoq; linamentum fissile, aut ex ellychnio obuolutū indito. Aut mentā tritam indito. Aut spon-
giam siccam immittito. Aut spongiam in acre & feruidum acetum coniectam imponito: & san-
guine manantem narem specillo forinsecus donec impellat, apprimito. Præstat aut spongiæ prin-
cipium filo per acum transmitti, quò facile extrahi possit: extrahito aut cum opus suum perfecisse
existimaueris. Si verò inarescat spongia, intusq; agglutinetur, per auricularem clysterem frigidā
aquam immittito, ac infundendo humectato, atq; ita extrahito. Vtere et compositionibus vulne-
rarijs & sanguinem sistentibus quæ describentur. Accommodatum est & frontem spongijs re-
frigerare, itemq; partes quæ ad caput sunt sublimes facere. Brachia autem & manuum iunctu-
ras, femoraq; & inguina, atq; genua, qua parte contracta sunt, deligere, quemadmodum in ve-
narum sectionibus facere moris est: iubendiq; sunt vt ea membra moueant, manus quidem con-
fricando, pedes verò ambulando. Expletis enim sanguine quæ in eis sunt venis, nares sanguine
manare cessant. In poru amplius exhibenda sunt ea quæ ad sanguinis reiectionem conscriben-
tur. Aures quoque intensè per linæola ac ceram obturentur, & in ore aqua pluuiialis frigida
contineatur.

A contineatur. Quòd si quid ex sanguine deglutitum esse videatur, et idipsum vbi multa eius sit co-
pia, per euacuatium educito. In ventre enim & intestinis in grumos coactum inflationem facit.
C Pharmaca Asclepiada in quinto externorum ad sanguinis narium eruptiones scripta, quæ marcella inscribit.
Platani pilulas collectas in umbra exiccato, & desiccatas super pannum asperū in discum diffun-
dito, easq; aspera ipsius panni siue tunicæ parte confricato: aut in panno ex pilis siue setis compo-
sito obuoluito, ac semen quidem pilularum abijceto, tomēta verò collecta in testaceum vas nouū
reponito. Vsu aut expetere ea ipsa lanuginosa tomenta in arundinem, cuius geniculi recisi sunt,
indito, & qua parte excauata est arundo, naribus imponito ac insufflato, compendio hoc vincit
sanguinis eruptionem. Aliud, Atramentū futurium diligenter tritum reponito. Vsu verò po-
stulante rasuram q̄piam linæolorum in pharmacū immeriam indito. Aliud, Spongiam cruda
pice imbutam exurito, vbi verò aliquid huius linamento torto exceperis, indito. Aliud, Puta-
minis oui partem vnam, gallæ acerbæ partem vnam, trita linamento torto aqua aut aceto made-
facto excipito, & indito. Frontem verò & nasum gypso aut luto figulino integito. Aures aut for-
titer continere iubeto. Quidam spongiā africanā aceto acerrimo incoquunt, deinde exprimūt,
eamq; in ignito lapide frequenter obuoluunt, atq; ita suffitum & vaporem excitant, quem nari-
bus attrahere iubent. **C** Que Andromachus scripsit. Ad sanguinis quidem ex naribus eruptiones
nihil priuatum Andromachus scripsit. Verūm inter ea quæ sanguinem cohibent, pleraq; et hæ-
morrhagias narium sistunt. Quapropter etiam ego adscribam eiusmodi pharmaca, quo modo ab
ipso descripta sunt. **C** Compositio ischamos, id est, sanguinem sistens, quæ vtor. Chalcitidis, misyos, man-
næ thuris, lingulorum, 3. iiii. tritis vtitor. **C** Flaua, quæ vtor. Chalcitidis, 3. centum, atramenti fu-
torij, 3. I. misyos aslati, 3. {viginti quinq; } æris vsti, 3. xij. & dimidiā, tritis vtore. **C** Ischamos magna.
Misyos cyprij, 3. vij. atramenti futtorij, 3. vij. corticis pini, 3. iiii. squamæ æris, 3. iiii. mannæ siue mi-
carum thuris, 3. iiii. alij, 3. xv. habent, æris vsti, 3. xv. chalcitidis, 3. xv. calcis viuæ drach. octo decim,
alij, xl. gypsi torrefacti, 3. iiii. alij octo, tritis vtore. **C** Ischamos Aphrode. Chalcitidis, 3. vi. mannæ
thuris, 3. ij. resinæ terebinthinæ frictæ, 3. iiii. alij tres accipiunt, tritis vtitor.

* At. xii.

* At. viii.

* At. v.

GALENI DE COMPOSITIONE MEDICA- MENTORVM LOCALIVM, SIVE SECVNDVM LOCOS LIBER QVARTVS.

ARGVMENTVM LIBRI.

Agit de medicamentis, quæ affectis oculis soleant adhiberi.

*Doctrina affectionum quæ in oculis fiunt, inter quas etiam de pharmacis acrimonia
carentibus, & meatus obducentibus, & de alijs omnibus.*

C. A. P. 1.



Non equidem alia est componendi, alia vtendi Methodus in his pharmacis. Ipsa
enim cōpositio velut ad vsu relata cōficitur, ita vt ij qui pharmaca componūt,
scopum habeant vtilitatem ex vsu ipsorum emergentē. Verūm quæadmodum
in alijs, sic etiā in his affectionibus quidam indefinitè pharmacorū vsus scripse-
runt, vbi gratia: Ad dolorem accommodatum est hoc pharmacum, non appo-
nentes affectionē in qua dolor sit obortus. Quidam verò et affectiones adscri-
pserunt, alij quidem magis iuxta experiētiam: alij aut magis secundum rationē.
D iuxta experiētiam quidem magis, quicunq; ex conspicuis circa oculos signis discrimen fecerūt.
Secundum rationem verò magis, qui ex obscure apparentibus, aut neq; in totum apparentibus
idem fecerunt. Conspicue itaq; apparet fluxus multus & modicus, mordacitas & lenitas, ruborq;
plus aut minus, velut itidē venæ pauco & multo sanguine plenæ, & inflammationis tumor minor
aut maior. Quemadmodum et colores præter naturam variegati, & oculorum fordes siue lemæ
plures aut pauciores, aut minores aut maiores progredientes. Apparēt itē nobis manifestæ aspe-
ritates in palpebris oculorum. Quid verò attinet dicere, q̄ & vlcera & pustulæ tum secundum lo-
cos, tū magnitudine non paruum differentiā habent, itemq; quæcunq; eius generis alia existunt.
Quin iuxta alium sanè modum ex eorum, quæ conspicue apparent, numero sunt et ipsi adeo do-
lores. Nihil enim interest siue nobis siue ægris appareant. Etenim q̄ dolent, & quo modo dolent,
quippe q̄ cum compressione, aut tensione, aut obturatione, aut corrosione, aut quibusdam pulsa-
tionibus dolent, nobis aperte denunciant. Cæterū eiusmodi discrimina non apparent (velut ali-
qui scribunt), ad fluxum qui ab ijs quæ intra cranium, i. caluariam sunt, aut ad fluxum qui ab ijs
quæ extra cranium sunt, aut etiam per louem ad eum qui ex arterijs, aut ex venis affertur. Et cum
quidam dicant diffensionem aut obturationem in profundo oculorū esse humoribus videlicet
crassis, aut viscosis, aut multis impactis, nullum symptoma adeo ægros grauat, velut vehemens
dolor

dolor circa quodcumq; tandem membrum, non sanè circa oculos solos, adeo vt mortem aliqui vltro elegerint, melius fore rati hanc semel obire, quam vnum integrum diem dolorem ferre. Ego verò cum in alijs quibusdam, tum duodecimo de curandis morbis Methodi in vniuersum manifestè scripsi tum de differentia affectionum, in quibus vehementer dolent, tum què causa vniuscuiusq; ipsarum existat. Scripsi item in decimo tertio eiusdem operis omnia, quæ necesse est medicum de oculorum affectionibus nosse, & quæ ad ipsarum curationes requiruntur. Referè nihilominus tamen & nunc breuibus, capitibus tantum repetitis eorum quæ ad præsentem tractationem vtilia sunt, hoc est eorum quæ cum materiæ medicæ doctrina coherent. Nam & liquores, & succi, & semina, & fructus, & plantarum particulæ ocularibus compositionibus induntur, veluti etiam non pauca ex ijs quæ Metallica appellantur, aliqua quidem extremè austera & acerba atq; acria, aliqua verò his moderatiora, & tamen fortia. Quemadmodum item aliqua omnis mordacitatis expertia ac lenissima per lotionem reddita.

De pharmacis mordacitatis expertibus, ac lenibus.

Pompholyx igitur lota nulli pharmacorum mordacitatis expertium inferior est, atq; ob id ea vtitur ad tenues & acres fluxiones, capite videlicet prius simulq; vniuerso corpore euacuato. At verò manifestum est quod per venæ sectionem ac purgationem totū corpus euacuemus, per apoplegmatismos verò caput à pituita vindicamus. Potest enim pompholyx lota, quemadmodum etiam spodium, atq; amyllum, simul & moderatè humores resiccare, simulq; ne per tuniculas euacuetur ea, quæ in magnis ipsorum venis superflua humiditas continetur, prohibere. Quare si quis prius q̄ caput ab humoribus ad oculos defluentibus expurget, obturatis pharmacis vtatur, vehementem dolorem ex distentis tunicis efficiet, & ex multitudine influentium humorum aliquando rupturam aut erosionem ipsorum inducet. Eiusdem generis cum prædictis pharmacis subtenuis ouorum liquor existit, ex redundantè potè humiditates abluere, & exasperata oblinere. Verum obturandi meatus vim cū illis aequaliter non habet, sicut neq; vim resiccandi. Atqui fœnigræci succus quod ad viscositatem attinet, similis est albo ouorum liquori, discussoriam autè habet facultatem, & moderatè calfactoriam, atq; ob id multos dolores mitigare consuevit.

De pharmacis acris.

Prædictorum pharmacorum sylvæ secundum genus maximè contraria acrium liquorum materia est, veluti liquoris cyrenaici & medici, & sagapeni, & euphorbij, atq; simpliciter loquendo, omnium vehementer calfacientium citra exasperationem: atq; hæc ipsa sylvæ non solum in liquoribus, sed & in succis, & seminibus, & floribus, & plantarum fructibus continetur.

De extergentibus siue repurgantibus.

Tertio consequenter post prædictas fortis facultas est extergentium pharmacorū, qualis squamæ æris est, & chalcitidis vsta, & æris vsti, itemq; floris eius, & misyos, ac foreos, itemq; stibij.

De erodentibus.

His adhuc aliud genus adiacet erodentium videlicet, quale est auripigmentum & sandaracha, & Alia petrae flos, participat & misy paululum eiusmodi facultate.

De astringentibus.

Est & aliud genus pharmacorum quod in oculares compositiones iniicitur, eorum videlicet quæ natura adstringunt. Quæ igitur mediocriter hanc vim habent, influxiones repellunt. Quæ verò vehementer, ampliore dolore infligunt tunicas exasperando, q̄ iuuent influxionum impetum repellendo. Miscetur autè aliquando vtiliter ex eis parum quid in compositiones oculorū aciem exacuentes, vtpotè quæ oculorum substantiam cogant & adstringant. Verum quæ mediocriter adstringunt, lippitudinibus commodissima existunt: conferunt autem & reliquis ferè omnibus affectionibus cum vlcere, tum pustularum, tum fluxionum. Sunt verò eiusmodi, Folia rosarum & flores & succus, ericæq; fructus, & nardi spica, ampliusq; & malabathri foliū, & crocus, & lycium, & quæ hypocythis appellatur. Porro vehementiorem his adstringendi vim acacia habet & omphacium, quæ & ipsa in succorum genere numerantur. Item balauftium, & cytini, & gallæ omphacitides ex genere eorum sunt quæ multum adstringunt.

De concoquentibus.

Inflamationes, itemq; alias affectiones concoquunt hæc, myrrha, crocus, castorium, & thus, & fœnigræci cocti succus, quæ etiā discussoria vi prædita sunt, & præsertim ex eis myrrha. Atq; hæc quidem est ocularium medicamentorū sylvæ, & quicumq; sanè naturali intelligentia præstat, ratiocinationeq; exercitati sunt, nihil amplius opus habent mea instructione, potentes nimirum ad singulas oculorū affectiones aptum componere pharmacum. Quandoquidè verò pauci tales existunt, & multorum vtilitatis potiore rationem habere conuenit, præstabilius mihi visum est cōpositionis ipsorum rationem integrè recēdere, vbi repetiuero prius perspicacitatis gratia communem in genere vim singulorū quorum mentionem feci pharmacorū. Quæ vniuersim quidem in quinto de simplicium pharmacorum tractatione cōmentario à me relata est, & per consequens sex libros particulatim vsq; ad extremum. Vtar autè appellationibus facultatū in pharmacis, iisdem quas in prædicta tractatione posui, velut exēpli clarioris gratia: Quædā substantia terrestri dico,

citra

A citra refrigerationem manifestam aut caliditatem, in medio quodammodo vtriusq; consistentia: atq; ex his aliqua quidem parum quid ex frigiditate aut caliditate complectuntur, aliqua verò in totum nullam eiusmodi facultatem ex se ostendunt. Totum autè hoc genus pharmacorum emplantatione liberantia ephraetica sunt appellata, qualis est Samius Aster, magis tenuium partium existens, q̄ quæ simpliciter Samia terra appellat. Et pompholyx lota, velut et cinis eius lotus, & cadmia vsta ac lota. Videtur autem mihi parum quid exterforium in ipsa cadmia inesse, siue post vstionem, siue citra eā lauetur. Pompholygi verò & spodio parum quid adstringens inest. Quem admodum etiam plumbo post vstionem & lotionem. Nam & hoc pharmacum omnis acrimoniæ expers est parum quid adstringens habens. Neq; refert siue masculino siue muliebri genere pompholygem dicere velis. Eodem modo etiam amyllum habet, quod & ipsum lotum exquisitè mordacitatis expers est & medium, vt neq; adstrictionem neq; acridinem habeat, hoc est neq; frigiditate neque caliditate participet. Quin & cerussa lota proximè ad facultatem vsti ac loti plumbi accedit, manifestūq; signum stringenti exhibetur, q̄ penitus qualitatis omnis expers sit, id quod amyllum, & samius aster gustu & odore ostendunt. Vniuersum igitur huiusmodi pharmacorum genus, siue exiguum in gustu aut odore qualitatem exhibeat, siue penitus nullam ostendat, consimiliter vt purissima aqua qualitatis expers nominatur, & per solam terrestrem substantiam moderatè à natura resiccatur. Quapropter etiam longiori tempore commoditatem ex se proficiscētem sensui perceptibilem faciunt, vtpotè quæ per primos dies nihil iuuille putentur. Adhibentur tamen à medicis tanquam acrimoniæ expertia circa ægrè curabiles affectiones, in quibus vlcus est siue solum, siue cum erosionem corniformis tunicæ, & prolapsu vniuersim appellatæ serosis humoribus longè mordacissimis affluentibus. In his enim nullum aliud pharmacum conuenire potest, vtpotè cum adstringentiâ cohibeant effluentes humores, atque per hoc dolorem ex mordacitate ipsorum obortum intendant. Acria verò affectionem simul adaugeant, siue in solis oculis affectio sit in eiusmodi malum habitum partibus perductis, vt quod influit corrumpant: siue etiam ipsum quod influit vitiatum sit, aut propter solum caput, aut etiam ob totum corpus tale existēs. Vnde etiam affectam partem quo ad curationem apta fiat præparamus, tum totius corporis purgationibus, tum reuulsionibus, primū quidem ad infernam corporis partem, deinde etiam ad occiput, & capitis cutem. Vtimur etiam sectionibus arteriarum quandoque retro caput portectas circa aures arterias incidentes. Excindimus quoq; partem arteriarum in temporibus, tātum vt curemus in tunicis oculorum factam affectionem, ob quam etiam bonus sanguis per venas ad ipsas tunicas delatus corrumpitur. Ad has igitur affectiones solas conuenire videtur prædictorū medicamentorum genus citra mordacitatem resiccans in affecta parte vitiatos humores, qui vt dictum est, id quod influit corrumpunt. Adstringentium enim facultas neq; resiccatur talem affectionem, cohibetq; mordacium humorum ferrosorum effluxus. Calidorum verò & acrium facultas, non solum nihil iuuat, sed etiam simul auget mordacium humorum qualitatem. At verò relaxantium ac discussoriorum pharmacorum vis euacuare quidem potest quod generatur. Verum vlcera neq; renutrire, aut ad cicatricem perducere potest, neque quod prociat retrudere & concludere. Quemadmodum etiam neque concoquentium facultas id præstare potest, etiam si concoquere affectiones non paruum commodum complectatur. Ex eorum verò genere sunt crocus, myrrha, & thus, quemadmodum dixi. Quid porro dicere refert de his pharmacis, quæ acidas aut amaras habent vires, q̄ mordacia & exacerbatiua eiusmodi affectionum existāt: Verum his adhuc ampliore malitia prædita sunt, quæ nitrosam, aut salam, aut austeram vim habent. Reliquum igitur est genus id quod vlcera cum acri fluxione curare potest, eorum videlicet quæ paulo antè mordacitatis expertia pharmaca dixi, quæ longiori tempore affectæ partis vitiatum humorem consumunt. Appellantur talia à medicis collyria lybiana & cygni ob colorem quidem albū, qualem etiam cygni habent, prævalente in ipsis amylo, & terra Samia, ac cerussa rhodiaca. Nam & aliàs optima hæc est, & colore albidior ac leuior, magisq; tenuium partium, q̄ quæ in alio quopiam loco conficiantur. Cæterum in quibus alia pharmaca prædominantur, colorem iuxta suā ipsorum substantiam efficiunt, veluti si quis albo coloris paucum coeruleum admisceret. Hæc ipsa verò collyria quidam in cotibus terunt boni succi lacte ex nutricum vberibus instillato, vt obturatoriam meatuum vim quæ in ipsis ouis est euitent, cum in lacte serosa quædam exterforia vis cōtineatur, cuius vsus congruens est ad propositam curationem. Relatū enim in tertio curandi methodi est, quod vlcera explenda citra acrimoniā extergentibus medicamentis opus habeant. Quod si huiusmodi lac haberi nequeat, per fœnigræci decoctum collyria terere præstiterit, vtpotè quod exterforiam quandam vim habet, qua oua ipsa in totum carent.

De aspritudinibus palpebrarum.

Cū ægrè curabiles prædictæ affectiones existant, adhuc molestius se extendunt, vbi accesserint aspritudines palpebrarum, à quibus etiam in lippitudinibus oculorum tunicæ concisæ dolore affiguntur: verū in illis audemus ad inflammationem propria pharmaca miscere paulū quid de extergentibus, velut est collyriū ex vino aspritudinibus accommodatum, quò primū ea quæ palpebris succreuerint,

si creuerint, deprimantur: ubi vero inflammatio oculorum mitior euaserit, aspritudines repur-
gentur. In his vero qui vlcus habent cum mordaci fluxione, impossibile est eiusmodi vti pharma-
co: corniformis enim tunica amplius erodetur, & vniuersa magis prociadet, & vehemens dolor
hominem apprehendet, augebiturque; malignitas fluxionis. In huiusmodi itaque affectionum com-
plexu medici ad consilij inopiam redacti solum remedium velut in desperatis repererunt, vt palpe-
bras ipsas inuerfas circa pharmacorum vsum repurgent & abstergant. Aliqui quidem specilli con-
cauo superficiem deradentes, deinde molli spongia id quod desluit excipietes, palpebrasque quod
ad reliquum aspritudinis ad equalitatem redigentes. Aliqui vero et marinorum quorundam ani-
malium coria in superficie aspera in eiusmodi vsum congrue adsumunt. Quidam ex preceptoribus
meis etiam ex pumice collyrium fecit, atque eo versis palpebris aspritudines deradebat. Mani-
festum est autem pumice exquisitè leuigatum esse oportere, atque ubi id factum fuerit cum tragacantha
aut gummi in collyrium formari. Ceterum ubi tempore progressu per predicta collyria fluxio fue-
rit sedata, audemus iam pharmaca quae extergat palpebris ad mouere, parum tamen quidpiam ex eis in
principio admiscendo, quod ubi homo perpeti posse videbitur, paulatim copiam augebimus. Postquam ve-
ro fluxus fuerit resiccatus, & palpebrae moderate habuerint, cava vlcera collyrio ex thure explere
oportet, ita vt in principio paucillum collyrii ex vino ei admisceamus, & paulatim eius copiam
extendamus, vt ne palpebrae amplius tunicas oculorum infestent, & vlcera munda reddita exactè
impleantur, & ad cicatricem perducantur. De his itaque sufficienter dictum est. Transiendum enim iam
tempus ad reliquas oculorum tum affectiones, tum pharmacorum ad easdem compositiones.

De lippitudine sive ophthalmia.

CAP. 2.

EXordium autem à frequentissima oculorum affectione sumam, quam proprie ophthalmiam,
hoc est lippitudinem appellant. Est autem velut didicistis, inflammatio tunicae ois capitis &
caluariam ambientis. Neque refert si pelliculam quis, aut quocumque tandem nomine appellare ve-
lit. Vocant autem & membranam agnatam, propterea quod alijs quae oculum ipsum constituunt, tuni-
cis forinsecus agnata sit, ligamentum existens toti oculo ad circumscrita ossa, & ob id omnia quae cir-
cumcirca oculos sita sunt vsque ad malas quaeque in vehementi lippitudine simul attollunt. In propa-
tulo itaque est omnia pharmaca huiusmodi affectionem curantia sub communem omnium inflam-
matorum curationem cadere, assumereque necessario quippiam pro partis ipsius natura, quae ex-
cellentem mollitiem & ad hoc vt laedatur aptitudinem super omnem totius corporis cutem na-
cta est propter sensus subtilitatem & substantiae raritatem. Adhibenda sunt autem pharmaca repul-
soria non exasperantia, hoc est non vehementem sortita adstrictionem, sed quae tum propria sua
substantia sunt moderatiora, tum lenitiui liquoris admixtione adhuc magis talia fiant. Lenitiuos
autem liquores dixi oui candidum, & foenigraci decoctum, & ad haec amplius ipsum lac: in quo
prouidum esse conuenit, vt iuuenulae simulque boni succi foeminae existat, vberibus ipsius in cote
in qua collyrium teritur expressis, quo calidum adhuc oculis infundatur. Ceterum hoc in vehe-
menti dolore afflictis, aut propter inflammationis magnitudinem, aut ob influentium humorum
acritudinem facere cogimur. Vt plurimum vero albus oui liquor cum accommodatis pharmacis
lippitudines curare sufficit, pro collyria videlicet Monohemera, hoc est vnius diei, appellata. Adeo
enim haec non parum saepe magnas inflammationes mitigauerunt, vt in vesperam quidem homo
balneo vteretur. In sequenti vero die nardino collyrio ad instaurationem & corroborationem in-
ungeretur. Admiscere autem ei circa primam inunctionem minimum quiddam acrium & sistentium
medicamentorum oportet, & circa secundam paulo amplius quiddam priore. Sufficiunt enim haec duo
pharmacis adhibitiones & deambulationes aliqua non multa ante balneum. Porro collyria Mo-
nohemera appellata, quaedam priuatim faculenta dicta multam in se habent acacia. Quaedam siue
omnino exigua, siue neque in totum habent. Complectuntur autem alia quidem aeris squamam, alia vero
aesustum exiguum additis multis alijs quae mediocriter adstringunt, & concoquunt, & discutunt.
Talia autem sunt, crocus, myrrha, lycium Indicum: & castorium quidem, & thus citra adstrictionem
concoquunt simulque discutunt. In quibus igitur adstringentia praedominantur, plurimum oui li-
quorem, & paucissimum pharmacum esse oportet, praesertim si quid ex metallicis pharmacum in
se complectatur. In quibus vero crocus, & myrrha, castoriumque ac thus, & lycium perualeant, pau-
lo crassiore pharmaco vtendum est. Fomentum praeterea omnino adhibendum est ipsis per spon-
giam, si quidem mediocris sit dolor, semel aut bis in die. Si vero vehementior dolor vrgeat, praes-
tat ter aut quater & saepius vti in longis praesertim aestiuis diebus. Fiat autem fomentum per meliloti
& foenigraci decoctum. De lippitudine itaque satis dictum est; deinceps de vlcerebus dicam.

De vlcerebus oculorum.

CAP. 3.

VLcera oculorum eandem secundum genus curationem requirunt, quam alia vlcera, ea videlicet
quam per longum in tertio & quarto curatiuae methodi recensui. Verum ob partis naturam
quod lenissima adhibenda sunt, ex quorum numero id quod ex polyphylge lota constat esse dixi. Admi-
scant eis et succi quidam non solum omnino mordacitatis expertes, sed qui et vehementissimos dolo-
res mitigare possunt, velut est mandragorae succus. Quidam et polygoni succum admiscerunt, quae-
admodum alij ipsorum etiam ouorum candidum. Manifestum vero est, quod ubi iam propemodum
instat

A instat tempus praeparandi pharmacum, tum demum huiusmodi admiscetur, propterea quod facile ace-
scant. Eodem tempore etiam rosarum additur succus. Ceterum sylvia medicamentorum quae pro-
prie ad oculorum vlcera pertinet, itidem scopum habet, vt vlcus mundum seruetur, vt potè par-
tium natura ipsum explente & ad cicatricem perducente, quae admodum in alijs vlcerebus est praed-
ictum. Si itaque inflammatio adhuc circa oculum existat, aut quippiam etiam dolor, collyria ex thure,
& metallicis lotis, & succis mordacitatis expertibus adhibentur: ubi vero fordida reddita ex eo-
rum vsum vlcera fuerint, de repurgantibus quippiam admiscere oportet, quale est paccianum ex
vino croceum, quo vtimur, minimum quid ex eo praedictis pharmacis addentes. Habet autem hoc
plurimum in se crocum, vnde et croceum appellatur. Habet et ex repurgantibus metallicis aliquid
qua propter et aspritudines extirpat non paruas modo, sed magnas, quas sycosis Graeci à gra-
uor-um ficus similitudine appellant. Attenuat item pterygia, hoc est oculorum vngues. De his itaque
medicamentis paulo post dicetur. At vero vlcera quae per erosionem tunicae corniformis fiunt,
vt etiam ex vniuersa quid pronuat, manifestum est quod tum propter seipsa, tum ob prolapsionem re-
pellentibus & adstringentibus pharmacis opus habent. Conandum est autem vt ex ipsis eligamus
quae nullam aspritudinem faciunt. Verum his contraria pharmaca, hoc est discussoria pustule ex-
petunt, & pus quod intra corniformem est generatum. Recentia igitur & adhuc inflamata phar-
macis ex myrrha, thure, & croco sedantur. Vetusiora autem ex discussorijs et quid deposcant, quem
admodum item induratae inflammationes tunicarum. In his enim & per acres liquores haec ipsa
pharmaca in collyriorum formam redacta proficiunt, & quae priuatim à medicis inunctiles liqui-
dae compositiones appellantur, quales et in his qui suffusionis principium sentiunt, apparant. In
pterygijs vero & sycosis repurgantia, vt dixi, pharmaca adhibentur, partim in collyriorum formam
reducta, partim arida citra alicuius figurae inductionem, in quibus aliquid et ex erodentibus phar-
macis aliquid addiderunt. His vicina sunt quae scabras in palpebris affectiones persanant, atque ob
id psorica appellantur. Fortissima vero omnium sunt quae antiquos callos liquefaciunt, & quae pte-
rygia dicta curant ex repurgantibus & erodentibus medicamentis conflata.

De ocularium pharmacorum viribus.

CAP. 4.

Porro cum iam omnium ferè in oculis affectionum, pharmacorumque eorumdem secundum
genus expositionem fecerim, relataque sint à me pharmaca secundum genus mordacitatis ex-
pertia, qualia ex lotis metallicis componi dixi: melius fore mihi videtur si etiam aliorum ocula-
rium pharmacorum vires exponam. Ex hoc enim existimo ad componendum promptiores fu-
turos, & de iam compositis feliciter iudicatuos eos qui in ipsis fuerint exercitati. Cum igitur mor-
dacitatis maxime expertia sint pharmaca quae dixi, suntque acrimoniae omnis expertes tres liquo-
res, quorum primum foenigraci decoctum erat, alter lac, tertius tenuis ouorum liquor. In hoc ge-
nere esse existimandum est tum gummi, tum tragacantham: & nisi praedicta tria copiaque & vsum
prompta & expedita essent, possumus parum gummi aut tragacanthae in multa aqua maceratum
in eundem vsum velut illa assumere: ita vt per ipsa in medica cote collyria tereremus, & per sola
etiam infusa serosos in affectis oculis generatos humores elueremus. Sed tamen etiam nunc ip-
sis circa omnia ferè collyria vtimur, paucissimis enim demptis, omnia postquam trita sunt, mode-
rate his ipsis pharmacis madefacta excipiuntur. Vnum sane hoc genus ocularium pharmacorum
numeretur, in tribus liquoribus, tragacanthaque ac gummi, & lotis metallicis contentum. Alterum
vero genus eorum est quae exiguum habent mordacitatem, propterea quod quaedam eis admixta sunt
quae parum adstringunt & extergunt. Qualia pharmaca sunt rosa & thus, rosae quidem paucam
habentibus adstrictionem, thure vero modicam vim extergendi. Et cum thus mediocriter cali-
da vi praeditum existat, eam ob rem habet quid concoctorium & quod dolorem sedat. Ex eodem
genere cum ipso, quantum ad concoctionem & discussionem attinet, censendus est crocus & myr-
rha: quae inter se in eo differunt, quod crocus moderate adstringat, myrrha vero citra adstrictio-
nem non ingenerose discutiat & resiccat humiditates. Suntque sane haec viribus praestantiora thure,
& ob id etiam maiorem discutendi vim habent: verum exteriora vi carentia, ad vlcerebus cura-
tionem thure inferiora existunt. Huius generis medicamentorum, concoctorij inquam & di-
scussorij, Lycium quoque est & castorium. Neque obscurum esse puto, Indicum lycium à me di-
ci, non hoc quod apud nostros populos provenit. Proximè vero ad horum facultatem accedit far-
cocolla dicta, quae concoctorium & discussorium est medicamentum, atque ipsa magis adhuc gal-
banum praedictas vires habet. Meliloti vero decoctum ad concoctoria facultatem adsumpsit
etiam quid adstrictorium, eiusdem ferè generis cum croco existens. Inijcitur etiam in oculares
compositiones lapis Haematites appellatus, humores resiccandi vim habens, velut & Cadmia.
Mitius autem pharmacum lapis ipse quam Cadmia existit, vt potè ex humida substantia, non ter-
restri, velut Cadmia, generationem adeptus. Hanc enim eius naturam indicat solutio, quae fit in me-
dica cote, cum per attritionem cum liquore quopiam in succum resoluitur. Quin & cum solus per
se citra liquoris alicuius affusionem teritur, non in terrea fragmenta dissoluitur velut Cadmia, sed
in aequalium partium & cohaerens corpus. Consimilis substantiae ei est & lapis Schistus appella-
tus, sed fortiosem facultatem habet. Quod vero stibium appellatur, illorum quidem fortem

ex

ex se ostentat adstringēdi facultatem: lotum verò exoluitur, vt propē ad mordacitatis expertum vim accedat. Vehementem autē exterioriā facultatem aēs vltum habet, itēq; squama eius & flos. Neq; minus efficac, sed minus mordacitatis expert chalcitis vsta est. Quod si lauentur talia pharmaca, exterioria quidē adhuc manent, itā autē efficacia imbecilliora, quantū mordacitatis magis expertia sūt. Huius generis sunt etiā misy & ærugo, fortissima pharmaca his quæ sycosi & callis conueniunt admista. Quidam verò ipsis ēt gallas iniecerunt, vehementer adstringens pharmacū: quemadmodum aliqui chalcanthū neutro genere appellatum, atq; vt aliqui vlturpant, chalcanthū, tum masculino tum muliebri genere, quod ad adstringendum vnā cum acredine vehementissimum inter hæc omnia pharmacum existit. Manifestum est autē quod multo moderatius redditur vltum & lotum. Ad hanc sylvam pertinet ēt stomomatis squama. At thuris cortex adstringit quidem & ipse non ingenerose, verum prædictis omnibus longē inferior est. Atqui & misy ipsum tum ad eandem affectiones, tum amplius ad scabras palpebras quidam in collyria miscuerūt. Quāquidam verò & mannæ quidam mentionem fecerunt, & vī aliquibus nihil à thure trito ac læuigato differre, cognosse operæpretium est, q̄ mannā propriē appellānt, id quod excullum est à thure circa magna onera contractio. Auferuntur enim simul ab ipso fragmēta quædam parua corticis thuris, quare à thure differt tale pharmacum in hoc quod parum quid adstringit adsumptū. Quæcunq; igitur ex adstringentibus multam terream compagem habent, aspritudines & sycosacallos consumunt. Cæterum quæ ex succorum genere sunt, velut omphacium & hypocisthis, eluuntur facili in sublitionibus diffuētia simul cum lachrymis. Ex hoc genere est & glaucium & acacia. Citra mordacitatem verò extergit cerui cornu vltum, velut ēt caprarum. Dicitur autē & thus ex talium genere esse, verum hoc, velut dictum est, omnino exigua participat extergendi facultate, doloris sedatiuum & concoctorium existens. Cornua verò prædictorum animalium extergendi quidē vim habent, sed neq; dolorem sedant, neq; concoctoria facultate prædita sunt, frigidū nimirum & sicci temperamenti existentia. Habet autē & quod armenium vocatur, extergendi vim, quemadmodum & aramētum Indicum appellatum, & ob id sanē vlcibus inflammatione carentibus citra molestiam adhibetur. Miste verò quodammodo facultatis est aloë, veluti etiam rosa. Habet enim quid in se amarum, quod extergendi à natura aptitudinem habet: inest autem ei etiam quid adstringit, vt committat & ad cicatricem vlcera perducatur.

Quæ ad scabras affectiones conueniant.

Ex pharmacorum ad scabras in palpebris affectiones conuenientium numero sunt sales ammoniaci, & lapis asius tum ipse, tum flos ipsius, & quod pforicum appellatur, non simplex, neque sponte naturæ productum, sed præparationis modum quendam habens, quem etiam Dioscorides conscripsit, & alij ferē omnes, qui de medica materia commentati sunt. Admiscetur his & misy vltum, & sandaracha, & quod à veteribus Græcis Arrhenicum, nostro verò æuo Arsenicum appellatur. Ex medicamentis verò aromaticis id est odoratis casia & malabathri folium. Quin & amomum, & cinnamomum quidam ocularibus compositionibus admiscuerunt, cum disculforiam quidē vim habeat cinnamomum, reliqua verò etiam adstringendi facultate participant. In communi porro de omnibus repurgantibus siue extergentibus & rhypticis à Græcis appellatis medicamentis id nosse oportet, tum eis quæ moderata sunt, tum eis quæ sycosacallos consumunt, quod hæc omnia etiam ad cicatrices crassas conueniant. Attenuant enim ipsarum crassitudinem, & substantiam superficiē deradunt ac remouent.

Quæ induratis auxilientur.

Compositiones quæ ad induratas oculorum tunicas conueniunt, ex succis constant & ammoniaci thymiamate, quemadmodum ēt antea dixi. Miscuntur autē eis moderatiora quædam, quæ viribus eorum tñ non oblucentur, myrrha videlicet, & thus, & galbanum, aliaq; consimilia.

Quæ suffusis conueniant.

Ad suffusos verò quidam medici liquida pharmaca composuerunt. Ac prima ferē omnium compositionum est quæ ex foeniculi succo, & hyænæ felle, ac melle attico constat: quidam verò etiā caprinum fel addiderunt. Verum postea alius aliud fel admiscuit, alius galli, alius viperæ, alius testudinis marinæ, alius callionymi piscis. Nunc verò in pretio est pharmacū ex felle scarorum. Quem admodum & quod ex myrrha facte constat. Promissiones itaq; omnium horum pharmacorum magnæ sunt. Verum effectus aliquando nullus, aliquando valde exiguus.

De Aridis medicamentis oculis conducentibus.

CAP. 5.

EX præscripta materiæ medicæ sylvæ composita sunt à medicis pharmaca arida, quæ priuatim ab ipsis arida collyria appellantur. Quorum aliqua quidē callos & sycosacallos consumunt, ex crescentem itē iuxta nasi angulum carnem, encanthida appellatam, & pterygia, quæ ēt vngues dicunt. Aliqua verò scabras palpebris conueniunt & ad palpebrarū defluuia, quæ Mylphæ appellantur, cōducunt: verum aliam ab acris collyrijs facultatem habent, vnde ēt à quibusdam medicis Apodacrytica, id est delachrymatia, & repulforia appellatur, velut ēt ipsa collyria vsta sunt appellari. Ex his autē pleraq; etiam obtusē cernētibus siue per atatem, siue crassitudinem, aut frigiditatem humorum .n. oculis, aut ēt flatus caliginosi redundantiam id contingat, non parum profunt.

Aliqua

A Aliqua deinde ex aridis pharmacis affectionem in oculis congregari prohibent, impediendo videlicet influxiones humorum, ex quibus oculi lædi consueuerunt. Præstantissimum verò horum apparuit, & experientia iudicatum est quod ego composui, & ob id apud multos in vtu est, ac ferē per oēs gentes, quibus imperant Romani. Ac primum sanē ipsius compositionem scribam, cū præstantius putem esse nullis omnino affectionibus corrigi, q̄ eas quæ iam præoccuparunt optimē sanare. Quā verò ēt Asclepiades plurimamq; & optimam tum aridorum, tum liquidorum collyriorum conscripsit sylvā ab aridis primum initio facto: & ego sanē mihi rectē facturus videor, si cōsimili scribendi ordine vtar. Quare vbi meū aridum adscripsero, deinceps omnia quæ Asclepiades habet in primo extenorū quem Marcellæ inscribit, iuxta ipsius ordinē subiungā. Et post hæc cataplasmata oculis accommodata, agglutinatoriaq; & inunctilia pharmaca ab Asclepiade descripta adijciā. Præstantilius .n. mihi vī & istorū ordinem in scribēdo seruare, atq; ita ad collyria ac liquida pharmaca transire omnibus appositis, velut Asclepiades ipse recēsit, illius ipsius verbis.

Pharmacum Aridum ad tuendam oculorum valetudinem à me compositum.

Vtilissimum sanis oculis præseruatiuum ego cōposui pharmacum, quod oēs iam in vtu habēt. Vritur lapis phrygius in minutas partes contractus, vt maior tñ sit nuce quæ pontica à quibusdā vocatur, ab alijs nux parua. Modus vrendi idem qui in alijs est, lapide in ollulā nouam coniecto, deindeq; ollula forissecus luto circūlita operculum perforatum vel in solo vertice, vel quod melius est, ēt circa alias plures partes imponimus, quod per ipsa foramina fuliginose & fumose eorum quæ vruntur exhalationes facilius efferantur. Postq; verò totus lapis ignitus factus fuerit, tum sanē ollulam in purum quoddam vasculum euacuare oportet, butyrumq; infundere non vetustum, et circūagitare vsti lapidis partes, donec omnes extinguantur, atq; tunc cessare, & sic rursus eandem in ollulā coniectas vrere, rursus prunis candefactis ab igne ollulam imponēdo, vt nihil fumosum in se habeant: ventilatione ēt eandem excitare conuenit, quod citius vstio perficiatur. Deinde cū iam igniti facti fuerint lapides, & nulla amplius fuligo effertur, rursus eosdem eximere oportet, & vino salerno extinguere, aut aliquo suluo & odorato, velut est tmolites ariusiumq; & lesbiū. Deinde rursus in ollulam coniectos tertio vrere, & postq; ignitus fuerit lapis, rursus extinguere melle attico non multo. Reddetur enim pharmacū non aridum, sed viscositate aliqua præditum. Cæterū pluribus diebus trita & prælæuigata in promptu habere oportet, ita vt in tenuissimū puluerem redacta sint subscripta. Aeris vsti. ʒ. i. quod est. ʒ. viij. piperis albi tantundem, folij malabathri tantūdem, sibiij hemiolium, quod est. ʒ. xij. his admisce lapidis vsti lib. i. Et postq; omnia pbe fuerint læuigata, & reponere medicamentum velis, adijce opobalsami Syriaci sesquiuiciam, quod totum. ʒ. xij. facit. Sit verò opobalsamum tenue, & pellucens compage, non crassum, quemadmodum solet in vasis circa fundum cōsolidere ac spissari: quod enim ita crassum est, ariditate pharmaci impedit. Porro vtu ipsius ad solas palpebras cōpetit cum specillo inducti, citra tunicarū ipsius oculi contactū. Vt plurimū itaq; sufficit circa solam infernam palpebrā specillum inducere. Nihil verò vetat ēt supernam palpebrā similiter illinere, vbi pferitum pharmaco opus fuerit, hoc est vbi iam manifeste perturbationem quandā perceperit oculus: non tñ expectare conuenit donec id fiat. Verum pccupare oportet circa primū affectionis sensum, in omni tpe diei, etiam si quis biberit & cœnauerit. Et plane frequēs eius competit vtu cum cautione, vt dixi, ne tunicæ oculorum eo contingantur. Oportet autē & eum cui inducitur pharmacum palpebras exertas & extensas exhibere, & cū inungitur nequaquā cum ipsis nictare. Hoc sanē pharmacum à me compositum est, non permittens eū qui ipso rectē vtratur oculorum lippitudine apprehendi. Deinceps verò quæ ad affectiones commoda sunt medicamēta conscribā, initio ab his quæ Asclepiades scripsit factō.

Arida pharmaca ad oculos ab Asclepiade conscripta.

CAP. 6.

In primo libro pharmacorum extenorū quæ Marcellæ inscribit, in hunc modum hæc verba scribuntur. **C** Aridum ex pforicis Heraclide ad circumrosos oculorum angulos. Spodij cyprii. ʒ. iiii. omphacii aridi. ʒ. duas. nardi obolos. iiii. piperis fricti grana quindēcim, tritis vttere. **C** Pforicum Aelij. Cadmiæ drach. iiii. aeris vsti drach. ii. cum aceto in sole terito & resiccato, rursusq; læuigatis & repositis vtitor. Aliud, Cadmiæ. ʒ. i. aeris vsti. ʒ. i. nardi indicæ. ʒ. i. piperis fricti obolos duos, tritis vttere vt pharmaco vehementer commodo. Aliud, Chalcitidis partes duas, cadmiæ partem vnam, tusa & cribrata terito in sole adiecto vino sufficienti: deinde resiccato, & læuigatis repositis vtitor. **C** Ex libris Philoxeni aridum Achariston. Cadmiæ drach. ii. chalcitidis drach. octo. aloes obolos. ii. æruginis obolos duos, piperis grana. x. florum rosarum drachmam vnam, tritis vtitor. **C** Eiusdem ad lippitudinem siccam, & sycosin, putrescentia, & excrecentem carnem. Cadmiæ drach. decem, chalcitidis drach. octo, piperis grana. xv. nardi celticæ drach. vnam. Cadmiam & chalcitidem cum vino terito, atq; vbi exaruerint nardum & piper inticito, ac in puluillum redactis vtitor. Aliud, Cadmiæ drach. iuginti, chalcitidis drach. quadrāginta, nardi indicæ drach. duas, myrrhæ torrefactæ drach. duas, piperis grana triginta quinque, cum aceto acerrimo apparato. **C** Capitonis ad lippitudines siccas, & oculos humectos, ac angulos circumrosos, & palpebras ficosas. Cadmiam cypriam ad polentæ magnitudinem confringimus, deinde attico melle subactam in vasculum fictile conuicimus, huius autem ore obturato ac luto circumlito foramen iuxta medium oris facimus,

* At. vnam
* At. octo

* At. octo
* At. duas

mus, quò id quod affatur inde transpiret. Ipsum verò vasculum intra prunas erectum statuentes E fuccensis prunis vrimus, atq; vbi exignitum fuerit, exhalationum per foramen elatarum animad uersionem habemus, quæ si nigriores efferantur, amplius vrimus. Cùm verò albidiores apparuerint, affationem sufficientem factam putamus, ablatoq; vasculo & dempto operculo cadmiam vino Italico extinguiamus, & in pilam translata terimus, reliccatamq; ad pharmaci confectionem reponimus, quæ hoc modo habet. Cadmiæ. 3. viij. æris vsti, drach. viij. stibij, drach. viij. tritis & ablati vttere, cum specilli extremo palpebris manè & vespere ex eo sublitis. Aliud, Cadmiæ vsta velut prædictum est, drach. viij. æris vsti, drach. viij. stibij, drach. iij. armenij, drach. ij. tritis & repositis vtitor. Nos cadmiã & reliqua adipe vipere excepta affauimus, deinde vino extinctis ac tritis vli fumus. CPharmaca ex lapide Hæmatite ad scabras palpebras accommodata, Capitonis ocularij. Cadmiæ cypriæ, drach. xxiiij. lapidis hæmatitæ, drach. vi. in alio exemplari, drach. xvi. æris vsti, drach. xxiiij. arida ad polentæ magnitudinem contunduntur, melleq; excepta velut prædictum est, affantur ac vino extinguntur, deinde resiccata læuigantur. Vtus demonstratus est. Aliud, Cadmiæ, drach. xx. æris vsti, drach. x. lapidis hæmatitæ, drach. x. tomentorum purpuræ laconicæ, drach. viij. melle excepta & vsta composito vt dictum est. CSofandri ad palpebrarum deflumiã, & inueteratas affectiones, facit & ad excrescentem iuxta nasi angulum carnem. Cadmiæ, stibij, chalcitidis crudæ, misyos peregrini, singulorum drach. viij. contusa et melle excepta velut dictum est, affato, deinde vino extincta tritaq; & resiccata reponito, ac vtitor. Aliud, Chalcitidis crudæ, cadmiæ, stibij, misyos peregrini, singulorum. 3. viij. nardi indicæ, drach. ij. croci torrefacti drach. ij. piperis, drach. i. Metallica melle subiguntur ac vruntur, vt dictum est, deinde vino extinguntur & teruntur, adijciturq; his nardus, & crocus torrefactus, itemq; piper, postea verò simul læuigantur ac repositis vtitur. CPharmacum calliblepharon exornandis palpebris accommodum. Facit & ad inueteratas lippitudines. Stibij vsti ac vino extincti, drach. xvi. plumbi vsti & loti, drach. viij. fuliginis thuris, spicæ nardi, myrrhæ torrefactæ, croci, squamæ æris, singulorum drach. i. Omnibus tritis ac repositis vtitor. CAliud ex croco. Croci vnc. i. glaucij vnc. i. sarcocollæ. 3. i. ego etiam opij vnc. i. adieci. CAliud Senerianum. Cadmiæ vsta & lota sextantem, f. salis ammoniaci, piperis albi, vtriusq; sextantem, folij, drach. ij. probè tritis vtitor. CAliud pueris maximè accommodum. Stibij, drach. xvi. plumbi, drach. viij. squamæ æris, drach. i. croci. 3. i. florum rosarum. 3. vnam, myrrhæ drach. vnam, nardi indicæ, thuris masculi, piperis albi, singulorum drachmam vnam, palmularū officula decem, omnia in figulinum vas coniecta diligenter affato. Deinde in pilam translatis ac tritis opobalsami cochlearia duo adijcitur, conuassato, resiccato, & vtitor. CAridum Philoxeni ad pruriginosos ac circumfrosos angulos, facit & ad obtusum visum. Cadmiæ, drac. quatuor, salis ammoniaci, drach. ij. piperis albi, drach. vnam, tritis vttere. Ego hæc ita adparo. Cadmiæ. 3. viij. croci. 3. ij. piperis albi, drach. i. salis ammoniaci. 3. ij. nardi indicæ. 3. i. tritis vtitor.

Liquide oculares compositiones ad ficosas eminentias, ac omnem extuberantiam carnis, facit & ad carnem circa nasi angulum excrescentem, & ad incipientem lippitudinem.

CAP. 7.

Compositio qua vsus est Philippus in Cæsaria. Misyos affati, drach. viij. myrrhæ, drach. iij. cadmiæ, drach. viij. croci, drach. ij. salis ammoniaci, drach. ij. nardi indicæ, piperis albi, vtriusq; drach. i. mellis attici cyathum vnum. Aliud, Misyos affati, drach. vi. atramenti futurij drach. iij. myrrhæ, drach. iij. æris vsti, drach. vnam, mellis attici cyathum vnum. CPanchrestos, id est omnifarij vsus Erasistrati, ad aspritudines, ac omnes lippitudines, auresq; purulentas, & ad vlcera ægrè recipientia cicatricem, & ad nomas, hoc est vlcera serpentia oris. Aeris vsti, drach. duas, myrrhæ, drach. vnam, piperis obolos duos, misyos affati drach. vnam, croci obolos. iij. vini Chij heminam vnam, passii cretici heminæ dimidium. Arida terito affuso vino, atq; vbi imbibitum fuerit vinum, affunde etiam passum, & conuassata in æreum vasculum transferto, acad lentum ignem coquito, deinde in pyxidem æream reponito. CAd callos & omnem eminentiam. Aeris vsti, drach. ij. misyos vsti, drach. vnam, myrrhæ drach. vnam, croci drach. i. omphacij drach. vnam, vini Chij cyathos duos, mellis attici libram dimidiam, vtitor. CPhiloxeni liquida vsus exacuens, cicat ices & callos exterit. Ammoniaci thymiamatis, drach. iij. æruginis, drach. ij. vino diluta & contrita melle attico excipito. Aliud, Ammoniaci thymiamatis, drach. xij. æruginis, drach. vi. myrrhæ, drach. ij. composito vt dictum est. CAliud Phædri Rhinion, id est limula. Ammoniaci thymiamatis drach. quatuor, æruginis, drach. i. alcyonij torrefacti drach. vnam, floris lapidis alii obolos tres, composito ac vtitor vt dictum est. Aliud, f. Ammoniaci thymiamatis, drach. viij. æruginis, drach. viij. floris lapidis alii, drach. ij. obol. ij. alcyonij, drach. vnam, obol. ij. opij sesquidrachmam, myrrhæ sesquidrachmā, composito ac vtitor vt dictum est. CAegyptia ad callos & albugines, aufert etiam pelliculas confestim. Aeruginis Corinthiæ, drach. vi. ammoniaci thymiamatis, drach. vi. obol. iij. salis fossilis. 3. iij. medullæ colocynthidis drach. quatuor, fellis taurini, drach. ij. nitri nigri sesquidrachmam, piperis albi grana quadraginta, mellis attici cyathos sex, composito vt dictum est, & in pyxide ilicea reposito vtitor. CAlia Aegyptia ad callos & albugines, ac inueteratas affectiones. Aeruginis, drac. vi. ammoniaci thymiamatis, drach. vi. medullæ colocynthidis, drach. iij. fellis taurini, drach. ij. nitri nigri,

* AP. Salis ammoniaci, vnciam. i. piperis albi sextantem.

* AP. duas

* AP. vnam

* Al. i.

† Codex antiq. sim^o Venetorū hæc cōponē habet. Ammoniaci thymiamatis. 3. viij. æruginis drach. vi. floris lapidis alii. drach. ii. obol. ii. alcyonij, drach. mam. i. obol. v. radicle, drach. i. obol. ii. Al. ad Ammonia. i. drach. i. ob. iij. opii sesquidrachmam, myrrhæ sesquidrachmā cōponito & vtitor vt p̄dictū ē. † Al. i. cod. ita habet ammoniaci thymiamatos, drach. viij. æruginis drach. vi. floris lapidis alii, drach. ii. ob. ii. alcyonij, drach. i. ob. v. struthii drach. i. ob. ii. salis ammoniaci, drach. i. ob. ii. opii &c. * AP. iij. obol. iij.

Anigri drach. ij. excipe mellis attici cyathis sex, & vttere. CCompositio exacuens visum, faciens & ad glaucedinem, Antonij muse. Fellis perdicis syluestris partem vnam, in alio exemplari, succi herbæ perdicij, aliquid succi centaureæ partes. iij. mellis attici tantundem. Aliud, Fellis gallinæ veteris partem vnam, succi centaureæ partem vnam, mellis attici partes tres, facit ad glaucedines. CCompositio Largi exacuens visum. Succu sceniculi radicis partem vnam, mellis tantundem. Reponito in pyxidem æream ac vtitor. Aliud, Succu radicis sceniculi partem. i. succi chelidonie tantundem, mellis attici tantundem. CAelij Galli ad suffusiones. Fellis testudinis marinæ drach. viij. mellis attici tantundem, fellis taurini. 3. ij. croci. 3. ij. opobalsami. 3. ij. contuls vttere. CCalij ad suffusiones. Fel taurinum in æream pyxidem euacuatum per dies decē finito, deinde myrrhæ, croci, vtriusq; drach. ij. opopanacis. 3. ij. opobalsami. 3. ij. piperis grana. xij. mellis attici duplum omnium accipito, omniaq; cum felle misceto, & in æreo vase coquito, deinde in ærea pyxide repositis vtitor. CLiquida Basilis, hoc est regina, hæc reparatricem appellamus. Omphacij. 3. ij. myrrhæ. 3. ij. fellis aquilæ. 3. ij. opobalsami. 3. ij. lachrymæ oleæ. 3. ij. ammoniaci thymiamatis. 3. i. fellis hyænæ. 3. ij. excipe melle attico. Aliud, Omphacij. 3. ij. myrrhæ drach. vnam, salis ammoniaci. 3. i. croci. 3. vnam, opobalsami. 3. i. lachrymæ oleæ. 3. i. ammoniaci thymiamatis. 3. i. fellis hyænæ. 3. viij. excipe attico melle. In alio olei veteris cyathos duos. CAntonij muse. Fellis hyænæ. 3. vnam, fellis vtri, drach. ij. opobalsami. 3. ij. salis fossilis. 3. i. croci drachmam vnam, myrrhæ drachmam. i. mellis attici cyathos duos, succi sceniculi cyathos. ij. CPhiloxeni. Fellis hyænæ sesquidrachmam, adipis vipere sesqui drachmā, croci. 3. i. unā, omphacij. 3. i. myrrhæ drachmē dimidiū, opobalsami. 3. i. mellis attici. 3. viij. CInfectura albuginum. Gallam tritam ac læuigatam in prompto repositam seruato, vsu verò expetente, cum specilli nucleo calfacto adhibeto, deinde atramentum futurium aqua dilutū admoueto. Aliud, Malicorium tritum adhibeto, indeq; atramentum futurium aqua dilutum admoueto. Aliud, Misyos, atramenti futurij, gallarum omphacinarum, singulorum æquales partes, contusas & cribratas reponito. Vtus verò tempore aridum adhibeto. CAd glaucos oculos, quò pupillæ nigre redduntur. Malicorij dulcis succum in fundo, deinde post temporis interstitium hyosciami florem cum vino aut hyosciami succo tritum instillato. Verum hæc opportuno tempore colligere & reponere conuenit. Aliud, Acaciæ fructum & gallarum parum quid diligenter trita phernij succo excipito, & ad mellis crassitudinem redigito. Deinde expressum per linteolū liquorem referuato ac vtitor vt dictum est. CAd pilos pungentes in palpebris enascentes, Trichiasin appellam Græci, Antonij muse. Fel auiculæ, quæ cinædus appellatur, & aconiti dimidium eius, mista reponito. Vtu verò exigente, euulso pilo locum ex pharmaco illinito. Aliud, Fel picis phagri, & aconiti dimidium, cum squama ferri lota, adipe subijcitur, atq; his amygdalini olei parum adijcitur, & sanguinis vespertilionis quantum suffecerit. Deinde mistis & repositis vtitor vt dictum est. CAglutinatoria pilorum, Heraclidæ Tarentini. Ceræ drach. vnam, picis drach. vnam, lithocolle drach. vnam, simul liquefacta reponito. Vtu verò postulante specilli summum candefactio, & quod ex pharmaco dissoluto adhaerit adhibeto, eoq; pilos agglutinato. Aliud, Resinæ sicca, picis sicca, vtriusq; drach. vnam, sulfuris viui. 3. i. bituminis drachmam. i. ceræ drach. ij. liquefactis vtitor. CAd paruos instar hordei oblongos circa pilos palpebrarum abscessus, Crithas & Posthios Græci appellant, Antonij muse. Galbani partem. i. cum exiguo nitro mistam imposito. Aliud, Ceram & Misyos crudi paulum admisceto. Faciunt & ficus arida in vino mulso cocta & trita, exiguo simul galbano contrito. Facit & farina hordeacea in vino mulso cocta ac trita, itidem exiguo galbano sinuo vrito, & cinerem tritum caninarum muscarum sanguine excipito, & reposito in cornea pyxide vtitor euullis antea pilis. Aliud, Salamandræ vitæ cinerem, terrestrium Erinaceorum felle excipito, ac vtitor vt dictum est. Quiddam castorio vsi sunt cum melle misto. Aut castorio & hirudinis vsta cinere. Aut cicuta semen tritum ac Thunnæ sanguine exceptum, præuullis pilis illeuerunt. CAd crithas, i. hordeolos, & chalazias, hoc est instar grandinis in palpebris tubercula. Sagapeno cum aceto trito vtitor. CAliud Ad Aegilopus. Succu illecebræ, succi solani, vtriusq; libræ dimidium, thuris drach. viij. mastiches quadrantem, galbani libram dimidiam. Succos cum thure coquito, atq; vbi dissolutum fuerit galbanum inijcitur: mastichen enim improbanus. Aliud, Thuris drach. viij. ladani drach. iij. aluminis scissilis drach. iij. myrrhæ, drach. viij. ceræ drach. iij. spumæ nitri drach. iij. coagulū leporis drach. iij. Contunditur hoc pharmacum, & cum vnguenti irini face mollitur.

* AP. iij.

* AP. ii.

* AP. ii.

* AP. ii.

* AP. ii.

Cataplasmata in eodem libro primo externorum, ab Asclepiade ad oculos descripta, itemq; agglutinatoria, & inuenticilia.

Cataplasmata lippientium, ad doloris vexationes ac maximas Epiphoras, quibus vsus est Heraclides Tarentius. Rosarum viridium aut siccarum drach. iij. croci drach. vnam, opij drach. i. excipe meliloti decocto, aut passo. Aliud, Rosarum, violarum albarum, papaueris, singulorum drach. ij. croci drach. vnam, opij drach. vnam, myrrhæ drach. vnam, oui affati vitellum, tritis & passo subactis vttere vt dictum est. CIlliriones ad dolores, quibus vsus est Glaucus. Aloes, lycij indici, rosarum viridium, croci, opii, myrrhæ, singulorū æquales partes, vino subactas Quinta Classis. VVVVV in

* AP. Gallus

in pastillos formato, eosq; in umbra siccato. Vsu vero exigete passio dilutos oculis illinito, itemq; E fronti ac temporibus. CPhiloxeni ad fluxionem multam, & dolores. Foliorum rosarum recentium drach. ij. feminis hyoscyami. 3. viij. thuris. 3. tres, myrrhae. 3. iij. farinae polietarum acetabulum, oui assati vnus quod intus est, succi mandragorae drach. iij. croci. 3. ij. opij. 3. iij. vini austeri quatum sufficit. In pastillos redigito, ac vtitor veluti dictum est. C Illitio Anthera eadem hora inuans. Croci drach. quatuor, thuris drach. ij. cinnabaris drach. iij. gummi drach. ij. vino excipito. Vfus tepore vbi triueris, & ad solidum redegeris, pauxillum mellis adijcito. C Aliud, Lychnium inscriptum. Croci drach. i. thuris drach. ij. opij drach. duas, gummi drach. ij. cinr. baris drach. ii. aqua pluuia excipito. Alii habent, croci rosas specie referentis drach. iij. cinnabaris drach. ii. myrrhae, opii, vtriusq; drach. ii. aqua pluuiali excipito. C Illitiones mordaces quae euestigio fluxionem cohibent, faciunt & ad lippitudinem scabram ac aridam. Aëris vsti drach. iij. croci drach. iij. piperis albi drach. ii. opij drach. ii. gummi drach. iij. cum aqua pluuiali forinfecus illinuntur. Relidit hoc pharmacum maximas epiphoras. Caeterum cauere oportet ne quid ex eo in oculum praterlabatur. C Aliud, phloginum hoc est flammeum inscriptum. Aëris vsti & loti drach. duodecim, croci drach. vi. piperis albi drach. iij. myrrhae drach. iij. opii drach. iij. gummi drach. duodecim, vino aminæo excipito. C Agglutinatoria quae fluxiones cohibent. Pollinis partem. i. myrrhae partem. i. mannæ thuris partem F vnam, candido oui excipe, deinde in linteolum impacta impone temporibus ac frontis. Aliud, Seminis hyoscyami drach. ii. opij drach. i. croci drach. vnam, pollinis drach. iij. ouorum assatorum vitellos duos, castorii drach. i. omnibus simul coactis vtitor. C Collyrium ad Epiphoram, & dolores, ac fluxionem multam, quo Moschion familiaris vsus est. Glaucij drach. sexdecim, sarcocollæ drach. viij. croci drach. iij. gummi drach. ij. tragacanthæ drach. ij. succi mandragoræ drach. ij. opij drach. i. aqua pluuiali excipito ac vtitor cum ouo. C Heronis ophthalmici psittaces, ad dolores, & fluxum largum, euestigio somnum inducit. Glaucij drach. sexdecim, croci drach. viij. sarcocollæ drach. viij. opij. 3. iij. succi mandragoræ drach. ij. tragacanthæ drach. viij. aqua pluuiali excipe. C Ad predictas affectiones, Neapolitæ. Glaucij drach. quadraginta octo, sarcocollæ drach. xxiiij. croci drach. xxxiiij. lapidis hæmatitæ drach. duodecim, opij. 3. xij. succi mandragoræ drach. viij. gummi drach. sexdecim, tragacanthæ drach. duodecim, excipe aqua pluuiali. C Sergij ophthalmici Babylonij. Glaucij drach. viginti quatuor, sarcocollæ drach. sexdecim, croci drach. duodecim, opij drach. iij. lapidis hæmatitæ drach. vi. gummi drach. duodecim, excipito aqua pluuiali. Illinito per vnum atque alterum diem, atq; vbi affectio non soluat ad insequentes illitiones transimus. C Aliud, duas myrnum glaucidanum inscriptum. Glaucij drach. quadraginta octo, sarcocollæ drach. xlviij. croci drach. G viginti quatuor, opij drach. sex, myrrhae drach. sex, hæmatitæ drach. vi. tragacanthæ drach. xlviij. aqua pluuia excipe, ac vtite cum ouo. C Diasmyrnum ex hæmatite. Glaucij drach. lxiiij. sarcocollæ drach. xxxij. croci drach. duodecim, opij drach. viij. myrrhae drach. vi. hæmatitæ drach. xvi. tragacanthæ drach. xlviij. gummi drach. xvi. In alio exemplari drach. xlviij. Excipiuntur aqua pluuiali, vsus eius est cum ouo. C Phosphorus ad doloris vexationem, omnemq; inflammationem, & intensus Epiphoras. Glaucij drach. xxiiij. sarcocollæ drach. viij. croci, opij, vtriusq; drach. viij. myrrhae drach. viij. misyos vsti drach. viij. gummi drach. nouemdecim, excipe aqua pluuia, vtite cum ouo. C Euchroum, id est boni coloris, excellentis & mirabilis efficaciae. Glaucij drach. xx. sarcocollæ. 3. vij. croci drach. vij. myrrhae drach. vij. opij drach. vij. misyos vsti drach. vij. gummi drach. duodecim, excipe aqua pluuiali, vtite cum ouo. C Pharmacum ex succis, dolorem sedans, facit ad omnem doloris vexationem, somnum euestigio inducit. Glaucij drach. xlviij. sarcocollæ, tragacanthæ, vtriusq; drach. xvi. croci drach. viij. opij drach. iij. succi rosarum drach. iij. lycij indicij drach. iij. hyoscyami drach. iij. succi mandragoræ drach. iij. succi cicutæ drach. iij. gummi drach. viij. Excipiuntur meliloti decocto, componuntur autem hoc modo, Meliloti libram. i. & aquæ pluuialis heminas. xij. ad tertias coquito, & excolato liquore ad pharmaci compositionem vtitor. Aliud, Glaucij. 3. H xlviij. sarcocollæ drach. xxiiij. croci drach. xxiiij. opij drach. xij. lycij indicij drach. xij. succi hyoscyami drach. duodecim, succi cicutæ drach. duodecim, rosarum viridium resectis extremitatibus drachmas. xlviij. gummi drach. viginti octo, aqua pluuiali excipe, vtite cum ouo. C Pharmacum Phæon, id est fuscum inscriptum, accommodatum ad doloris molestias. Cadmiæ drach. duodecim, aut. xvi. aëris vsti drach. vi. myrrhae drachmas. iij. opij drach. iij. acaciæ drach. vij. excipito aqua pluuia, vtite demonstratum est. C Aliud Phæon ad omnem fluxum, & omnem lippitudinem. In alio padicon, id est puerile legitur. Aëris vsti drach. duodecim, cadmiæ drach. xxxij. gummi drachmas. xxxij. acaciæ drach. xxxij. myrrhae drach. iij. opij drach. iij. aqua pluuia excipe. C Aliud ex libris Philoxeni. Spodij cyprij, id est cinerulæ cypriæ. 3. xij. aëris vsti & loti drach. tres, opij, myrrhae, vtriusque drach. tres, acaciæ, gummi, vtriusq; drach. septem, aqua pluuiali excepta cum ouo in vsu veniunt, vt dictum est. C Pharmacum Berytium inscriptum, quo vsus est Stratoni. Berytius ad maximas epiphoras, euestigio auxiliatur. Aëris vsti & loti drach. xvi. acaciæ drach. xvi. spodij pompholygis drach. xvi. opij drach. sexdecim, gummi drach. xvi. croci drach. xij. myrrhae drach. ii. aqua pluuiali excipe, vtitecum ouo. Oportet hoc assidue infundere. C Aliud ad easdem affectiones. Spodii pompholygis drach. xvi. opij drachmas. xii. myrrhae drach. xii. gummi. 3. xvi. aëris vsti & loti drach. xvi. aqua

* Al. sex.

* Al. ii.

* Al. i.

* Al. duas

* Al. ii.

† Al. opij. 3. iij. succi mandragoræ drach. ii.

* Al. viij. † Al. Glaucij drach. lxiiij. sarcocollæ drach. xxxij. croci. 3. xxxii. opij. 3. vi. myrrhae. 3. vi. hæmatitæ. 3. vi. tragacanthæ. 3. xvi. gummi. 3. iij. * Al. xii.

* Al. xviii.

* Al. xvi. * Al. ii. * Al. xii.

* Al. xii.

A aqua excipito pluuiali, ac vtitor cum ouo. C Pharmacum Acharistum inscriptum, ad maximas epiphoras, huius solus vsu medici Aegyptij feliciter medicantur, in agrestioribus praesertim corporibus. Cadmiæ drach. xvi. acaciæ drach. viij. aëris vsti & loti drach. viij. opij drach. iij. fructus ericæ drach. iij. myrrhae drach. iij. gummi drach. xvi. aqua excipito, ac vtitor cum lacte muliebris. Temperatura media est, vbi verò circa oculos affectio sit, ab hoc collyrio abstinere oportet. C Quo ipse vsus, sum sic habet. Cadmiæ drach. xvi. fructus ericæ drach. ij. aëris vsti & loti drach. iij. opij drach. ij. myrrhae drach. vnam, acaciæ drach. vi. gummi drach. viij. aqua excipito, vsus indicatus est. Aliud, Cadmiæ drach. vi. fructus ericæ drach. iij. opij drach. vi. thuris drach. ij. myrrhae drach. viij. lapidis scissilis drach. ij. acaciæ drach. viij. aëris vsti & loti drach. iij. gummi drach. xx. composito, ac vtitor vt dictum est. C Necharium marci, facit ad incipientem lippitudinem, facit & ad illationem fluxus tenuis, ad chemosis, tumores, pellicularum eminentias, & ferè ad omnem lippitudinem facit, & ad palpebras crassas. Oportet autem præ omnibus fomentum adhibere, deinde ipsum infundere, in principio quidem fluxionis cum aquoso oui liquore: vbi verò processerit hæc curatio, paulatim hanc temperaturam extendere & augere oportet. Caeterum ad palpebras asperas collyrio cum aqua vtitor, apud alios Sphargis appellatur. Aëris vsti & loti drach. iij. cadmiæ drach. iij. acaciæ drach. iij. croci drachmas. ij. opij drach. ij. gummi drach. vi. aqua excipe ac vtite vt indicatum est. C Sergij ophthalmici Monohemerum inscriptum, hoc est vna die efficaciam suam commoustrans. Cadmiæ vste & lotæ. 3. iij. spodij pompholygis vsti & loti drach. iij. aëris vsti & loti drach. iij. croci drach. ij. opij drach. ij. acaciæ drach. vi. gummi drach. vi. aqua pluuiali excipe, ac vtite cum ouo. Temperatura est aquosa. Postquam lachrymæ proiectæ fuerint, candidum oui infundere oportet, & rursum sublinere. Vbi verò morsus consequeretur, fomentum adhibendum est, rursumq; oui candidum infundendum: postea verò collyrio nigro inscripto illinito. C Sphragis Neapolitæ. Cadmiæ drach. viij. aëris vsti & loti drach. viij. acaciæ drach. viij. spodij cyprij drach. iij. croci drach. iij. opij drach. quatuor, gummi drach. xij. aqua excipe, vsus indicatus est. C Paccij Sphragis. Cadmiæ vste & lacte caprino siue muliebris extinctæ ac lotæ, & in umbra siccatæ drach. x. aëris vsti & loti drach. x. acaciæ drach. x. opij drach. vi. croci drach. vi. gummi drach. xv. aqua pluuiali excipito. Zosij Sphragis cum Paccij concordat. C Philoxeni Aphroditarium inscriptum. Cadmiæ lotæ drachmas. xxiiij. acaciæ drach. xxxvi. aëris vsti & loti drach. xij. croci drach. xii. opij drach. xii. spodii cyprij loti drach. xii. gummi drach. xlviij. excipe aqua pluuiali, ac vtite cum ouo assidue infundendo. Post curationem verò lauari iubeto. Hoc assidue vsus sum in maximis epiphoris. C Aliud Neapolitæ, facit ad maximas epiphoras, maxime in oculis qui egre rigantur & subalbicant circa inflammationes, vt simile quiddam chemosi appareat. Hoc nos vsi sumus, post illitiones agris lauare iussis. Lapidis schisti drach. viij. thuris drach. vii. aëris vsti & loti drach. viij. opij drach. viij. myrrhae drach. iij. gummi drach. viij. excipe vino ac vtite cum ouo. Temperamentum est aquosum. Saepè verò hoc infundere oportet, & post interuallum ab illitione lauari iubere. C Fuscum Olympionico inscriptum, facit ad maximos dolores, facit & ad chemosis, & omnino ex accommodatissimis collyrijs est: nam statim liberat. Cadmiæ vste & lotæ drach. viij. acaciæ drach. viij. stibij vsti & loti drach. viij. aloes indicij drach. viij. croci drach. iij. myrrhae drach. iij. opij drach. iij. gummi drach. viij. aqua excipe ac vtite cum ouo. Temperamentum est crassum. Ego etiam pompholygis ac thuris vtriusque drach. iij. adieci. C Aliud Zosij inscriptum odorum, facit ad dolores & recentes affectiones. Cadmiæ vste & lotæ vino Italico hoc est extinctæ. 3. viij. aloes drach. viij. stibij drach. viij. aëris vsti & loti drach. viij. aut. ii. croci drach. duas, myrrhae drachmam vnam, nardi indicæ drachmam vnam, opij drachmam vnam, acaciæ drach. nouemdecim, gummi drach. duodecim, aqua pluuiali excipe. C Hermia ophthalmici Lutron, id est balneum appellatum, ad maximos dolores eadem die ad summum auxilians, facit & ad inueteratas lippitudines. Aloes. 3. viij. aëris vsti & loti drach. xvi. opij drach. sexdecim, myrrhae drach. duodecim, croci drach. viij. cadmiæ drachmas quatuor, thuris drachmas tres, gummi drach. xvi. uino Mendisio excipe, ac vtite cum ouo. Temperatura est aquosa. Oportet hoc per interualla trium aut quatuor horarum infundere, & vsq; ad mali depulsionem finire, atq; tunc lauari iubeto. C Theodotion Phlacianum, Harpocratium inscriptum, ad maximas epiphoras & dolores, liberat citra venæ sectionem. Succij acaciæ drach. viginti quatuor, cadmiæ drach. viij. aëris vsti & loti drach. viij. stibij drachmas. xvi. aloes drach. quatuor, croci drachmas tres, myrrhae drach. iij. lycij indicij drachmas duas, castorii drach. i. opij drachmas duas, gummi drachmas viginti quatuor, aqua pluuiali excipe, ac vtite cum ouo. Temperatura est crassior. Hoc collyrium tumorem palpebris inducit. C Scylacium pharmacum accommodatum eadem die curans, euestigio soluit inflammationes. Stibij drachmas. xl. acaciæ drach. xl. cadmiæ drach. xvi. aëris vsti & loti drach. xiiij. cerussæ drach. viij. myrrhae drachmas quatuor, nardi indicæ drachmas quatuor, croci drachmas duas, lycij indicij drachmas quatuor, castorii drachmas. ii. aloes drach. ii. opij drach. ii. chalcitidis assæ drachmas duas, gummi drachmas duas, excipe rosarum decocto ac vtite cum ouo. Temperatura est crassior. C Neapolitæ Phanion, id est lampas seu facula ad maximas epiphoras & doloris molestias, facit & ad affectiones. Cadmiæ lotæ drachmas octo, acaciæ drachmas octo, aëris vsti & loti drachmas. vi. stibij loti drachmas viginti, psimmythii drach. sex, myrrhae drach. ii. aloes drach. ii. nardi celticæ sesquidrachmam, opij sesquidrachmam, croci

Quinta Classis

VVVVV ij drach.

* Al. xx. * Al. ii. * Al. ii.

drach.vnam, castorij drachmæ dimidium, gummi drachmas uiginti, aqua pluuiæ excipe, vtere il-
linendo. *Aliud Phanon Serapiacum inscriptum.* Acaciæ drach.xl. stibij drach.xl. cadmiæ drach.
xvi. æris vsti & loti drach. duodecim, aloes drach. iij. myrrhæ drachmas. iij. cerussæ drachmas
duodecim, opij drach. ij. croci drach. ij. castorij drach. ij. nardi indicæ sesquidrachmam, gummi
drachmas. xxv. aqua pluuiæ excepta illinito. *Aliud Malabathrinum nostrum, facit ad doloris vexationes, &
affectiones in declinatione.* Cadmiæ drachmas. xvi. acaciæ drach. xl. æris vsti & loti drachmas. xiiij.
opij drachmas. ij. lycij indicæ drach. ij. myrrhæ drachmas. iij. malabathri drach. ij. nardi indicæ
drach. ij. castorij drach. ij. croci drach. ij. aloes drach. ij. cerussæ drach. viij. stibij loti drachmas. viij.
gummi drachmas. xl. aqua excipe, & vtere cum ouo in principio affectionum, & in declinatione
facta illatione pharmaci panchrestii appellati. Descriptum hoc inter mordacia collyria habetur.
*Aliud Philadelphium inscriptum, facit ad declinationes inflammationum, & vlcera sordida, & pustularum
eruptiones, euestigio auxiliatur.* Stibij vsti & loti. 3. xx. plumbi vsti & loti drach. x. cadmiæ drach. viij.
Æacaciæ drach. ij. 3. æris vsti & loti drach. iij. aloes drach. iij. cerussæ drach. iij. lycij indicæ drach. ij.
& dimidiam, myrrhæ drach. ij. & dimidiam, nardi indicæ drachmas. ij. croci drach. ij. castorij drac.
vnam, opij drachmam. i. gummi drachmas. viij. aquam, & ad exceptionem cæcidum ouorum. x.
Collyrium album ad epiphoras & affectiones, inscribitur Tripherum, id est delicatum. Cadmiæ lotæ drach. F
xvi. cerussæ drachmas. viij. amyli drachmas. iij. gummi drachmas. iij. tragacanthæ drachmas. iij.
opij drachmas. ii. excipe aqua pluuiæ. Vtus est cum ouo. *Collyrium ex terra Samia Terentium inscri-
ptum, ad epiphoras & affectiones.* Cadmiæ lotæ drach. xii. cerussæ drach. duodecim, terræ Samiæ
drach. duodecim, opij drach. i. gummi drach. iij. aqua excipe ac utere cum ouo. *Aliud dolorem
sedans, ad fluxum omnis generis, vlcera, dolores, papulas & tubercula, prolapsus, chemoseis, & omnigenas affe-
ctio- nes.* Cerussæ drachmas octo, terræ Samiæ drach. viij. spodiij pompholygis drach. xii. tragacanthæ
drach. ii. opij drach. ii. gummi drach. iij. aqua pluuiæ excipe, ac vtere cū ouo. *Aliud Diocleum in-
scriptum, ad doloris molestias, & epiphoras, ad suppuratos oculos, vlcera, pustulas. Hoc pharmacum delicatius existit.*
Tragacanthæ drach. viij. gummi drachmas quatuor, amyli drachmas quatuor, spodiij pompho-
lygis drach. xvi. cerussæ drachmas. viij. opij torrefacti drachmas duas, aqua pluuiæ excepta admo-
ue cum ouo. *Pharmacum ex thure, accommodatum ad fluxiones & chemoseis.* Cadmiæ drach. xx.
thuris, drach. xxx. cerussæ drach. xl. opij drachmas. vi. gummi drachmas. vi. aqua pluuiæ excipito.
Cæterum nos sic apparauimus, Cadmiæ drach. x. pompholygis drach. x. thuris drach. x. cerussæ,
drach. xl. opij drach. vi. gummi drach. vi. aqua pluuiæ excepta admoue cum ouo. *Aliud Tryphe-
ron, id est delicatum inscriptum, ad inustiones epicæmata a grecis dictas, pustulas, chemoseis, maxime in ijs qui nul-
lam mordacitatem perferre possunt.* Cadmiæ lotæ drachmas. xx. amyli drach. xx. thuris drachmas. viij.
cerussæ drach. xlviij. opij drach. vi. gummi drach. xvi. aqua pluuiæ excipe, vtus indicatus est. G
Cygnus inscriptus Regiæ, ad maximos dolores & affectiones. Cadmiæ drachmas sexdecim, cerussæ lotæ
drachmas octo, amyli drachmas duas, tragacanthæ drachmas duas, acaciæ drachmas duas, opij
drachmas duas, gummi drachmas duodecim, excipe aqua pluuiæ, & ad excipiendū adijce ouo-
rum crudorum recentium candida. iij. *Aerianum Dionedi inscriptum, collyrium accommodatum ad
epiphoras, & veteres affectiones, itemq; recentes.* Spodiij pompholygis drachmas octo, cerussæ drach.
uiginti, æruginis drachmas quatuor, myrrhæ drach. xiiij. thuris drachmas tres, opij drachmas
tres, gummi drachmas octo, excipe aqua pluuiæ, ac vtere cum ouo. *Cygnus ex terra Samia, ad vlcera
omnis generis, ad epiphoras, dolores circum circa molestantes, suppuratosq; oculos.* Spodiij loti drach. xvi.
cerussæ lotæ drachmas octo, terræ Samiæ drachmas quatuor, amyli drachmas quatuor, acaciæ. 3.
iij. opij drach. quatuor, gummi drachmas quatuor, tragacanthæ drachmas duas, aqua pluuiæ ex-
cipe, ac vtere cum ouo. *Aliud Dionysio inscriptum.* Cerussæ drach. triginta octo, æruginis ver-
miculata. 3. xvi. succi papaueris drachmas octo, gummi drachmas quatuor, excipe aqua pluuiæ,
ac vtere cum lacte. *Aerianum pharmacum nostrum, ad veteres ac recentes affectiones accommodatum.* H
Cerussæ drachmas viginti quatuor, cadmiæ vstæ & lotæ drach. x. stibij vsti & loti drach. x. thuris
drach. x. squamæ æris drach. v. opij drach. iij. myrrhæ drach. iij. gummi drach. duodecim, excipe
aqua pluuiæ, ac vtere cum ouo. *Collyrium Gemadij.* Cerussæ drach. octodecim, stibij drach.
duodecim, myrrhæ drach. duodecim, squamæ æris drach. duodecim, opij drach. vi. gummi drach.
viginti quatuor, excipe aqua pluuiæ. *Collyrium ex terra Samia, Paccij ophthalmici, ad affectiones in-
tensas.* Cadmiæ drach. xvi. cerussæ drach. xvi. terræ Samiæ drachmas quatuor, opij drach. ii. thuris
drach. ii. stibij drach. v. gummi drach. v. excipe aqua, ac vtere cum ouo. *Therinum, id est æstium
inscriptum.* Cadmiæ vstæ & lotæ drach. uiginti, acaciæ drach. ii. terræ samiæ drach. xx. cerussæ
drach. xxx. squamæ æris vstæ & lotæ drach. duodecim, corticis thuris drach. ii. tragacanthi drach.
v. gummi drachmas. xvi. aqua pluuiæ excipe, vtere cum ouo. *Collyrium Hygidion appellatum.*
Cadmiæ drach. viij. myrrhæ drach. viij. acaciæ drach. vi. opij drach. ij. æris vsti & loti drach. ii. gum-
mi drach. vi. fructus ericæ drachmam vnā, aqua pluuiæ excipito. *Aster Anicetus, hoc est mexu-
perabilis, ad doloris vexationes, pustulas, Staphylomata, vlcera sordida & serpentina, facit & ad inueteratas affe-
ctiones, & cicatrices exterit.* Cadmiæ vstæ & lotæ drach. xvi. cerussæ lotæ drachmas. xvi. amyli
drach. xii. stibij vsti drach. xii. spodiij drach. viij. plumbi vsti ac loti drach. viij. terræ Samiæ drach. viij.
myrrhæ

A myrrhæ drach. ij. opij drach. ij. tragacanthæ drach. viij. excipe aqua pluuiæ. *Libyanum, ad pustu-
las, inustiones, rupturas, concavitates, oculos purulentos, chemoseis, Staphylomata, facit & ad circummolestantem
dolorem, & affectiones, & cicatrices exterit.* Cadmiæ vstæ & lotæ drach. xvi. cerussæ lotæ drach. xvi.
stibij vsti & loti drachmas sexdecim, plumbi vsti & loti drach. viij. amyli drach. duodecim, spodiij
pompholygis drachmas octo, myrrhæ drachmas. viij. terræ asteris drach. viij. tragacanthæ drach.
viij. opij drachmas duas, aqua esto pluuiæ, & ad exceptionem ouorum albumina decem.
Aliud Libyanum. Pompholygis drachmas octo, cadmiæ vstæ & lotæ drach. sexdecim, stibij
vsti & loti drach. duodecim, cerussæ lotæ drach. xvi. amyli drach. xij. terræ samiæ drachmas. viij.
plumbi vsti & loti drach. viij. myrrhæ drach. ij. opij drach. ij. tragacanthæ drachmas. ij. excipe aqua
pluuiæ. *Collyrium ex cornu ceruino, ad vlcera, pustulas, cicatrices exterit.* Cornu ceruini vsti & loti.
3. iij. thuris drachmas quatuor, plumbi vsti & loti drach. quatuor, squamæ æris lotæ drach. ij. opij
drachmam. i. gummi drach. iij. excipe aqua pluuiæ. *Aliud ex cornu ceruino, Neapolite.* Plumbi
vsti & loti drach. xvi. cornu ceruini vsti drach. xvi. thuris drach. viij. acaciæ drachmas. viij. spodiij cy-
prii drach. viij. amyli drachmas. iij. opij drach. ij. squamæ æris drach. ij. croci drach. viij. myrrhæ
drach. iij. tragacanthæ drach. i. gummi drach. viij. hyofcyami cremore excipito. *Viride ad affe-
ctiones.* Spodiij cyprii drach. xvi. amyli drach. xvi. croci drach. viij. stibij drach. viij. opij drachmas.
iij. gummi drach. iij. excipe aqua pluuiæ, ac vtere cum ouo. *Aliud viride Zoili ophthalmici, id est
ocularij.* Spodiij cyprii drach. viij. croci drachmas. viij. amyli drach. viij. opij drach. ij. stibij drach.
viij. gummi drachmas. iij. Anagallidis succo excipito. *Aliud alia exemplaria ita habent.*
Zoili viride. Cadmiæ vstæ ac lotæ & vino Italico extinctæ drach. viij. croci drach. iij. stibij vsti
& lacte extincti drach. iij. amyli drach. vnā, gummi drachmas duas: excipito succo anagallidis
quæ cœruleum habet florem. *Ex libris Scribonij Largi, Psittacium inscriptum, ad doloris molestias, pu-
stulas, inustiones, cicatrices resolutas, prolapsus, confusiones, & vbi multus sanguis estate suffunditur. Commodat
etiam ad alias affectiones, & præsertim in oculis molli sensu præditis, in quibus tenuis lachryma profluit. Compositio
hoc modo habet.* Cadmiæ drach. viij. croci drach. viij. stibij drach. viij. amyli recentis drach. viij. opij
drach. quatuor, gummi drachmas quatuor, aqua pluuiæ excipito, vtitor cum ouo. *Naucratite
pharmacum affectionibus accommodatum.* Cadmiæ drach. duodecim, croci drach. duodecim, opij
drach. vi. squamæ stomomatis purgatæ drach. v. squamæ æris drach. vi. succi rofarum drach. xvi.
plumbi vsti & loti drach. v. myrrhæ drach. iij. nardi drachmas duas, acaciæ drachmas duas, gūmi
drach. duodecim, excipito aqua pluuiæ. *Antei viride.* Cadmiæ drach. xlviij. myrrhæ drach.
C viginti quatuor, croci drach. xlviij. opij drach. xxxiij. plumbi vsti & loti drach. viij. squamæ æris
drach. vi. nardi indicæ drach. vi. acaciæ drach. vi. gummi drachmas viginti quatuor, aqua pluuiæ
li excipito. *Pharmacum ex Galbano, quo vsus est Nicetes, ad dolores & lippitudines.* Cadmiæ drach.
viij. spodiij cyprii drach. viij. æris vsti & loti drachmas octo, opij drachmas octo, myrrhæ drachmas
octo, chalbani drachmas octo, aqua pharmacum excipito: ex valde approbatus est, recipitq; am-
plius gummi item drachmas octo. Alia exemplaria spodium non habent. *Aliud, Cadmiæ. 3.
xvi. æris vsti & loti drach. viij. myrrhæ, chalbani, singulorum drach. viij. opij drach. viij. atramenti
futorij drach. vi. gummi drach. vi. aqua pluuiæ excipito.* *Collyrium diarrhodon Nili ex rosis, velut
Andreas tradit, ad doloris molestias, fluxum vberem ac tenuem, pustulas, prolapsus.* Foliorum rofarum refe-
ctis extremitatibus drachmas quatuor, croci drach. duas, opij obol. i. nardi indicæ obol. i. gummi
drach. iij. aliij drachmā. i. habent, aqua pluuiæ excipe, ac vtere cum ouo. *Temperatura dissoluta est.*
Aliud ex rosis Nili, quo vsus est Galio ophthalmicus, id est ocularius. Rosarum drachmas quatuor, croci
drach. ij. acaciæ drach. i. opij obol. i. nardi indicæ obol. i. gummi drach. iij. aqua pluuiæ excipe, vte-
re cum ouo. *Temperatura est diluta.* *Aliud ex rosis Horæum, id est tempestinum appellatum, ad easdem
affectiones.* Rosarum refectis vnguibus drach. xxxiij. croci drach. xij. amyli drachmas. vi. balaustij
D drachmas quatuor, opij drach. iij. tragacanthæ drach. viij. hyofcyami foliorum succo excipe. In
præceptoris & Ioannis libro scriptum erat cupressi succo. *Aliud, Rosarum drach. viij. croci
drachmas quatuor, æris vsti & loti drach. i. gummi drach. i. aqua pluuiæ excipe, ac vtere cum ouo.*
Aliud Diarrhodon ex rosis, Terentij, constans ex pompholyge. Rosarum recentium drach. xij. spodiij cy-
prii drachmas quatuor, croci drach. iij. opij drach. iij. nardi drach. iij. gummi drachmas quatuor,
excipito aqua pluuiæ. *Aliud diarrhodon.* Rosarum recentium drachmas duas, croci drach. vi.
spodiij cyprii drach. ij. amyli drach. ij. acaciæ drachmam vnam, nardi indicæ drach. i. gūmi drach.
ij. tragacanthæ drach. ij. excipito aqua pluuiæ. *Diarrhodon Euelpidion, diasmyrnum appellatum.*
Rosarum drach. c. croci drach. l. opij drach. viij. myrrhæ sesquidrach. gummi drach. l. vino odo-
ro excipe, ac vtere cum ouo. *Aliud diarrhodon.* Rosarum drach. c. croci drach. l. opij drachmas.
viij. myrrhæ drach. viij. gummi drach. l. vino odorato excipe, ac vtere cum ouo. Ego hoc appa-
ui pro foliis rofarum florum earundem drach. c. iniiciens, atq; feliciter successit. *Diarrhodon ex
rosarum. lxxij. drach. Magnum appellatum. Hoc vsus est Leucius præceptor ad doloris molestias, pustulas, inustio-
nes, Staphylomata, prolapsus, ad oculos purulentos, ad fluxiones antiquas, inueteratas lippitudines, & affectiones
ægrè cedentes.* Rosarum viridium refectis vnguibus. 3. lxxii. cadmiæ vstæ ac lotæ drach. xxxiij. cro-
ci. 3. sexaginta. opij. 3. iij. stibij drach. iij. aliij. 3. vi. æruginis drach. ii. aliij. iij. squamæ æris. 3. duas, nardi

* Al. xii.

* Al. xviii.
† Nō est in qui-
busdā antiquis
exemplaribus.

* Al. ii.

* Al. xii.

* Al. viii.

* Al. xxvii.

* Al. viii.

* Al. viii. acaciæ
drach. xx.
* Al. ii.

* Al. 3. ii. s.

* Al. lii.
* Al. vi.

indicæ drach. ij. myrrhæ drach. vi. alij. iij. gummi drachmas viginti quatuor, excipito aqua pluuiali. *Aliud ex drachmis. lxxij.* Rosarū drach. lxxij. cadmiæ vitæ & lotæ drach. xxiiij. croci drach. vi. alij. viij. opij drach. iij. stibij drach. iij. myrrhæ drach. iij. æruginis drach. iij. nardi drach. i. alij. ij. gummi drach. xxiiij. excipe aqua pluuiali, ac vttere cum lacte. *Pharmacum ex violis albis, accommodatum ad epiphoras & affectiones.* Acaciæ drach. xlvij. succi violarum albarum drach. xlvij. spodij cyprij drach. viginti quatuor, croci drach. xxiiij. myrrhæ drach. quatuor, opij drach. iij. alij. vi. succi hyoscyami drach. iij. æris vsti & loti drach. iij. gummi drach. quatuor, excipe vino falerno. *Collyrium quo vsus est Phlorus in Antonia Drusi in stre, quæ parum absuit ut ab alijs medicis excaretur.* Acaciæ drach. xlvij. rosarum siccarum drach. xlvij. melilotorū, drach. xlvij. spodij cyprij drach. xxiiij. malorum mandragoræ drachmas duas, croci drach. xxiiij. opij drach. vi. seminis hyoscyami acetabula. ij. alij drach. xxiiij. myrrhæ drach. iij. æris vsti & loti drachmas quatuor, gummi drachmas. xl. vini falerni, aquæ pluuialis, vt riusq; heminas. iij. Vinum & aquam misceto, cisq; rosas, melilotum, semen hyoscyami, mandragoræ mala, aut si hæc non adfint, corticem inijcito, & ad dies. iij. aut. v. macerari finito, deinde expresso liquore ad pharmaci compositionem vtitor, probatissimum hoc existit. *Melinum delicatum, commodum ijs qui nullam penitus phar macorum mordacitatem perferre possunt, facit ad pustulas, prolapsus, fluxum acrem & vberem, inustionesq; & ad recentes affectiones.* Cadmiæ vitæ ac lacte extinctæ drachmas. xvi. cerussæ lotæ drachmas octo, croci drachmas quatuor, opij drach. i. tragacathæ drach. ij. aqua pluuiali excipito ac vtitor cū ouo. *Aliud ad inustiones, pustulas, prolapsus, dolores.* Cerussæ drach. xxiiij. amyli drach. xij. cadmiæ lotæ drach. x. thuris drach. x. croci drach. viij. opij drach. viij. gummi drach. x. tragacathæ drachmas. ij. excipe aqua pluuiali, & vttere cum ouo. *Diarhodon inculpabile.* Cadmiæ vitæ & lotæ drachmas. xxiiij. cerussæ drach. xij. opij drach. vi. florum rosarum drach. vi. croci drachmas. vi. lapidis schiffi drach. duodecim, gūmi drach. x. excipe aqua pluuiali, ac vttere ad vlcera fordida cū lacte, ad munda cum ouo. Aliud, Cadmiæ vitæ & lotæ drach. xxiiij. cerussæ drach. xij. lapidis schiffi drach. iij. florum rosarum drach. vi. croci drach. vi. opij drach. vi. gummi drach. vi. excipe aqua pluuiali, ac vttere ad fordida vlcera cum lacte, ad repurgata cum ouo. *Croceum pedicon, id est pueris inferi prum, ex pompholyge, ad epiphoras, & molestias doloris, & ad affectiones ex plagis.* Spodij pompholygis. 3. xvi. croci drach. xvi. opij drach. xvi. tragacanthæ drach. viij. excipe aqua pluuiali, adhibitis simul albuminibus ouorum quatuor. *Collyrium Gaij ophithalmici, id est ocularij.* Spodij cyprij drachmas quatuor, amyli recentis drach. xij. croci drachmas duas, myrrhæ drachmam vnam, succi mandragoræ drachmam vnam, gummi drach. iij. excipe aqua pluuiali, ac vttere cum ouo. *Atimetri Ly siphonon, hoc est, soluens dolorem.* Atramenti futorii crudi drach. xl. pompholygis crudæ drach. xl. cerussæ drach. viginti quatuor, opij drachmas duas, croci drach. iij. Crocus in aquam conijcitur ac maceratur, & ex cremore hoc collyrium apparatus. Quod verò reliquum est ex croco teritur, reliquisq; admiscetur, additis item gummi drach. trigintaduabus. *Diomedis Lysiphonion ad dolores.* Atramenti futorii crudi drachmas trigintaduas, cerussæ drachmas triginta vnam, spodij pompholygis drach. xvi. croci drach. xvi. thuris drach. viij. myrrhæ drachmas duas, gummi drach. xvi. aqua pluuiali excipito, ac vtitor cum ouo: prædarum est hoc collyrium. *Zoili pharmacum faciens ad lippitudines antiquas, myocephalos, Staphylomata, & fluxiones antiquas.* Cadmiæ drach. viij. æris vsti drach. viij. cerussæ drachmas quatuor, aloes sesquidrachmam, foliorum croci, chalcitidis assæ, atramenti futorii, opij, lycii, singulorū drach. vnam, myrrhæ drachmas. ii. acaciæ drach. iij. spicæ nardi sesquidrachmam, gummi drachmas viginti, castorii drachmas quatuor, stibij vsti drachmas viij. excipe aqua pluuiali. *Asclepiadem Paccij, ad dolorum vexationes, fluxum tenuem & multum, inustionem, pustulas, pellicularum eminentias, aspritudines, inueteratas affectiones, & eos qui à multis illitionibus lesi sunt, confestim opitulatur. Compositio sic habet.* Cadmiæ drach. duodecim, æris vsti drach. xii. croci drach. xii. squamæ æris drach. xii. myrrhæ drachmas quatuor, nardi indicæ drachmas quatuor, rosarum siccarum drachmas quatuor, opij drachmas quatuor, lapidis hæmatitæ drachmas quatuor, piperis albi grana. xxiiij. gummi drachmas duodecim, vini chii quantum sufficit, vttere cum ouo. Aliud exemplar habet rosarum drach. iij. piperis grana. xxv. *Pharmacum accommodatum Nestarium inscriptum.* Cadmiæ. 3. xii. squamæ æris cypriæ lotæ. 3. xii. croci. 3. xii. opij. 3. iij. æris vsti & loti drach. xii. myrrhæ drach. iij. lapidis hæmatitæ. 3. iij. rosarū siccarum. 3. iij. spicæ nardi drach. quatuor, misyos affi drach. iij. casia fistulæ drach. iij. piperis albi grana. xxv. gummi drach. xii. vino exceptis vttere. *Antigoni croceum Leontarium, hoc est, leunculus appellatum, propterea quod Leonis imago ei imprimere videtur, facit ad epiphoras, molestiam doloris, inueteratas affectiones: est & aspritudinibus commodum, cicatrices & callos exterit, maxime vero pueris commodum est.* Spodij cyprij drach. xlvij. croci drachmas viginti quatuor, myrrhæ drachmas duodecim, lapidis hæmatitæ drach. viij. opij. 3. xii. piperis albi grana. xxxvi. gummi drach. octoginta, vino falerno excipito. Aliud, Spodij cyprij drach. lxxx. croci drach. xl. myrrhæ drachmas viginti, opij drach. iij. lapidis hæmatitæ drach. duodecim, piperis grana. lx. gummi drach. lxxx. vini falerni quantum sufficit. *Ex libris Scribonij Largi, Asclepias Machaonis, ad veteres affectiones, & oculos suppuratos.* Spodij pompholygis. 3. trigintaduas, æris vsti drach. xxxii. croci siculi drach. xvi. myrrhæ drachmas sex, lapidis hæmatitæ drach.

* Al. xxiii.

* Al. xl.

* Al. xii.

* Al. lx.

* Al. xvi.

* Al. xxxvi.

* Al. ii.

* Al. ii.

* Al. xlii.

* Al. xviii.

* Al. ii.

* Al. xvi.

A drach. x. nardi indicæ drach. vi. opij drach. vi. piperis grana. xl. gummi drach. xl. vino chio excipito. In libro de Athenippis Asclepijs, opij drachmas. viij. habentur. *Euemeri ad dolores & affectiones.* Æris vsti & loti drach. xxxij. spodij pompholygis drach. xvi. croci drach. xvi. myrrhæ drach. viij. lapidis hæmatitæ vsti & loti drach. viij. spicæ nardi drach. iij. misyos vsti drach. quatuor, opij torrefacti drach. iij. gummi drach. xvi. vini Italici quod fatis est. *Diasmyrnum odorum Synerotis, pharmacum accommodatum ad inueteratas affectiones, facit & ad Rhœadis, hoc est, angulos antrofos, & Aegilopas.* Cadmiæ lotæ drach. xxvii. lapidis hæmatitæ vsti & loti drach. iij. opij drach. quatuor, opij hispani drachmas. viij. piperis albi grana. xxx. gummi drach. vi. vino Italico excipito, vtitor cum ouo in recentibus affectionibus. Temperatura aquosa est. Aliqui croci drach. xij. inijciunt. *Hæmatinum Synerotis aspritudinibus commodum, facit ad veteres affectiones, ad ficosas, & ad omnem extuberantiam si cum odore Synerotis commisceatur.* Æris vsti & loti drach. xxiiij. lapidis hæmatitæ drach. vnam, croci drachmas. iij. opij drachmas. iij. gummi drach. xij. Excipe aceto acerrimo. Aliud, Æris vsti drach. xlvij. croci 3. xxiiij. opij drach. quatuor, gummi Thebaici drachmas. xxiiij. pompholygis drach. xvij. myrrhæ drach. xvij. salis ammoniaci drach. xij. lapidis hæmatitæ drach. vnam, æruginis drachmas. iij. B vino excipito. *Hieracis ad aspritudines.* Misyos vsti drach. viij. croci drach. viij. opij drach. viij. lapidis hæmatitæ loti drach. viij. æris vsti & loti drach. duodecim, myrrhæ drach. xij. gūmi drach. xij. aceto acerrimo excipito. *Apollonij Phoenix collyrium Hieracium ad aspritudines, per hoc catulo egregie medicatus est, facit & ad palpebrarum delinua & inueteratas affectiones.* Lapidis hæmatitæ vsti & loti drachmas trigintaduas, æris vsti & loti drach. xvi. æruginis rasilis drach. xvi. opij drachmas. viij. alij. vi. cadmiæ botrytidis drachmas quatuor, chalcitidis assatæ drachmas quatuor, gummi drach. xvi. excipe aqua pluuiali. *Phoenix Apollonij aliter, velut Arius Asclepiades inscripsit in libro quo, propria pharmaca coacervauit.* Lapidis hæmatitæ drach. xxiiij. lapidis schiffi vsti & loti drach. xxiiij. cadmiæ drach. xij. æris vsti drach. xij. opij drach. viij. chalcitidis assatæ drach. iij. alij drachmas. viij. In alio exemplari etiam æruginis drach. xij. gummi drach. xvi. excipe aqua pluuiali. *Aliud collyrium ad aspritudines.* Chalcitidis vsti drach. xij. misyos vsti & loti drach. viij. croci, opij, vt riusque drach. vi. lapidis hæmatitæ drach. viij. gummi drach. xij. acerrimo aceto excipito. *Collyrium ad scabrics orbiculare, cicatrices & callos detergit, nec non veteres affectus.* Æris vsti & loti drach. xxiiij. spodij pompholygis drach. xvi. myrrhæ drach. xvi. salis ammoniaci drach. duodecim, lapidis hæmatitæ drach. xxiiij. opij drach. iij. piperis grana. xii. alij. xvi. gummi drachmas octo, vino excipito ac vtitor. *Euemeri, cicatrices & callos exterit, facit & ad inueteratas affectiones.* Cadmiæ drach. lx. croci drach. l. spicæ nardi drach. xx. squamæ æris torrefactæ drach. l. myrrhæ drach. l. opij drach. xxx. æris vsti, drach. lx. misyos crudi drach. l. gummi drach. lxxx. excipe vino chio. *Aliud Pyrami, cicatrices & callos exterens, deprimis omnem extuberantiam.* Cadmiæ cypriæ drachmas. xl. lapidis hæmatitæ drach. xl. æris vsti drach. xl. misyos vsti drach. viginti, croci drach. viginti, ammoniaci thymiamatis drachmas viginti, squamæ æris vsti & lotæ drachmas viginti, opij drachmas viginti, gummi libram vnam, cum acerrimo aceto vttere. *Aliud Euemeri, ad easdem affectiones.* Æris vsti & loti drach. xxiiij. spodij pompholygis drachmas. xii. myrrhæ drach. viij. salis ammoniaci drach. xii. lapidis hæmatitæ drach. iij. piperis drach. duodecim, gummi drach. viij. vini chii quod fatis est. *Lyncæus, ad affectiones callosas, exacuit visum, cicatrices & callos exterit.* Cadmiæ drach. xii. æris vsti & loti drach. duodecim, ammoniaci thymiamatis drach. xii. myrrhæ drach. xvi. lapidis hæmatitæ drachmas. vi. opij drach. vi. aloes drachmas quatuor, fellis taurini drach. iij. galbani drach. iij. æruginis drach. i. opopanacis drach. iij. salis ammoniaci drach. ii. gummi drachmas. vi. alij. ii. aqua pluuiali excipito. *Collyrium Rhinema, hoc est, lima inscriptum, facit ad callosas affectiones, cicatrices exterit, facit & ad suffusiones.* Cadmiæ drach. xlvij. ammoniaci thymiamatis drach. xlvij. æris vsti drach. xlvij. opij drach. xvi. æruginis cypriæ drachmas. xvi. aloes drach. xvi. myrrhæ drach. xvi. lapidis hæmatitæ drach. xxiiij. chalbanī drach. xvi. opopanacis drach. xvij. fellis taurini drach. viij. salis ammoniaci drach. iij. gūmi. 3. lx. aqua pluuiali excipe. Temperatura aquosa est. *Collyrium Hæmatium, id est, currus inscriptum, quo vsus est Ptolemæus rex extersua facultate præditum, exterit cicatrices, acuit visum, est & aspritudinibus commodum.* Æris vsti & loti drach. viij. ammoniaci thymiamatis drach. viij. lapidis hæmatitæ drach. viij. corticis thuris drach. viij. gummi drach. viij. excipe aqua pluuiali, ac vttere cum aqua. Alia exemplaria etiam æruginis drach. ii. habent. *Collyrium oxydermicum, hoc est visum exacuens, ex hæmatite, cicatrices & callos exterit.* Ammoniaci thymiamatis drach. viginti quatuor, æris vsti & loti drach. viginti quatuor, lapidis hæmatitæ drach. viginti quatuor, gummi drach. viginti quatuor, æruginis drach. viij. excipe aqua pluuiali. *Collyrium Artemonium inscriptum quo Bassus sodalis meus vsus est, facit ad fluxiones antiquas, & aspritudines palpebrarum, ad putrescentes & erosos angulos, ad oculos humectos, & membranarum extuberantias: cicatrices, & callos exterit, & quod maximum in eo est, post illitiones oculos imperturbatos conseruat.* Stibij drachmas quatuor, æris vsti drachmas duas, cerussæ drachmas duas, croci drachmam. i. myrrhæ drach. i. corticis thuris drach. vnam, æruginis vermiculatæ drachmam vnam, gallarum omphacinarum drachmam vnam, piperis albi drachmam vnam, gummi drachmam vnam, vino excipe, vttere cum aqua. *Aliud pharmacum ac-*

commodatum. Cadmia drach.viij.ftibij drach.viij.ceruffae drach.viij.gris vsti drachmas.iiij.corti B
cis thuris drachmas.ij.croci drachmas.ij.myrrhae drachmas.ij.aeruginis vermiculate drachmas.ij.
gallarum drachmas.ij. piperis albi drachmas.ij. gummi drach.iiij. excipe vino.
Collyrium indicum Aerianum inscriptum, praecipit ac praecipit omnes lippitudines: facit ad obtusum visum,
scabros affectiones, ac erosos angulos: cicatrices exterrit, & quod maximum est, post illitionem oculos impertur-
batos conseruat. Ceruffae Rhodiaceae drach.xlvij. cadmia cypriae drach. xxiiij. atramenti indici. 3.
octo, opij drach. octo, piperis albi drach. viij. aut. vi. opobalsami drach. viij. aut. vi. gummi drach.
xvi. cinnamomi drachmas. ij. alij. xij. aqua pluuiali excipito. He nophili collyrium Thalassium,
accommodatum ad suffusiones, & ad omnem hebetudinem visus, facit & ad incipientem suffusionem, estq; odora-
tissimum pharmacum. Cadmia drach. xvi. atramenti indici drach. xvi. piperis albi drach. viij. aeru-
ginis drach. iij. succi medici drach. iij. opobalsami drach. iij. gummi drach. xij. aqua excipe, vtere
cum aqua. Temperatura diuersa est iuxta affectiones. Pomponij Basi, facit ad incipientem suffusio-
nem. Cadmia drach. xxvij. atramenti indici. 3. xvi. piperis longi drach. xvi. piperis albi drach. xij.
succy Cyrenaci drach. v. opobalsami drach. vi. spicae nardi drach. vi. sagapeni drach. v. opopana-
cis drach. v. opij drach. iij. euphorbij drach. i. cinnamomi drac. i. gummi drach. triginta, foeniculi
succo excipito. Indicum basilicon, id est, regium inscriptum, facit ad incipientem suffusionem, & omnem vi-
sus hebetudinem: cicatrices exterrit. Cadmia vsta & lota libram. i. & trientem, atramenti indici vnc.
vi. ceruffae trientem, piperis albi sexuncem, fel hyanae integrum quantuncq; ponderis, fel scaro-
rum decem, fel perdicum quatuor, succi papaueris tunciam. i. opobalsami sextantem, opopanicis
sextantem, sagapeni sextantem, gummi libram. i. excipe succo foeniculi, aut herbae Heracleae ap-
pellatae. Enilacton, id est, instillatium, Paccij, vt Themison. Cadmia. 3. sexaginta quatuor, misyos. 3.
xxxij. atramenti futuri. 3. xxxij. ftibij. 3. xxxij. piperis albi. 3. xxxij. opij drac. xvi. aeruginis drach.
sexdecim, opobalsami. 3. xvi. gummi. 3. lxxij. excipe aqua pluuiali. Collyrium, Chelidonium inscriptum.
Cadmia drach. xlvij. ftibij drach. duodecim, misyos drach. viij. piperis albi. 3. vi. atramenti futo-
rij. 3. vi. opij. 3. vi. aeruginis. 3. vi. opobalsami drach. iij. gummi drach. xxxij. excipe aqua pluuiali.
Hieracium, ad obtusum visum, & scabros affectiones. Ceruffae drach. xvi. cadmia drach. viij. aerugi-
nis drach. ij. piperis albi, drach. ij. omphacij, id est succi vuę acerbe. 3. ij. opij drach. ij. gummi. 3. vi.
excipe aqua pluuiali, ac vtere cum aqua. Aliud, Cicatrices & callos exterrit. Cadmia drach. sex-
decim, ceruffae drach. viij. piperis albi drach. iij. aeruginis drachmas duas, opobalsami drac. ij. om-
phacij drach. ij. gummi drach. iij. excipe aqua pluuiali. Collyrium fuluum panchrestum, ab omnimoda
vilitate, inscriptum, accommodatum ad scabros & circumrosos angulos, ac intensos pruritus, & palpebras ficosas.
Cadmia drach. octoginta, chalcitidis vsta drac. xl. piperis albi drach. xl. gummi drach. xl. aqua
pluuiali excipito. In alio exemplari aequalis omnium apponderatio habetur. Aliud, Cadmia
drach. octoginta, chalcitidis vsta drach. xl. piperis albi drach. xl. croci drach. duodecim, myrrhae
drach. xij. gummi drach. xl. aqua pluuialis quod satis est. Tryphonis orbiculare Sphaericum dictum.
Cadmia drach. xlvij. squamae aeris drach. trigintaduas, aeris vsti & loti drach. xxxij. piperis al-
bi drach. trigintaduas, opij drachmas. viij. myrrhae drach. viij. opobalsami drachmas. iij. gummi
drach. trigintaduas, excipe aqua pluuiali. Collyrium Galli oxydericum. Cadmie drach. xlvij.
chalcitidis vsta drach. xxiiij. piperis albi drach. vi. squamae eris drach. viij. opij, drach. vi. ompha-
cij drach. iij. myrrhae drach. ij. opobalsami drach. xij. aqua pluuialis quan-
tum sufficit. Collyrium aromaticum appellatum. Aeris vsti & loti, drach. xvi. aeruginis drach. iij.
myrrhae drach. iij. opij drach. iij. piperis albi drach. iij. nardi drach. ij. croci drach. iij. opobalsa-
mi drach. iij. gummi drac. iij. aqua pluuiali excipito. Heraclide aromaticum croceum ex hematite.
Aeris vsti & loti drach. xlviii. cadmia drach. xxiiii. croci drach. vigintiquatuor, lapidis haema-
titae drach. xxiiii. opij drach. xii. myrrhae drach. xii. piperis albi drach. xii. gummi drach. xxiiii. vi-
no falerno excipito. Croceum Asclepium oxydericum. Aeris vsti drach. xlviii. croci drach. xii.
omphacij drach. iij. opij drach. xii. myrrhae drach. ii. opobalsami drach. iij. gummi drach. xii. pibe-
ris albi drac. x. aqua pluuialis quantum satis est. Collyrium Isochryson, hoc est auro compar, ad corrosos
angulos, scabros affectiones, inueteratas lippitudines, aspritudines, ficosas emmentias, cicatrices & callos exterrit.
Cadmia drach. sex, lapidis haematitae drach. xvi. myrrhae drach. xvi. opij drach. xvi. croci drach.
xxiiii. piperis longi drach. xii. piperis albi drach. vigintiquatuor, gummi drach. lxxiiii. vini Italici
quantum satis est. Collyrium cinnabarium, celebris ophthalmici Stoli Britannici, ad corrosos angulos, lippi-
tudes ad malum habitum perductas, intensos pruritus, & inueteratas affectiones. Pforici drach. vigintiqua-
tuor, cadmie drach. vigintiquatuor, croci drach. xvi. piperis drach. xvi. cinnabaris drach. xvi. opij
drach. xii. gummi drach. xxiiii. aqua pluuię quod satis est. Aliud, Pforici drach. xxiiii. piperis
drach. xxiiii. cadmie drach. xxiiii. croci drach. xxiiii. sandarachę drach. viii. opij drach. viij. cinna-
baris drach. viij. gummi drach. viij. aqua pluuiali excipito. Melinum at arachum a perturbationibus
amaliendis appellatum, facit ad omnem oculorum hebetudinem, & ad affectiones antiquas: cicatrices & callos
exterrit. Cadmie drach. vigintiquatuor, omphacij drach. xii. falis ammoniaci drach. quatuor,
ammoniaci thymiamatis drach. xii. opij drachmas. xiiii. gummi drach. xiiii. ceruffę drach. xxiiii.
croci drach. xvi. piperis albi drach. xxiiii. aquę pluuialis quantum sufficit. Lucij praeceptoris
Melinum.

* Al. v.
* Al. v.
* Al. xvi.
* Al. 3. iiii.
* Al. 3. vi.
* Al. 3. i.
* Al. 3. iiii.
* Al. 3. viii.
* Al. lx.
* Al. xxiii.
* Al. vi.
* Al. iiii.
* Al. ii.
* Al. xvi.
* Al. xiiii.
* Al. v.
* Al. xii.
* Al. xvi.
* Al. xiiii.
* Al. xiiii.

A Melinum, ad scabros & corrosos angulos, intensos pruritus, oculos humectos, ad omnem visus hebetudinem: cicat-
trices & callos exterrit. Ceruffae drach. xxiiij. croci drach. xxiiij. ammoniaci thymiamatis drach. vi.
falís ammoniaci drach. vi. nardi indicę drach. vi. opij drach. vi. myrrhae drach. vi. omphacij drach.
vi. gummi drach. xxiiii. excipe aqua pluuię. Aliud collyrium Proteus, cui nullum conferrí potest. Facit
ad incipientem suffusionem, & ad omnem visus obtusitatem: cicatrices & callos exterrit. Cadmia drach. xl.
chalcitidis crudę drach. xl. ceruffae drach. xl. piperis albi drach. xxx. succi cyrenaci drach. xx. cro-
ci drach. xvi. opij drach. xij. sagapeni drach. xij. lachrymę oleę drach. xij. auripigmenti drach. viij.
myrrhae drach. xij. gummi drach. xx. opopanicis drach. xx. opobalsami drach. xij. Apparato cum
aqua pluuiali, ac vitor cum aqua. Hygieni collyrium aureum, ad corrosos angulos, & scabros affectiones.
Sandarachę drach. xxiiij. piperis albi grana. xij. myrrhae drach. vi. croci drach. vi. gummi drach.
duodecim, cum aqua pluuiali apparato. Aliter aureum collyrium. Sandarachę drach. xvi. croci
drach. xvi. piperis drach. xvi. myrrhae drachmas. iiii. gummi drach. xij. vsus ostensus est. Aliter,
Sandarachę drach. xxiiij. piperis albi drach. xii. myrrhae drach. vi. croci drach. vi. gummi drach.
xij. aqua pluuiali excipito. Eumeri pforicum, facit ad corrosos angulos, & scabros cicatrices, ac callos ex-
terit. Facit & ad inueteratas affectiones, & lippitudines ad malum habitum perductas, itemq; ad aspritudines.
Pforici drach. xxiiij. croci drach. xij. opij, ceruffae, vtriusq; drach. iij. piperis albi drach. iij. ompha-
cij drach. iij. gummi drach. iij. vino falerno excipito. Basilion, hoc est regineum, pforicum. Pfo-
rici drach. xlvij. croci drach. xxiiii. opij drach. viii. floris lapidis asii drach. viij. ceruffae. 3. viii. pi-
peris drach. vi. opobalsami drach. iij. omphacij drach. iij. gummi drach. xvi. vino falerno excipe.
Panchrestum Athenipion. Pforici drachmas. lxxij. croci drach. xvi. chalcitidis vsta drach. xvi. san-
darachę drach. xx. myrrhae drach. viii. piperis albi drach. xvi. casia fistulę drach. viij. foliorum ma-
labathri drachmas. iij. opij, drach. xvi. omphacij drach. iiii. misyos vsti drach. ii. gummi drac. xxiiii.
excipe aqua pluuiali. Ptolemei familiaris pharmacum, accommodatum ad scabros & corrosos angulos, in-
tensos pruritus, defluuia palpebrarum, hebetem visum. Pforici drach. xl. sandarachę drach. xxx. chalciti-
dis vsta drach. xxiiii. croci drach. xxiiii. myrrhae drach. xij. opij drach. ii. casia fistulę drach. xii. pi-
peris. 3. quatuor, piperis albi. 3. vij. ompacii. 3. vi. misyos vsti. 3. iiii. foliorum malabathri. 3. i. gummi
3. xxxvi. aqua pluuię quantum sufficit. Collyrium Malabathri oxydericum, facit ad corrosos angulos.
Stibij drach. xxiiii. cadmia drach. xxiiii. acaciae drach. xxiiii. piperis albi drach. xxiiii. nardi in-
dicę drach. xii. opij drach. vi. croci drach. vi. Myrrhae drach. vi. omphacij drach. vi. gummi drach.
xxxvi. aqua pluuiali excipito. Aliud, Stibij vsti & loti drach. xl. acaciae drach. xlvi. nardi celticę
drach. vi. myrrhae drach. viii. croci drach. viii. omphacij drach. xi. opij drach. vi. cadmia. 3. xxxvi.
gummi drach. xxxii. aqua pluuialis quod satis est.

* Al. xvi.
* Al. xiii.
* Al. vi.
* Al. iiii.
* Al. ii.
* Al. xvi.
* Al. xiiii.

Remedia ad affectos oculos, ab Archigene in primo pharmacorum
secundum genus conscripta. C. A. P. S.

IN fluxionibus circa oculos in principio conuenit cibi ac potus parcitas, aqua potus, & maxi-
me omnium rei Venereae abstinentia. Aluus ipsa subducatur, & facies assidue primum multa
frigida, deinde et aceto admisto proluatur. Quidam atramentum futurum aqua dilutum proluē-
dum exhibent. Fugiant odores acres, & pulueres, fumumq; & tum solis tum lucernarum splēdo-
rem, ad noctem lanas puras ex vino, aut fordidas ex aqua frigida imponant, maneq; velut dictū
est, se proluant. Quod si augetur fluxio, accedatq; dolor, venę sectio congrua est, & perfecta cibi ab-
stinentia ac sitis, nisi exurantur, & malum inde augetur. Conuenit & solutio ventris valida, siue
per purgatorium conueniens medicamentū, siue per clysteres robustos. Post hæc verò circa fron-
tem imposta assidue vitis folia viridia auxiliantur. Aut myrti, aut lentisci, aut rubi succus, aut
brassicę, aut vitis folia cū flore farinę polentę. Aut cupressus, sampuchus, ocymum, silymbriū,
cenanthe, crocus hortensis, itemq; agrestis, portulaca, mali punici fatiui flores, cytini appellati, vi-
tex, folia recentia mali cotoneę, singula cū vino & flore farinę polentę. Super ipsos verò oculos
lana pura oui cādido madefacta imponatur, aut oui assi luteum. Aut melilorum in passo coctū.
Aut asphodeli radix cū vino & flore farinę polentę. Aut iris contusa cum vino & flore farinę
polentę. Aut mali punici succus cum flore farinę polentę. Aut ipsum malū in vino maris ex-
perte coctum. Aut iuniperi bacce trite cum vino & flore farinę polentę fronti imponantur, aut
et super ipsos oculos adhibeatur. Ad hæc verò eryngii & foeniculi syluestris radix trita ex aqua,
& cicuta semen eodem modo apparatus opitulatur. Caseus item mollis & nuper salustus cū
apii foliis cataplasmatís modo impolitus. Aut papauer syluestre passo coctum ac tritum imposi-
tum. Similiter & melilorum passo coctum, exiguo croco & papaueris succo admistis. Panis item
ex vino, rosaceo admisto mirabiliter auxiliatur. Aut tribulum recentem per se imposito: immo
& polenta admista egregie opitulatur. Et vt summam dicam, omnia ex adstringentium genere,
& repulsoria in principijs profunt, velut est cicuta, & psyllium, apium, solanum, lentes palustres,
serpyllum, sampuchus, folia vitis, coriandrum, portulaca, semperuiuum, folia papaueris, vrtica.
Qua singula ex vino trita imponantur: psyllium verò ex aqua, eodēq; modo palustris lenticula.
Ad fluxionem calidam.

† Al. v.
† Al. v.
† Al. v.
† Al. v.

Brassicam tritam cum polentę flore ex aqua imposito. Aut ocymi folia eodem modo.
Aut

GALENI DE COMPOSITIONE MEDICA-
MENTORVM LOCALIVM, SIVE SECVNDVM
LOCOS LIBER QVINTVS,

ARGVMENTVM LIBRI,

Ad reliquas faciei, dentium, ac gingivarum affectiones, medicamenta.

De sugillatione sub oculis, hypopion Græci dicunt.

CAP. I.



Vod hypopion sub oculis fiat, nomē ipsum indicat. Idem enim est velut si quis hypophthalmium dicat, quod ipsum sub oculis sonat. Est autem ex genere effusionum, ecchymomatū appellatū. Appellant ita Hippocrates & alij multi medici, circa cutē affectionē, cum tenuibus in ipsa venis contulis sanguis p̄ fissuras effundit, nō vno loco acervatim ac statim ita excretus in grumos coies, sed post q̄ per perulsationē, hoc est diapedesin, ut ipsi appellant, effusio ipsa facta est, cōtingit sanē aliq̄n vbi ita coierit, t̄pis progressu liuescere & denigrari, paruis nimium grumulis ex disperso in multas cutis partes sanguine coactis. Quare merito ad eius curationē statim festinat medicus, priusq̄ denigrescat, scopū medendi habēs ut sanguis discutiat, cū sciat id quod in grumos coierit ex sanguine, ægerrimē discuti posse. Cū verō tunacula venarū, ex q̄bus sanguis exiit rumpat, parum quiddā ex adstringentibus ad discutitiā admisceat. Si. n. ex sola simplici facultate discussoria pharmacū à principio adhibeat, non solū quod effusum est discutiet, sed & p̄ fissuras aliquid attrahet ex sanguine in contulis venis contento. Postq̄ verō in suam naturam redierint venulæ, ad discussoria pharmaca citra adstringentiū admisionē opportunē transimus. Quæadmodum autē in alijs affectibus pleriq̄ medicorum indistinctē auxilia conscripserunt, ita et in his citra eas quas iā recensui distinctiones, simpliciter sugillatorū remedia prodiderunt. Porro si vos eorum q̄ in libris de simplicium pharmacorū facultate didicistis, memores fueritis, facile discernere poteritis, quas nā sugillationes sola discussione digerere oporteat absq̄ adstrictione, & in q̄bus admiscere cōueniat quippiā ex parce adstringentibus. Quin & ex ipsis discussorijs imbecilliora primū adhibenda esse manifestū est, fortiora verō inueteratis & denigratis admouenda. Exēpli itaq̄ loco primū ea quibus ipse vtor indicabo, inde ad ea q̄ probati medici tradiderūt progressurus. Appellat autē collyriū Neli ex rosis diarhodon, multis iā annis præclarū & celebratū, cuius cōpositionē proximo libro tradidi: hoc ipsum in oculariorū coticula ex aqua contero, atq̄ sugillationi illino, sertulæ cāpanæ ac fœnigræci decocto prius pro fomēto admoto, deinde et collyrio ex eo decocto dissoluto: postea et ex ipsius folijs fœnigræci decocto. Q̄ si reliquæ quepiā affectionis resistent, in fœnigræci decocto collyria ex myrrha, dialmyrna appellata, soluo ac illino. Conducit autē bis in die pharmacū hoc illinere, simulq̄ fomentū decoctorū calidorū per mollem spongiā prius admouere, ita vt primū ex ambobus fœnogræco & meliloto decoctum fiat: inueterato autē malo ex solo fœnogræco. Hic curandi modus vt plurimū perfectē sugillata perfanat paruis omnino subterfugientibus eūq̄ respicientibus, in quibus collyriū ex sandice cōmodum est, & ex pharmacis ad sugillata à medicis descriptis ea q̄ generosē discutiendū vim habent. Initium autē faciā ab eis quæ Archigenes in primo pharmacorum secundum genus conscripsit propositurus quidē ipsius verba: postea verō si quid ab eo ad distinctionem pertinens relictuū est, appositurus.

Archigenis pharmaca ad sugillata, iuxta ipsius dictionem.

Sugillata euestigio sanat raphanus impositus, auferes autē ipsum postq̄ mordere inceperit. Rectē fecit in eo, quod adscripsit tollendum esse vbi mordere cœperit: si. n. diutius maneat, venulas contusas commordendo oscula ipsarum aperiet, quapropter & à principio eo vtendum non est. Vbi verō inueteratæ fuerint sugillationes & iam denigratæ, et si quis longiori tpe incumbere ipsum sinat, magis iuuabit. Facit & caseus recens saluus impositus. Ipse quidē caseus vim obstruēdi meatus habet, verū recens saluus & nondum inueteratus mistam facultatem habet, obductricem ex seipso, discussoriam verō & aliqualiter adstringētē ex sale, quare nihil absurdū est eo etiā in principio vtī. Aut ceratum cum absinthio, vel raphani succo subactum. Aut hyssopi coma lauigata eodem modo. Siue cum absinthij coma trita, siue cū succo ceratum subactum adhibeas, eandem vim demonstrabit. Verū ad tactum mollius reddetur pharmacum si succus cum cerato committatur. At verō raphani succus, aut hyssopum cerato addita efficacius reddunt pharmacū, q̄ vt à principio statim adhiberi cōueniat, nisi iam planē liuida aut nigra facta sit sugillatio, quod etiam ipse deinceps dicet. Summē facit ad recentia & liuida sugillata spongia muria tincta & assidue imposita ac ablata: postea verō fomentum assiduum ex calida aqua prodest. Quæadmodum raphano in principio vtī minimē tutum est, ob eam quam dixi causam, sic etiam muria: quapropter

A quapropter etiam post eius vsum, calidē fomentum probat, quod videlicet acrimonia ex muria inducā compescatur. Neq̄ verō in omnibus sugillatis fomento ex muria vtī consuluit, sed in his quæ statim liuescunt. Breuī itaq̄ tempore in his muria vtendum est, in quibus verō cruentus, aut subflauus, aut subpallidus est color, fugere muriam oportet. Cataplasmate autem vtēre faba fresa contrita, absinthio, hyssopo, origano, raphani cortice, vna passa exacinata, vnoquoq̄ per se cum melle, aut aceto, aut aqua. Imperfectē primū hæc remedia conscripsit, cum non apponat ad sermonem, coctis ne an crudis vtī iubeat faba fresa, & absinthio, & hyssopo. Videtur autem crudorum vsum præcipere. Nam ad finem vbi dicit, cum melle, aut aceto, aut aqua, singulis prædictis vtēdum esse, tum quidē coctis apposuisset. Quin & eo ipso sermone tria viribus inæqualia medicamenta tradens, minimē rectē mihi videtur præcipere cū hoc vel illo esse vtendum. Aqua enim calida acrimoniæ omnis expertissima est, nō in cute tantum, sed ipsis etiam vlcibus. Mel verō vlcibus mordax est, cutem autem non offendit. Acetum verō vtriusq̄ mordax existit. Neque verō raphani cortex vna passæ viribus par est, sicut neq̄ absinthium, ac hyssopum, & origanum. Fortia enim hæc sunt, & discussoria vi prædita. Moderata autem est vna, passa, & omnis acrimoniæ expers. Et bulbus albus cum ouo & melle. Bulbum flauum vt acriorem in principio statim adhibere recusat. Scimus autem mel discussoriæ facultatis esse, quapropter ouum ipsis admiscere videtur, quod mitigandi facultate multum præstat. Cyclaminos per se, & cum vna passa. Neq̄ hic paruum est, quod interest inter cyclaminum & vnam passam. Quare haud scio qua ratione per se cyclamino vtatur, & admista vna passa: etenim per se vehementissimum est medicamentū, at cū vna passa cōmiscens t̄m auferet facultatis, quanta fuerit admistæ vna passæ moles. Aut n̄trum cum hyssopo & vna passa melle exceptum. Hic sermo priore rectior est, in quo etiā fortius cyclamini vsum permittebat. Nam si etiam nunc hyssopum ipsum per se adhibere consuluisset, non apponendo inueteratis sugillationibus id cōuenire, similiter vtiq̄ deliquisset. Myrrum cum sale & aqua. Dicitur etiam antea à me est, quod ex discussorijs medicamentis, in principio præstantiora sunt quæ exiguum adstringendi vim complectuntur, qualia sunt rosæ, & melilotū, & crocus. Non tamen ex eiusmodi pharmacorum numero est myrrus, vt potē vehementer adstringens. Quapropter ego nunquam ipsa vtī audeam, præsertim si iam liuidus sit color sugillationum. Sinapi cum adipe ouillo. Inueteratis & nigrefactis sugillationibus solū hoc medicamentum conuenit, & maxime si non omnino paucum sit sinapi adipi admistum. Myricæ folia & fructus trita cum aqua, per se & simul mista. Et hoc pharmacum nō solū discussoriam, sed & contractoriam quandam vim habet, quare inueteratis & nigrefactis sugillationibus non conducit. Facit & spongia, & linteolum, aceto ac melle imbuta & apposita. Hoc remedium in principio adhibitum non valde acri aceto opus habet: in progressu autem temporis liquefacta aut denigrata sugillatione nihil profuerit absq̄ acerrimo aceto præparatum. Aut fabam fresam commanducatum imponito cum melle. Quin & fabæ lomentum etiam citra manducationem cum melle subactum liuida discutit. Ex manducatione autem summē discussorium redditur, nimirum viribus à salua adsumptis. Oui vitellum eodem modo. Si mel ad oui vitellum miscuerimus, velut antē dixi de faba fresa, simile faciemus prædicto medicamento tum in apparatu, tum in facultate. Aut porci pulmonem calidum imponito. Hoc remedium non tolerarit vir mundiciem amans. Aut myricæ decocto proluet. Non ita longē antē de myricæ facultate dictum est. Aut cardamomum cum myrrha impone. Discussorium quidem pharmacum est myrrha, verū acre cardamomum. Hæc sanē sufficere videntur mihi ex Archigenis scriptis exempli gratia prolata offenso simul modo examinandi pharmaca, qualia scilicet in principio conueniant, antequam liuida aut nigra sugillatio fiat: & qualia liuidis, aut iam nigrefactis, & inueteratis sugillata adhibenda. Quare quæ consequantur apud eum deinceps, ea sola per se adscribam ipsius Archigenis verbis. Aut cerussa, & spumæ argenti æquales partes cum melle terito: & admista faba fresa ad cerati formam reducitur, ac vtitor. Aut anguium senectam cum aqua marina tritam illine. Aut cuminum linteo illigatum in feruenti aqua tinctum pro fomento adhibe. Aut sinapi cum cerato impone. Aut fœniculum tritum impone. Aut thus & thapsiam æquis portionibus cum rosaceo cerato. Aut mentam & argenti spumam pari pondere impone. Aut hordeaceam farinam cum aceto mulso coctam. Aut fabam vino maceratam donec dissoluatur, tritam splenū modo impone. Aut cicer eruinum vocatum eodem modo. Aut furnorum fuliginem cum pari cerussa ex uino odorato illine. Aut thapsiam & eruinæ farinæ triplum eodem modo. Aut crudum salamentum, omotarichon Græci vocant, exprimito: deinde in uino odorato tritam imponito. Cæterum ad vetustiores sugillationes similacis fructus cū vna nigra tritus facit. Aut thapsiæ radix tusa, & succus eius adipe exceptus, ac assidue appositus. In vetustis exēplariis non vetustiores comparatiuē scriptum est, sed vetustissimas superlatiuē. Dicitur est porro à me statim in principio, quod in eiusmodi sugillationibus pharmacis forti discussoriā vi præditis vtī oporteat, qualia sunt sanē ab eo his uerbis descripta, & quædam item ex superioribus, velut est indicatum. Atq̄ hæc quidem Archigenes prodidit. Verū Apollonius diligentius & cū pluribus distinctionibus in primo parabiliū in hunc modum scripsit.

Pharmaca

Pharmaca ab Apollonio conscripta ad sugillata recentia ac liuida.

Spongiam in aqua marina feruente tinctam afflicuè locis pro fomento adhibeto. Aut spōgia in acri muria tincta similiter foueto. Aut in aceto feruenti, & pariter in vino. Imponendū est & splenium melle & aceto madefactum, aut lana, aut spongia, Cataplasmate aut vtere, absinthio trito cum melle, aut hyssopo laeuigato cum melle, & faba fresa eodem modo. Origano similiter, raphani cortice cum melle, bulbis tritis per se, aut cum melle & oui vitello. Lini semine & salibus cum oleo & oui vitello. Silphio trito cum oleo & vino. Sampfucho trito cum melle, myrto & sale tritis cum aceto, feniculo trito cum cerato, hyssopo & nitro cur. melle & aceto, calce viua cū cerato, sinapi trito cum adipe vitulino, aut cum cerato. *C. Ad sugillata inueterata.* Ari radicem rasam ac melle subactam in linteolum illtam imponito, vtere et discussorijs facultatibus & compositionibus, quæ ex descriptionibus cōmentariorum apparantur. *C. Ad sugillata cum tumore.* Spongiam aceto imbutam imponito, & præmonstratis fomentis frequētius vitior, cataplasmatibus loco farinam hordaceā ex aceto mulso coctam imponito, donec locus sugillatus humilior reddatur: de cætero verò subscriptis cataplasmatibus vitior. *C. Ad sugillata cum inflammatione.* Aqua calida foute, & pro cataplasmate lenticulam coctam tritam cum melle impone. Aut cochleam egyptiam conrusam impone, Vbi verò inflāmatio remiserit, tūc iam et alijs pharmacis vtere. *C. Ad sugillata cum pertusione.* In ipsam quidem pertusionis fissuram ex medicamentis, quæ cruentis vulneribus conueniunt, inde: circūlitis verò partibus cataplasma ex medicamētis ad sugillata citra pertusionem conscriptis impone. Præstabat fortassis hic iam sermonem de sugillatis desinere, verum cum ea quæ ex consentiente experimento iudicata sunt, alijs stabiliora existant, visum est mihi etiam ea quæ Crito in tertio de ornatu scripsit apponere, quæ sanè iuxta illius dictionem ita habent.

Quæ crito ad sugillata recentia medicamenta scripsit.

Cicutam tritam ex aqua impone. Absinthium tritū ex aqua, & in linteolum infartū imponito: q̄ si tenera sit cutis, parum mellis adijceto. Hyssopum cilicium ex aqua tritum, & in linteolū ligatum in globulos cogito, atque his in feruentem aquam tinctis sensim foueto. Bryonia radicem tritam cum melle imponito, aut rosaceo cerato exceptam adhibeto. Muriam acrem facito, spongijsq; in ea madefactis foueto. Et post hæc raphani corticem tritum cum melle, & linteolo infartum imponito. Aut sinapi tritum cerato exceptum, & exiguo adipe vitulino addito in linteum infartum imponito. Et de his quidem in tantum. Quod si inueteratæ sint sugillationes, aut etiam appellati liuores, subscriptis compositionibus vtendum est. *C. Ad liuores & sugillationes profundas.* Tordylj partes duas, terræ samia partem vnam, aceto excipito, paulumq; mellis simul coquassato. Animaduertere autem oportet diligenter ne cutis exulceretur. *C. Medicamentum detrensus sugillata, Aristarchi.* Hyssopi cilicij drachmam. i. radices thapsia tantundem, thuris integræ nō feci tantundem, ceræ tyrrhenicæ. 3. ij. resinæ terebinthinae. 3. i. arida cum liquefiscibilibus committito, deinde linteolo infarta imponito, animaduersione habita ne locus exulceretur, & ob hoc sanè frequenter tollere oportet. Aliud, Radicis thapsia drach. xij. aut succi drach. vi. thuris infecti drach. viij. veratri albi drach. ij. absinthij drach. i. cerati rosacei drach. xvi. mollita reponere, ac linteolo infartus vtere. Oportet etiam hoc assiduè amouere. Aliud, Viticis albæ obolos tres, struthij tantundem, glandis ægyptiæ tantundem, pulmonis caprini vsti tantundem, radices asparagi tantundem, bdellij tantundem, succi thapsia tantundem, aceto mulso exceptis vitior. Aliud, Seminis viticis albæ drach. iij. radices struthij tantundem, nitri rubri tantundem, succi raphani tantundem, hyssopi cilicij tantundem, farinæ fabarum tantundem, glandis vnguentariae drach. xl. myricæ drach. xl. pulmonis caprini vsti drach. xl. bulborum rubrorum drach. xl. radices thapsia drach. xl. thuris drach. xij. excipe cerato rosaceo, ac vtere, vt dictum est.

Medicamentum ab Hera conscriptum ad sugillata.

Aufert, vt inquit Heras, tribus horis: q̄ si inflāmatio fiat, cataplasma ex viridi caseo probat, & fomentum ex pane. Succu cicuta obolos duos, croci drachmas. ij. myrrhae drachmam vnam, acaciae drachmam vnam, opij drachmas. ij. succi thapsia drachmas duas, gummi drachmam vnā, cum aqua cogito. Hoc equidem Heras scripsit. Ego verò nucem per ætatem iam oleosam factā expertus sum aliquando ad cruentatos facientē. Oportet autem ipsam nucem diligenter terere, atq; ita imponere homini supine reclinato, quò ad horas duas & tres pharmacum adhæreat: vbi enim sic fecerit, etiam si postea surgat, ad multū tempus adhæret, oportetq; priore delapso aliud statim imponere. *C. Eiusdem Hære ad ægilopas.* Maluæ folia cū sale & melle trita imponito, destruit hoc ac extirpat ægilopas. Alicam etiam in aceto coctam incipienti ægilopi imponito. Aut myrti recentissimas baccas cataplasmatibus modo adhibe, vbi videlicet fluxio infestauerit. Similiter facit & lemnia terra, si illinatur.

De Aegilope.

CAP. 2.

Inter nasi os & magnum iuxta oculum angulum, paruum quoddam abscessui simile tuberculum oriri solet, & rumpitur sanè sæpe in angulum, vt ægre curabile reddatur, nisi maturè occurratur. Mederi igitur oportet ipsi cum discussorijs medicamentis, quæ citra mordacitatem efficacia sunt. Coafficitur enim oculus ab acribus, atq; ita et affectæ partis inflāmatio augetur. Verum

A Verum affectio ipsa non ob id solum ægre curabilis est, sed & propterea q̄ cū multa liquida pharmaca in experimentum adsumi possint, ea non tolerat locus ipse: necessario enim ex eis in oculū quid influit. Neq; verò adharere eiusmodi queant citra obligationem, quæ totum oculum complectatur, quam impossibile est tot diebus aliquem perferre posse, quot ad malī curationem requiruntur. Ob hanc igitur causam Apollonius nulla phramaca ad ægilopas scripsit. Archigenes verò paucis enumeratis, deinceps ad curationem ipsorum per chirurgiam progreditur, quā quā res ipsa non manuarie operæ, sed pharmacis secundum genus sit subiecta, itaq; totā ipsius dictionem adscribam hoc modo habentem.

Quæ Archigenes ad Aegilopas scripsit in primo pharmacorum secundum genus.

Ægilopas qui circa oculorum angulos oriuntur eruo cum melle integimus, aut cinere vitis cū aceto subactio. Probè facit & thus cum columbino stercore recenti impositum. Aut succum herba ægilopis, auenam nostri dicunt, cum melle illine. Cæterum in non dum perforatis staphidem syluestrem, & ammoniacum thymiana cū melle veluti splenium impone. Aut alumē scissile cum terebinthina splenij forma impone. Aut lanæ tomentum sanguine marini leporis tinctum inde. Aut melanteriam tritam adhibe. Quod si neq; sic sanentur, cū in angulo, & cū tenui perforato terebello continuis foraminibus incussis disperato, capitale emplastrum adhibeto, discedent enim squamæ, & sanabuntur. Aut osse denudato cauterium admoue, & sic squamule discedunt ac sanantur. Quidam diuidentes angulum ossi, qua parte perforatum est angustum infundibulum admouent, ac plumbum liquefactum infundentes vrunt, atq; hoc modo optimè sanant. Hæc quidem Archigenes scripsit.

Quæ Asclepiades ad Aegilopas scripsit.

* AP. i.
* Al. vncias.

Porro Asclepiades in primo exteriorum hæc prodidit. Succu illecebræ libram dimidiā, succi solani lib. dimidiā, thuris. 3. viij. mastiches drach. iij. galbani libræ dimidiū, succos cum thure coquito, & vbi dissolutum fuerit galbanum inijceto: mastichen verò dimitte. Aliud, Thuris. 3. viij. myrrhae. 3. viij. ladanij. 3. iij. ceræ. 3. iij. aluminis scissi, coaguli leporis, vtriusq; 3. iij. spumæ nitri. 3. iij. pharmacorum contundito, & emollito irini vnguenti face.

De Varis.

CAP. 3.

Tumor paruus & durus in faciei cute orit, Varus Latinis, Græcis Ionthos appellatus, a crasso videlicet succo cōgregatus, demonstansq; sui ipsius curationē rationabiliter p̄ pharmaca emollientia & discussoria futuram. Etenim duricies ipsius emollientibus, tumor vero præter naturam discutientibus opus habet. Cū igitur iam sæpe tum in superioribus libris, tum in de simplicium pharmacorum facultate commentarijs, prædictæ sint mihi materiae tum discussoriorum, tum emollientium medicamentorum, compositio sanè ipsorum particularis per experientiam iudicata vtilibus erit ad rectum reatorum vsu, quæ videlicet paulo post referentur, vbi saltem prius determinauero, quæ similes sint varis affectiones, & aliqua parte ab ipsis differentes.

De ficosis tumoribus.

CAP. 4.

Vna quædam hæc affectio est ex his, quæ in mento enascunt, differens a varis in eo quod non solum crassus sit q̄ hos tumores efficiat humor, sed & serosa tenuitate participet, ob quā et cito exulcerant, si non vt debent curent, & ob id magis resiccantibus pharmacis q̄ vari opus habet.

De lichenosis impetiginosisue tumoribus.

CAP. 5.

Et hæc affectio ex misto quopiam generatur humore, serosis nimirum ac tenuibus & acribus succis cum crassis permixtis, quapropter et facile in pforam, id est scabiem & lepram transit, indigetq; et ipsa pharmacis fortiter resiccantibus. Postq; verò in pforam aut lepram transierit, vltra hoc q̄ resiccantibus indiget pharmacis, etiam repurgantia & exterforia expostulat.

De menti eruptionibus.

CAP. 6.

DHoc eruptionū, siue, vt Græci dicunt, exanthematum nomen quidam in cōmuni vsurpant, de affectionibus videlicet vlcerosi & asperis in mento sua sponte prouenientibus, quemadmodum etiam Archigenes facit. Indiget aut & hæc ipsa affectio resiccantibus medicamentis.

De furunculis.

CAP. 7.

Furunculi Dothienes Græcis dicti ex similibus humoribus, veluti vari, generant per vnuersum corpus duplices existentes. Aliqui quidē, vt ita dixerim, varosi, duri, & ægre cōcoctiles. Aliqui verò inflāmati, in quibus aliqñ et febres consistunt, & tumor in magnitudinem excrescit, & in pus transmutatur. Vnde curatio ipsorum vt plurimum eadem quæ inflāmationis existit.

Ex Critone ad varos.

Crito in tertio de ornatu hæc verba scripsit. Ad varos in facie. Mellis atticij cyathum vnum, siue drach. xij. aceti acerrimi tantundem. Misceto diligenter, & pharmaco varos illinito digito affricando. Aliud, Spumæ argenti chemam siue drach. iij. terebinthinae puræ ad fabæ Aegyptiæ magnitudinem, addito olei albi parum, atque vbi prius faciem deterferis, ex medicamento hoc paulum digito excipe, deinde ambabus manibus terendo varos obline. Hoc pharmacum etiam a rugis liberam & mundam faciem conseruat. Aliud, Amygdalas amaras aceto dilutas ac probè tritas faciei obline. Aliud, Alumen scissum probè laeuigatum terebinthina excipe, & emollitum

litum impone. Aliud, Costum Indicum tufum & tenuissimo cribro cretū felle caprino excipe, E acad cerati crassitudinem redactum varis circa vesperam illine. Manē verò vbi surrexerit, lacte ægrum faciem proluere iube. Inueteratis porrò varis subscriptis compositionibus vtendum est.

Ad varos callosos.

Saponis gallici. 3. iiii. ammoniaci thymiamatis drach. i. thuris drach. i. aqua dissoluito, & cerati spissitudinem facito, eosq; illinito, & post horæ interstitium tepida ablueri iubeto. Aliud, Nitri rubri, hyssopi, pulegij, salis fossilis æquales partes tundito, & per tenuissimum cribrum cribrato, exceptisq; cerato rosaceo vtitor. Aliud, Seminis ocymi, nitri rubri, pulegij viridis, aluminis scissi, costi indici, singulorum æquales partes tufas & cribratas adipe anserino seu gallinaceo exci pe, vt cerati fiat crassitudo, ex eo verò in linteolum infarcito & imposito donec penitus perfane scant. Aliud, Salis assati, pulegij, hyssopi, ammoniaci thymiamatis, rhois coriarii, singulorum par pondus, rosaceo cerato exceptum donec perfaneantur imposito.

Ad affectiones eminentiores, & in facie pruritus, ac principium elephantiasis.

Crūmi albi, spumæ nitri, thuris, sulfuris viui, singulorum æquales partes aceto dilutas ac probè tritas in pastillos redige, eosq; in vmbra exicca, vsu verò expetente aceto dilutas illine, atq; vbi re siccati fuerint, subscripta cōpositione deterge. Saponis gallici libram vnā, ammoniaci thymiamatis tantundem, thuris quadrantem, mastiches quadratē, spumæ nitri quadrantē. Saponem & ammoniacū in vas fictile coniecta, & aquæ sextariis duobus affusis coquito, atq; vbi dissoluta fue rint, arida contusa & cribrata adiecto, deinde in mortariū translata ac probè conquassata, vase vitreo reponito. Vsus verò postulante faciē ex eo smegmate inquinato, & post modicum tps spatium larga aqua molliter perfricando abluito. Vtendū est hoc smegmate per oēm varorum curationē.

Ad ficosas menti papularum eruptiones.

Crito in tertio de ornatu in hunc modum de eis scripsit. *Ad ficosas in mento eruptiones, velut Leucius preceptor tradit.* Spumæ argenti, misyos crudi, æquas partes tritas insperge. Aliud, Thuris drach. ii. spumæ argenti drach. iiii. salis fossilis drach. octo, sandarachæ drach. ii. trita insperge. Aliud, Cerussæ drach. iiii. myseos crudi drach. iiii. salis fossilis drach. ii. sandarachæ drach. ii. trita insperge. Aliud, Atramenti futorii drach. ii. sulfuris viui drach. ii. æruginis drach. i. nitri rubri drach. ii. trita insperge. Aliud, Elaterij drach. iiii. salis fossilis drach. iiii. atramenti futorii drach. ii. mista insperge, & cum specilli humecti extremo admoue, quò videlicet pharmacum ipsum adhæreat. Cæterum post pharmaci impositionem semine lini ex aqua trito vtendum est. Por rō vbi humidiora fuerint vlcera, vt ab ipsis aqua pura velut à fonte defluat, subscriptis cōpositio nibus vtendum erit. *Castillus ad ficosas menti papulas, vsus est eo Artemidorus, reprimi omnes tumores, qui accidunt his quibus cicatrix malè inducta est, veluti in his qui sutura vsi sunt, contingit. Compositio hæc est.*

Squamæ æris drach. iiii. atramenti futorii drach. ii. aluminis scissi drach. ii. glutini fabrilis perlucidi drach. ii. Arida tunduntur & cribrantur, glutinum verò aceto maceratur, & tritis affunditur, rursusq; leuigatur, & formantur pastilli, quos vsus tpe aceto dilutos illinimus. Hoc medicamen tum etiam fistularum callos extirpat. *Alius magni Clinici.* Aluminis scissi, æruginis corinthiæ, rubricæ sinopidis, chalcitidis, glutinis fabrilis, singulorum æquas portiones, componito, ac vtitor vt dictum est. *Alius Arj Asclepiadei.* Milti iue rubricæ sinopidis, æruginis corinthiæ, alu minis scissi, gallæ omphacitidis, malicorij, æquas singulorum partes, gummi duplum, aceto exci pito, ac vtere vt dictum est. *Alius Apollonij, vt Charixenus tradit.* Squamæ æris, misyos assati, au ripigmenti, singulorum drach. ii. diphrygis drach. iiii. æris vsti drach. iiii. chalcitidis vstæ drach. iiii. glutinis fabrilis drach. iiii. aceto diluito, & pastillos formato, quibus velut superioribus vtitor. *Andronis pharmacum accommodatum.* Atramenti futorii drach. ii. myrrhæ drach. ii. thuris. 3. iiii. aluminis scissi drach. iiii. malicorij drach. viii. gallarum drach. octo, aristolochiæ drach. octo, vino austero exceptis vt prædictis vtere.

Critonis, ad lichenas in mento.

Consequenter verò Crito ad lichenas menti scripsit hoc modo: Ad mēti lichenas quæ in iucum dissima est affectio. Nā & pruriginē inducit, & affectarū partium circūtentionem, & periculū nō modicum: proserpit enim aliqñ per totam faciem, oculosq; contingit, & fermè extremæ sceditatis causa existit. Quapropter diligentiore cura vtendum est inspiciendo tum paroxisimos, i. irritatio nes, tum interualla & remissiones, ita vt et ab inueteratis recentes disparemus. In quibus conue niet vti resiccantibus medicamentis. Cū verò in psoram aut lepram transierint, supra resiccantia et exteriorum & repurgantium erit vsus, & postea sanè scriptarum item compositionum.

Crispi amici ad recentes in mento, siue alia faciei parte lichenas.

Triticij grana multa in incudem imposito, deinde laminam æris igni candefactam tritico su perponito, & resolutum ab eo liquorem calidum adhuc auferto, ac super lichenas linito. Hoc so lo multos curatos scimus. Aliud, Maluæ agrestis semen tenerum adhuc colligito, mundato, ac tundito, succumq; reponito, atq; eo assidue illinito. Aliud, Portulacæ succum assidue illinito. Aliud, Oleæ æthiopicæ lachrymam cum aqua terito, & pauco adiecto styrace misceto, & impo nito. Aliud, Vlmī lachrymam aqua dissolutam imposito. Quod si inueterati sint lichenas, se quentes

A quentes compositiones adhibendæ sunt, Albuci radicem aceto coctam & tritam illinito. Viti cis folia trita cum aceto imposito. Capparis folia trita cum aceto imposito. Rumicis hortensis radice corticem ex aceto tritum, loco prius cum nitro præparato, imposito. Chamæleonis radice aceto coctam & tritam imposito. Cæterum cū ad lichenum curationem multa & varia me dicamina existant, particulatim de singulis transigam, initio à pastillis sumpto. *Castilli lichenici.*

Glutinis fabrilis drach. iiii. alij duas habent, sulfuris viui drach. ij. chamæleonis drach. iiii. thuris drach. ij. acetem hemina dimidium. Glutinum aceto dissoluitur, deinde aridis adijcitur, vsus tē pore, quātum satis est, aceto dissoluito, calidumq; imposito. In alijs exemplaribus singulorū par pondus continetur. Aliud, Chamæleonis, sulfuris viui, vtriusq; 3. iiii. lachrymæ oleæ æthiopicæ 3. ij. thuris. 3. i. acetem quātum satis est, iuxta alios, Alcyonij. 3. ij. chamæleonis nigri. 3. iiii. pyrethri 3. ij. sulfuris viui. 3. iiii. thuris drach. iiii. glutini. 3. iiii. acetem acerrimi heminas. iiii. Alius, Lachry mæ oleæ æthiopicæ. 3. iiii. sulfuris viui. 3. iiii. alcyonij drach. viii. spumæ nitri drach. octo, alicæ ace to coctæ. 3. octo, acetem quod satis est. Alius, Alcyonij vsti. 3. ij. chamæleonis nigri. 3. iiii. radice al buci. 3. iiii. sulfuris viui. 3. duras, thuris drach. ij. pyrethri drach. ij. spumæ nitri drach. ij. glutinis. 3. iiii. acetem quod satis est. Porro extenta iam affectione & callosa reddita, sequentibus vtendum est

* Al. iiii.

* Al. iiii.

B medicamentis. Humida ad impetiginum affectus, Misyos peregrini, thuris, myrrhæ; aluminis scissi, singulorum drach. octo, aloes, sulfuris viui, vtriusque. 3. iiii. Excipe passo, vt strigmentitiam spissitudinem accipiant, & bis aut ter in die præfrictis, illine: forinsecus autem conseruandū phar maci gratia, vesicæ pelliculam, aut ouī testam, aut virida folia quantum satis est impone. Aliud, Misyos. 3. iiii. acaciæ. 3. ij. squamæ æris. 3. iiii. sulfuris viui. 3. vi. chalcitidis. 3. viii. gummi. 3. viii. ace ti quod satis est, in quo vbi gummi dissolueris, reliquaq; admiscueris, amurcam iniice, & probè conquassata reconde, ac vtere vt dictum est. Aliud, Sulfuris viui, thuris, myrrhæ, atramēti suto rij, misyos crudi, singulorum. 3. ij. gummi. 3. iiii. aceto & cedrino oleo quod satis est dissoluito, eo dēq; vtere modo. *Ex scriptis Zenxidis, Aliud.* Chalcitidis crudæ, misyos crudi, myrrhæ aminnæ, sulfuris viui, singulorum æquales partes, gummi duplum aceto dissolutum, excipe oleo cedrino. Verūm cedrinum prius coquere oportet vsq; ad mellis crassitudinem. *Aliud Diodori.* Lachry mæ oleæ æthiopicæ. 3. xx. gummi. 3. xl. atramenti futorii. 3. xvi. sulfuris viui. 3. x. thuris. 3. x. æru ginis. 3. x. acaciæ. 3. x. myrrhæ aminnæ. 3. x. acetem quod satis est. Et vbi dissoluta fuerint singula, ac læuissima reddita, excipe amurca condensata, & repositis vtere. Adnectantur porrò & aliæ com positiones. *Illitio cocta ad lichenas inueteratos, quæ citra vlcerationem per sanat.* Atramēti futorii, fœ nigraei moliti, cardamomi, singulorū. 3. ij. melanthij sesquidrach. foliorum caprifici sesquidrach. acetem acerrimi quod satis est, læuigata ad mellis spissitudinem reducito, deinde coquito, & postq; nigrum factum fuerit & condensatum pharmacum, tollito, illinito, insuperq; lichenas abluito.

Heraclide Tarentini illitio lichenica, sanat citra vlcerationem. Polentarum. 3. viii. glutini. 3. vi. atramē ti futorii. 3. iiii. chalcitidis. 3. iiii. sulfuris viui drach. iiii. spumæ nitri drach. vi. alcyonij drach. iiii. myr rhæ aminnæ. 3. ij. acetem heminas. iij. *Dionysij condiscipuli, sanat citra vlcerationem.* Farinæ hordea cæ sextarium. i. atramēti futorii vnc. i. corticum radicem rumicis syluestris sextarium vnum. sul furis viui vnc. i. myrrhæ sesquiuinciam, gummi vnc. i. acetem heminas. vi. Rumicis radicem coqui to, & vbi dissoluta fuerit, extractam terito: hordeaceam verò farinam in residuum liquorem con iectam coquito, atq; vbi rectè habuerit reliqua iniicito, & ablatis vtitor. *Illitio Socratonis cocta.*

* Al. iij.

Farinæ alicæ sextarios sex, sulfuris viui. 3. xvi. misyos peregrini. 3. xvi. cimoliæ. 3. xvi. chalcitidis drach. xvi. spumæ nitri drach. viii. alcyonij drach. viii. aluminis scissi. 3. viii. radice albu ci vnc. viii. myrrhæ drach. viii. thuris. 3. viii. lachrymæ oleæ drach. viii. ammoniaci thymiamatis drach. viii. ace ti heminas tres. Alcyonium & albu cum in aceto coquito, vbi verò ad dimidias redactum fuerit percolato, & in colamento ammoniacum, myrrham, thus, oleæ lachrymam dissoluito, deinde teri to, aridaq; iniicito: alicam verò in residuo liquore coquito, & dissolutam reliquis adijcito, simulq; singulorum drach. xvi. nitri, aluminis scissi, alcyonij, radice albu ci, thuris, lachrymæ oleæ, terræ cimoliæ, ammoniaci thymiamatis, singulorum drach. viii. acetem heminam vnam. *Alia valde efficax.* Ace ti acerrimi sextarios. vi. farinæ hordei sextar. duos, mannæ sextarium. i. radice rumicis agrestis drach. viginti, veratri albi drach. x. alcyonij drach. xv. cardamomi drach. iiii. terræ cimoliæ drach. viii. glutinis drach. xvi. spumæ nitri drach. xvi. halicacabi virgultorum viridum manipulum. Cō ponito. Quandoquidem verò multi pharmacorum que illinuntur compositiones recusant, amātq; magis emplastrorum impositiones, vt potè que neq; sudoribus obortis diffluunt, neq; resiccata cu tem circuntendunt, meritò etiam ipsorum præparationes subiungimus.

* Al. vnum.

Emplastra lichenica quæ citra exulcerationem liberant.

Ceræ, picis coctæ, turis, terebinthinæ, sulfuris viui, singulorum libræ dimidium. Liquabilia cum aridis committito. Aliud, Thuris drach. viii. aluminis rotundi drach. viii. atramenti fu torij drach. viii. sulfuris viui drach. iiii. glutinis drach. iiii. radice chamæleonis drach. iiii. ceræ drach. viii. picis crudæ heminas. ij. Picem & glutinum coquito, atq; vbi condensata fuerint ceram iniicito, aridisque affundito, ac repositis vtitor. Aliud, Facit ad lichenas eleuatos, adeo vt repri mat

mat ea quæ residua putantur. Mânæ thuris, picis, vtriusque drach. viij. bituminis drach. viij. ceræ drach. viij. resinæ pinus drach. viij. sulfuris viui drach. viij. olei cyprini parum. Coquito vt dictū est, & sublati vitor in linteolum aut pelliculam tenue infartis. *Aliud, circa vlcerationem remouet.* Picis brutiæ liquidæ .℥. sextarium vnum, 3. mânæ lib. i. sulfuris viui lib. i. faring lupinorum lib. i. pro consuetudine composito, deinde chalbanī sextantem adijcito. Est hoc ex valde probatis. Alia exemplaria farinam non habent, neq; chalbanum. *Emplastrum lichenicum Philote, circa vlcera rionem sanans, exhibitum est à Philota sodali, per versus scriptū.* Chalcitidis assatē, chryfocolle, misyos assati, squamæ æris, diphrygis, salis ammoniaci, terræ eretriæ, singulorum .i. drach. quatuor, sulfuris viui drach. xij. atramenti futuri, floris lapidis assati, æris vsti, singulorum .3. vi. foreos drach. v. aluminis liquidi drach. iij. Hæc omnia terito, deinde aceti heminis .xij. affusis, per dies .v. sub canicula soli exposita itidem probe terito, donec pharmacum redditum fuerit æruginosum siccum .ve. Porro in alio mortario thuris ūncia .i. myrrhæ sextās, aloes vnc. i. ladani quadrās, opopanacis quadrās, aceto dissoluta ad strigmentū crassitudinem præparentur, atq; vbi recte habuerint, ad ea quæ in sole læuigata sunt adijciuntur, rursusq; terantur, addaturq; aristolochiæ rotundæ & longæ, vtriusq; tussæ & tenuissimo cribro excussæ drach. i. Postq; verò iam trita emplastri formam acceperint, liquefabilia prius liquefacta & frigefacta inijcitur. Sunt autem hæc, Ceræ .3. cx. terebinthinæ .3. xx. chalbanī .3. x. olei heminis .i. & probe emollitis ac repositis vitor. Hoc pharmacū duplicem aspectū videntibus exhibet. Cæterum si affectio pertinacius perseueret, & pharmacorum impositionē respuat, excoriatorij appellatis remedijs vtendū erit: prompte enim superficiem auellunt.

De excoriatorij Lichenum.

Excoriatorij Lichenū, quo Pamphilus Romæ vsus plurima lucratus est cum in vrbe Mentagra appellatus morbus inualeceret. Squamæ æris .3. vi. auripigmenti drach. iij. sandarachæ drach. iij. æris vsti sesquidrach. veratri albi sesquidrachmam, ventrium cantharidū sesquidrach. Singula per se terito, deinde simul mista, cedria excipito, & ad strigmentū densitudinem reducta pyxide æris cyprij reponito. Vsu autem expente, nitro & aceto exiguo perfrictis lichenibus, pharmacum hoc cum spatula illine, ac affrica: deinde interiecto spacio derade, rursusq; pharmacum impone: deinde vbi bis vel ter hoc feceris, quò facile deradi possit, rursus imponere tenta, illitis locis cum vesicæ bubulæ aut alterius cuiusdam animalis pelliculis interiectis. Hæc enim pharmacum ne desuat conseruat, & aliàs leuis est: post pelliculæ autem impositionem, fasciola leuiter obligatum finito. Præstiterit quidē per noctē adhærere, aut saltem ad aliquid horas, vsquequo bullas excitet saniem complectentes crassam & glutinosam. Deinde verò lauare præcipimus, & in balneo morari: nam & hoc ad hanc curationem auxiliatur. Sit autem calidius balneum. Quo siquid vt prohibeat, fomentum aquæ multæ calidæ adhibendum est, quo deterfo panis ex aqua multa subactus cataplasmatīs modo imponatur. Porro vbi fordida iam facta fuerint vlcera, spleniū ex emplastro viridi imponito, exigua parte de excoriatorio adiecta. Cæterum sanie excluda & nulla crustula vlceri incumbente, spleniū album imponito, atq; hac curandi ratione donec cicatrix penitus inducatur vitor, singulis diebus fomentum adhibens, & nouum spleniū imponens. Post cicatricem plenē inductam, si qua suspicio reliqua sit, eodem curationis ductu vtendū est. Antequam verò excoriatoria imponantur, circumsitas & vicinas licheni partes pharmaco aliquo inflammationem arcete in splenio excepto, integere ac tueri oportet. Nimirum lichene sua extrema linea semper parum quiddam ex sanis corporibus affricante & inuadente. Hæc communis Mentagræ curatio est. *Aliud excoriatorium Axiory.* Squamæ æris .3. vi. atramenti futuri drach. iij. cantharidum sesquidrach. veratri albi sesquidrach. sandarachæ drach. i. Excipe cedria. *Aliud Apij Phasii, ad mentagræ, quod circa cicatricis vestigium sanat: facit & ad alopecias inueteratas.* Cæterum alopecias in sole aut ad ignem illinito, & bulla excitata eam acu perpungito, ac humore ex cluso cum ceratis curationem perficito. Post inductam enim cicatricem enascuntur pili, atq; hæc quidem in alopecijs: in lichenibus verò velut prædictum est vitor. Pharmacum ipsum hoc modo habet. Sandarachæ drach. ij. auripigmenti drach. ij. squamæ æris drach. ij. veratri nigri .3. i. elaterij drach. i. ventrium cantharidum drach. i. Excipe cedria. Aliud, Cantharidum drach. i. & dimidiā, veratri albi tantundem, auripigmenti drach. ij. squamæ æris tantundem, atramenti futuri drach. i. scamoniæ drach. duas. Excipe cedria. Aliud, Auripigmenti vsti drach. ij. Squamæ æris cyprij drach. vi. chryfocolle drach. i. atramenti futuri drach. i. veratri nigri drach. i. aluminis scissi drach. i. succi taspis drach. i. scamoniæ drach. i. cantharidum drach. i. cedriæ quod satis est. *Emplastra viridialichenica.* Post excoriatoriorum vsus emplastra viridia & alba imponere oportet, quare rationabile est & illorum præparationes adscribere. *Emplastrum viride Pamphili.* Hoc vsus est Pamphilus in mentagra post rupturam bullarum. Ceræ lib. i. æruginis rasæ sexuncem, resinæ frictæ lib. duas, olei cyathi .iij. aceti acerrimi quantum sufficit. Æruginem cum aceto in sole terere oportet, liquefabilia autem liquantur & refrigerantur, ac deraduntur, liquidisq; adijciuntur. *Viride Demosthenis.* Ceræ lib. ij. resinæ frictæ lib. i. æruginis rasæ trientem, manne trientē, olei æstatis cyathi .iij. hyeme cyathi .vi. aceti quantum sufficit. *Viride Herophili.* Æruginis drach. ij. manne drach. iij. adipis vitulini drach. xij. chalbanī drach. iij. ceræ drach. lxxx. resinæ drach. xxx. aceti

* AF. Librā. i.

* AF. vi.

* AF. sextans.
* AF. drach. iij.

* AF. vnc. vna.

* AF. drach. ij.

* AF. vel
* AF. 3. iij.

* AF. i.

* AF. i.
* AF. Aeris.

* AF. quadratē.

*† AF. Aeris vsti drach. iij. aluminis rotundi 3. iij. æruginis rasæ. 3. ij. salis ammoniaci. 3. ij. mânæ & c. * AF. heminas duas.* **A** aceti quod satis est. *Tryphonis antiqui emplastrum Euchrym à bono colore dictum.* † Aeris vsti trientem, aluminis rotundi sextantem, gruginis rasæ sextantē, salis ammoniaci sextantem, manne sextantē, ceræ lib. ij. resinæ frictæ lib. ij. olei dextatē, aceti quod satis est. *Antonim emplastrum, hoc Timocrates post lichenas excoriatos imponit.* Ceræ .3. c. colophonæ .3. cc. squamæ cypricæ drach. xij. aluminis rotundi .3. xij. æruginis .3. xij. mânæ .3. xij. chalbanī .3. xij. olei heminā vnam, aceti quod satis est. Annectendæ his etiā emplastrorum alborum præparationes: nam his post viridia vtendū est mundis iam factis ab excoriatione vlceribus. Etenim cura habenda est vt citra callum cicatrix inducatur, atque ea gratia eiusmodi pharmaca in vsus veniunt, quæ multam ad tactum lenitatem inducunt. *Emplastrum album aquosum appellatum, hoc Magnus circulator vsus est post lichenas excoriatos.* Spumæ argenti lib. i. ceræ tyrrhenicæ lib. i. olei sextarium .i. cerussæ lib. i. aquæ sextar. i. Spumam argenti, cerussam, & aquam terito, atq; vbi læuigata reddita fuerint, paulatim oleum additilato, affidueq; tertio: & postquā vnita fuerint, in vas fictile translata igni imposito, affidueq; agitato, & absorpta iam aqua ceram iniicitur, qua dissoluta in mortarium transferto, & emollitis repositis vitor. *Emplastrum Pancratiasitarum sive athletarum, Trypherum id est delicatum appellatum, facit item ambustus, vt citra cicatricis vestigium sanentur.* Spumæ argenti .3. xxv. cerussæ .3. xxv. plūbaginis **B** lotæ drach. xxv. ceræ drachmas. xvi. terebinthinæ .3. xvi. olei heminam vnam, aquæ tantundem, composito vt dictum est. *Megetis chirurgi.* Cerussæ lib. ii. ceræ lib. i. terebinthinæ vnc. i. spumæ argenti lib. i. olei lib. iij. aquæ sextarios. ii. composito. *Diophanti ad ambusta & intertrigines, conseruat & faciem roseo dissolutum.* Spumæ argenti torrefactæ drach. duodecim, medulle ceruicæ drach. xvi. cerussæ torrefactæ drach. duodecim, ceræ .3. viii. terebinthinæ .3. viii. thuris .3. viii. olei heminas. iiii. pro more composito. *Manna emplastrum, medicamentum accommodatum.* Spumæ argenti .3. c. cerussæ .3. c. ceræ .3. l. terebinthinæ drach. xxv. manne drach. xvi. aluminis scissi .3. xl. olei heminas. ii. & dimidiā, composito, & reposito vitor. Affrictis porro & extritis lichenibus à quocunq; tandem medicamento, præsertim verò ab excoriatorijs, subscriptis vtendum est.

Compositio Menecratis, que Proteus excoriatorium appellatur.

Picis brutiæ pellucidæ liccæ & electæ drach. ii. & dimidiā, resinæ pinus pellucide lib. i. & quadrantem, ceræ ponticæ tantundem, chalbanī quadrantem, aceti heminam vnam. Liquefabilia ad splendidum ignem donec non inquinant coquito, deinde chalbanum adijcito, atque vbi dissolutum fuerit, ab igne ablatis, acetum paulatim instillato, affidueq; moueto, animaduersione habita ne ebulliat, & insumpto iam aceto pharmacum in magnum mortarium transferto, ac diligenter terito, donec ad melinum colorem reductur, deinde in pelliculam albam inspissatam repositum seruato. Vsu verò exigente, in pelliculas quantum ad integendos affectos locos satis est, infartū imposito, & tertio quoq; die soluito, nō nunquam vsq; in diem duodecimū imposito, ita vt quatuor fiant solutiones. Hoc pharmacum squamas discedere facit, & corpora attenuat, ac solida facit ad conuenientes excoriationes.

Que Archigenes in secundo pharmacorum secundum genus pharmaca scripsit ad papularum in mento eruptiones, & ad ficosas eminentias.

Papularum in mento eruptiones, ex myrti baccis, malicorio, argenti spuma, æris flore, paribus partibus exceptis, cum vino obline. In ficosis verò menti papulis, mentagrīs appellatis, & ab aliquibus lichenibus agrestibus siue feris, faciunt quidem robustiora ex iis quæ ad lichenas relata sunt. Amplius autem & quæ ad psoras & lepras describentur, mirabiliter verò hæc compositio cōuenit. Atramenti futuri drachmā vnam, veratri nigri drachmam vnā, auripigmenti drachmā vnam, ventrium cantharidum drachmas. ii. quidam etiā obolos tres insuper addunt, tritis vitor cum oleo, aut cedria, aut rosaceo, præfricto prius loco. Fiunt enim bullæ, quibus per specilli cuspidem ruptis, rursus affricato, quò penetrare pharmacum possit & mordere: deinde post horam fomēto adhibito, ceratum rosaceum imponito, hoc vsquequo ad cicatricē perueniat facito. Quod si primum non expueret, iterū iterumq; illinito. Facit & ad lepras & leucas, alopeciasq; & psoras excellenter. *Heraclide Tarentini, ex libris ad Antiochidem, ad capitis & menti ficosos tumores, atq; etiam alijs partibus eminentia vlcuscula.* Elaterij & salis pares partes misceto ac vitor. Supernè verò lini semen crudū ex aqua imponito, aut ficus paruas tritas. Eodem etiam ad tubercula vtendum est.

De dentium affectionibus.

CAP. 8.

Ex dentium affectionibus aliqua sanè omnibus euidenter apparent. Quemadmodum cum perforati sunt, aut denigrati, aut detriti, aut neq; frigida ferunt, neq; calida, sed ex vtriusq; aut altero solo dolor eis contingit. Quædam verò non manifestè apparent in ipsis affectiones, veluti cum ipse æger se sentire dicit circa corpus dentis dolorem in profundo obortum. Quidam enim contradicunt asserentes, cum os sit dens, eum citra dolorem affici, veluti cum aliquando promiñtiores per limulam deterere cogimur, aut etiā ob aliam quampiam causam, de quibus paulò post mentionem faciam. Nunc enim citra rationalem & naturalem demonstrationem testimonium his perhibere volo, qui ipsum dentem dolere aiunt. Etenim cum ego aliquando dolerem, diligentem super meipso animaduersionem habui, vt potè qui iam audieram de hac dubitatione, percepitq; manifestè non dolentem modò, sed etiam pullantem dentem, quemadmodum carnosè

Quinta Classis.

XXXXX ij partes

partes inflammatione vexatę consueuerunt. Quare mirum mihi videbatur quod & hæc affectio **E** quam phlegmonem siue inflammationem appellamus, in dente oriri posset, qui lapideam & durā substantiam habet. Atqui cum etiā alio tempore dentem dolerē, manifeste sensi non ipsius dentis sed gingiuarum dolorem eum esse, inflammationis videlicet ipsius vt etiam circa coartationem dolerent, quin & ob vicinitatem dentium natura durorum, aucto dolore ob coartationem. Quapropter vtriusq; doloris sensum expertus, alium quidem in gingiue, alium in ipsius dentis substantia esse clarę scio, & id asserentibus testimonium præbeo, quod ipsi aliqui dentes dolent. At verò nerui, qui ad radicem dentis enatus & substratus est, dolorem aliqui fieri, neruo imaginationem confusam & indiscriminatam incertam ve apud plerosq; exhibente, tanq̄ ipse dens doleat, contentaneum rationi est. Nam & huius rei manifestum periculum aliqui in me ipso feci, & sanè quod remaneat adhuc parua doloris portio exempto dente, innascitur ob nerui inflammationem, cum dolor nerui leuior tm reddatur, cum ob id q̄ non amplius tendatur ob coherentiam ossis extendentis, tum q̄ liber factus respirationem quandā habeat, eumq; remedia quæ adhibentur contingere possint. Neq; enim per contactum, neq; per distributionē, possibile fuerit inflammationem neruum curare, vtrinq; à dentium locellis coarctatum, & ab anteriori parte ab ipso dente. Si verò liuidi per omnem suā substantiā facti appareant dētes, nihil mirum est ipsos quid inflammationi simile **F** pati. Cui rei ex eo quis amplius fidē habeat, q̄ ex nutrimento ferè per omnem animantis ætatem incrementum accipiunt. Id quod euidenter sæpenuero apparet in his dentibus qui exemptis oppositi sunt, vtpote qui semper augetur. Quantum verò augetur, tm in ciborum mansu deturunt. Cum verò impossibile sit incrementum accipere citra nutrimentum, omnino duabus affectionibus, & his contrarijs obnoxij erunt, inopia videlicet & redundantie alimenti quod eis suppeditatur. Inopia igitur aridiores & macriores alimentumq; non sentientes, & ob id tenuiores eos reddit. Redundantia verò consimilem in eis affectionem excitare potest, qualis est circa carnosas partes inflammatio. Eius igitur curatio fiet iuxta eundem scopum quem habent propositum qui inflammationes curant, qui sanè est vt redundantia euacuetur, partim discutiendo, partim eam repellendo. Cæterum tenuitatis dentium ob alimenti inopiam remedium nullum est: laxari enim tunc & moueri ipsos necessarium est, cōpage ipsorum laxiore facta, cum non solū ipsi dentes, sed & locelli eos cōplectentes sint attenuati. Hæc itaq; affectio senibus accedit citius aut ferius, velut etiam magis aut minus. Quæ verò proportionem ad inflammationem habet, magis iuuenes corripit. Auxiliari tm etiam senibus oportet, auxilio gingiuis exhibito: ita autem appellantur carnes quæ dentes comprehendunt, vbi primum è locellis emergunt. Ipsas itaq; adstringentibus **G** medicamentis robustiores, & magis circa dentem adstrictas facere oportet, tanq̄ quæ & ipsæ aliquid faciant ad stabilitatem ac firmitatem dentium, quæ ob exactam cōpagis ipsorum conglutinationem contingit. At verò foramina dentium ex humorum acrium & erodentiū influxu perficiuntur, velut vlcera in cute citra externā causam. Verum in cute id assidue & multis. In ossibus raro contingit, quanto videlicet minus, q̄ cutis noxæ exposita sunt ob duritiem naturalem. Manifestum igitur quod erosorum corporum medela erit per resiccationem vitiatū influentis humoris, qui si paucus fuerit, localibus auxilijs ex resiccantibus pharmacis cōtingere medela potest: eorum verò materiam paulo post dicemus. Si verò multus influens humor fuerit, vniuersi capitis ratio ac prouidentia habenda est, atq; si ipsum quandoq; propter totum corpus affectum sit, etiā reliqui corporis cura habenda erit. Porro erosos dentes qui id mali præ mollicie perpeffi sunt, redde re oportet duriores & affectioni minus obnoxios, atq; id per austerā & acerbā medicamenta. Cæterum liuidos redditos per resiccantia curare oportet, vt qui ex humorum vitiatorum influxu id patiantur. Simili igitur curatione indigent cum perforatis.

De gingiuarum curatione.

CAP. 9.

Gingiuis ex inflammatione dolentibus optimum pharmacum est oleū lentiscinum caliditate temperatum ore retentum. Sit autem recens, nam vetustius tantò recentiore peius est, quanto ætate antecellit. Imponatur aut vasculū in quo calefit lentiscinū, in aliud maius vas quod satis aquæ calidæ cōplectatur. Maximopere itaq; inflammationi gingiuarum hoc conducit. Nec verò minus etiam si iuxta aliam quandā partem, cum pelliculæ linguam ambientis, tum succingentis rotum os, aliquis dolor ob inflammationem oriatur, dolorem sedat lentiscinum. Repellit enim citra molestiā & absq; asperitate, quā pleraq; austerorum habent, discutitq; citra mordacitatem, cuius rei inflammationis præcipuus visus existit. Quidā verò medici cōmuni quadā falsa rationatione vtentes inflammata lædunt. Quare ea re semel perpensa de cætero vitare oportet. Existimant, n. si adstringentia solū id quod influit repellendo, inflammationis profunt, atq; aliquando èt quid ex contento circa inflammatam partem, ad venas mēbrum ipsum nutrientes exprimendo: verisimile ob id esse, id quod amplius adstringit, amplius prodesse. Eodem modo etiam id quod magis digerendo discutit, magis auxiliari opinatur, q̄ ea quæ moderatè idē præstant, non animaduertentes q̄ alterum ipsorum intensum inflammationis dolorosum existit. A vehementer .n. adstringentibus partes simile quiddam contusioni perpetuntur, nimirum cum substantia ipsarum violenter cōdensetur. Ab acribus verò erosioni quid simile contingit. Meritò igitur moderatum in vtraq;

A in vtraq; facultate immoderatis præfertur. Hæc igitur sufficienter mihi præfatus videor. Cæterum de affectionibus citra dolores deinceps narrabo. In dolore dentium citra gingiuarum inflammationem, aliquando in ipso proprio dentium, veluti dixi, corpore, aliquando vero in neruo dolorē fieri contingit. Vehementissimis igitur opus est medicamentis, siue quis repellere, siue discutere velit doloris causam, siue humor sit, siue flatus vëtosus. Et propterea sanè pleraq; ipsorum ex acerrimo aceto præparantur. Adscribam autem ex ordine quæ aliorum relatione nobis tradita sunt, initio ab ijs quæ Archigenes tradidit sumpto.

Quæ Archigenes ad dentium dolores conscripsit.

Dolentes dentes colluant acri aceto calido cum galla. Aut halicacabi radice cum aceto & galla. Aut pinguis tædis in aceto feruefactis. Aut myrti ramulis & galla cum pice in aceto tepefactis. Aut hyoscyami semine & folijs cum aceto. Aut cedria, vel propoli, vel nardo, vel solano, aut succo eius, vel cappari, vel allijs, vel myrti ramulis siue in aceto, siue vini fœce calida feruefactis. Aut polij folijs, vel ipsa herba, vel agrestis cucumeris radice, vel marrubio, singulis cum aceto, pipere, & nitro. Aut radice chamæleonis eodem modo. Aut hyssopo, vel staphide syluestri, vel ruta cum vino. Aut pulegio cum aceto mulso. Aut platani pilulas, vel rosas aridas in vino albo ad **B** tertias coquito, & vinum in fictili seruato, eoq; assidue dentes colluito. Eodem modo vtere pentaphilli siue quinquefolij, quæ ab aliquibus eupatorium dicitur, radice cocta ex vino, aut pulegij large cocti decocto. Aut cornu cerui in posca coctū colluito. Aut brassicæ cauliculos tres, & foreos, 3. ij. in aceti sextario vno ad tertias coquito, & colluito. Egregie verò facere fertur ranę in aqua & aceto probè coctę decoctum diutius ore retentum. Mirifice facit dens caninus vstus & tritus, deinde cum aceto coctus & ore retentus. Aut malicorio & galla aceto incoctis vti tor. Aut squilla ex aceto calido. Aut squille medullam in minutas partes dissectam sub librę vnius pōdere, & in aceti sextarium inieciā, in vase fictili cōdito ac inueterari finito, vase in asinino stercore ad dies. xxx. defosso, & vti tor. Aut asinino lacte colluito. Hoc & eos qui mobiles sunt corroborat. Aut halicacabi corticis, & tēde in aceto extinctę, decocto large incocto colluito. Aut cornu cerui in acido garo incoctum colluito. Aut idem ex aceto colluito. Aut tithymalli radicem in vino ad dimidias coctam colluito. Aut hyoscyami radicem aceto mulso coctam colluito. Aut tædarum ramenta, mali corium, alumen rotundum, siue scissum, in aceto ad tertias coquito, ac tepidum colluito. Aut helixines radicem in aceto ad tertias coctam in ore detineto, atq; vbi os salua refertum fuerit, eo aperto effluere finito. Aut allium & arundinem alexandrinam acerrimo aceto feruefactam colluito. **C** Aut hyssopum, aut thymum, aut origanum, per se & simul aceto cocta colluito. Aut pyrethrum cum hyssopo, & colocynthidis medulla, similiter in aceto coquito, liquoremq; ex eis lōgo temporis spatio in ore cōtinet. Aut colocynthidē vino calido macerato, & diutius ore teneto. Multam enim pituitā ducit & dolorem leuat. Aut alliorū & eruce seminis, ac nitri decocto collue. Aut ranunculum in vino coquito & præmundato prius dente colluito. Aut sycamini, hoc est mori arboris lac in vinū infunde, simulq; lanas succidas in ipsum exprime, tepesce, & per lanas sordidas maxillæ infunde, extrahit pituitā & dolorem tollit. In his omnibus Archigenes catalogum fecit pharmacorum incidēdi, discutie di, ac calefacie di vi prædiorum, raro aliquid ex acerbis admiscens, quale est ipsa galla. Porro cum semel tatum solanum posuerit, miratus sum cur id admisceri velit, cum nulla ratione iuuare possit, præterq; ea, iuxta quam colica pharmaca profunt, stupefaciedo videlicet doloris sensum. Quid igitur amplius parabilium Apollonij relationem faciam, cum parū absit quin omnia comprehenderit Archigenes? Quandoquidem verò Apollonius ipse quibusdā à se traditis testimonium præbet, tanq̄ euestigio sedantibus dentium dolores, visum etiam mihi est illa ipsa adscribere secundum ipsius Apollonij verba, quæ hoc modo habent.

Apollonij, euestigio dolores dentium sedat.

D Alliorum nucleos. v. thuris masculi obolos. iij. myrti ramulos longitudinis duorū palmorum duos, ex his folia decerpta p se terito, similiter & allium et thus, deinde simul omnia in nouam ollā conijcito, & aceti heminā. i. superfundito, ac coquito spathula ex tæda agitādo, donec ad dimidias redigatur, atq; ita tepido vti tor. Oportet aut liquorē hunc in dolente parte ad multū tēpus tenere, donec liquor ipse consumatur. Commodum est et ante hoc balsami succū colluere, aut corticē imponere super dolentē dentē. Qui si nō adfit, panacis succo contuso, inde defluentē liquorē instillare.

Post prædicta, Archigenes remedia perforatorum dentium cum dolore

& absq; dolore conscripsit in hæc verba.

Oblitionibus porro & epithematis eiusmodi vti tor. Sory ægyptium resina terebinthina exceptum obline, idemq; cauernæ inde. Aut compositionem ex duobus piperis generibus inde, nardino aut rosaceo dissolutam, & maxime amygdalino. Quin & in aurem eiusdem partis instilla, summè facit. Aut gallam leuigatam, aut lycio, aut resina terebinthina exceptam obline prepurgato dente. Aut pulegij comam tritam denti indito. Cæterum in maximis dentium doloribus summè facit hoc. Anguis senectam exurito, & cum oleo ad mellis solidi spissitudinem redigito, ac dentem prepurgatum ex eo integito, omniaq; circumfusa oblinito, itemq; cauernis indito. Aut senectam anguis non vstam dentibus apprimito, & excident. Aut vermes terrenos tostos cauernæ Quinta Classis. XXXXX iij præmundatę

premundata insperge. Aut araneorum oua vnguento nardino diluta inde. Aut melanthium torrefactum cum oleo obline, atq; vbi parumper concluso ore tenuerit, pituitam collectam rejicere iube. Aut piper vel canchry, hoc est rorisamarinum semen opio exceptum in cauernam inde. Porro vbi veluti inflammatione correpti fuerint, nitrum rubrum & ossium perfiorum nucleum vnita resina excipe, & detem ex eis intege, ac donec deciderint sine: in cauernam vero piper, spumam nitri, & chalbanum cum melle inde. Aut strigmenta cum pipere eodem modo. Aut pyrethrum cum myrrha. Aut succum cyrenaicum & piper aequali pondere cum chalbano. Aut melanthium, & alij dimidium eius, ac parum salis simul trita obline, dolorem tollit. Aut blatta pistinaria auulso capite adipem cum rosaceo calefactum & in aure insilla, & in cauerna inde. Aut gallam trita cum cedria adhibe. Aut in aurem denti vicinam oleum sesaminum, in quo vermes terreni cocti sunt insilla. Verum ipso dolente dente hyoscyamum conterant. Aut hederę albę cacumina quinq; cum rosaceo terito, & in mali punici putamine tepescata, bis aut ter in die in aurem vicinam insillato. Quin & ipse fructus cum vino tritus, denti illitus iuvat. Ceterum his relatis Archigenes etiam hæc subdit: Summe facit cruentatis gingiuas, Alumen liquidum duplo aloes pondere addito admotum. Aut alumen scissum & myrtum tenuissime trita affricato. Vbi vero restrictę fuerint, melle ipsas illinito. Aut nucleorum ossium siue machærarum perfiorum partes. ij. myrrhę partem. i. premun dato denti indito. A dolore asserit. At vero per fractis & dolentibus dentibus cauterium ignitum admoueto. *Apophlegmatismi pituitam extrahentes.* Post predicta vero Archigenes ita scripsit. Apophlegmatismi optimi sunt in dentium dolore, Staphis agrestis per se & cum pulegio manducata. Aut quod intra gallam est nigrum, dolenti dente conterat, sinatq; pituitam effluere. In oppositam autem aurem duos hederę corymbos cum rosaceo tritos insilla. Aut myricę fructus. 3. ij. spumę nitri. 3. i. aluminis paulum, aliorum nucleos. v. myrti folia pauca, cum aceto ad dimidias coque, spatula ex tæda agitando, idq; decoctum colluendum ac ore continendum præbeto. Deinde hiante ore pituitam effluere permittito, et post hoc, rosaceo ore colluto, pituitam sorbendam exhibeto. Si vero ex colluendo aliqua circa os vlcera fuerint, croco & rosarum succo inungito. *De fomentis.* Fomenta ad dentium dolorem faciunt, forinsecus ex sale torrefacto, & milio in sacculos coniectis, aut per sordidos panniculos probe calefactos. Quin & Epithemata conducunt citra aquam apparatus, velut sunt quę ex hordeacea farina fiunt, siue ex semine lini. Ipsius vero dolentis dentis fomentum hoc modo adhibeatur. Organi aridi ramulum in feruens oleum tinctum dolenti denti superne affricato. Aut ricini cauliculum eodem modo. Aut staphidem agrestem stilo cuiuspiam acuto infixam, eodem modo. Aut cera dolenti denti imposta, specilli extremum calidiss. assidue adhibe. Aut opopanaxem & peucedanum succum vnita linteolo illigato, & in feruenti oleo liquefacito. Cum vero inceperit feruere pharmacum, denti imponito, & cum specillo apprimito. Vtere mane & vesperi, atq; in vniuersum omni fomento cum forinsecus tum intrinsecus ante cibum, nec non post cibum, haud admodum multo temporis spatio ad cibum rursus spectate vtere. Ceterum species fomenti & hæc est: Dentem valde bene præpurgato, & egro coniecto ac hiare iusso, hyoscyami semine sufflato. Quod si ad nullum predictorum malum ipsum cedat, & dolor vehementer perferret, tenui terebello dentem perforato, ac dictis remedijs vitior. Hoc. n. modo magis prodesse confiteuerunt. Si vero nec sic profeceris, & videatur dens tollendus esse, citra dolorem tollere possis valde conuenienti pharmaco hoc. Pyrethrum acerrimo aceto ad dies. xl. condito, terito, et reponito. Vbi vero exigente, reliquis cera obturatis & probe munitis, ipsum dolentem præmundatum hoc pharmaco integito, deinde hora interposita digitis extrahito, aut scalpello exigito. Aut fori cum acerrimo aceto ad multos dies imponito, et excidet. Aut plumbaginẽ trita cerato exceptam imponito. Educunt fortiter tithymalli succus & fori cum chalbano imposta.

De ijs quę Apollonius scripsit in primo parabilium.

Primum quidẽ eorum caput, sunt collutiones dentium doloribus conferentes, quę nihil amplius habent ijs, quę Archigenes tradidit. Secundo loco refert quę ad erosos dolentes dentes imponantur & indantur. Tertium locum obtinent fomenta & vstiones. Quartum suffitiones ad dentium dolores. Quinto habentur commanducationes & purgationes. Sexto gargarisationes. Septimo postremum capite ea scripsit, quę in dolore dentium auribus infunduntur, quorum nullius mentionem facere volui, cum si quis ea expetat ex libro illius petere possit, qui non adeo difficulter parabilis existit. Ego sane ijs quę Archigenes prodidit contentus fui. Cum vero Apollonius quę naribus infunduntur consequenter tradat, visa sunt est mihi etiam ea ipsa apponenda esse.

Quę in dolore dentium naribus infunduntur, ex Apollonio in primo parabilium.

Radice betę succum per se in nasum insillato, & solues dentium dolorem. Cumini quantum tribus digitis apprehendi potest, & myrrhę magnitudinẽ fabę, & duplum interioris cucumeris terito, & lacte muliebri mista in collyria redigito, eaq; in vtranq; narem indito, atq; ita attrahere iubeto, donec quis quinq; stadia pcurrere possit, deinde pharmacum emungat. Idem ad aurium dolorem facit.

Ne erosi dentes vacillent, neq; furorem faciant.

Verarum nigrum erui magnitudine melle cocto exceptum cauernis inde. *Ad dentes denigratos.* Testam Callainam assatam ac tritam dentibus affricato. Hoc etiam gingiuas corroborat. Aliud,

A Aliud, Sal fossile melle subactum in testula torreto, terito, ac modica myrrha admista similiter affricato. Aliud, Pulegij partem vnã, salis tantundem, melle subacta in eodem, donec in car bonẽ transierint, torreto, ac trita dentibus affricato. Aliud, Caricas exurito ac terito, modicaq; nardo ac melle admisto vitior. Hoc & gingiuas comprimit. Aliud, Polentam acerrimo aceto subactam exurito, ac tritam dentibus affricato. Hoc & gingiuas fortificat. Aliud, Alabastritę vsti drach. viij. pumicis vsti. 3. iij. salis torrefacti drach. iij. tritis eodem vtere modo. Ab horum vltu collutione vtendum est, vino odorato, in quo ad multum tempus iris sicca fuit macerata.

Quę Asclepiades in primo externorum ad dentes scripsit, Heraclide Tarentini ad motos dentes.

Vtendum est spodio cyprio, vt per id gingiuę comprimentur, itemq; verbasci radicibus coctis, postea ablutio fiat ex aqua myrti, aut rubi, aut lauri: deinde spodio rursus admoto quies præcipiatur. Aliud, Veratri nigri manipulum, radicis mandragorę. 3. iij. radicis hyoscyami. 3. iij. in vas fictile conijcito, & vini chij aut coi quam optimi heminas tres superfundito, ac ad prunas luculentas ad dimidias coquito, indeq; liquorem excolatum ore retinendum præbeto. *Aridum ad motos dentes.* Terebinthi fructuum torrefactorum. 3. octo, aluminis scissi vsti. 3. viij. balaustij drach. ij. gallarum. 3. i. croci. 3. i. myrrhę. 3. i. tritis vitior. Aliud, Cornu cerui vsti. 3. viij. thois rubri. 3. iij. omphacij drach. ij. balaustij. 3. iij. corticis pinus drach. i. myrrhę Aminnæ. 3. i. tritis vtere. *Collutio ad molarium dolores.* Radices smyrnij cum aceto mulso coquito, & excolatum liquorem ore tenendum exhibeto. Aliud, Rumicis agrestis radicem & platani pilulas ex aceto mulso coquito, atque vt dictum est exhibeto. *Commanducationes ad molarium dolores.* Canchryos 3. ij. organi. 3. duos, piperis albi. 3. i. myrrhę drach. i. vna passæ albæ, aut alterius quã pinguis sima sextarii dimidium. Vnam passam diligenter tundito, myrrham vero melle dissoluito: arida autẽ tundito, ac tenui cribello cernito, postea vna passæ ac myrrhę adijcito, miscetoq; ac instar malagmatis emollito. Vius vero tempore, nucis ponticę magnitudinem commanducandam præbeto. Postq; vero collecta pituita fuerit, ægrum hiare ac pronuere oportebit, quod liquor facile profuat. Quo facto, vinum colluere iubeto. Aliud, Vna passæ pinguis exacinata sextarium dimidium, piperis albi acetabulum, grani cnidij drach. ij. spicę nardi. 3. ij. casia. 3. vnã, pyrethri. 3. ij. myrrhę. 3. ij. apparato, ac vitior vt dictum est. *Ad corrosos dentes præseruatiuum, per huius visum conferuati erosos dentes absq; dolore.* Zingiber cum aceto mulso coquito ac probe terito, indeq; in cauernam indito, forisq; dentem ex eo integito. Aliud, Hederę lachrymam chalbano misceto, aut tithymalli, siue ficus syluestris succo dissoluito, ac vitior vt dictum est. *Aliud dolorem tollens ad dolentes & erosos dentes, conducit in idem visum.* Succu papaueris drach. ij. piperis albi tusti & cribrati drach. i. myrrhę drach. ij. styracis drach. ij. chalbanij drach. i. passi quod satis est his excipiendis, contundi simul, & catapotia formato, dentiq; circumponito, & cauernam indito. Aliud, Succu hyoscyami drach. ij. myrrhę drach. ij. opij drach. ij. chalbanij. 3. ij. styracis drach. ij. zingiberis drach. ij. piperis drach. i. succu syriaci tantundem, passi quod satis est, præparato, ac vitior vt dictum est.

Molare emplastrum bonum, quod in multis miraculo fuit.

* Alij. Lachrymę olea. 3. vnã, myrrhę. 3. ij. veratri nigri. 3. i. balsami liquoris drach. i. styracis. 3. i. piperis. 3. i. hyoscyami. 3. i. succu papaueris. 3. i. castorij obolos. iij. chalbanij. 3. vi. succu cyrenaici. 3. i. succu carpali drach. i. panacis. 3. i. sagapeni obo. iij. pyrethri obol. iij. staphidis syluestris drach. ij. cedria quod satis est, quod emplastri formam acquirat. Aliud, Sulfuris viui drach. iij. bituminis drach. ij. amurcæ olei drach. iij. picis liquidæ drach. viij. cedrię drach. xij. piperis longi drach. quatuor, opij. 3. iij. pyrethri drach. iij. staphidis syluestris drach. vnã, veratri nigri drach. i. grani cnidij drach. i. opopanaxis drach. i. picis aridę lib. i. Arida aceto excipito, deinde liquida affundito, ac ablatis vitior. Ex pharmaco hoc molaris dens est integendus.

Ad dentes, qui pessum eunt, vt citra dolorem excutiantur.

D Pyrethrum in acetum coniectum ad dies. iij. aut. iij. finito, deinde terito, & male affecto denti imponito, vicinis dentibus optimẽ pmunitis, eodemq; diligenter præmudato, ita vt per. ij. aut. iij. dies dentẽ ex hoc pharmaco integas: ita enim citra dolorem excutietur. Aliud, Cucumeris syluestris radices eodem modo vt pyrethrum præparato, ac vitior tidem vt dictum est.

De mobilibus dentibus ac prominentibus.

Relatum a me etiam antè est, quod ob senilem ætatem aliqui dentes resiccati mobiles fiunt, modicum omnino auxilium ex adstringentibus pharmacis, quibus gingiuę coartantur, feretes. Re feretur autem & nunc, quod aliqui ex plaga mobiles fiunt. Quidam vero etiam citra, plagam, in quibus coniecturam facio, neruum, qui ad radices ipsorum adnatus & substratus est per multam humiditatem rigatum, laxatum esse, & ob hoc resiccantibus medicamentis ad curationem opus esse. Postq; autem motos dentes reliquis prominentiores factos videbam, & maxime cum & plaga id essent perpeffi, visum est mihi eos lima atterendos esse in tantum quantum super reliquos prominent, ne scilicet oppositos sibi offendant tum in loquendo, tum in manducando, atque sanè repperi experimētum mihi fauens ac testimonium præbens. Ferream itaq; limulam quod celerius opus succederet feci. Multa. n. aggressiones dentem mobilem faciunt, cui quiete & minimo

Quinta Classis.

XXXXX iij motu

motu opus erat, si saltem stabiliri debeat. Quandoque igitur eminentia inaequales apparent in dentibus, & iuxta aliquas tantum partes lima habet. Aliqua vero aequales sunt extremitates, & aequales si similiter lima indigent. Oportet autem gingivis linteolum molle usque ad radices dentium circumdare, deinde cum digito sinistrae manus leniter amplecti, simulque tute & citra compressionem, ne concutiat cui limam adhibemus, atque ita chirurgiam aggredi. Quod si dolore percipiat, dum limula admouetur, & affecta pars digito vehementius non contingitur, quiescere quidem ab opere statim convenit. Vbi vero ex pharmacis quae post referentur, interea aliquid exhibuerimus, rursus ut dictum est aggredi, iterumque modice cessare, donec extremitates circa dentes deterantur, atque id non prima tantum die bis & ter, sed etiam sequenti faciendum est, ac imperandum egro ut neque loquatur, neque durum aliquem cibum accipiat. Vtatur autem alimento succo pituitae, & sorbitione ex alica, & pane madido, atque alijs ad hunc modum mollibus. Ceterum materiei sylvia quae motus dentibus commoda est, talis existit.

Ab archigene scripta, quae mobiles dentes corroborant.

Mobiles dentium stabilire volens, myrrhae, pompholygis, aluminis scissi, & aut lentisci, & amyli, aequales singulorum partes tritas admoue. Aut oliuarum albarum succum, & rutam, melle mista affrica, deinde nardum cum alumine liquido obline. Aut alumen rotundum cum duplo sale dentibus adspere. Aut aluminis scissi & misyos aequales partes cum cedria ad cerati liquidi spissitudinem redactas dentibus obline, & pituitam destuere sine. Quo facto, alfininum lac colluant calidum, aut acetum, aut vinum in quo malicorium & galla sunt incocta.

Ad debilitatos dentes tum alios, tum molares.

Mel, ceram, equis portionibus ad solem calida aqua diluito, & picis dimidium admisceto, ac ad emplastri formam deducito, atque manducanda exhibeto. Quod si aridum sit pharmacum, parum olei addito. Summe facit & mastiche chia commanducata.

Ad stuporem dentium.

Ceterum in dentium stupore portulacam manducant. Aut oleum calidum ore contineant.

De dentitione puerorum, ut Archigenes scripsit.

Infantibus qui dentium, si doluerint, canino lacte gingivas obline. Aut si leporino cerebello in fantis gingivas illeueris, cito dentes proueniunt.

Amuleta dolori dentium reluctantia, quibus fidem deberi putant, haec sunt.

Si batrachij siue ranunculij folia ei, qui dentem dolet, in eiusdem partis brachium imposueris, dolore quidem liberabitur: brachium autem exulcerabit, cuius curam prout conuenit facies. Si vero infans cui dentes prouenire incipiunt dolores habeat, veteris cochlearum cornu pellicule illigatum pro amuleto appende.

De doloribus gingivarum.

Gingivis dolentibus collutiones ferre eodem faciunt, quae ad dolores dentium sunt descriptae. Magis tamen proprie facit acetum, cui hyoscyami radix est incocta. Verum inflammatis gingivis alumen cum salis quarta parte tritum admoue: post morsum vero perceptum, vino aut foliorum oleae decocto ipsas colluant. At vero fluxione laborantibus gingivis, & corrosis cum tumore & dolore, & per Nomen depastis, preclare conducit fomentum, quod fit per auriscalpium, cui lana obuoluta est, in feruens oleum tinctum, & gingivis usquequo exequentur admotum, & donec circum circa alba reddantur. Ita enim sistitur Nomen, & ex sana carne id quod corrosum est connutritur: postea vero affricationibus vtere, & his quae ad dentes sunt descriptae. Proprie autem conuenit galla tenuissime trita acerabuli mensura, cum myrrha magnitudine fabae, tritis itaque ac leuigatis vititor. Quod si enascens dens difficulter oritur & pungit gingivam, cyperum cum butyro & vngue to sulino iuxta exortum illinito. Ceterum in Epulide, hoc est super crescente ex inflammatione carne, atramentum futurium cum pari myrto, & modico alumine scisso admoueto. Faciunt plerumque etiam ex Antheris, id est floridis appellatis compositionibus.

Quae dentes praeseruent.

Quin & doloris dentium praeseruatua Archigenes his verbis tradidit. In dentium doloribus praeseruantia a dolore conueniunt eiusmodi: Tithymalli radices in vino ad dimidias coquito, & bis in mense colluito, ac nunquam dolebis. Optime conseruat citra dolorem & fortes dentes, si fabam aegyptiam, reiecto interno amarulento, trueris, ac dentibus & gingivis semel in anno affricueris. Aut alumine scisso cum modica myrrha confricato, & nunquam erodentur: si vero adstringat hoc minimum, melle vititor. Aut granorum iuniperi paruorum, et cupressi foliorum parem portionem, & gallae parum, melle cocto excipito, & in pastillos drachmae pondere reducito, ac vititor vnum ex his commanducando, insuperque vino odorato colluendo. Aut iridis illyricae nucis ponticae magnitudinem mande, similiterque collue. Aut salis gallam omphacinen, id est acerbam in vino odorato coctam misceto & mandito. Optime praeterea tum ad praeseruandos a dolore dentes, tum ad corroborandos eosdem, ac pariter gingivas, ampliusque ad decorem faciunt smegmata subscipta. Lanis succidas linteolo illigatas exurito, deinde salis tertia parte addita affricato. Aliud, Aut dasypodis caput vstum tritum. Aliud, Aut salem & mel ad cerati formam terendo redigito, deinde mundo linteolo illigata exurito, & admista iride illyrica modica dentes confricato.

Quae

A *Quae Andromachus scripsit ad omnes dentium dolores.*

Compositio molaris eadem hora dolorem sedans. Piperis, pyrethri, succi tithymalli, chalbanij, singulorum drach. vnam, galbani excepta in cauernam inde. *Molaris Antiphanis, etiam si non praemundaris indito, & dentem ex ea integito.* Seminis hyoscyami, opij, nitri, myrrhae, pyrethri, piperis, singulorum drach. vnam, galbani drach. duas, tritis ex vino vititor. *Alia molaris qua vitor.*

Aluminis scissi drach. vnam, piperis albi drach. duas, popanacis aut piperis longi obolos quatuor, foreos obolos quatuor, gummi aqua macerati drach. duas, cereae duplum totius ponderis omnium, caetera conterens in aqua calida misceto, atque ita vititor. *Alia Cherea.* Myrrhae drach. vnam, veratri sesquidrach. pyrethri sesquidrachmam, iridis illyricae sesquidrachmam, aluminis scissi obolos tres, aqua terito, & dentem oblinito, ac superne ceram imposito. *Alia molaris ex libris Aphrode.* Aluminis scissi drach. quatuor, myrrhae obolos tres, piperis grana quinque, ego obolos tres accipio, & melius facit. Resina excipe, & praemundatae cauernae inde, & splenium illitum superimponere. *Alia molaris eiusdem.* Etiam non praemundatae cauernae hanc inde, & superne splenium ex pharmaco item impone, & probe facit. Seminis hyoscyami, succi papaueris, myrrhae, nitri, pyrethri, piperis albi, singulorum partem vnam, galbani partes duas. Cui acetum tritis vititor. *Alia ex libris Aphrode.* Succij peucedani drach. vnam, succi papaueris drach. vnam, tithymalli myrsinite, succi cyrenacis, singulorum drach. vnam, galbani drach. vnam & dimidiam. Galbano excipe & in cauernam inde, & vbi praepurgaris dentem, in splenium illine, in vna hora dolorem sedat.

Molaris bona. Scissum alumen papaueris succo exceptum indito & oblinito. *Alia ut Aristocrates.* Papaueris drach. duas, sagapeni sesquibolium, succi cyreniaci tantundem, piperis drachma vnam, sphondilij tantundem, myrrhae tantundem, galbani, pyrethri, croci, singulorum tantundem, mel quo strigmentitiam spissitudinem accipiat.

Ad dolores dentium, gingivarum, aliaque multa, Aristocratis grammatici.

Mellis libram vnam, aceti acris sextarium vnum, aluminis scissi sexuncem, alij liquidij trientem habent, coquito donec nigrescat. *Ad dentes motos.* Aluminis scissi partem vnam, mannae partem vnam, tritis vttere, conspergendo motum ex eis dentem.

Ad erosionem & dolorem dentium.

Quinquefolij radices in vino coctas a coena colluendas praebere: coquito autem ad tertias. Aliud, Rumicis radices cum vino aut aceto coquito, & modicum auripigmenti triti inspergito, ac liquorem ore retinendum exhibeto. Coquatur itidem ad tertias. *Ad gingivas madore laxas.* Pyrethri drach. tres, thymi drach. duas, aluminis scissi obolos tres, iridis illyricae drach. vnam, tritis vttere, ac gingivis impone.

Pythij, ad motos dentes, gingivas humore grauidas, & subcorruptas.

Alumen scissum chartae inuolutum vititor, deinde tritum rubrica coloratur, atque ita gingivis admouetur, similiterque subcorruptis inditur.

Dioclis medici ad dentium dolores.

Galbani, opij, piperis, cereae, staphydis sylvestris, grani cnidij, singulorum drachmam vnam, trita cera excipito & illinito.

Aliud commodum ad corrosos dentes.

Succum silphij indito, aut ipsam radicem. Aut galbanum cum pipere. Aut opium cum galbano. Facit & popanax in cauernas infartus. *Ad dentium dolores.* Soreos drach. duas, aluminis scissi drach. duas, misyos drach. vnam, Aridis vititor.

Smegma quo vitor, gingivas contrahit.

Cornu cerui vsti libras. ij. lanis succidae tenerae quadrantem, salis ammoniaci trientem, piperis albi sextantem, costi vnciam. i. aluminis scissi sextantem, lentisci, & perdicij herbae vsta cum lanis, aut per se solum, vtriusque quartam librae partem, foliorum malabathri vnc. i. contulis simul vttere.

Quae Crito scripsit ad omnes dentium affectiones. Quaedam ex eis etiam gingivis

conferunt, & ad fetorem oris, & nigros in superficie dentes.

Hordeum & salem melle ac vino subacta in charta ligato ac vitro, & ex laeuigatis gingivas confricato. Aliud, Atramentum futurium, alumen, putamina mali punici dulcis, aequalibus partibus trita ac laeuigata, gingivis in ieiunio affrica: deinde vino adstringente collue. *Aliud ad gingivas ulceratas.* Nitri vsti, cyperi vsti, hordei vsti, cuiusque pares partes laeuigatas cum melle illine.

Aliud ad gingivas & dentes motos. Iridis trientem, corticis pinus trientem, aluminis scissi vnciam vnam, aridis vttere. *Aliud ad motos dentes.* Lentiscum, myrtum, gallam, in vino cocta colluenda praebeto. Aliud, Salis partes duas, aluminis scissi vsti & acri aceto extincti partem vnam, tritis vititor, deinde vino colluito. *Ad motos dentes stabiliendos.* Atramentum futurium cum oleo terito, & cum lana dentium radicibus admoueto. Facit & ad erosos dentes cera exceptum & inditum. Item cum myrto pari tritum ac melle exceptum. Aliud, Vlmi corticem in vino coquito, & decoctum ore tenendum exhibeto. Item cerui cornua in vino cocta. *Ad corrosos vero dentes.* Capparis radicem cum acri aceto ad dimidias coquito, ac tepidum colluito. Cortice item eodem vititor modo. Idem ad dolores facit. *Fomentum dentium corrosorum, & dolentium.* Sulfuris

Sulfuris viui partem vnam, butyri partem vnam, liquefacito, & cum his per auriscalpium foueto. **E**
Aliud, Dentes ex sale praefricato, & lixiuum tepescatum mediocri tempore in ore contineto. Oportebat hic apponere, in gingiuarum dolore hoc conuenire.

Compositio molaris, eadem hora siue die dolorem sedans.

Piperis, pyrethri, succi tithymalli, galbani, singulorum drach. vnam, terito, & galbano excepta in cauernam indito. Alia, Piperis sesquibolum, grani cnidij tantundem, galbani sesquidrachmam, spume nitri obolos duos, croci sesquibolum, iridis sicca sesquibolum, rosarum tenerarum drachme dimidium, trita melle excipe, & ad emplatri formam red. **F** *His molarem dentem intege.*

C *Ad corrosos molares.* Melanthium torrefacito, & ex acri aceto terito, indeq; molarium cauerna integito, & non amplius erodetur, sed manebit vt est. Quidam etiam nitri drachma vna cum acri aceto vtuntur. **C** *Ad idem.* Castorij, pyrethri torrefacti, galbani, singulorum aequales partes mistas indito. **C** *vt molaris citra dolorem tollatur.* Farinae cicerum, aliqui erui, pura drach. duas, succo tithymalli exceptas denti imponito, supraq; hederæ folia addito, & ad horam finito, tollito, & sua sponte in minutas partes frangetur. Facit idem ad erosos, verum vsus tempore ceram emollitam circumponito. **C** *Aliud, vt dens digitis tollatur.* Premundato antea circumcirca dentem, & foreos, gallæ omphacines, staphidis syluestris, aluminis scissi, sulfuris viui, piperis longi, aequales partes leuigatas cedria excipe & impone, ceraq; liquefacta dentem egregie circumline. Eijcit ipsos etiam pyrethrum, & tithymalli myrsinitæ succus cum farina erui ad massæ fermenti modum coactus & impositus. Aut pyrethrum ad dies. xl. aceto maceratum & denti circumpositum.

C *Aliud ad sauciatos.* Castorij, pyrethri, opij, galbani, singulorum equas portiones mistas indito. **G**

De dentifriciorum compositione, quibus vtor.

Quædam ex dentifricijs à me compositis experimento comprobata, & generosa efficacia prædita, digna mihi visa sunt quæ conscriberentur, & primum sanè eas quæ frigidas dentium affectiones curant, siue ob immoderatam frigidæ aque potionem, siue ex fructibus per niuem frigidatis, siue ex quibusdam alijs edulsijs, aut potionibus sint productæ. Insuperq; si propter frigidum humorem è capite in ipsos defluentem ortum habeant. Dentes igitur ob humorem refrigeratos magnificè iuuat apophlegmatismus. Quo modo verò hunc preparare oporteat, alio capite priuatim conscriptum habes. Eos verò qui citra humorem frigidatis sunt, per solum medicamentum hoc quod nunc referetur curare decet. Præstat eo etiam post apophlegmatismum vt, vt non solum noxium euacues humorem, sed etiam generatam ab ipso affectionem persanes. **C** *Compositio pharmaci hoc modo habet.* Accipito herbas duas, quarum altera sideritis, altera perdicias appellatur, easq; domi sensim citra solis admissionem siccat, vt neque humidæ amplius, neq; sicce adeo exent, & vrito in tantum, vt vbi primum contusioni & sectioni apte fuerint, ab vrendo cesses: vile scit enim & corrumpitur vis earum si diutius vrantur. in alia porro ollula sal fossilis vratur cū alumine scisso, attico melle subactus. Deinde hæc alijs permitta tundantur, & per angustissimum creta cribrum, rursus in mortario terantur. Melius enim erit pharmacum, quanto diligentius fuerit leuigatum. Vtendum autem eo est solum ad dentes confricandos, citra gingiuarum circumstantiarum contactum, nisi humore fuerint pregnantes. Cùm enim reliccandi vim habeat pharmacum, aptum quidem est gingiuis humentibus, inimicū verò siccis: attamen ipsas dentium radices post gingiuas litas, eo confricare oportet itidē, vt ipsos dentes. Cæterum eorum quæ in compositione miscentur, eiusmodi ponderum proportio esse debet. Herbarum quidem post vstionem drach. xvi. Salis verò cum alumine vsti drach. xi. Ante verò vstionem vtriusque herbe par pondus miscatur. Sal autem quadruplici aluminis pondere admisceatur. Aliarum autem rerum nihil vratur, sed arida iniiciantur iuxta subscriptam apponderationem. Comæ origani drach. ij. piperis drach. nouem, pyrethri drach. ij. costi drach. ij. seminis apij drach. iij. iridis illyricæ drach. v. mentæ sicca drach. ij. cornu cerui aut capre vsti drach. duas, seseleos, hyssopi, vtriusq; drach. ij. Si odoratum esse velis, casie aut amomi drach. ij. admisceto. Si vero in Regis vsu preparaueris, cinnamomi drach. vnam addito.

Ad mobiles dentes aliud, quo vtor.

Seminis callitrichij libram vnam, aluminis scissi & rotundi, vtriusq; quadrantem, spice nar di sextantem, malabathi foliorum vnciam vnam, piperis albi vnciam vnam, pyrethri drach. v. contundito & cribrato simul omnia, ac gingiuis vsq; ad radices dentium admoueto. **C** *Timocraris dentifricium, ad gingiuas madore laxatas, putrescentesq; ac cruentatas, mobiles molares, concussos dentes, oxanas, putrefactiones, parulidas, & omnia oris vitia, ac dentium dolores.* Accipito herbe perdicias modium italicum, alijs minant habent, salis albi tenuis sextarium vnum, mellis hexagium. Contundito vt massa friabilior reddatur, qua in ollam nouam coniecta, ollam luto figulino obturato: operculum autem adaptetur circa medium perforatum, quò per ipsum foramen rudicula immissa pharmacum super prunas positum agitetur, donec neq; fumosum quippiam, neque vaporosum efferatur. Deinde ab igne tollito & refrigerato. Et sumito ex hoc toto drach. quatuordecim, piperis albi drach. quinque, piperis nigri drach. sex, pyrethri drachmas sex, aluminis scissi vsti, & vino austero extincti drach. ij. pumicis, myrrhe, hyssopi, seminis apij, pulegij, singulorum sentantem, mentæ, iridis illyricæ,

A illyricæ, vtriusq; drach. iij. Hæc omnia in sole præficcata tundito & cribrato, ac reliquis ex olla læuigatis admisceto. Aliud, Perdicij recentis. 3. x. mellis. 3. iij. aluminis scissi. 3. iij. iridis illyricæ drac. iij. piperis albi. 3. o. c. d. nigri. 3. iij. pumicis. 3. ij. myrrhæ. 3. iij. pyrethri. 3. ij. mentæ sicca drac. iij. hyssopi drach. ij. pulegij drach. ij. seminis apij drach. ij. herbe sideritidis drach. iij. salis fossilis drach. xiiij. Perdicium & sideritidem ac mel & sale mista vrito: alumen verò per se vstium vino extinguito, deinde simul omnibus contulsis vtitor. Aliud, Salis affati cum melle & perdicio. 3. xiiij. aluminis scissi affati & vino austero extincti, iridis illyricæ, vtriusq; drach. iij. helxines, myrrhæ, mentæ sicca, singulorum drach. iij. pulegij sicci, pumicis, pyrethri, hyssopi, seminis apij, singulorum drach. ij. folij malabathi drach. ij. piperis albi drach. v. nigri drach. vi. Tulsis & cribratis vtitor. Aliud, Salis rosti cum melle & perdicio drach. xiiij. pulegij drach. ij. aluminis scissi vsti & vino austero extincti drach. iij. iridis illyricæ drach. iij. piperis albi drach. v. nigri drach. vi. pumicis drach. ij. myrrhæ drach. iij. mentæ drach. iij. pyrethri drach. ij. hyssopi drach. ij. seminis apij. 3. ij. Sal lotus melle probe subigitur, tritusq; in ollam nouam mittitur: deinde est perdicium inditur sale vndiq; conspersum: quo facto, operculum ollæ imponitur, ipsaq; luto oblita in clibanu datur, indita torrentur, & exempta simul cum alijs teruntur. Oportet enim valde læuigata in vsu adsumere. **C** *Smeigma dentium, quo albi & odorati redduntur, & ab erosione adseruantur.* Nitri vnciam vna, testa sepiæ vnciam vnam, myrrhæ vnciam vnam, tritis vtitor. **C** *Dentifricium optimum.* Aluminis scissi sexuncem, mastiches vnciam vnam, comæ rosarum quadrantem, iridis trientem. Tritis vtore, indeq; aquam tepidam colluendam prebe.

Dentifricium Damocrati inscriptum.

Libellus paruus extat Pythici appellatus, quæ Damocrates Pythicum inscripsit, ab eo qui ipsi pharmacorum ori destinatarum compositiones tradidit, appellatione ducta, in quo sanè libello iuxta finem etiam hæc conscripta reperuntur.

Si dentifricijs voles vti bonis,
Quæ candidos custodiant, immobiles
Dentesq; reddant: oris & graueolentiam,
Laxasq; gingiuas sedent, & comprimant,
Album hoc parabis optimum sic pharmacum,
Cerui cape cornu sic quater vsti quam optime,
Quartam libræ partem, salis solam libram.

In alio exemplari sic reperi.

C Cerui cape cornu sic quater vsti quam optime
Libram mediam, rursus salis vncias duas,
Ammoniaci sicci nec amari hinc amplius,
Aliaq; mastiches chiaz solam libram,
Costi quadrantem, aut paululum quid amplius,
Albiq; iunci tantum, & albi mox piperis
Vnam vnciam, malabathi at vncias duas.
Contusa, cribrata omnia hæc mortario,
Vtenda præbebis modo quem dixero.
Quò si velis parare quando ad phlegmonas,
Et vtile gingiuis cruentis, faucijs,
Carnemq; callosam simul prominentibus,
Aluminis coniungito his scissi libram.

Aliud Damocratis dentifricium.

D Verum magis parabile hoc fortasse erit,
Et promptius factum, minus nec commodum,
Admista & hoc quadam simul dulcedine.
Multum sideritin viridem capito herbulam,
Magnum in nouam quam tu patinam mox inditam,
Miscebis hordeo recenti sed modico.
Sic hordeo vt posito sequatur fascisculus
Herbæ, sal hinc, herba atq; iterum, mox hordeum.
Fiantq; tandiu vicissim hæc omnia,
Donec patinæ omnem expleris amplitudinem,
Vt mox supernum rursus herba habeat locum.
Furnoq; mox calente, vel clibano indita,
Torrenda per noctem lines, vel sic potius,
Vtenda, quò teri queant ita promptius,
Cribroq; mox sed arctiore hinc excuti.
Odoris addes gratia his, parum tamen

Albi

* Al. drachi.

* Al. drach. vj.

* Al. drach. iij.

* Al. drach. iij.

* Al. ij.

* Al. iij.

* Al. sextarii

* Al. drachi.

Albi piperis, thurisq; mox item modicum.
Hinc iunci odori plus, cyperiq; optima.
At omnibus mistis probe, & iam sepositis
Plus mastiches aridae chiae coniunxeris.
Dabis sed hinc in vesperam volentibus,
Maneq; rursus maxime puris vitis.
Sed colluant a pharmaco mox Bromium
Lymphis sociatum, & maxime hoc in vesperam,
Sed mane acetum mulsimum aquosum praestiterit.
Oris leuandis turpibus foetoribus.

¶ *Aliud Auelij.* Alumen in testa aerea aut sigulina vrito, ac vino austero extinguito, eiusq; do-
drantem accipito, & mastiches sexuncem, thuris vnciam vnam, folij malabathi drach. iij, cyperi
drach. iij, misecto, ac vtor. *Aliud, quo vtor.* Cornu cerui vsti drach. ij, † marmoris vnciam. i, †
origani drach. quatuor, vtitor.

Compositio pharmaci dentes preseruans.

Tragorigani drach. ij, hyssopi. 3, iij, herbae perdicij seu perdicialis, melle & sale tenui subacta, F
& in olla exustae donec in prunas redigatur, quadrantem, piperis drach. iij, tundito & cribrato,
& post vsum reponito. Neq; dolebunt dentes, neq; findentur, neq; parulides producentur, neque
gingiuae superflua carne redundabunt, neq; fluxione infestabuntur. Habebis autem os odorum,
& splendidos dentes. Quidam falsamenta in olla exusta ad pharmacum addunt, aut et cybium,
Siquis enim eorum cinere per se vtatur, dentis dolorem non percipiet.


GALENI DE COMPOSITIONE MEDICA-
MENTORVM LOCALIVM, SIVE SECVNDVM
LOCOS, LIBER SEXTVS.

ARGVMENTVM LIBRI.

Declarat medicamenta, quibus succurritur affectibus, qui in ore contingunt.

De affectionibus in ore, & de pharmacis ad eas commodis.

CAP. I.



Erus profectio sermo est, quem pleriq; artifices in ore habet: Quod non idem sit
neq; simile a viua voce dicere, & ex libro legere. At vero idusriij & natura pru-
detes homines non vulgarem sepe vtilitatem consequuntur, si in libros incidat
non obscure conscriptos. Itaq; cum sciam non parua vtilitatem ex hac tractatio-
ne, primum quidem amicis ac sodalibus accessura esse, qui videlicet et per opera co-
gnouerunt, quam vim habeat rationalis methodus ad medicamentorum copia pa-
randam: deinde vero et alijs, qui optimarum rerum studio se fatigare non cessant,
rem gratam facere volens, ad huius operis explicationem progressus sum, non festinabundo &
compendiario docendi modo in hoc instituto, sed prolixo & longiore, quali et in sermonibus, quos
frequenter citra scriptum ad amicos habeo, vti soleo. Praestat rationalis auxiliorum inuentio experi-
mentatrici, quoadmodum et ante iam mihi in sermone de sauciatis nervis dictum est, in cogni-
tione vniuersali facultatis pharmacorum, quorum vsum circa singulas affectiones contingit. In phar-
macis itaq; ori destinatis, ob id stomaticis appellatis, velut est quod ex moris constat omnibus no-
tum: primum medendi scopus est communis omnium partium inflammatarum, deinde consequenter H
alter scopus priuatum ex ea quae curatur. Quae igitur sit affectio inflammatorum prius nosse oportet,
si ex ipsa indicationem quandam auxiliorum accipere velimus. Praedidicimus autem & prius de
monstratum habemus inflammationes ex calidi sanguinis influxu fieri. Didicimus et quod hunc
ipsum influxum in principio quidem reprimere ac repellere oporteat, praeterquam si ad partem
aliquam principalem recursurus sit, atq; aliud quoddam grauius malum effecturus. Verum nunc
adeo nihil opus habemus eiusmodi determinationibus, sic nos enim vbi ad memoriam reuocau-
rimus, quomodo totum corpus praeparare ad curationem affectuum circa quacumq; partem con-
sistentium oporteat, ad institutum progrediemur. Etenim venae sectione vtimur, & purgatione,
& clysteribus, & inedia, vbi totum corpus apparuerit aut multitudine humorum refertum, aut
eorundem malitia vitiatum. Si vero neutrum horum adsit, statim ad curationem per localia re-
media peruenimus. Quomodo igitur inuenire ipsa oporteat eum, qui oris inflammationes rite
curare velit, praefens sermo statim te docebit: & quomodo inuentis conuenienter vti oporteat.
Sodalibus autem in memoriam reuocabo, cum ij me saepe viderint pharmacis eorum medicorum, qui
me in consilium aduocarunt, curantem eas affectiones, quatum gratia vocatus fui. Impossibile
enim

A enim est pharmaco rite vti eum qui vim ipsius non noscit, iuxta cuius efficaciam auxiliatur. Eo-
dem igitur modo in inflammationibus in ore consistentibus, communis scopus omnium ipsarum
si adsumperit ex natura particulae indicationem, reperiet primum quidem genus pharmacorum
quibus vti conueniet. Deinde consequenter et particulae in ipsis differentias, si quidem praeco-
gnouerit simplicium pharmacorum facultatem, velut iam saepe est demonstratum. Genus igitur
repellentium pharmacorum in principio inflammationum, in refrigerantium materia situm est.
Haec autem ipsa cum duplicia existant, vt didicimus, quacumq; adstringendi natura praedita sunt,
efficaciorum vim habent ad influxum citius repellendum. Inest autem ipsis statim etiam vis co-
gendi & densandi superficiem corporis, cui adhibentur. Communis igitur scopus hic est prohi-
bendi incipientes inflammationes, ab ipsius affectionis indicatione inuentus. Alter vero a parti-
culae quae curatur natura ipsi accedit: cum sciamus rariorem esse ac molliorem superficiem tunicae
oris non paulo, q̄ est cutis quae totum corpus ambit. Inest autem & aliud quiddam particulis oris,
atq; id duplex, quod non adest ipsi cuti. Insuauitatem enim medicamentorum quae adhibentur
sentiant, & duos meatus subiacentes habent, per quos in ventrem & pulmonem defluere quip-
pam ex stomaticis pharmacis potest: quale est & quod per atramentum sutorium constat. Et sa-
ne medicus quidam siue imprudens, siue in expertus facultatis pharmacorum, vbi hoc miscuisset,
pharmaco ori destinato, multo quidem fortius ipsum reddiderat, verum vehementer laedens, si
quidem ad gulam, aut asperam arteriae extremum quidpiam forte fuisset praeterlapsus, atque haec
quidem vt statim occurrerit, per ipsa vero & ventrem, & asperam arteriam, & pulmonem. Ad-
est autem pharmaco ipsi circa gustum insuauitas, quae tum vltus tempore molesta est, tum per to-
tam perseverat diem, adeo vt etiam in cibis accipiendis iniucunda sit. Huiusmodi itaque fortibus
& quae venenosam habent facultatem non conuenit vti ad affectionum oris curationem, nisi ma-
gna necessitas vrgeat. Neq; vero de inflammationibus solum hunc sermonem intelligere oportet,
cum neq; ex harum indicatione ipsum inuenerimus, sed communem esse de omnibus oris af-
fectionibus intelligendum est, vt qui indicationem ex ipsa particulae natura habet. His igitur con-
sideratis ab eo qui pharmacum ex succo mororum composuit, primum quidem ipsum cum mel-
le coxit, quo repositum in promptu haberet per totum annum, non illo tempore solum, quo ex-
presso fructu, succo vti licet. Melior enim solus est incipientibus inflammationibus, ideoq; me saepe
ipso in huiusmodi inflammationibus vti vidistis. Magis idoneus autem est priuatum cum melle
apparatus. Appellauit autem magis idoneum, non solum quod cito corrumpitur citra cocturam cum mel-
le repositus, ita vt sequenti anni tempore eo vti non possimus: sed etiam propterea quod vtilior est, ad se-
quentia inflammationis tempora, vsq; ad perfectam curationem. Quemadmodum enim in prin-
cipio commoda sunt pharmaca id quod influit repellentia, sic post principium vsq; ad finem, phar-
maco opus est ex vtriusque misto, repellente videlicet & discutiente facultate praedito: ac primo qui-
dem tempore adstringens praexcellere oportet, ad finem vero discutiens, interposito vero tempore
aequales vtrorunq; partes esse conuenit. Quando vero velut induratum quiddam de inflamma-
tione relinquunt, penitus non conuenit adstringens ad discussorium admiscere, si prius totum cor-
pus sit euacuatum. Atqui neq; in principio bonum est discussorium adstringenti admiscere. Caeterum
qui pharmacum ex succo mororum composuit, parum ex croco & myrrha ei commiscuisset
videtur, quod communem habeant facultatem concocturiam inflammationum: priuatum vero
vtriusque, crocus quidem quod adstringat, myrrha autem quod calfaciat in tantum, vt sufficere
discutiat. Penetrat enim magis in altum corporum myrrha q̄ crocus, vtpote substantiam tenuium
partium habens, atq; ex hoc duplicem vtilitatem exhibet, simul introducens quidem secum vires
admissorum, & persanans vsq; in altum inflammata. Et tamen adiuuant se mutuo crocus & myr-
rha in penetrando in profundum, crocus quidem velut impellens myrrham: myrrha vero velut
dux praecedens peditem sequentem crocum, si ita dicere liceat, deducens. Quemadmodum enim
crocus ob adstringendi vim, minus habet substantiam tenuium partium q̄ myrrha, sic myrrha sub-
stantia tenuiorum partium praedita, citius quidem vim suam in altum transmittit: citius autem etiam
ad cutem recurrit, simul secum efferens ea quae in profundo sunt attenuata. Hanc igitur recursus
eius velocitatem impediunt adstringentium mixturae: non enim hoc solus facit crocus. Est itaque
in pharmaco stomatico ex moris appellato, tum mororum succus qui non modicam habet ad-
stringentem qualitatem & facultatem, tum alia quaedam etiam admiscuntur, vbi quis forte phar-
macum reddere velit. Haec igitur adstringentia deducuntur quidem per myrrham, quae vicissim
ab illis compellitur, atque ita se mutuo adiuuant, quo vis ipsorum amplius progrediatur. Vidistis
autem saepe me ad pharmacum ex moris in principio quidem rhois succum, aut vuae acerbę suc-
cum, quem priuatum omphacium appellant, admiscere. Si vero haec non adsint, florem rosarum,
aut ipsas rosas siccas, balaustium, cytinus, & malicorium aridum, & gallam omphacitum appella-
ta: amplius autem & pini corticem, itemq; thuris, & tum hypocistidis, tum lentisuci succum, & vt
compendio dicam, omnia adstringentia, praeter ea quae corrumpentem habent facultatem, quam
venenosam vocant, & letalium species quaedam existit. Didicistis enim quod non omne letale
statim etiam est venenosum. Quemadmodum autem in principio inflammationis harum rerum
mistura

mistura fortius efficit medicamentum stomaticum, sic cum restiterit quod influit, nullo eiusmodi opus habet solo. Sufficit enim tunc id pharmacum quod crocum & myrrham assumptis ad inflammationem concoquendam. Nam ubi iam fuerit concocta, addimus etiam aliquid ex diffusioribus, velut saepe vidistis me iniicere spumam nitri, & aliquando ipsum nitrum, quod tenuium partium existit, & iam ab omnibus Berenicium appellatur. Ultra hoc etiam sulfur viuū vocatum, aliquando etiam sapam, origano quocumque incocto, interdum etiam hyssopo, aut alio quopiam simili, pulgilio videlicet, thymbra, thymo, calamintha hortensis ac agrestis. Hoc igitur modo quis recte utetur pharmaco ex moris, si iuxta indicationum vniuersalium quantitatem ipsius usum permute. Quousque enim quicquam influit, id ipsum repellere conuenit. Vbi vero restiterit, concoctoria afferre, & deinde consequenter diffusoria. Manifestum enim quod per huius methodi usum, nemo qui simplicium pharmacorum facultatem nouit, vniuersalium inopia laborabit, siue per motes venetur, siue quid operetur in agro, siue in peregrinatione quocumque preparatis careat medicamentis, velut Erasistratus scripsit, qui seipsum curauit ad rubi succū progressus, cum in illo loco Andronium pastillum presens non esset. Cum enim sciret pastillum Andronium in adstringendo curandi dominium habere, materiam adstringentem perquisiuit, non velut Serapion & Menodorus aiunt, empirica transiitione ad simile usus. Iuxta hanc enim vobis demonstraui plurimam dissimilitudinem succi rubi ad pastillum Andronium esse, paucissimam vero similitudinem iuxta vnum solum, vim videlicet adstringendi. Verum qui generalem facultatem, quam vniuersalem vocant, nouit: in quacumque materia eam repererit, confidenter ea utetur. Huiusmodi autem materiarum ingens est aceruus, quibus omnibus uti licet, ita ut solum fugiamus quae vim quandam iniucundam aut venenosam habent. Sic igitur etiam ego pharmacum ex succo nucum viridium preparauit, nullo doctore usus, neque aliquid prescriptum secutus, cuius vim expertus sum multum aliorum stomaticorum facultatem excedentem, alia autem dico, id quod ex moris constat, & id quod ex succo rubi mororum preparatur. Ita enim rubi fructum appellant, & tertium quod ex musto, & quartum quod ex puniceorum succo, & quintum id quod per adstringentia mala componitur, ex quorum numero optima sunt cydonia & struthia appellata, & post haec ad praesentem usum quae Cestiana à Romanis appellatur. Caeterum composita ex multis talibus sunt quae ex fructibus preparantur.

De stomatico medicamento ex nucibus.

Ego autem quoniam primum ex Alexandria in patriam redi, agrum pertransiui & inueni quendam hortulanum ab vna & tonsillis ac glandibus ferè suffocatum: utebatur autem collutione aquae melleae rosae in ipsa incoctis. Cum igitur vidissem fructum nucum in vigore esse, iussi detractum ab eis externum corticem, quo etiam tinctores videram videntes, statim in mortario contundi, & succum eius per linteum excolari, nondum scies quo modo iuxta crassitiam aut tenuitatem haberet: cum vero reperissem aquosum & compage tenuē, gargarizare eum iussi ipsum hortulanum. Postquam verò valde tenuis apparebat, praecoxi: & mel commesuratē, velut in eo quod ex moris fit, fieri sciebam, admiscui: atque ubi iam ad compagem mellis redactum esset, hortulano vtendum reliqui. Porro cum viderem celerrimam utilitatem ipsi inde oboriri, praestabile ratus sum in multis experiri, atque ex hoc sufficiente experimento accepto de facultate eius pharmaci, semper ipso vtor, velut nolis. Merito itaque mirandum nullum ex prioribus medicis aliquid de hoc pharmaco mente concepissem, ut tum parabili, tum generoso hoc succo vterentur, maxime cum viderint quo modo etiam manus inficiantur eorum qui virides nuces decorticant. Ex his enim apparet qualis sit earum succus, & quae aegre elui possit ipsarum adstringendi vis, adeo ut neque per fortissima exterioria elui queat. Amplius autem adhuc miratus sum de medicis, quod non cogitauerint fortem esse ipsarum vim, cum etiam tinctores viderent eiusmodi nucum corticibus uti. Nisi enim in profundum manuum descenderet, & nisi per omnem substantiam lanarum penetraret, non cerè aegre eluibilis esset. Cum verò descendat, indicat planè substantiam succi tenuium partium esse, rationi autem consentaneum est adstringendi vim maxime proficere, ubi in eiusmodi substantia contineatur. Etenim quae ex adstringentibus crassas partes habent, per adstrictionem cogunt & condensant superficiem corporum quibus adhibentur, & à progressu in altum ipsorum corporum sese impediunt. Quibus enim etiam alias ob substantiae crassitudinem impossibile erat progredi in altum, his sanè amplius impossibile fuerit densato corpore iuuare id quod totum est inflammatum. Optimum itaque esse nucum succum persuasus, ut qui etiam coctum cum melle gustarim nihil in sua uel habentem, eum in quatuor partes diuido, & ad primam statim aliquid ex adstringentibus iniicio, ad secundam ex croco & myrrha, ad tertiam sulfuris quiddam ac nitri addo: quartam verò solum synceram seruo, pueris vtilem futuram ob dulcorem, immo etiam viris ob delicias mente fractis, & mulierculis. Ego quidem igitur à ratione inductus inueni, quemadmodum neruorum fauciatorum curationem, ita etiam hoc pharmacum, quod omnibus praestat. Est equidem id quod ex rubi moris constat, fortius eo quod ex moris fit, quemadmodum hoc eo, quod ex musto paratur. Omnibus autem his praestat id quod ex nucum succo inuenimus, in principijs quidem inflammationum cum his quae fortiter adstringunt coactum: in vigore verò croco & myrrha additis, quamquam etiam solum aliquando moderatas inflammationes sanare queat. Quando ve-

Autem humorem qui inflammationem produxit impactum digerere ac discutere oportet; cum acrium mistura commodum existit. Verum dixerit fortassis quispiam mihi ex medicis pauperioribus, se amplecti quidem ipsum medicamentum, si vnam pyxidem expleri iubeam hoc pharmaco semel preparato. Me autem praecipere, aut statim à principio quatuor facere compositiones, aut vnam ex melle & succo compositam reponere, atque vsu expetere ei admiscere, vsque quo quidem influxerit quippiam inflammatis, ea quae vehemèter adstringunt: postquam autem quieuerit fluxus, concoquentia: ubi verò euacuationem postularuerint ea quae influxerunt, discutientia: opero sum autem hoc esse & difficile his qui domi non habent suppellectilem omnium simplicium pharmacorum, immo neque ad peregrinationes me commodam coactionem exponere, in quibus impossibile sit quatuor vniuscuiusque medicamenti differentias circumferre. Ob id igitur excogitata sunt, tum mihi, tum alijs etiam prioribus medicis, pharmaca medias facultates habentia, & ad peregrinationes idonea futura, & pauperibus medicis vtilia. Quae verò haec ipsa sunt, paulò post referam. Nunc autem pauperum medicorum sermone respondere volo. Quemadmodum enim ipsi exilem apparatus laudant, sic oportet etiam diuitibus permittere, ut coactiones pharmacorum pro opulentiæ suae dignitate comparent. Satis enim scio etiam ipse, non solum multos pauperes esse medicos, sed & qui ab ipsis curantur. Quibus satis est ubi egrotet, alicam cum aqua mellea accipere, & modicum panem habere, aut aliquam farinam vtilem ad cataplasma. Verum eum qui curandi tractationem scribit, omnium materiae meminisse operæpretium est, quò tum diuitibus copia sit ipsis artificiosè vtendi, tum pauperibus electio sit illarum tantum, quibus vnusquisque pro oportunitate abundet.

De mediocum pharmacorum compositione.

Dicamus igitur iam aliquid de compositione mediocum pharmacorum, initio ab eo quod ex moris constat sumpto. Commune est autem omnibus medijs, ut congruens modus mellis ad succum ipsum decernatur. Inuenitur autem hic modus per experientiam. Vbi enim succum ipsum cum melle miscueris ac gustaueris, si quidem apparuerit moderatè habere, rursus similiter ipsa misceris. Si verò deficere quid videbitur, addes. Velut exempli gratia, in mororum succo si quinta pars mellis addatur, medium fuerit temperamentum, ut hoc modo coctum pharmacum plurimis valde placeat, & hanc misturam pauci reprehendant, alij quidem velut dulciorem, alij verò ut austeriorem. Quemadmodum enim aliqui aquam melleam dilutiorem, aliqui dulciorem libentius bibunt. Sic etiam his pharmacis vtrique delectantur iuxta propriam naturam. Quoniam igitur aliquis pharmacum sibi preparari postularit, semper utique vidistis me ei qui dulcioribus delectatur, plus mellis iniicere, qui verò contrarijs minus. In pharmacis igitur quae deglutuntur, maxime coniectare oportet naturam eorum qui ipsa sument. Quod enim cum molestia aut iniucunde acceptum est, stomachum subuertit. In pharmacis autem stomaticis eiusmodi diligentiam aliquando contemneret licet. Medium itaque temperamentum, velut dixi, succi ad mel, quintuplum habeat multitudine succum. Audito autem me, diligenter animaduertens quibus vtor verbis in symmetria seu commensuratione medicamentorum, quae inuicem miscentur. Iam etenim precepti quintuplum esse debere multitudine ipsum succum ad mel, quod nihil differt ab eo si dicam mole quintuplum esse ipsum oportere. Vtriusque enim modo dicatur, mensurare oportet pharmaca permiscenda. At verò si pondere iubeam quintuplum esse hoc pharmacum, per lancem utique facere oporteat symmetriam grauitatis ipsorum. Caeterum ad permissionem succi ad mel, non est necessarium heminae, aut cyathi meminisse, sed sufficit dicere, quintuplum esse oportere succum, mellis respectu. Si verò quid aliud his admiscendum sit ex dictis paulò antè, necessarium est dicere, quanta quantitatis mole ipsis existentibus, quantum addendum sit illorum in lance appensorum. Velut in ipso adeo pharmaco ex moris, in Heræ Cappadocis medicamentario libro, mellis conijcitur libra vna, succi autem mororum lib. vi. admiscet autem ipsis croci drachmam vnam, myrrhæ duplum, par etiam croci pondus conijcit ex succo vnae acerbae, qui omphacium appellatur, atque eius dimidium ex alumine scisso. Mihi verò placet quintuplum succum ad mel conijcere: par autem pondus croci & myrrhæ, vtriusque drach. vnam & dimidium, ita ut ex vtriusque tres drachmæ conflentur. Quod si quis omphacium addat, & vini austeri item heminam vnam, velut Heræ videtur, rectè sanè drach. vna omphacij addet. Si verò citra vinum preparetur, multò plus de ipso conijcere conuenit, si quidem medium temperamento pharmacum efficere velis, vnciam vnam, si verò austerius, ut in principijs conueniat, nihil peccatis si omnino duas aut tres admiscueris. Quod si non sit omphacium, pro ipso rhois succum iniice: & si vuleris par pondus vtriusque indere, neque sic quicquam deliqueris. Heras tamen in symmetria huius pharmaci etiam hoc adscripsit, hoc modo: Quidam autem & heminam vnam dulcis vini. multum eum velle indicare palam est: praedixit enim vini austeri maris expertis heminam vnam. Mihi verò non placet, sufficiente melle iam coniecto, vna cum hoc quod & heminam austeri vini addidit, rursus aliam misceri vini heminam. Reddetur enim valde vinosum medicamentum. Conquunt autem hoc ex moris medicamentum, aliqui quidem à principio miscentes succum mororum, aliqui verò modicè praecoquentes. Heras autem videtur velle succum solum diutius coquendum esse. Scripsit igitur hoc modo, Succorum

rorum heminas. vi. ad strigmentitiam crassitudinem coquito, deinde trita admisceto, croci drach. E vnam, & reliqua videlicet iam dicta. Quin & ego censeo succum ipsum solum per se præcoquendum esse, deinde verò adijciendum mel: atq; vbi iam cacabum ab igne auferre velis, reliqua admiscenda esse. Verùm Heras videtur simul cum melle etiam alia admisceri iubere. Et vinum quidè rationabiliter quis tunc admiscuerit, myrrham verò & crocum melius est in fine cocturæ iniicere, eo vsq; saltè cum alijs coquendo, aut olla in terrâ posita mouendo, donec omnia probè vniatur. Amplior autem coctura ipsorum destruit facultatem aromaticorum medicamentorum. Spuma argenti equidem, & plumbago, atq; alia multa metallica p. r. cocturam meliora sūt. Crocus autem & myrrha multa; alia aromata in decoquendo vires amittunt. Itaq; medijs facultate pharmaci & symmetria & coctura, moderatis inflammationibus congrua, ampliusq; in maiorū vigore, atq; insuper in principijs, & augmentis eorundem conueniens, iam relata est. Cæterum ad induratas inflammationes, cum iam præterierit vigor, & nihil amplius influxerit, venerit autem tempus discutiendi, admiscere conuenit ad stomaticum pharmacum aliqua discussiorum. Talia autem sunt spuma nitri, & ipsum nitrum molle, aliaq; petræ flos, & sulfur visum. Sufficit porro ad prædictam medijs pharmaci commensurationem admisceri, Nitri quidem vnciam dimidiam, sulfuris autē {vncias. ij.} Quod si neq; sic præparatum habeas ipsum, neq; præsto sit tibi nitrum, aut sulfur, aut alia petræ flos: organum in sapa, quam alij sireon, nostri omnes hepsema vocant, feruefacito, stomaticoq; pharmaco addito, ac gargarissare iubeto. Si verò neq; sapa adsit, in aqua multa organum coquito. Nihil autem refert etiam si hyslopum conijcias pro organo, aut pulegium, aut thymum, aut thymbram, aut calaminthen, aut mintham odoram, quam veteres he dyosimon appellant. At verò in vigore inflammationum, non solum nihil ex eiusmodi pharmacis adhibere oportet, sed etiam contrarium totum: atq; rarò quidem stomaticis medicamentis vt, collutionibus autem & gargarissis mitigatorijs cõcoquere inflammationem: cuius generis est, Decoctum pinguium caricarum, & oleum lētiscinum in duplo vase tepefactum. Quin & ipsum stomaticum pharmacum in vigoribus gargarissare conuenit, aqua multa dilutiore permistum, aut calida sapa: quæ si non adsint, aqua calida. Præualere enim oportet tunc mitigatorium & concoctorium ductum, velut in declinationibus discussorium, qui ex fortioribus constat medicamentis. Porro meum pharmacum ex succo nucum omnium aliorum esse fortissimum opere experti estis. Ad vos enim sodales loquor, in quorum gratiam maximè ad hanc tractationem progressus sum. Quod verò etiam omnium vilissimum & parabilissimum sit, nemo ignorat. Projiciunt enim hortulanus nucum cortices, vbi ipsas decorticarunt, vt vel maximos corbes nobis exple re liceat gratis. Mel igitur solum, vt pauperibus medicis, (Nam & illis oportet nos ea quæ narra mus communicare.) deficit, cum eius fuerit penuria, nihil verò aliud, nisi quis vltro adeo aliud velit. Sæpe enim hoc modo confectum pharmacum nihilo deterius apparuit eo, quod ex moris cõstat, in quod tum crocum, tum myrrham indebamus. Quin etiam si alumen ipsi addere velimus, non est necesse scissum iniicere. Sufficiens enim adstringit etiam liquidum, quod aliqui phorimon appellant, quod vilis prætij & maximè parabile in omnibus regionibus existit: tenuitate tamen partium à scisso deficit, & ob id etiam minus efficax est. At verò si hortulanus aliquis aut ruralis hoc pharmacum sibi præparare velit, habuerit gratis quos conijciat cytinus aridos contusos & cribratos. Nominantur autem sic primogenita punica. Quo tempore enim arbor florere desinit, fructus ipsius apparet figuratus in speciem punici mali, quem ablatum & resiccatum adseruare licet ad tempus fructus nucum. In fine enim veris cytini generantur. Desinente autem æstate ad perfectionem veniunt nuces. Quin & in terram decidunt multi cytini, aut à vento decussi, aut alio quopiam modo, quos collectos siccare licet, vt neq; hac parte egenos medicos quicquã impendere opus sit. Nostis autem acidorum & acerborum punicorum, (quorum fructus parum abest vt esitari nequeat.) cytinus meliores esse: quare etiam si ex arboribus eos auellas, aut nemo penitus te prohibebit, aut certè vilissimum pretium sibi dari pro eis postulabit. Cæterum balaustium appellatum penitus cibus nō cõuenit, & si quis colligere id velit, quemadmodum organum, & thymbram, ac thymum, atq; alia huiusmodi, gratis licebit. Itaq; si balaustium velit quis crudum tusum ac cribratum iniicere iuxta proportionem quam antea dixi, pari omphacio pōdere, vtile pharmacum efficiet. At verò & cortices punicorum malorum, valde parables res sunt, adstringendi vim sufficientissimam habentes, & qui ad prædicta statim in principio conijci queant. Optimum autem pharmacum reddetur, si iuxta id tempus quo punica nōdum perfectè matura sunt, nō tamen longè à perfectione absunt, eos cortices detractos conieceris atq; id statim in principio cocturæ succi. Oportet autem prius in mortario tundere, quò ipsorum vis vniuersa citius in medicamentum quod paras diffundatur.

De confectiōe pharmaci ex malis punicis, & malis, alijsq; stomaticis.

Cum verò tres sint punicorum malorum differētiæ. Aliqua enim ipsorum sunt austera, aliqua verò dulcia, & quædam acida. Si quidem sola austera iniicias, magis adstringens pharmacum red detur: si verò dulcia, sitauius. Quemadmodum sanè fortius fiet, si acida tantum indas. Ego autem consueui par pondus vniuersiusq; generis admiscere. Nam & aliàs ipsa sola matura punica mala integra

A integra vna cū corticibus tundo, deinde succum exprimo, ac cum melle coquo, et non solū stomaticum pharmacū ori commodum habeo, sed & ad multa alia vtile, veluti rursus dicitur: atq; fit hic succus ad omnia præstantior ex tribus punicorum speciebus, aut generibus, aut differentijs, aut quomodocunq; quis appellare velit. Miscemus autem & ruborum fructus, quos aliqui quidem à planta denominant, batina, hoc est rubina appellant: aliqui autē composita appellatione Mora appellant, apponentes que à rubis producuntur. Ex quibus sane succus similiter succo mororum præparatus, melius illo pharmacum redditur: sed minus validum eo, quod ex nucū succo paratur. Quin & malorum cotoneorum, & pyrorū syluestrium, ac mespilorum succus similiter præparatus, stomaticum pharmacum efficitur, deorariq; aptum, cum hoc quod ex nucibus constat, deo rare non liceat: quanq; n. noxium non sit, velut atramentum sutoriū, tamen stomacho non est cõmodum. Manifestum verò quod & ex punicis constans pharmacum, aptum est fracto & cibos fastidienti stomacho: deficit tamen ab eo quod ex malis constat. Innocuus est etiam rubi mororum succus deocratus, velut etiam ipsorum mororum: sed succus rubi mororum habet quid quod stomachum corroborat, quod ipsum mororum succus non habet. Porro mel his omnibus succis non eadem proportione iniicitur. Plurimo. n. nucum succus opus habet, & post eū rubi mororum, modo dico aut malorum, & punicorum, & pyrorum syluestrium. Medius autē inter hos est mespilorum succus. At verò & ex cornis ac brabylijs & prunis apud nos appellatis, præparantur apud nos stomatica pharmaca eodem modo, quem in principio de moris recensui, in quorum omnium confectiōe rationem eandem communem referam hęc. Si quidem crassus apparuerit succus, statim mel admiscere oportet. Si vero liquidior sit succus præcoquatur. Suscipit autē pyrorum ac malorum succus, amplius verò etiam plurimorum fructuum, parem sibijsplis mēsuram mellis. Succus verò eorum quæ multum acerbata sunt, velut est corni fructus, aliqñ duplum, aliquando triplum mellis adsumit. Omnia igitur hęc citra noxam deorantur. Si vero atramentum sutorium admistum sit, non valde deglutire oportet cõfectum pharmacum, præterq; si iuxta stomachum aut aluū vlcerosam affectionem fieri suspicemur. Quin & si in ipso ore maligna vlcera fiant, præstant ex atramento sutorio medicamēta. Sufficit autem drachma ad prædictam compositionem admista, in qua vnam mellis libram conijci est relatum. Sed & plus quandoq; recte iniicitur ad vlcera putrefacta. Singula porro que dixi iniicere licet aliquando & musto vuarum aufterarum, quas Amnæas appellant. Præstat autem vltimum mustum in hunc vsu. Quod enim in principio fluit liquidius est, & aquosius. Iniicienda verò sunt ex prædictis pharmacis acerbiora, quemadmodum

C sepe vidisti me aut punica mala, aut balaustium, aut cytinus, aut ægyptiæ spinę fructum, aut corna, aut aliud quid ex huiusmodi adstringentibus admiscere. Maxime vero aptus est Rhus, siue masculino, siue muliebri genere ipsum velis nominare. Est autem duplex. Alter obsonijs inspergitur stomacho commodus, alter à tinctoribus coriorum expetitur. Vterq; verò musto incoctus stomaticum efficit medicamentum, cui admiscere licet etiam alia iuxta eandem proportionem, velut in eo quod ex moris constat relatum est. At verò citra mellis misturam, mustū solum per se in mel lis compagem redactum, exemptis etiam quæ aliās induntur, bonum fit pharmacum in principijs, augmentis, & vigoribus, ad declinationes autem si tædas addideris pingues: aut etiam in tenuia frustula contusas & fractas easdem vna cum Rhoe in mustum cõieceris, deindeq; interposita vna die coxeris, donec suam ipsorum qualitatem in ipsum mustum transmittant. Tunc enim tædas quidem eximere ac projicere oportet. Mustum verò vsq; ad aptam compagem coquere, quo vide licet illiniri commode possit. Quæcunq; autem prius ex adstringentibus iniici dixi in id quod ex nucibus præparatur medicamentum, ea omnia etiam accipienda sunt recte in mustū addi. Quod si vero pretiosius efficere pharmacum velis, iniicias etiā calix corticem, aut nardum indicam, aut malabathri folium. Æque enim vt pauperibus, sic etiam diuitibus nos pharmaca scribere oportet.

D Eadem etiam prædictis stomaticis pharmacis miscetur. Sufficit autem drachma vna singulorum ex his tribus ad tantam medicamenti symmetriam ac commensurationem, iuxta quam libra mellis vna conijcitur. Nihil vero læseris si ad singulas drachmas adhuc dimidiā apponas, vt in totum quatuor drachmæ & dimidiā fiant. Cæterum ad induratas inflammationes conijciuntur que generosius discutere possunt, tusa videlicet & cribrata. Tempus autem indendi ipsa non est principium, sed vbi prope perfectè coctum fuerit pharmacum, aut etiam penitus coctū, olla iam in terram deposita. Sūt autem hęc, costus, amomum, & quod Macer appellatur. Nominatur autem sic cortex quidam aromaticus qui ex India affertur, multum calefaciens & adstringens. Quin & cyrenæicus succus ad discutendas induratas inflammationes aptus est, quemadmodum etiam medicus, aut aliquis eorum qui postea celebres facti sunt. Pauperibus porro pro sumptuosius discussorijs pharmacis, aut dictamnium, aut acorum, aut meon, aut pyrethrum, aut cardamomi quippiam & sinapi æquale iniiciendum censeo, ita vt ad trium drachmarum pondus eorum mistorum moles perueniat, ad prædictam in principio stomaticorum pharmacorum symmetriam, in qua mellis libra habebatur. Si vero quatuor aut quinque drachmarum pondus ex his explete velis, magis discussorium pharmacum habebis. Semper enim pro constitutionis affectuum proportione, augetur ac minuitur pharmacorum vehementiam oportet.

Quinta Classis.

YYYYY

De confectiōe

† Ap. 3. xvij. q. da et drach. quemad. et v. tus interpret. * Ap. 7. 1. multi.

De confectione pharmaci ex musto, in quo etiam parabilia diuersa.

In pharmaco ex musto, ad decem musti heminas, tres inijcimus heminas Rhois coriariorum, aut eius qui obsonijs inspergitur. Si verò vtrunq; inijcimus, vtriusq; vnam et dimidiam, aut paulò plus sumimus, iuxta proportionē verò etiā ex discussorijs, cuiuscūq; qdē suppetat facultas. Quòd si vnum tm̄ habeamus adstringendi vim habēs, quod in principio inijciamus, aut vnum saltem discussorium quod iuxta finem indamus, ex illo totum pondus immittimus quod ex omnibus alijs conflaretur. Quę igitur dicta sunt in medicamentum ex nucibus conijcienda, ea omnia etiā in pharmacum ex musto indantur. Quin & quę istic non dicta sunt, ar̄ ipsius inijcere licet, velut gallam omphacit̄in appellatam, aut extremitates mollis rubi, aut rubi canini, & corni, cuius etiā fructum diximus inijci oportere, velut etiā pruna, & myrti baccas, & fructum myricę, ac spinę ægyptiæ fructum, omniaq; adstringentia, præter ea quę medicamentariam vim habent, ne vide licet deorata lædant. Omnia porro stomatica pharmaca quomodocūq; parata iuxta propria tēpora opportuna accommoda fiunt. Si quidem enim austeriora fiunt, in principijs & vehementibus influxionibus conueniunt. Si vero moderatiora, in vigoribus. Si autem magis discussoria vi prædita, in declinationibus. Quare etiā si non ipsi præparauerimus quid, neq; symmetriam iniectionum nouerimus, sed tm̄ ipsum compositum pharmacum gustauerimus, cognoscemus quomodo eo sit vtendum. Hęc igitur si memoria cōseruabitis, quādo necessitate aliquando vigēte eorum, quę experimento constant, pharmacorum copia non sit, ex parabilibus loci materia, vos ipsi ex tempore aptum medicamentum componere poteritis. Non solum autem in hanc rem vtilis fuerit prædictorum memoria, sed etiā ad iam inuentorum conueniētem vsum. Si enim in ipsis adstringentem qualitatem præualere inueneritis, in principijs eis vtēmini. Si vero mitigatoriam & laxatoriam ac concoctoriam, in doloribus & vigoribus inflammationum. Si verò obduratū qui piam & egre solubile inflammationis relinquatur, in declinationibus. Eodem modo etiā in medijs temporibus, medijs relatorum pharmacorum medicamenta offeretis, ab repulsijs ad discussoria paulatim transeundo, atq; si vnum duntaxat vobis præstō sit medicamentum, id ipsum per aquę simplicis misturam exoluentes, & per additionem parabilium intensius reddentes. Sunt autē parabilia ex adstringentibus Rose, & myrti bæcçę, & myrtus, & lentiscus, & rubus, & rubus caninus, & galla omphacit̄is appellata, & ægyptiæ spinę fructus, omniaq; aluminis genera. Post hęc parabilia sunt Rhus culinarijs & coriarijs, et succus qui ex Syria affertur; atq; hic quidem per se admiscetur, culinarijs autē & coriarijs Rhus aqua prius decocti, vtilis mistura fiunt. Est autem & glaucium ex parabilibus, & omphacium, & cytini, & balaulita. Ex discussorijs autē parabilia moderata sunt caricarum & fursurum decoctum, & aqua mulsā, in qua origanum, aut hyssopum, aut thymus, aut calamintha, aut pulegium, aut mintha odora, quam hedyolimū vocant, sint incocta: fortiora autem sunt etiā hęc, si diutius coquātur, amplius autem & nitri spuma, aut ipsum adeo nitrum vsum: fortius verò his est sulfur viuum.

Stomaticorum pharmacorum compositio, in quibus etiam quę ex moris constat, Heras.

Proprie quidem stomatica appellantur quę ad vvas, tonsillas, ac omnes quę in ore sūt derepente inflammationes conueniunt. Componuntur autem per prædictam materiam, ex qua sane multę particulares compositiones à medicis sunt confectę. Ego verò etiā hic celebrium tantum mētionem faciā.

Compositio pharmaci ex moris iuxta Heram.

Pharmacum ex moris stomaticum, faciens ad tōsillas, & vvas, atq; alias in ore inflammationes, tum illitum, tum gargarissatum, velut est prædictum. Præparat autē ipsum Heras hoc modo: Succum mororū heminas. vi. ad stringentiam spissitudinem coquito. Deinde tritas croci. 3. i. myrrhę. 3. ij. omphacij. 3. i. aluminis scissi obol. iij. mellis heminam vnam addito. Ipse autē Heras se etiā aliter præparare ipsum ait, hoc modo, vt croci drachma dimidiā inijciatur, & passi hemina vna, & vini maris expertis austeri hemina vna. Coctura autem fit vsq; ad compagem melleam.

Andromachi descriptio pharmaci ex moris.

Andromachus autē de pharmaco ex moris in hæc verba scripsit. Succum mororum heminas. vi. accipito, & in ipsum gallas. v. conijcito, radicis autem dulcis. 3. xxx. vini chij heminam. i. & insolato aut coquito, deinde vbi coactum & spissatum fuerit pharmacum, radices tollito ac proijcito, gallas autem tritas admisceto, & myrrhę. drach. i. croci. 3. i. aluminis scissi. 3. i. omphacij drach. ij. quidam autem aluminis. 3. ij. mellis atticij heminam vnam. Manifestum autem est, quod hoc pharmacum magis adstrictorium est q̄ præscriptum, maxime si alumen adumat. Sufficientes enim erant gallę, & omphacium, vt multum adstringens redderent pharmacum, verum vbi alumen amplius additur, plurimum in ipso adstrictoria vis augetur. Recte tamen in eius confectione admista est dulcis radix, quę exasperata lenit, & propterea asperitatem ex adstringentibus inductam lenire potest. Cæterum pro mororum succo conijcitur etiā mororum rubi succus, alijs quomodocūq; velis appositis, siue vt Heras, siue vt Andromachus scripsit. Relatum autem à me antea est, quomodo liceat ipsum variare, per eorum quę adijciuntur admisionem. Dicitur est etiā, quod per succum nucum componi queat hoc pharmacum, reliquis eodē modo iniectionis. Quin & per puni-

corum

corum malorum succum similiter præparatur, tum succo solo cum melle præparato, tū iam dictis iniectionis. Sic vero & rubi fructus cū melle confectus sufficienter adstringens fit pharmacum, quem admodū sane & quod ex nucū succo parat, veluti prius est dictum. At vero etiā variā cōpositione pharmaca ex punicorum succo à medicis conscripta sunt, velut etiā ab Andromacho his verbis.

Stomaticum ex malis punicis, Andromachi.

Punicorum dulcium nucleis carentium partes. ij. & acidorū partem. i. succi in gneum vas conijgatę myrrhę minçę drach. viij. crocomagmatis. 3. viij. omphacij. 3. viij. illyridis drach. viij. aluminis drach. iij. gallę drach. viij. vbi solueris, hæc per liquoris affusionem leuigato, & ad melleā spissitudinem coquito, rursus per projectionem in pilam læuigato ac vtitor, quādoq; cum melle, quādoq; sincero. Hic nō simul coquit mel cum punicorum malorum succo, sed postea cum paratum est, dupliciter pharmaco vt iubet, aliqñ quidem sincero, ad inflammationes videlicet adstrictio- nis indigas: aliquando vero cum melle, cum discussione indigent. Multitudinem autem succi congium esse iubet, hoc est sextarios sex Romanos. Cū enim Romę medicatus sit, semper eius vrbis mensuris vtitur. Inijcit autem in ipsum myrrham, & crocomagma, & gallam, & iridem illyricam, (Ipsam enim Illyrida appellare solet.) Amplius autem ad hęc omphacium, omnium quinq; numero, singulorū vnc. vñ. octo enim drachmę vnciā efficiunt. Ex alumine verò scisso vnc. dimidiam. Scripsit porro deinceps Andromachus etiā id quod ex musto sit stomaticum, sic in hæc verba.

Andromachi stomaticum ex musto, quo vtitor.

Gallas. xxx. Rhois coriarij sextarios. ij. musti sextar. vi. Gallas contractas cum Rhoe per diem & noctem in musto macerato, deinde coquito, donec ex toto quarta pars supersit, & per linteolū colato, exprimito, et in olla ad mellis crassitudinem spissato, deinde trita addito, aluminis scissi. 3. i. croci drach. i. myrrhę drach. i. permista reponito atque vtitor. De musto nihil manifeste retulit ex quali vna ipsum sumi velit, num ea quę austerum vinum fundit, an quę dulce, an quę medium. Nos igitur nosse oportet quod pharmacum ex dulci confectum magis mitigatorium & moderatum erit, ac minus efficax. In quibus autem opus est vt vehementiore adstrictione, id quod ex acerbis vinis fieret, vehementius quidem adstringit, leniendū autem vim nō habet. Palam est autē ex medio vino paratum, etiā mediam facultatem habere.

Crito stomaticum ex malis punicis.

Crito pharmacum ex succo punicorum his verbis descripsit. Stomaticum ex punicis ad vlcera & aphthas oris. Succum punicorum dulcium heminas. vi. in tereo vase ad tertias coquito, deinde cinnamomi. 3. i. calię drach. i. myrrhę drach. i. omphacij obolos. iij. croci obolos. iij. nardi indicę obolos. iij. terito, eisq; mellis heminam. i. admisceto, atq; ita adinfuso succo ad lentum ignem moueto, ac donec spissetur coquito ac vtitor. Scribit autem & aliam compositionem pharmaci ex punicis huiusmodi. Malorum punicorum dulcium vna cum corticibus tusorum ac expressorū sextarios. vi. mellis boni sextarium. i. in ollam cōiecta coquito ad spissitudinem mellis: deinde aluminis scissi vnciam vñ, myrrhę vnc. dimidiā, terito, addito, ac mistis vtitor. Magis adstringens scripsit certe hoc pharmacum Crito q̄ præcedens. Ridicule igitur quidam faciunt interrogantes vtrum ipsorum altero melius sit. Alterutrum enim in proprio tempore altero melius est, atq; hoc quidem posterius ad ea, quę vehementi adstrictione indigent, ad ea verò quę discussione, prius, maxime cū & cinnamomum iniecerit in ipsum discussorium medicamentum. Scripsit autem & ex musto medicamentum Crito hoc modo.

Crito stomaticum ex musto.

Stomaticum ex musto facit & ad aurium & sedis vlcera. Musti sextarios. vi. ad sextarios. ij. decoquito, deinde Rhois coriarij drach. iij. alij drach. ij. misceto, & gallarum drach. iij. alij verò gallas. xxx. croci drach. ij. alij drach. i. aluminis scissi drach. ij. Quidam etiā myrrhę drachmam vñ, mellis sextarium. i. mistis vtitor. Multa verò alia pharmaca ex prædictis succis à multis medicis scripta sunt iuxta commensurationem variantia, cum aliqui quidem omnia prædicta conijciant: quidam verò auferāt, alius aliud, & alius plus, alius minus. In quibus velut dixi inspicere oportet quid redundet, an adstringens & repulsiuum, aut lenitiuum & concoctorium, aut discussorium. Ita enim rectissime ipsis vtēmur. Quare relinquam particulares eorum quę scripserunt differentias. Transibo autem ad alia pharmaca citra hos succos præparata.

Stomatica pharmaca citra succos composita, ex aceto & gallis.

Stomaticum pharmacum scripsit tum Andromachus, tum Crito, eandem habēs symmetriam. Sufficiet itaq; descriptionem Andromachi referre hoc modo habentem his verbis. Stomaticum Aristoclis ad synanchas, quas anginas Latini vocant, & reliquis in ore affectiones. Hac & Antipater vsus est.

Gallas numero. xxx. aceti albi sesquicyathum, alij cyathos. ix. myrrhę drach. viij. nardi indicę drachmam vnam, Rhois culinarij sesquicyathū, alij cyathos. ix. aluminis scissi drachmam vnam, piperis grana. xxx. mellis atticij cyathos. ij. alij sesquicyathum. Coquuntur gallę in aceto donec flaccescant, deinde tritę mellis miscentur tempore vsus. Quidam etiā seminis mandragorę, {vnciam vnam} addunt. Hęc quidem Andromachus scripsit. Fortassis autem dubitauerit Quinta Classis. YYYYY ij quispiam

† Al. drach. i. antiqua trāslatio habet. 3. i. s.

quispiam propter quid, cum scripsisset acetum sesquicyathum, mox adscripsit alij cyathos. ix. multum enim mensura altera alteram excedit. Quemadmodum etiam rursus cum ait, Rhois culinarij sesquicyathum, alij cyathos. ix. Singulatim itaq; vtrunq; expensum dubitationem affert. Si vero inter se complicentur, conuenienter scripta sunt. Si etenim cyath. ix. iniicerimus, iniiciemus etiam Rhois culinarij eosdem. ix. cyathos. Si vero acetum sesquicyathum, sufficit etiam Rhois culinarij sesquicyathus. Quare in pharmaco plus acetum habere, diuturnior coctura facienda est: in minus habente, breuior. Praestat autem diutius fieri cocturam, ita enim galle molles reddentur. Conspicuum vero est generosum esse hoc pharmacum ex contrarijs compositum. Gallae enim, & acetum, & Rhus magis adstringentia sunt, & maxime repellunt: valde autem discussorium est piper, sed mistae facultatis est nardus. Myrrha vero discussoria habet vim, sed & lenem ac mitigatoriam vna cum hoc, quod etiam concoquit. Discussoriae facultatis est etiam mel, sed citra mordacitatem earum affectionumque in ore fiunt, cum in oculis mordax existat. Verum de acetum viribus iam saepe mentionem fecimus, quod & secatur, & discutit, & repellit. Album autem in descriptione addidit, ut videlicet tenuium partium indicet. Quidam vero tum acetum quinque cyathos, tum Rhois eosdem iniiciunt, medium quodammodo apprehedentes inter eos, qui plurimum, & qui minimum de vtroque coniiciunt. Manifestum igitur est eos medium quoque pharmacum iuxta facultatem praeparare, quoadmodum symmetria ipsa media existit.

Stomaticum illitio ex Befasa, hoc est semine ruta soluestris.

Celebre est & hoc pharmacum ab Andromacho hac verborum serie descriptum. Stomaticum ad anginas ex Befasa, faciens ad desperata, quo vtor. Seminis anisi, seminis apij, seminis ammiij, floris iunci odorati rotundi, aluminis scissi, iridis illyricae, befasa quod aliqui harmala vocant, cinnamomi, myrrhae troglodyticae, aristolochiae longae, singulorum vnc. i. casiae, rosarum siccarum, vtriusque vnc. i. crocomagmatis, vnc. i. costi, cineris hirundinum recentis, vtriusque quadrantum, croci sesquiunciam, nardi indicae, amomi, vtriusque vncie dimidium, gallas. viij. tritis cum melle vtere. Verum vsus tempore tandem mel adde. Hoc ipsum pharmacum etiam Heras scripsit, ut parum absit quo minus penitus idem sit. Solas enim rosas variavit, & non ipsas coniicit, sed florem ipsarum, & ad finem addit. Quidam etiam casiae fuluae vnc. i. De hirundinibus autem ambo obscure tradiderunt, quanquam alij clare scripserint, nisi quod inter ipsos non conuenit. Alij enim nidum vtere iubent ex stercoribus hirundinum maxime compositum. Alij ipsas hirundines. Alij ipsarum pullos. Hi vero obscurius scripserunt, & Andromachus quidem, cineris hirundinum recentis, oportebat autem ipsum apponere vstarum. Tale enim quiddam cineris vox significat, nisi nidum ipsum terere ac laeuigare iubet. Heras autem, hirundinum recrementi, non apponens vsti. Forte igitur neuter vult comburi debere hirundinum recrementum, quemadmodum alij. In quibusdam tamen exemplaribus sic scriptum est. Hirundinum tenerarum vnc. i. quemadmodum in alijs hirundinum a trabibus. Palam est autem quod acre & discussorium est hirundinum excrementum, quemadmodum etiam alia omnia omnium animalium stercora, aliqua magis, aliqua minus: velut etiam ipsorum animalium vstarum cinis. Dicitur etiam nobis de befasa in simplicium pharmacorum tractatu, quod tertij sit ordinis calfacientium, & nunc sane quod eiusmodi admistum est etiam praedicto medicamento, quod plurima discussoriae facultatis in se habet, quemadmodum aliqua ex alijs stomaticis, adstringentibus et repulsiuae. Etenim iam relata pharmaca valde discussoria sunt, & ad haec amplius cinnamomum super omnia vim tenuium partium & discussoriae habes. Quin & semina anisi, apij, & ammiij discussoria sunt: & iris & aristolochia ex discussorijs sunt, velut etiam myrrha. Mistae autem facultatis ex discussoria & adstringente est casia, & crocus, & nardus, & amomum, & costus. Praecellit autem in ipsis calfactoria & discussoria, & maxime in costo. Mistae facultatis est & iunci rotundi odorati flos, sed vtraque imbecillitum adstringente, tum calfaciente. Gallae vero, clarum est autem quod de omphacitidum genere loquor, ex adstringentibus multum sunt pharmaca, velut etiam alumen scissum. Rosae autem rursus debilissimam habent adstringendi vim. Ex contrarijs igitur facultatibus particularium pharmacorum, hoc medicamentum propositum iam constat, & non solum contrarijs, sed etiam vtriusque fortibus, atque, velut dixi antea, multo fortioribus discussorijs quam adstringentibus. Quando vero confectione eius clare conscripserit Heras, visum est ob id etiam illius verba in commune proponere ac adscribere, quae hoc modo habent.

Stomaticum ex befasa, Herae.

Stomaticum faciens ad anginas, & inflamas tonsillas, ac vlcera facta in ore. Conuenit etiam stomachicis & dyfentericis summe, in frigida exhibitam magnitudine fabae. Est & Arteriaca bona, & dolorem sedat. Anisi vnc. i. ammiij vnc. i. apij seminis vnc. i. costi sesquiunciam, floris iunci odorati vnc. i. iridis illyricae vnc. i. aluminis scissi vnc. i. gallas omphacitidas mediae magnitudinis. viij. crocomagmatis vnciam vnā, croci sesquiunciam, myrrhae vnciae dimidium, floris rosarum vncias duas, aristolochiae longae vnc. i. seminis befasa vnc. i. cinnamomi vnc. i. spicae nardi sesquiunciam, amomi racemi vnciae dimidium. Quidam etiam casiae fuluae vnc. i. cineris hirundinum recrementi vnc. vnā. Myrrham cum melle terito, reliqua vero omnia contusa & cribrata in mortarium

† Ant. cod. habent svrraie qua etia habuit vetus interps. imprest tamen cod. graeci hēt diaphorizae seu discussoriae.

* Al. sesqui-drachmam.

* Al. Mēphyti.

* Al. ij.

* Al. ij.

A in mortarium conijcito, atque vbi miscueris, per pistillum myrrham cum melle moderato agitato, ut pharmacum melle crassius reddatur. Visus vero tempore melle dilutum illine, atque ex aqua gargarissandum praebere, aut ex aqua mulla vel succo pitifanae. Caeterum pharmacum hoc in staneo vase reponitur ac adseruatur.

Aliud Stomaticum ex hirundinibus absque Befasa, Asclepiade.

Scripsit etiam Asclepiades stomaticam illitionem his verbis. *Aliud Stomaticum facit & ad anginas.* Hirundinum syluestrium vstarum cineris drach. iij. croci. 3. i. nardi indicae. 3. i. melle excipe. Mistura fit cum iam sub manibus sunt affectiones. Hirundines porro vruntur hoc modo. Pullos sale conpersos vna cum pennis in fictile conijcimus, obturatumque prunis imponimus. Gratia habenda est Asclepiadae ob id quod tam diligenter describit quo modo hirundinum pullos vti iubeat, & quod ipsa animalia, & non eorum recrementa, in pharmaci compositionem praeparanda censeat. Scripsit vero etiam Andromachus stomaticum pharmacum ex hirundinibus, hoc modo.

Stomaticum ex hirundinibus ad anginas, ut Harpocras.

Pullorum hirundinum vstarum numero. xi. mellis cyathum. i. alij cyath. ij. habent, succi myrti viridis cyathum. i. alij cyath. ij. myrrhae obol. iij. pullos vrito, omnibusque mistis ac tritis vtor. **B** etiam hic hoc loco pullos comburi iubet. Haec itaque duo praescripta pharmaca ex hirundinibus sunt absque Befasa. Alia autem duo stomatica haec praecedentia ex hirundinibus vna cum Befasa constant. Est autem & tertia coniugatio pharmacorum eiusdem generis, in qua ea quae ex befasa circa hirundines praeparantur, continentur.

Alia stomatica illitiones Andromachi.

Praestat autem opinor neque alias relinquere oris illitiones, quae sane laudantur ab ijs qui de pharmacorum experientia sunt curiosi, maxime cum multorum ex eis etiam ipsi experimentum fecerimus, partim quidem ex nostro vsu, partim vero eorum qui nobiscum sunt medicati. Incipiam autem ab ijs quae Andromachus scripsit, ipsas compositurus iuxta illius verba.

Ad columellam laxatam.

Mellis lib. i. aluminis liquidi lib. i. florum rosarum libram dimidiam, succi hypocistidis quadrantum. Alumen in melle coquito, deinde sicca inspergito, atque ita vtor. Coquito autem modice. Vere bonum est hoc pharmacum, eoque tribus modis vti oportet, quemadmodum vidistis me plurimis stomaticis pharmacis vti. Vnus vtendi modus est et maxime in principio, ut dissoluatur per aquam calidam aut aquam mullam, ac gargarissetur. Nam & mitigatoriu est hoc, & quod conuenit efficit. Interea autem dum eo sic vtimur, etiam sincero pharmaco vti conuenit, partim quidem cum digitis illinendo, partim vero per cochleare admouendo, vna cum hoc quod reprimamus & intrepide foras columellam ipsam ducamus. Confert enim quam maxime ad linguam ipsam vergere, & a restitidine secedere, quam habet ut plurimum ad ipsius asperae arteriae extremum.

Aliud stomaticum eiusdem Andromachi ad omnia vitia oris.

Crocomagmatis drach. ij. iridis drach. iij. sandarachae drach. dimidium, hoc est obol. iij. terebinthinae drach. ij. lycij indicae drach. i. vuae passae drach. viij. aloes drach. i. omphacij drach. i. nucum pinearum tostarum drach. viij. succi glycyrrhizae drach. i. aluminis scissi drach. i. balaustij drach. i. floris rosarum drach. ij. mellis heminas duas & dimidiam. In quibusdam exemplaribus sesquihemina habetur. Ipse quidem Andromachus sic scripsit, non ostendens quomodo mel miscere oporteat. Num crudum, aut coctum, aut despumatum tantum. Ego vero despumatum miscendum esse censeo. Scripsit etiam alias stomaticas illitiones Andromachus omnes bonas, quare minime relinquendas putavi, ideoque subscribam omnes deinceps, quemadmodum ipse praescripsit. **C** *Stomaticum, quo ipse se vti dicit.* Floris rosarum drach. ij. nucum pinearum drach. i. croci drach. i. excipe melle. *Aliud, quo item se vti dicit.* Iridis illyricae drach. viij. croci drach. viij. alij. iij. florum

D rosarum drach. iij. excipe melle. Aliud, Misyos cyprij drach. viij. iridis illyricae drach. iij. myrrhae drach. ij. croci drach. i. excipe melle. *Aliud odorum, tenerum, ad inflammationes & crustas comodum.* Nucum pinearum drach. iij. amyli drach. ij. aluminis scissi drach. i. floris rosarum drach. i. croci oboli. iij. excipe melle. Haec ex ferula Cratippi esse ait. *Aliud Stomaticum Meneceatis.* Croci drach. iij. balaustij drach. iij. florum rosarum drach. i. alij dimidiam, fructus ericae drach. i. malabathri drach. i. nardi indicae drach. i. nucum pinearum numero. xx. excipe melle. *Aliud, quod ex libris Meliti esse ait.* Rhois rubri drach. ij. florum rosarum drach. i. costi, croci, vtriusque obol. iij. excipe melle. Haec etiam gargarissari cum passo, aut aqua mulla ait, neque scio cur hoc hic adscripserit, cum omnia gargarissari possint. *Aliud Stomaticum quod etiam ipse laudat.* Floris iunci rotundi odorati, myrrhae, croci, casiae, aluminis scissi, illyridis, singulorum drach. iij. nardi indicae drach. vnā. excipe melle cocto. Hic quidem igitur cocto adiecit. In prioribus vero semper simpliciter melle dixit, permittens nobis quomodocumque praeparare velimus. Ego autem velut dixi, melle despumato vtor.

Alia illitiones stomaticae, quas Asclepiades scripsit.

Illitio ad putredines oris Asclepiadae. Rhois rubri drach. iij. acaciae drach. i. medullae drach. iij. vino Pramnio dissoluta excipe melle cocto, & vtere ad illitionem. Haud scio quomodo reliqua.

Quinta Classis.

YYYYY ij querit

querit adscribere ad medullam, num ceruinam, an vitulinam conijci velit. Quando igitur non ad scripsit, tutius est ceruinam adijcere. Forte enim esse vult medicamentum, fortior autem est medulla ceruina quam bubula. Alia, Succus hypocisthidis drach. ij. balauftij drach. i. lycij drach. i. acaciae. z. i. excipe oliuae immaturae succo, & melle subactis vttere.

Illitiones oris aptae eis, qui medicamentarias qualitates aegre admittunt.

Porro de mulierculis quid attinet dicere, & maxime diuitibus, quae praedictis stomatica medicamenta aegre admittunt: lam vero etiam viri quidam non solum praedictis, sed etiam natura quodam modo malum stomachum habentes, eiusmodi pharmaca non ferunt. Et sane praeterlabentia sepe numero in stomachum, non solum iniucunda aliquo modo sunt, sed etiam noxia. Mansuetissima igitur ex ipsis crocum habent & myrrham, & alumen. Melius igitur est aliquas stomaticas compositiones absque his factas habere. In moderatis itaque inflammationibus aut tonsillarum, aut vuae, aut alterius alicuius partis, sufficiunt succi soli fructuum iam dictorum, velut rubi, & mororum, puniceorumque malorum, et cotoneorum. Quin & succus nucum, vbi cum solo melle paratur, suauem gustum habet: itemque mustum ex acerbiorebus vuis, ex quibus Aminaeum vinum funditur, si in ipsum Rhus addatur: hoc enim velut adscripsit optimum fit pharmacum, coctum vt dictum est. Ad eas vero inflammationes quae multa adstrictione indigent, illitiones stomaticas huiusmodi parauit. Austerorum puniceorum succum, aut austerorum cotoneorum, aut etiam vtrorumque simul, iuxta praedictam proportionem cum melle miscui, atque sufficiens erat. At vero mororum succus debile pharmacum est. Sed inter hunc & praedictos, medius est iuxta adstringendi vim succus rubi mororum. Fortis autem est nullo minus ex corticibus nucum, quam non sit etiam in gustu acerbus. Vnicuique vero ex his licet vvas acerbis expressas miscere, si quidem vehementius efficere velis, eadem mensura: si vero non, omnino tamen dimidium succi ipsarum addes. Vehementissimum autem reddetur pharmacum si punica integra tundas vna cum corticibus, indeque succum exprimas, atque hoc magis si fuerint acerba. Amplius vero acerbissimum ex his fiet, si ad puniceorum austerorum ita tusorum succum, vuae acerbis succus superaddatur cum moderato melle. Praestantius adhuc erit, si tota contusa punica mala passo cocta excoles. Licebit etiam ex solis dulcibus puniceis pharmaca praeparare, vt debilius, ita suauius, & magis si ex solo succo citra cortices composueris. Ego vero saepe tria puniceorum genera permiscui, austera, acida & dulcia. Ne vero valde exasperet, admisto glycyrrhizae succo, optimum pharmacum efficies. Quin & ex fructibus factum per se solum optimum est medicamentum, tum ijs qui gargarizando colluere, tum qui illinere oris inflammationes volunt. Est autem & hoc partim austerius, partim moderatius in adstringendo, diciturque de compositione ipsius paulo post. Quando vero non solum repulsiuum pharmacum nos habere oportet, sed etiam discussorium, si quid appareat induratum, in hunc modum ipsum parabis. His quoque medias facultates habent ex praedictis, iniicies aliquid dum coquantur, ex pulegio, aut thymo, aut origano, hyssopo, mintha, aut calamintha. Deinde colabis, & habebis optimum medicamentum. Si vero calidius efficere velis, piper addes. Praeparauit quandoque etiam sine pulegio, aut thymo, aut aliquo huiusmodi id quod ex succis constat, solo pipere in ipsum coniecto. Omnibus autem si glycyrrhizae succus addatur, melius pharmacum efficietur. Quod si pro opulenti componas, etiam amomi quid miscbis. Quantitas autem huiusmodi rerum eadem tibi seruetur cum ijs, quae crocum & alumen ac myrrham adsumunt, velut praescriptum est: pro illis enim tibi hic amomum erit. Quin & mastichen chian quandoque iniici, post faciam videlicet colaturam, & postquam ea quae incocta sunt fuerint exempta.

De crustis in ore.

CAP. 2.

In calidis & humidis corporis locis, quale est os, cito putredo accedit, ex quacumque tandem causa fuerit exulceratum. Confert ad hanc rem etiam id, quod nihil penitus in ipso ex pharmacis incumbere queat, velut in alijs vlcibus potest. Eluuntur enim omnia a salua. Quapropter etiam fortissimis pharmacis saepe ad ea vt cogimur. Fortissima autem sunt quae crustam, escharam Graecis dictam, efficiunt ad modum cauteriorum. In externis igitur vlcibus, vbi parti curandae crustas fuerit inducta, a fortibus pharmacis desistimus, ad ea quae crustas tollunt transgredientes, quae manifestum est exterforia qualitatis ac facultatis esse. In his vero quae in ore fiunt, propter loci naturam, tutius mihi esse videtur admiscere ad exterforia pharmaca quaedam fortia, quae singulatim admota crustas infligunt. Ob hanc igitur causam melli vehementissima extergendi praedito pharmaca admiscemus ipsas crustas efficientia. Quemadmodum sane in sordidis vlcibus in cuticula obortis diximus admisceri oportere melli, quae parum extergent, thus, eruum, iridem, aristolochiam, & quaecumque alia huiusmodi, eadem rationatione contraria apponentes, velut Hippocrates dixit. Vna enim eademque ratio in vtrisque est, vt videlicet exterforium pharmacum moderate habens ad affectionem adhibeatur. Habebis autem commodum pharmacum ipsum mel, in vlcere quidem sordide, debilibus exterforijs permiscum. In quibus autem ob loci naturam, putredinis accessionem formidamus, ex fortioribus quippiam ad ipsum mel admiscemus. Rationabiliter igitur ad oris vlcera arida medicamenta cum melle commiscuerunt, per quae crustas inducimur. Quaedam igitur ex huiusmodi pharmacis prius recensuit in eo

A in eo loco, quo ad nomas oris medicamenta scripta sunt. Eadem enim etiam ad crustas conuenire dixi, si mel ipsis addatur. Quin etiam nunc de ipsis scribam, omnia tamen bis dici cupiam videatur. Quae igitur ab Andromacho scripta sunt paulo ante, in memoriam saltem me reuocare oportet ex eo loco, in quo docuit quae pharmaca ad nomas oris conueniant: apponam autem principia ipsorum tantum. Vnum igitur pharmacum sic conscripsit. Andromachi stomaticum odorum tenerum ad inflammationes & crustas commodum. Composuit autem ipsum ex nucibus pineis, amylo, & alumine scisso, flore rosarum, ac croco, melle admisto. Alterum hoc modo conscripsit. Pastillus ad affectiones in ore, crustas, ac nomas, quo etiam ipso, cum melle vtitur. Quin & omnia alia ab ipso ad nomas descripta, etiam ad crustas commoda sunt cum melle.

Quae Crito ad crustas conscripsit.

Quae vero Crito ad crustas conscripsit, illius ipsius verbis sic habent. Misy crudum euestigio tollit. In alio exemplari cum melle tostum habetur. Ad oris vero crustas aqua diluta ac modico vttere. Sint autem misyos torrefacti drach. iij. mellis boni cyathi sex, commisce ac vttere. Similiter facit & chalcitis assata cum melle, vt strigmentitia sit spissitudo.

Quae Archigenes ad crustas conscripsit.

B Archigenes autem de his sic tradidit. In crustis quae Escharae Graecis appellantur, priuatim modum est stercus caninum cum melle illitum. Aut atramentum sutorum purpurae marinae tomento inuolutum vrito, neque agitur, deinde cum melle tritum illinito. Aut pice liquida cum pari melle, pauxillo autem cedriae admisto vtitor. Aut Rhois coriarij quantum satis sit irrigati aqua, donec strigmentosa euadat, vbi coxeris, melli misceto & vtitor. Facit & Syriacus Rhus cum melle. Aut hirundinum vstarum, & stercoris humani parem modum cum melle illine. Aut hepatis lupi aridi cochlearia duo trita bibeda praebere. Horum pharmacorum maximam partem laudo, quod vero est rhoe constat damno, cum adstringentis sit facultatis, quae nequaquam crustis conueniet. Verum de lupino hepate non habeo quod dica. Ad hepaticas enim affectiones scio hoc pharmacum tum per se, tum pharmaco ex eupatorio mistum bibi. An vero etiam ad crustas in ore potum conueniat, iuxta aliquam totius substantiae proprietatem, per solam experientiam iudicare oportet, de qua non est quod dicam, vt qui hoc non solum vsus in huiusmodi affectionibus. Caninum autem stercus, vbi ossa comederint canes, per omnia optimum est, nam & magnopere auxiliatur, neque ullam insuauitatem exhibet vtenti. Humanum vero tanquam abominandum semper detestatus sum. Vfus est itaque ipso quidam non praedicens, sed latere conatus. Accepit autem non vulgare, sed pueris dabat in cibo panem cum leguminibus quae lupini vocantur, atque ita resiccatum habebat in promptu ad quaecumque eo vtique opus esset. Quin & Musa plurimum vsus est primus adeo stercore canino, album semper adsumens. Scribit igitur in praesenti affectione similiter eodem canino stercore se vsus, his adeo verbis.

Musa ad anginam.

Ad Anginam stercus caninum album accipito ac resiccatum, tritumque cribro medico cribrato, & in promptu habeto. Vfus tempore melle diluito, atque tunc vt deuoretur illinito. Haec cum scribat Musa, merito ei ad stipulamur: hoc enim pharmaco fortius nullum nouimus, neque in angina, neque in magna tonsillarum inflammatione, aut his quibus ex glandulis suffocationis periculum imminet. Ex sorano. Experti sumus etiam Sorano scripta pharmaca probe facere, quae his verbis tradidit. Chalcitidis tostae, mellis Attici, quod satis est. Chalcitidem cum melle terito ad strigmentitiam crassitudinem, ac vtitor. Aliud ad crustas faciens & humore praegnantem gingiuas, itemque fetentes. Misyos vsti drach. viij. iridis illyricae drach. iij. croci drach. i. Haec trita ac mista in pyxide li gnea reponito, & tum per se, tum cum melle vtitor. Consequenter vero etiam haec hoc modo prodidit. Aliud pharmacum Anthera, ad praedicta faciens. Iridis illyricae, sandarachae, cyperi, singulorum drach. iij. aluminis scissi, croci, crocomagmatis, singulorum drach. ij. his tritis ac mistis vttere. Quidam vero & florum rosarum, & gallae, vtriusque drach. ij. adijciunt. Vtere autem ad putredines, & disparatas per abscessum ac cruentas gingiuas arido. Ad crustas cum melle.

Quae Heraclides Tarentinus ad crustas in ore conscripsit.

Heraclides Tarentinus in scriptis suis ad Antiochidem in hunc modum conscripsit, de putredinibus in ore. Facit quidem & Anthera sicca admota. Si vero validior sit putrefactio, apposita est haec compositio. Libri vsti partes. iij. auripigmenti parte. i. tritis, mistis vtitor, & superne linamentum conuulsum impone, rosaceo tinctum ac expressum. Quidam Libri partes. viij. capiunt. Aliud ad robustas putrefactiones oris, ac reliqui corporis. Chalcitidis partem vnam, calcis viue tantundem, auripigmenti partem dimidiam, tritis, mistis vttere. Aliud ad putredines in ore, & gingiuarum abscessus. Florum rosarum drach. iij. aluminis scissi drach. ij. gallae drach. ij. myrrhae drach. i. trita melli misceto ac vtitor. Verum ad vlcera leuiter crustosa, iniice aluminis drach. iij. myrrhae obol. iij. gallarum drach. i. Aliud, Aceti acerrimi heminam vnam accipito, in ipsumque tantum salis donec non amplius liquetur conijceto, deinde donec siccetur coquito, & ex illo accipito, atque acetii cyathum vnum affundito, ac ore detinendum exhibeto per satis multum tempus, deinde iterum atque iterum idem facito ter aut quater per diem, respectu habito ad subiectas partes.

Quinta Classis.

YYYYY iij In pueris

In pueris verò lanās circum specillum apponito, intingitoq; ac locum confricato, ea corporis **E** figura ordinata ne ipsam deuoret. Quidam verò arido sale vtuntur terentes ipsam cum aceto & resiccantes. Faciunt & alumen rotundum ac fori, pari pondere. Oportet autem colluere lentum decoctum modico admisto melle, aut rosarum cremorem cum melle. Quod si non exuperetur per hanc putrefactio, vrere iube, munitis & coniectis in orbem circūstitis locis. Sit autem candens ac pellucens cauterium, quod admoveatur donec nullus humor amplius defluat, & locus videatur exuperatus. Postea colluenda prædicta, & Anthera compositione vtendum ex melle, vsquequo crustæ circūrunipantur, atq; tum sanè melle vteris. *Aliud odorum, tenerum, ad inflammationes & crustas commodum.* Nucum pinearum drach. iij. am, ii drach. duas, aluminis scissi drach. i. florum rosarum drach. i. croci obol. iij. excipe melle. Hoc medicamentum ex Ferula Cratippi sumptum dicit.

Ad columellam siue gurgulionem.

CAP. 3.

CArnosa quædam particula in summo ore apparet dependens, si quis aperto plurimum ore toto lingua deprimat. Hæc ipsa caruncula duobus nominibus appellatur à veteribus Græcis, gargareon, & cion, hoc est gurgulio & columna. Cæterum posteriores medici ferè omnes nō ita, sed cionidem, id est columellā vocant. Nam qui staphylen, id est vnam, ipsam appellant, eorū **F** neq; meminisse præstat. Nos. n. non particulam ipsam, sed vnam aliquam eius affectionē, staphylen siue vnam nominamus. Rarò autē hæc affectio circa columellā cōtingit. Verum valde sæpe inflammatur. Et sanè quemadmodū in alijs omnibus, in quibus ex humorum influxu cōtingit morbus, ita etiam hinc prima auxilia reprimunt fluxum. Adstringētis igitur facultatis hæc esse oportet: & si quidem moderatus sit influxus, moderatè adstringentis, quam austeram priuatim dicūt. Vbi verò vehementior fuerit influxus, acerbæ. Ambæ enim adstringunt, sed debilius austeræ, vehementius autem acerbæ. Relatæ sunt autem sæpe ambarum materiæ. Verum præstat & nunc meminisse, quò in paruis inflammationibus debiles, in magnis vehementes adhibeatis. Collutiones itaq; moderatè sunt ex palmulis, aut phœnicobalanis, aut quomodocunq; appellare velis, decoctis qnq; sola aqua, quandoq; modico melle iniecto. Huic consimilis est collutio ex decocto rosarum, pampinorum vitis, rubi, rubi canini, Lentisci, hederæ, cypri, terebinthi, thami, aspalathi, cyperi, ac cytinorum, item siliquarum, & radicum mori, hypocisthidis, malorum austerorum, & pyrorum acerborum, ac *δραχ.* id est forborum, quæ multi apponentes ad primam nominis syllabā *υ*, *δραχ.* appellant, vt nominis quidem tres sint in vniuersum literæ, tum *υ*, tum *υ*, tum *α*, apud Græcizantes verò cum *υ*, tum *α*. His fortiora sunt myrti ac baccharum eius decoctum, & ex acerbis cotoneis **G** malis, & gurguliorum tenerum ilicis, arbuti, smilacis, ac phagi, & ipsarum glandium, mespilorū item & cornorum, & fructus memæcylī. Generosissimū autem est decoctum gallarum, & rhois culinarij ac coriarij, ac fructus myricæ, & spinæ Egyptiæ. Ex his singula tum per se, tum etiam mistim cocta ex aqua, gargariflare oportet. Mirum enim q̄ misturæ ipsorum vtiliores sæpe sūt ipso simplici vsu. Quin & aridis tritis columellam contingere oportet, sensim quodammodo ad supernam regionem & externam, ad linguam videlicet ducendo. Verum trita arida pharmaca cochleario excipiantur, et melius est vt ipsum cochlearium ad finem in obliquam lineam desinat, q̄ in rectam. Et ex his ipsis, moderatè quidē sunt rosæ, & flos ipsarum, & virgulta iam enumeratarum plantarū, hypocistis, theon, lapis quo futores muliebria calciamenta expolunt, vocatur autē Ageratus, velut nō senescens, aloeq; & cyperus, & iunci rotundi odorati flos, radix nardi indicæ, ac nostræ montanæ. Fortiora his sunt, & citra manifestam aspritudinem adstringūt, fructus spinæ ægyptiæ, rheon, & quod diphryges appellatur, rhus obsoniorum siue culinarij, & ex acerbis, ba laultium, cytini, malicorium, galla, & magis exactè cum omphacitis fuerit. Adstringunt etiam eximie omnia aluminis genera. Scissum verò inter ea tenuiorum partium est, & ob id vtilius. Atramentum verò futorium vehementem habet adstringendi vim, sed non expers est calfaciendū, & **H** propterea putredinosis vlceribus cōuenit: & tñ exacerbatur columellā, etiam si iam sit in scirrhum indurata. Succij porò adstringentes ex omnibus dictis plantis sunt, & fructibus ipsarum cōsimiliter. Dictum est de ipsis inter illitiones stomaticas, quarum aliqua ex musti, aliqua ex mellis mistura præparantur. Corruptuntur enim succi omnino si absq; melle reponantur, aut rursus resiccantur si plurimum fuerint cocti. Quidam verò succi etiam si ad solem estiuum siccētur, ad moderatam spissitudinem, per tempus tamen exarescunt: & si ad plures annos durarint, in eam perueniunt ariditatem, vt conteri queant in modum cytinorum & balaustiorum. Tales sunt hypocisthidis succus, & vux acerbæ, ac glycyrrhizæ, & centaurij. Et, vt in summa dicam, omnes succi etiam si absq; melle diutius fuerint cocti, non quidem corruptuntur, verum tempore fiunt aridi, & quidam sanè velut dixi, conteri possunt, quidam verò natura videlicet tenaces & viscosi, in laminam magis abeunt, q̄ vt conterantur. Atq; hæc quidem simplicia commoda existunt. Composita autem ex ipsis iuxta duplicem vtilitatem fiunt. Vnam quidem ex his quæ eiusdem generis sunt, quando vehementi molle admiscemus, carentes mediò, velut florem rosarum, aut ipsas rosas cum galla aut alumine permiscentes, & vnumquodq; ex prædictis lenibus pharmacis ad vehementes addentes. Non pauca enim numero iuxta huiusmodi permutationem erunt. Immo & iuxta

A & iuxta misturam ipsam ex duabus factam plura pharmaca sient, cū aliās alia q̄titate misceantur. Velut si duplus sit rosarum flos quantitate aluminis, aut vice versa duplum alumen ad florem rosarum: possit autē non solum duplum, sed & triplum, & quadruplum alterum alteri misceri. Neq; clām est et par pari, atq; hoc quidem medium fuerit inter summa siue extrema. Reliqua vero omnia partim propius molliori accedunt, quæ videlicet plus rosarum habent: partim autē vehementissimo, quæ scilicet plus aluminis capiunt. In vtriusq; vero non obscurum est magis & minus. Cum enim duo sunt pharmaca, forte quidem est in quo alumen rosas excellit. Fortius autē est in quo triplum alumen ad rosas cōtinetur, q̄ pharmacum quod duplum saltem habet. Quod igitur semper me dicere audiistis, etiā nūc dicam. Stulti sunt qui inter duo eiusdem generis pharmaca, vtrum ipsorum melius sit quærent, aut quod tandem omnium optimum existat. Perinde enim faciunt ac si quis quærat, præter ne alicam aut pisanam ægris exhibere: aut, Num vinum, an acetum melius, aut aliquod purgatorium medicamentum: aut num melius sit veratrum album an nigrum, aut si in vniuersum quis de omnibus auxilijs interroget quod ipsorum optimum existat. Omnia enim respectu ad aliquid, tum emolumentum, tum detrimentum in se habent, quod ipsum etiam Hippocrates dixit primus omnium posteriorum quod equidem sciam. Ex recentioribus autē medicis aliqui, quemadmodum alia multa nugantur, sic et talia. Vidistis porò sepe opere perfectam quā dico veritatem. Intempestiue nanq; aliqui pharmacis quæ habebant vsu, deinde quod exacerbari affectionem his viderent, ad alia citra methodum transgressi, & neq; his quicq; efficientes, ad tertiam deinceps transitionem, aliquando etiā quartam præter rationem delati, & affectū iam ma lignum esse iudicantes, me in consiliū adhibuerunt: quibus ostēdere mihi iussis pharmaca quæ habebant, id quod cōmodum esset ad præsentem constitutionem indicavi: atq; cum ipsi dicerent per pharmacum quod ego consulebam, ægrum exacerbatum esse, & ob id se eo vti formidare, verum et sic persuasos à me ad ipsius vsu compulsi, & tum illis, tum nobis vtrunq; quod Herophilus dixit, verum esse ostendi. Siue enim dixeris pharmaca nihil esse sola per se ipsa, recte dices. Nihil enim sunt, nisi vtentem eis recte fuerint adepta. Siue rursus pharmaca veluti Deorum manus esse dixeris, et hoc recte dices. Iuuant enim maxime, si is qui eis vtitur, in rationali methodo fuerit exercitatus, & cum hoc natura prudens. Quidam enim haud sane præstantiores existentes, de sapientia cum prudentissimis contendunt. Mistura itaq; medicamentorum eiusdem generis, mediocorum pharmacorū vsus gratia fit, & ob id semper duo contraria facultatibus pharmaca in vnoquoque affectu vos habere operæpretium duco. Permiscendo. n. ipsa omnino multis medijs pharmacis abundabit. Vna igitur misturæ eiusdem generis pharmacorum causa hæc est, iam videlicet relata. Vna vero alia misturæ ex diuersi generis pharmacis, ex huiusmodi ratiocinatione coepit. Rarò equidem inuenerit quis affectionem aut discussorijs tñ, aut repulsorijs indigentem. Paruæ etenim, & affectiones nomine vix à medicis dignatæ, confestim sedantur. Vbi vero generatus affectus maiorem habuerit causam, impossibile est ipsum per repulsoria perfecte sanare, & maxime **v**bi ægri corpus fuerit humoribus multis refertum, aut particula affecta natura debilis. Ob id igitur cogimur sæpe quidem in principio, sæpe vero paulo post admiscere quippiam ex discussorijs. Si vero dolor affuerit simul vehemens, etiam ex mitigatorijs. Itaq; tunc opus est vnicuiq; prædictorum pharmacorum aliquid ex discussorijs addere. At vero cum & hæc omnino multa sint, à mollioribus auspicandum erit. Ab acerbis enim inflammata exacerbantur. Atq; ea gratia composita medicamenta in vsu venerunt cum ad aliarū partium inflammationes, tum gurgulionis. Veluti cum ad alumen iridem illyricam admiscemus, aut farinam eruinam, aut thus, aut myrrham. Cū enim adstringentia sint multa, & non pauca citra acrimoniam discutientia, varietas pharmacorum ad columellas inflammatas merito multijuga facta est. Cæterum tu perfecta inflammationis magnitudine ac caliditate, & considerata influxus quantitate, ampliusq; copiam humorum in toto corpore per coniecturā affectus, pharmaco in quo aut adstringentium, aut discutientium vis excellit vteris. Adscribam aut rursus et hæc pharmaca quæ ab expertissimis tradita sunt, partim quidem cum proprijs discriminibus, non pauca vero et citra distinctiones. In quibus sane ego, velut etiam in alijs quæ supra tradidi, propria discrimina apponam.

Quæ archigenes scripsit ad gurguliones inflammatos.

Ad propositā affectionem sic scripsit Archigenes in primo pharmacorum. Vna laxata succum dissolutum admove, aut gallam tritam cū sale, aut ipsum sal dissolutum, aut lycij radicem tritā, aut omphacium cū melle. Si vero fortius velis, atramenti futorijs, squamæ eris, aluminis scissi, misyos, myrrhæ, gallæ, æquas partes tritas ac vino exceptas illine. Si sola illa Archigenes tradidisset & sic cessasset, haud iniuria ipsum reprehenderim citra discrimen scribentem pharmaca facultatis penitus contrariæ. Quoniam vero in his quæ deinceps scribuntur, corrigi interdum ipsam horum indistinctionē, recte facit. Quod vero indiscriminatim hæc dicta sint, hinc discere licet. Væ inquit laxatæ succum dissolutum admove. Oportebat equidem etiam hinc apponere qualem succum dicat. Verum cū omnibus iam persuasum sit cyrenaicum succum optime facere ad columellam inflammata, non apposuit cyrenaicum, & ob id igitur quispiam haud ipsi succenuerit. At vero quod acerrimum & maxime calfactorium pharmacum, ipsum cyrenaicum succum cum

* At vitiosis.

cū contrarijs scripsit, non apponens discrimen, neq; ostendens quando ipso succo vti conueniat, & quando alstringentibus pharmacis, in hoc perperam fecit. Atramentū sutorium enim, & squamam aris, & alumen scissum, & misy, & gallam, omnia aquis partibus in vino terere iubens, ampliusq; ad hanc myrrham pari pondere addens, hoc modo composito pharmaco vuā illinit, quod fortissima adstringendi facultate præditum est. Verū huius scripturæ indeterminatam incertitudinem mox mitigauit, præscribendo videlicet hæc verba pharmaci cōpositioni, Si verò fortius velis. Hoc enim scripsit tanq̄ scientibus nobis quando fortibus vtendum sit. Porrò mistum pharmacum est & hoc vbi scripsit, aut gallam tritam cum sale. Galla enim vehementer adstringit. Sal verò discutit cum modica adstrictione. In principio verò sale non est priuatim vtendū, sicut neq; succo, sed in indurata iam & diuturna columellæ inflammatione. Ipse autē non columella scripsit, sed vna laxata, cum vulgo existimans columellæ inflammationem vnam appellari. Et quid mirū hoc putandum, quando etiam ex nostratibus quidam ob Atticisimum superciliosus & iactabundus, vnam ipsam particulam appellari existimauit: Maior enim huiusq; Archigenis ignorantia fuit, quanq̄ tum ex alijs veteribus huius appellationis vsus parabilis sit, tum ex Hippocrate constet, ex his adeo in prænotionum libro, verbis: Gurguliones cū periculo excinduntur, vruntur, ac resecantur, quandū rubri fuerint, & magni. Nam & inflammatio ad hoc consequitur, & sanguinis eruptio. Verū tales graciles reddere alijs artibus hoc tempore oportet. Hæc præfatus Hippocrates deinceps ait. Cū verò totum fuerit separatum, quod sanè vnam vocant, & extremum gurgulionis maius & liuidum fuerit factum, superior verò pars tenuior, in hoc sanè tempore tutum est manus admoliri. Præstiterit autem alio prius euacuata manum adhibere, si tempus hoc permittat, & non suffocetur homo. Manifestius autē adhuc Diocles interpretatus est, qualis sit affectio vna appellata, & post eum Praxagoras, & Mantias, & quicunq; concomitantia affectus conscripserunt. Quidam verò etiam ob id affectionem vnam appellatā esse dixerunt, quod vnae fructui extremum gurgulionis simile apparet. Quæ porro deinceps ab Archigene scripta sunt, rectè dicta sunt, discrimina nimirum vsus ipsorum eo adscribente. Habent autem sic.

Commune pharmacum columellæ & tonsillarum. In commune tum tonsillis, tum columellæ inflammationis, aut exulceratis, in principio conuenit, quies, inedia, & cōsequens diæta, gargarismi simplices leniter adstringentes. Posca diluitor tepida, aut aqua mulsa, aut palmularum, aut vitis pampinorum, aut malorum cotoneorum, aut mespilorum, aut pyraltrorum, aut rosarum decoctū, ita vt ad austeram decocta parum mellis admisceatur. Pulchrè hic adscripsit, austeris oportere mellis pauxillum miscere, verū paulò antè cum aqua mulsa per se vti iussit in principio inflammationis, non rectè fecit. Nihil enim adstringens habet aqua mulsa, sed rectissime quis ipsam exteriorem dixerit: & si simul discussoriam dicat, nihil deliquerit. Quæ verò deinceps ab eo scripta sunt, rectè habent in hunc modum. Facit & acaciæ succus aqua dilutus. Illinēda sunt etiam consimilia stomatica medicamenta, velut est quod ex moris constat simplex. Rhōis item syriacæ ac corariæ cremore cocto ad spissitudinem, cum melle misto vttere. Aut puniceorum dulcium atq; acidorum succum ad mellis crassitudinem decoquito ac vtitor. Aut vnae acerbae succum expressum adhibeto. Aut rubi, aut lentisci, aut terebinthi, aut myrti, aut rosarum succo cum melle vttere. Et postea forinsecus alumen scissum cum dimidia aloes parte, ac modica acacia cum succo solani imponere consulens, hæc verba infert. Quod si moretur inflammatio, acetum tepidum per se gargarifset, aut galla trita admista, aut rubi, aut agrestis oleæ radice. Aut cyperi decoctum cum melle. Aut passum cum aqua. Aut sycites vinum calidum. Aut malua decoctum. Manifestum est enim hæc auxilia communia esse, velut prædictum est, tum columellæ, tum tonsillarum. Verū non rectè videtur mihi passum cum aqua confidere, vtpote imbecilli ad talia medicamenta. quemadmodum etiam vino sycite, & malua decocto, priusquam ad suppurationem perueniat affectus: oportebat autem hoc ipsum ab eo indicari. Connectit deinde Archigenes ad prædicta sic scribens: Illinito & ea quæ supra ad vlcuscula in naribus scripta sunt. Priuatim autem picem cum oleo aut melle. Aut crocomagma cum modica galla & melle. Aut alumen rotundum cum flore rosarum tritum, aut rosas aridas, aut florem ipsarum, trita insperge, aut tum tonsillis, tum vnae insuffila. Aut cyperi radicem, vel myrtum, aut lentiscum, vel rubum, aut gallam, aut salem tenuè similiter insperge. Aut omphacium, vel alumen scissum cum melle illine. Aut florem rosarum vel crocum cum mali punici succo. Hic rursus adstringentia ad discussoria citra discrimen permisit. Nihil enim simile est inspergere salem tenuem, aut rosas siccas, vel florem ipsarum, aut pice cum oleo vti, quod pharmacum est calfactorium ac discussorium: aut galla & alumine, quæ pharmaca sunt maximè adstringentia. Cæterum senescente atque indurata iam inflammatione rectè pix liquida adhibeatur, aut arida oleo liquefacta. Tunc verò etiam sal commodus fuerit, corpore videlicet prius euacuato. Incipiente verò aut augete & cum multa caliditate vigente, maximè contrarium auxilium est pix cum oleo, eademq; ratione etiam sal. Consequenter autem rectè descripsit Archigenes ad vigentem affectionem auxilia. Indicat autem ex eo, augete & nihil opus sentiens ex præscriptis malum. Habet sermo eius hoc modo. Si verò in vigorem peruenerit affectio, aut aluus subducatur, aut furfurum loturam calidam gargarifset,

A gargarifset, aut ptisanæ succum, aut passum tepidum, aut radicis dulcis decoctum cum passo & hyssopo, aut ficus vino incoctas, aut ptisanæ succum in quo vnae passæ sunt incoctæ. Magnopere iuuantur si amygdalinum oleum in aures infuderis, forinsecusq; spongij expressis leniter foueris. Quin & dissolutū crudū ex hordeacea farina imponendū, aut ex farina seminis lini aut foenigraci, aut etiam mistura ex his omnibus facta. Si ita prope suppurationem fuerint tonsillæ, coadiuuare assidue per ficuum decoctum oportet, & fermè indelinenter id ad gargarifandum exhibere, similiterq; aquam mullam calidam. Si verò nihil tale apparuerit, augetatamen malum, ita vt agrè transglutire possint agri, & suffocationis principium sit nobis suspectum, aluus forti clystere aut glande subducenda est, & vena cubiti secanda, cucurbitæq; cum sacraficatione collo ac mento affrigendæ. Fomentis etiam ac cataplasmatis frequentius & robustius vtendum, & assiduis gargarifinis. Quod si ad nullum horum præfidiorum cedat, sed augetur, venæ sub lingua secantur, aut iuxta angulos oculorum, atque ea quæ in fronte est. Illinatur autem assidue fel tauri, & elaterium cum melle, aut sal & oleum vetus cum melle & aceto. Aut centaurea cum melle. Aut absinthium cum nitro & melle. Aut hirundines integras vnâ cum pennis vstas ac tritas cū melle illinito. Aiunt aliqui etiam summè facere hirundinum pullos teneros valde, siue recentes, siue sale conditos, assatos, & in cibo exhibitos. Statim enim leuant suffocationem. Siue autem pueri sint, siue senes, sulfur & iridem cum melle delingenda dato. Quod hæc communes medelæ sint vtriusq; velut in principio dixit, vna videlicet & tonsillarum, manifestum fecit ex his quæ consequenter infert, cum ait. Aliqui angina prehenfis, quos tum synanchicos, tum cynanchicos Græci appellant, elaterij, & fellis tauri, vtriusq; obolos duos, cum aqua mulsa tepida bibendos præbent. Quidam verò asellos sub aquarijs vasis nascentes in potu exhibent, aut delingendos dant, aut dolentibus & affectis partibus illinunt, & valde se iuuari testantur. Quin & per vaporem intra os receptum hoc modo fomentum adhibetur. Origanum aut hyssopum, aut fatuereiam, cum sufficienti aceto diligenter in olla feruefacito obturata. Operculum autem circa medium habeat foramen. Deinde arundinem ad foramen operculi ac os agri adaptato, ac fomentum admittito. Si verò os à feruore arundinis comburatur, ouum vacuum vtrinque perforatum agri in ore contineant, & per ipsum arundo inseratur. Mollius sit fomentum, si pro aceto aqua sumatur. Quidam nitrum, & origanum, & nasturtij semen, ac oleum in posca trita miscent, & similiter pro fomento adhibent. Aut cinerem pullorum hirundinum implumium illine, aut solani succum, & butyrum aquis partibus cum rosaceo cerato mento imponē. Eis verò qui suffocantur, picem cum aqua & nitro in potu præbe. Hæc quidem Archigenes scripsit. Ego verò nunquam tentavi vlli alicui, ea quæ bibuntur pharmaca, in eiusmodi affectionibus exhibere, qualium sanè tum ipse, tum alij quidam meminerunt. Itaque hoc quod ad finem sermonis præscripti habetur, his verbis. Eis verò qui suffocantur, picem & nitrum cum aqua in potu præbe. non possum mihi persuadere qua ratione sit dictum. Immo neque ex præceptoribus aliquem, neque alium vllum eo vtentem vidi, neque etiam ipse in vsum assumere tentauit. At verò venam secare eis qui suffocantur, & eluere forti atque acri clystere, & purgatoria exhibere, gratia euacuationis vniuersum corpus, & transferendi infra humorum momentum qui ad affectas partes feruntur, rationabile est, & multa experientia iudicatum ac cognitum. Similiter etiam post totius corporis euacuationem, & diuersionem ad infernas partes, pharmacis acerbis multum discussorij vti rationi consentaneum est, & experientiam testem habet. Picem verò cum aqua & nitro in potu præbere abstiniui, vtpote cum neque alium vtentem viderim, neque rationem ad huc vsum ducentem habeam.

Quæ Apollonius in primo parabilium prodidit.

Apollonius in primo parabilium sic ad verbum scripsit. Ad inflamatam columellam illinito nes. Sale trito & melle illinens reprimes columellam. Picem illinens per digitum apprimito. Succum cyrenaicum aqua diluito, & columellæ adhibeto. Chalcitidem tritam similiter admoueto. Omphacio trito cū melle vtitor. Hæc Apollonius. Licet autem nobis videre in his quæ absq; discrimine scripta sunt. Quod si quis nō vniuscuiusq; indefinitè scripti facultates nouerit, quò in opportuno tempore eis vtatur, maximum omnino nocumentum inferet. Scriptum est itaq; hic primum omnium, Sale trito & melle vtendum esse. Postremum autem, Omphacio cum melle. Contraria autem facultas est omphacij ad salem. Quare si quis in principio sale vtatur, maximè si humores in corpore ex aquo abundant, aut etiam circa caput hæreant, extremè agrum lædet. Omphacium verò in principio commodissimum est, non trahens, neq; euellens ad se ex alto, velut sal cum melle, sed repellens. Sales autem cum melle discussoriam vim habent, modica adfectoria vi sali commista, quæ sanè per admistionem mellis penitus euertitur. Cæterum id quod ex pice constat, inueteratis inflammationibus, & iam in scirrhum, vt ita dicam, induratis conuenit. Quemadmodum etiā cyrenaicus succus non incipientibus, sed vbi iam quod influit per adstringentia repressum est, prodest. Chalcitis verò in totum inepta est, præterquā si valde inueterata & agrè curabilis sit affectio. Est enim medicamentū mordax si cruda adhibeatur, quapropter vt vim ipsius diminuamus, vsta frequentius vtitur. Deinceps Apollonius hæc ad verbum scripsit.

Gargarifmi

Gargarismi ad pendulam columellam. Origanum tritam aceto & aqua affusis feruefacito, & cum caricarum succo misceto, ac vitior ad gargarissandum. Aut hyssopum terito, & caricarum coctarum succo misceto, ac vitior velut origano. Mentam ac rutam & coriandrum lacte asinino trita gargarissanda praebe. Apium & lauri folia trita, & vino aut lentis decocto diluta gargarissato. Noui quendam, qui omnibus ab Apollonio scriptis indiscriminatim vitur, in principio in inflammationis gurgulionis vno ex his vsus esse, & agrum extremè laesisse: praeter alia enim neque sciebat quid pendula columella esset, cum vellet Apollonius valde laxatam absque inflammatione, gurgulionis affectionem ostendere, quam etiam refecare consueuimus. atque in hac reuera pituitam detrahentia & calfacientia pharmaca commoda existunt. Nam in totum subalbida fit & exanguior. Deinde Apollonius haec subdit: Lotum asini plurimum & calidissimum bibendum praebere. Idem etiam in angina. Miror equidem eiusmodi auxilia tradentes: certe enim scio omnes homines, paucis omnino exceptis, citius mori velle, quam vrinam asini bibere. Verum hic etiam plurimum addit, & alias velut antea dixi, absurdissimum est curantem oris inflammationem pharmacum portabile exhibere, nisi si ex purgantium numero existat. Haec enim alterius vsus gratia dantur. Ex alijs sufficiunt quae citra transglutitionem auxiliari possunt. Quin & quod postea scriptum est similem habet absurditatem, quod itidem bibere iubet. Scribit itaque sic de ipso: Lauri folia trita ex vino & aqua bibenda praebeto.

Quae ab Hera tradita sunt.

Heras igitur multo melius quam Apollonius scripsit hoc modo. Ad columellam laxatam. Gallae omphacitidis partem vnam, salinis scissi partem vnam, salis ammoniaci partem. i. Vtrumque per se ac simul terito, & expleto inde cochleario vnam contingito. Lapidem Ageratum appellatum, quo futores ad muliebria calciamenta expolienda vtuntur, deradito, indeque cochlearium expletum vnam adhibeto. Ex his duobus pharmacis, alterum posterius omni molestia caret, neque nocere potens, neque magnopere iuuare, quocumque tandem tempore quis eo vtatur. Fortius est prius. In principio itaque & cum valde rubent, minime aptum est. Si vero praeuacuato toto corpore, & post repulsiuorum pharmacorum vsus adhibeatur, vbi non valde rubens sit gurgulio, iuuare potest. Ex contrarijs enim fortibus componitur facultatibus, repulsiua & disculsiua. Quare non recte fecit Heras indiscriminatim ipsa tradendo.

Quae Heraclides Tarentinus tradiderit.

Tarentinus porro Heraclides in libris ad Antiochidem, ad inflammatas columellas sic scripsit: Omphacium siccum terito, & admisto sufficienti melle adhibeto. Aut gallam tritam cum melle, aut alumen scissum eodem modo. Aut succum cyrenaicum cum melle. Aut melantheriam qua futores vtuntur. Aut Andronium pastillum, quem in vulnerarijs medicamentis referam, cum vino. Oportet autem post haec lentium decoctum gargarissare. Recte ad finem hoc adscripsit. Vehementia enim sunt omnia praescripta ab ipso pharmaca, acerba qualitate praedita, & ob id exasperanti. Itaque aspritudinem ab ipsis inductam mitigare vult per lentium decoctum. In moderata inflammatione non est necesse his vt, quemadmodum neque vbi columellae valde rubrae fuerint, & calidam inflammationem habent. Immo neque in declinatione earum: tunc enim disculsiuorum medicamentorum vim praedominari oportet.

Ab Asclepiade prodita.

Asclepiades ad easdem sic scripsit: Siccum ad laxatas columellas. Anethum vna cum semine & radicibus quod satis est accipe, & in vas fictile coniectum, cuius os sit subobturatum, & ipsum vas luto oblitum, in furnum donec vas ignescat mitte, deinde ex furno extractum anethum vsutere, & sublatum reponere. Vsu vero expetente anethi partes duas accipe, & iridis illyrica in tenuissimum puluillum redactae partem vnam admisce, ac per arundinem insuffla. Aliud, Rosarum siccarum sextarium vnum, nardi celticae vna cum radicibus & adherente terra fasciculum vnum, nidi hirundinum syluestrium aridi drach. tres, myrrhae drach. octo, gallas omphacitidas numero quindecim, contusa & trita insuffla, & cum digitis adhibe. Ex his duobus pharmacis prius penitus nihil ex repulsiujs habet, sed est totum disculsiuorum. Alterum vero ex contrarijs mistum est facultatibus: multam enim disculsiuam vim habet syluestrium hirundinum nidus, adstringentem autem gallae. Medicae vero potentia est myrrha, & mistae nardus celtica, ita vt tum disculsiua, tum adstringentia facultas, ambae in eo sint moderatae. Caeterum per arundinem eiusmodi pharmaca insufflari valde improbo. Defertur enim ex ipsis multum tum in gulae summum, tum in ipsam gulam. Praestat itaque cochleario indita apprimere, quemadmodum ego vti soleo, vt vidistis. Quin & tertium pharmacum Asclepiades post praedicta duo conscripsit his verbis. Siccum ad laxatam columellam & tumentem, Neapolitana. Piperis albi drach. vnam, myrrhae drach. vnam, aluminis scissi drach. duas, gallae omphacitidis drach. duas, trita admoue. Hoc pharmacum a principio vsque ad finem vtile esse poterit, praeterquam in vehementer rubentibus. In his enim vitare oportet acrum ac mordacium valde misturam, quale hoc loco piper existit. Aliud deinceps eiusdem facultatis scripsit ad tumentes columellas ex his compositum. Lapidis agerati drach. quatuor, floris lapidis albi drach. quatuor, terrae samiae drach. quatuor, aluminis scissi drach. duas, croci torrefacti

A torrefacti drachmas duas, gallarum omphacitidum drach. duas, tritis vtete. Hoc & nos vsi fumus saepe vt optimo, & quod omni tempore iuuare possit, praeterquam velut in praecedenti dixi, statim in principio, & cum ruber & calidus fuerit inflammationis tumor. In inueteratis autem iam, & corpore euacuato, post vnum vsus statim magnam commoditatem exhibet. Sunt enim vehementer adstringentia ac discutientia, & ea quae mediae materiae sunt, in ipso temperate mista.

Critonis pharmacum hoc modo scriptum ad columellas.

Hoc pharmacum ad ipsam temporis opportunitatem apparato. Offium palmularum, nucum tenerarum immaturarum siccarum, vtiorumque drach. quatuor, vitio, ac in puluillum terito. Vtere arido admoto. Et in hoc pharmaco offium palmularum vis satis disculsiua est. Nam & in alijs affectionibus eorum experientiam habemus, quae eiusmodi viribus sint praedita. Nucum vero tenerarum siccarum cinis disculsiuam vim habet vna cum adstringente.

Soranus ad columellas.

Quin & Soranus pharmacum indiscriminatim scripsit, non apponens in quibus priuatim faciat. Habent autem verba eius hoc modo. Radicem dulcem contundito, & mel & dulcem aquam pari mensura affundito, deinde coquito, & succum gargarissandum praebeto. Peccauit in hoc quod non adscripsit, maxime mitigatorium hoc pharmacum esse, quod in vigore inflammationum magnopere auxiliari potest. Huius vsus commodus etiam est, vbi ex acerbis pharmacis immoderatus quis irritari & exasperari columellam inflammatam. Hanc enim lenit hoc pharmacum.

De pharmacis ad vlcera oris aphthas appellatis.

CAP. 4

VLcerationes in superficie oris obortas aphthas appellant, habentes quippiam igneae caliditatis. Fiunt autem vt plurimum pueris lactentibus, cum aut vitiosum fuerit lac nutricis, aut non probe ipsum concoxerit infans. Curantur facile, vt potest quae ex moderate adstringentibus sedatur. Quandoque tamen diuturnae fiunt ac aegre solubiles, & progressu temporis putredinosum quid acquirunt, quod a medicis Nome, id est vlcus depascens appellatur. Scripta itaque sunt & ad ipsas medicamenta, moderata quidem ad eas quae nihil maligni habent: fortia vero ad eas, quae iam quid putredinosum & serpendo depascens habent. Mentionem faciam eorum quae recentiores coaceruarunt. Nam ex his quae veteres conscripserunt, optima cum magna experientia ipsi elegerunt, & quaedam eorum quae postea inuenta sunt apposuerunt. Inuenias autem post veteres, etiam Mantiae & Heraclidae Tarentini plurima pharmaca scripta. Similiter & Menecrates librum optimorum pharmacorum inscripsit, ex quibus plurima ipse inuenit, quemadmodum & cappadox Heras: Andromachus autem duos, & tertium in quo oculorum pharmaca continentur. Plures autem libros composuerunt Antonius Musa, & post eum Asclepiadae duo, & post hos Crito. Verum hi quidem tres post Andromachum nati sunt, Heras autem ante Andromachum, & ante ipsum etiam Musa ac Menecrates. Longo vero tempore etiam hos praecessit Heraclides, & praceptor eius Mantias. Verum Mantias velut ab initio Herophili sectator fuit: ita etiam per omnia mansit. Heraclides autem medicorum empiricorum secta elegit, optimus medicus tum circa alias artis partes factus, tum plurimorum pharmacorum expertus. Cum itaque aphthae, (de his enim sermo institutus est,) malignae euadunt, fortioribus medicamentis egent, qualia etiam alias in tonsillis ac ore affectiones sanant. Praedicto igitur scopo compositionis eorum, nihil amplius opus habeo de his dicere, sed ad narrationem progrediar praecognitorum, initio sumpto ab his quae Andromachus scripsit, quemadmodum consueui ad verbum ipsa transcribere.

Quae Andromachus scripsit ad aphthas.

Non solum Andromachus, sed & alij multi duo pharmacorum genera ad aphthas conscripserunt. Ad eas quidem quae nihil maligni habent, moderata viribus pharmaca componentes. Ad malignas vero fortiora. Adscribunt autem in his ipsi aliquando, quod ad aphthas & vlcera hoc pharmacum conuenit, aliquando quod ad aphthas putredinosas. Cum vero simpliciter ad aphthas adscripserint, simplices indicant & nihil maligni habentes. Andromachus igitur ad malignas aphthas sic scripsit. Ad aphthas in ore & vlcera. Aluminis scissi vsi drach. duas, fructus ericae drachmam vnam, oleo excipito, & per digitum locis apprimito. Aliud, Aëuginis drachmas duas, aluminis scissi partes duas, gallae in puluillum redactae partem vnam, terito & per lintheolum concernito, deinde digitum oleo madefacito, siccumque excipito, & tonsillis extergendis apprimito, item palato, & vna. Disparat pelliculas, & tollit asperitates circa ipsum os, callos excoriat, & vlcera ad cicatricem perducit. Caeterum ad aphthas in superficie haerentes sic scripsit. Ad aphthas lycium Indicum vino tritum circumlitum facit, & ericae fructus tritus, aut rosae siccae cum melle. Haec praefatus infert. Si vero nigrae sint & malignae, vnae passae purae partes. iij. anisi tantundem, trita cum melle illine, deinde collue.

Quae Crito ad aphthas scripsit.

Crito vero sic ad aphthas scripsit. Portulacam in melle tinctam manducet, aut oleae folijs in vino coctis os colluat, aut foliorum myrti albae decocto ex vino, aut aëuginis vermiculatae obolos

obolos tres, in vini heminae parte quarta tritos colluat. Quin & galla in acri aceto contrita illini **E** tur. In pueris autem tædulas, bouinamq; medullam ubi coxeris, minutim concisas porrige. Faciunt & amygdalæ amaræ cum melle. Nigrefactas autem aphthas, vna passa exacinata & aniso tritis cum melle illine. Tarentinus autem Heraclides, ubi exterferis, ait, farina erui cum melle, gallam cum melle adhibe. Conuenit & rhus obsoniorum cum mentæ ramulis. Sit autem rhois copia quantum tribus digitis prehendi potest, mentæ verò ramuli tres, & rosarum folia septem, & nuces pineæ septem. His omnibus cum melle tritis vtitor, aut lycio ex aqua. Conuenit & fax vini dulcis illita cum melle. Aut alumen, & malicorium punici dulcis, æquis portionibus terito, et adipe anserino mista illinito, atque aquam calidam frequentius colluendam præbeto, ampliusq; adipem anserinum admoueto. *Aliud Muse.* Fructus myricæ drach. sex. aluminis scissi drach. duas, oleo excepta admoue. *Aliud maxime in pueris.* Rhoen rubrum tritum melle mistum illine, aut adipem suillum & mel liquefacta. Præbeto eis etiam gargarissandum lac asininū. Quod si multa salua feratur, gallam & solanum aceto diluta gargarissare facito, aut violas albas siccas cum melle tritas illinito. Hæc cum scripserit Crito, merito quis eis succenseat, velut etiam alios semper reprehendo, qui ex ordine indiscriminatim auxilia recensent, non apponentes an incipiente affectione, aut progrediente, aut decedente, aut vigente, aut decrecente conueniant, & num **F** parua existere affectione & mansueta, aut adeo maligna, vt iam putredinosum quid habeat. Ex his enim quæ scripsit aliqua simplicissima sunt, in pueris maxime cōuenientia nullam affectionem habentibus. Velut cum adipem suillum & mel liquefacta assumit, & multo magis cum asininū lac colluere præcipit. Simplicissimum pharmacum est & portulaca melle tincta & manducata, & collutio ex folijs oleæ, similiterq; ex myrto alba. Fortissimum verò quod ex ærugine & vino cōstat, quemadmodum etiam galla acri aceto trita ac illita. Valde enim forte hoc pharmacum, velut etiam id quod ex ærugine constat. Verum in illo paucissima est ærugo, (obolos enim tres dixit in vini quarta heminae parte terendos esse ac colluēdos.) debilisq; fit copia misturæ vini exoluta: galla verò aceto acri trita vt crassa fiat, & illitioni apta, valde vehemēs est pharmacū. Quæ admodum etiam quod ex alumine & malicorio punici dulcis componitur, quod nisi ad adipem anserinum admissum esset, ad putrefactiones fortes congruens esset. Forte est & quod ex myricæ fructu ac alumine constat, sed non adeo velut id quod ex galla & aceto. Semel porro tantū recte fecit apponēdo in verborum serie sic. Quod si multa salua feratur, gallam & solanum aceto diluta gargarissare facito. Multam enim saluam ferri, maiorem affectionem esse significat. Præstabilius autem fuisset statim dixisse: Quod si pascendo proserpat affectio, aut vlcera profunda fiant, aut **G** eiusmodi quippiam adscripsisse.

De his quæ Asclepiades ad aphthas scripsit.

Recte igitur fecit Asclepiades, tametsi non multa pharmaca ad aphthas conscripsit. Verum tamen in duobus quæ in principio tradidit sic, Ad aphthas citra Nomen, id est non pascentes. Deinde post duo rursus adscribens, Ad aphthas depascentes. Lenia enim sunt duo pharmaca, alterum quidem prius in quo ait: Medullam bubulam melle mistam ac tepesactam illinito, maxime verò pueris infantibus est commodum. Alterum verò est: Adipe suillo melli admisto vtitor. Cæterum ad depascentes aphthas, gallarum decocti cyathi, ac mellis tantundem miscere iubet, & feruesfacto vt. Verum ego tum hoc pharmacum, tum alia tria post ipsum tradita, paulò antè in pharmacis ad nomas præscripsi: neq; enim referre puto, siue ex aphthis, siue ex alio quopiam trilitio ad nomen, id est vlcus depascens contingat.

Quæ ab Apollonio ad aphthas scripta sunt.

Apollonius autem Herophili sectator, in primo parabiliū pharmacorum sic scripsit ad verbum. Ad aphthas albas, Chalcitidem oleo tritam penna illinito: hoc euestigio sedat. Postquam verò pura facta fuerit, Myricæ fructum tritum, & aqua mulla aut vino dilutum illinito: maxime infantibus est ex vsu. Deinceps autem aliud scribit, & maxime ad nigras aphthas. Vuam passam exacinatam, & anisum trita cum melle illinito. Et rursus aliud, Atramento sutorio trito cum melle vtitor. Videtur sanè in malignis, eiusmodi pharmacis iubere vt. Adscripsit itaq; ad primum, Ad aphthas albas. Ad secundum, Ad nigras, ostendens per id colorem præter naturam, & magnitudinem affectionis. Consequenter adscribit & collutiones ad aphthas hac verborum serie. Vino nigro austero & subadstringente colluito. Olea folijs in vino coctis colluito. Myrti albæ foliorum decocto cum vino similiter vtete. Hæ collutiones citra discrimen scriptæ nullum detrimentum inferunt. Nam & in moderatis, & in maioribus, & in maximis affectionibus conteniunt. Recte verò deinceps aliud valde efficax scripsit: Aëruginis vermiculatae obolos tres, in vini quarta heminae parte gargarissandos præbe. Deinde etiam vinum colluendum præbe. Hoc enim in fortioribus conuenit, quemadmodum etiam quod consequenter sic scriptum est. Muriam oliuarum & acetum pari mensura mista colluenda dato, indeq; vino colluito, postea etiam aqua mulla, & deinde aqua. In pueris autem oleum colluendum præbe. Post hæc, duo pharmaca scribit diuersis formis ac speciebus aphtharum congrua. Hyssopum enim tritum ad calidas & erosas affectiones, itemq; puras maxime contra-

Arium est: congruit autem sordidis & inflammatis aphthis. Omphacium verò cum vino aptum est puris, & mordacitatem sentientibus, ac erosis. Iubet autem omphacium cum vino tritum collui, hyssopum verò cum vino aut aqua mulla. Validum valde est quod ab his sequitur pharmacum, vt iam pascendo proserpentibus aphthis conueniat, quod ipsum componit, myricæ fructum coquens cum aceto. Validum est & quod deinceps ab eo scriptum est, in quo ait: Gallam tritam in acri aceto colluendam præbe. Hoc verò quod postea sequitur, in quo ait: Succo silphij diluto similiter, vtitor: & postea oleum colluendum dato: etiam ipsum acre & mordax est ac discussorium, non adstringens. Non recte itaq; adstringentia & acerbata ac repulsoria, discussorijs admista sunt ac acribus, atque hoc nullo discrimine adiecto. Quod verò sequitur ex aceto apparatus generosum est: quoniam autem ad acetum non apposuit acre, & quoniam per semen lini, moderatius euadit, adiecit autem ipsi etiam lolium, pharmacum multum discussorium, atq; propterea ipsum ad linguæ tumores conuenire ait. Verum adscribam omnem ipsius dictionem. Semen lini, ac lolium, æquis partibus aceto trita colluito. Hoc itidem ad linguæ tumores facit. Longè lenius his omnibus pharmacum deinceps scripsit hoc modo. Folia pruni contusa ac lacte permista colluito. Cum enim adiecerit sermoni, colluito, manifestum est quod multo lacti pauca folia admiscet. Nam si folia cum lacte trita pro pharmaco inuicti esse iussisset, palam vtique esset, quod multa folia, paucum verò lac esse iussisset. Deinceps porro etiam quæ masha aphthas iuuent, annectit. Mandanda sunt oliuæ muria condita. Manifestum est lenissimum hoc pharmacum esse. Et rursus. Portulaca melle tincta manducetur. Et hoc similiter mite est. Differunt hæc duo inter se in eo, quod oliuæ muria condita & adstringunt, & discutunt: plurimam verò in se adstringendim vim habent. Portulaca verò cum melle imbecillius est pharmacum. Consequenter probe fecit cum ait, in pueris conuenire quæ dicturus est medicamenta. Scribit verò de eis in hæc verba. Vbi puerulus aphthas habeat, similaginem & medullam bubulam, ac farinam coquens infanti mande, si iam ipse ab vberibus mandere nequeat. Aliud, Lienem bubulum in vino coquens & cum melle terens mande. Hoc pharmacum superuacaneum est, & plus equo curiosum. Deinceps recte scripsit. Abstinentum circa dietam, ab acribus, & salis, & acidis tum edulsijs, tum potibus. Deinde haud scio quo modo, in hanc sententiam scribit. Atramentum sutorium tritum cum melle illinito. Hoc enim medicamentum superius scribere oportuit cum alijs fortibus pharmacis.

Quæ Archigenes scripsit ad aphthas.

C Quædam ex his quæ Archigenes ad aphthas scripsit, eadem sunt cum præscriptis. Verum visum est mihi ex ordine omnem ipsius sermonem adscribere, ita vt nihil ex eo relinquam. Scribit igitur sic. Ad aphthas collutiones faciunt, Foliorum olea decoctum, aut foliorum myrti alba eodem modo. Aqua oliuæ colymbadis appellata, hoc est muria innatantis. Facit & amurca, & marubij succus, aut lentis decoctum, seu rubi, aut cyprî. Aut æruginis vermiculatae ob. iij. in vini cniidij quarta heminae parte dissolutos colluat. Illitiones autem faciunt pleraque ex de scriptis stomaticis medicamentis: priuatim autem congruunt hæc, Aluminis scissi, florum rosarum, æquales partes, fructus myricæ duplum, vtete siccis. Aut thus & glycyrrhizæ succum æquis portionibus, galla, myrrhæ, anisi, singulorum parum quid, cum vino protropo illine. Aliud, Mannam & salem pari pondere sicca, per pennam adhibeto. Aliud, Fecem vini dulcis cum melle illinito. Aliud, Misy & alumen & rhoem cum melle, aut chalcitidem cum oleo, per pennam illinito: vehementer bonum est. Aut olea folia cum oleo illinito. Postquam verò repurgata fuerint, myricæ fructum cum aqua mulla aut vino illine. Aut ubi cum erui farina & melle exterferis, gallam cum melle adhibe. Aut myricæ semen & aluminis tertiam partem cum oleo illine. Hoc etiam ad nomas facit. Aut adipem suillum aut anserinum manna inspersa illinito. Aut gallam tritam cum oleo. Aut liquidum alumen dilutum. Aut cyprî folia manducant. Aut lycij radicem aridam adhibe. Aut olea germina trita ex melle. Aut gallam cum sale. Si verò extendatur affectio, & serpendo putredinose depascat, collutionibus quidem & gargarismis vtendum est ad aphthas descriptas fortioribus: priuatim autem muria frequentius colluenda est. Aut herbam sacram aqua aut vino incoctam colluendam aut gargarissandam dato. Illitionibus etiam ad aphthas descriptis fortioribus vtantur: priuatim verò cornu cerui tritum affrica. Aut atramentum sutorium tostum tritum cum melle. Aut æruginem æris siue squamam cum melle. Summe facit ad nomas, feniculi radicis vsta cinis. Hæc ad aphthas Archigenes in primo de pharmacis scripsit, quæ parum abest vt omnia etiam alijs sint scripta. Quid igitur operæpretium duxi eadem bis scribere, quamuis cauerim ne hoc facerem? Quod sanè & Archigenem, quem scimus maiore quam alios dignitate, etiam communia cum proprijs discriminibus scribere posse, videbam nunc ipsum in pluribus eiusmodi doctrinæ negligentem. Nunc enim omnia confusim projicit auxilia, vna cum hoc quod continenter inter se scribendo commiscuit lenissima & acerrima. Quid enim simile habet ærugo ad lentis & rubi ac cyprî decoctum? quid galla simile adipi anserino aut suillo? Acre enim & erodens fortiterq; resiccans pharmacum est ærugo. Rubus autem & cyprus, & lens, paucissimam habent adstringendim facultatem.

Sic etiam galla fortissime adstringens, contrariam vim habet suillo ac anserino adipi. Quin & deinceps ab eo scripta, planeque omnia quorum mentionem facit, eandem confusionem perturbati ordinis habent. Præstabat autem, velut semel alicubi in sermone apponendo dixit, Hoc etiam ad nomas facit: eodem modo etiam alia distinxisse, ut adscriberet videlicet, Hoc quidem infantibus ac pueris conuenit, hoc verò perfectis: & hoc incipientibus aut moderatis aphthis, hoc autem videntibus & fortibus: maxime verò omnium, aut inflammatis & calidis, aut magis frigidioribus: & ex inflammatis, hoc quidem rubicundioribus, hoc verò flauioribus. Alia enim ex sanguine, alia ex flaua bile inflammationem habent. Quemadmodum illæ rursus non inflammatae pituitosæ in totum existunt, quemadmodum aliqua ex inueteratis, humoris atræ bilis malignitatem acquirunt. Cognoscuntur hæc omnes facile visu simul & tactu. Visu quidem ex coloribus, quem admodum etiam nunc dictum est. Rubicundiores enim sanguineum humorem præualere ostendunt, flauiores autem amaram bilem. Quemadmodum rursus albescentes pituitosiores, liuescentes & nigrescentes, atræ bilis succum. Qui enim hæc rite discreuerit, noueritque amplius singulorum simplicium pharmacorum facultatem, quemadmodum in libris de ipsis à me scriptum est, is in vnaquaque aphthæ specie, tum simplicibus, tum compositis vti sciet, velut iam sæpe est prædictum. Considerabit autem simul & corporum naturas, num molles sint & humidæ, velut in pueris, eunuchis & mulierculis: an duræ & aridæ, velut in piscatoribus ac nautis, & venatoribus atque agricolis. Fortioribus enim corporibus fortiora adhibebis pharmaca, debilioribus molliora. Ego porrò infantibus quibus nutrices cibum mādunt, lentem cum modico pane & medulla cerui, aut vituli præbeo. Admisceo etiam cibus, ex malis cotoneis, atque alijs quæ adstringunt, velut Romæ cestiana appellata. Quin & ex pyris addo, sorbisque, ac mespilis, & cornis. Quandoque etiā de lactuca, & seride, ac solano, & portulaca in cibos qui manduntur permisceo, si aphtha fuerit inflammata. Quod si non adhuc quid mandi queat, nutricem eiusmodi victu alo, eique simul bonam concoctionem prospicio. Veruntamen etiam infantes pharmacis illino, siquidem subrubras videro aphthas, in principio quidem ijs quæ moderatissime adstringunt ac frigefaciunt: deinde verò ijs quæ citra mordacitatem discutiunt. Si verò subflauas videro, iisdem quidem vtor, sed magis refrigerantibus. Si verò pituitosiores, adstringentibus. Si nigrescentes, discussorijs generosioribus. Cæterum in maioribus pueris, eiusmodi generis facultatibus pharmacorum vtor, aut tunc tantum viribus ipsorum. Quemadmodum sanè etiam in perfectis & duris corporibus, singulis relatis facultatibus fortissimis vtor. Placebat autem mihi in his per omnia misyos usus cum vino adstringente, quod tum intendit, tum remittit vim suam, prout magis aut minus vinum fuerit adstringens, & prout crassius aut liquidius efficitur pharmacum ex misyos ac vini mistura. Quod si sordida appareat aphtha, Misy cum vino mulso tero. His verò qui fortioribus quam misy est, pharmacis opus habent, Aerugo similiter cum vino & vino mulso utilis existit. Illinendæ autem sunt ex his pharmacis affectæ oris partes. Commodum est etiam pharmacum ad hanc rem, chalcitis oleo trita. Atque hæc quidem efficaciora. Moderata verò & maxime ad incipientes affectiones omphacium cum vino & vino mulso. Similiter etiam Rhus. In pueris sufficit rosarum flos, & ipsa rosæ sicca, & collutiones moderate adstringentes, pro ætatis & naturæ eiusmodi corporum ratione. Et in summa moderatæ aphthæ maxime in teneris corporibus moderatis pharmacis opus habent. Fortes verò & maxime in duris corporibus, à fortioribus curantur. Fortia pharmaca dico, tum quæ fortiter adstringunt, tum quæ mordent. Sicut sanè moderata, quæ haud omnino quidem mordent, parum autem adstringunt. Fiunt porrò etiam in his, velut in alijs prius dictum est affectionibus, composita medicamenta, & sæpe etiam ex contrarijs, quale est quod ex oleo & chalcitide constat. Ipsum equidem oleum per se infestissimum est aphthæ affectui, velut etiam chalcitis. Quandoquidem alterum quidem humectat & sordidum facit. Mordet autem vehementer chalcitis. Verum mistura ipsorum vbi fuerit moderata, optimum pharmacum efficit. Quemadmodum igitur ex cerato & ærugine, incarnans effici pharmacum ostensum est, cum tamen ambo incarnationi contraria existant, eadem ratione ex oleo & chalcitide aptum medicamentum efficitur. Si verò in putredinem aphtha vertatur & exulcerationes faciat, neque aphtham amplius affectionem nominare conuenit, neque pharmaca eiusmodi affectiones curantia, inter ea quæ aphthis commoda sunt connumerare. Quemadmodum neque inter erysipelata sanantia, recte connumerantur ea quæ præclare discutiunt liuidas & duras partes, ex frigidiorum medicamentorum adhibitione tales factas, & iam ad induratum in scirrhum affectionem ex erysipelate delapsas. Profectò enim qui eiusmodi scripturarum indiscriminata incertitudine decepti, erysipelatis calida & discussoria medicamenta, aphthis autem ea quæ putrefactis conueniant, adhibent, non parum detrimenti inducunt.

Galeni

177
GALENI DE COMPOSITIONE MEDICAMENTORVM LOCALIVM, SIVE SECVNDVM LOCOS LIBER SEPTIMVS.
ARGVMENTVM LIBRI.

Ostendit quæ medicamenta congruant affectis partibus, per quas vox editur, ac respiratio.

De affectionibus circa partes respirationis contingentibus.

CAP. I.



MOs est recentioribus medicis arteriæ pharmaca, Arteriacas appellare, non apponentibus num antidotos dicant, an iuxta aliud significatum. Quidam verò ecleceta nominant ipsa, non apponentes pharmaca: & quidam penitus nullum discrimen ipsis adscriperunt: alij verò raro addiderunt, alij ad vocem interceptam, alij adhuc generalius ad vocem læsam. Sunt qui & ad exasperatam arteriam, & ad exulceratam scriperunt: adeo ut rationabile sit eos, qui arteriacis appellatis pharmacis indiscriminatim vtuntur, aliquando feliciter eis vti, aliquando vero nihil penitus ægros iuuare, sed maxime lædere. Palam est autem quod asperam arteriam in huiusmodi affectionibus criminantur. Quondam igitur quando nondum eas, quæ similiter vt cor pulsant, arterias sic nominabant, in solam eam, quæ ex pulmone in laryngem emergit, arteriam ipsam arteriæ nomen inferebant, venas appellantes in totum, velut alias quæ non pulsant, sic etiam pulsantes. Postea verò consuetudine obtinente arteriæ appellationem in pulsantibus dici, propter æquiuocationem asperæ nomen apponentes, eam quæ ex larynge in pulmonem descendit arteriam, asperam arteriam appellauerunt, vna cum hoc quod ipsam etiam bronchum vocant, quicquidem cartilaginosa corpuscula, quæ plurima eius pars sunt, bronchia appellant. Ambit autem ipsam arteriam intrinsecus crassa pellicula, quam ob crassitudinem alij tunicam vocant. Cum igitur affectio aliqua aut circa hanc, aut circa laryngis (qui summa arteriæ pars est) musculos contingit, arteriacas appellant curantes ipsam, non apponentes, velut dixi, antidotos. Dissimiles autem facultatibus sunt ab ipsis descriptæ, & ob id contingit videntes ipsis absque discrimine, à scopo aberrare. Quod verò multa sit differentia earum quæ in medicamentarijs libris scriptæ sunt, ex tribus exemplis discere licet, quorum primum omnis acrimoniæ expers est, & exquisitè meatus obturat, laeuigās asperitates. Alterum huic contrarij est, acrimoniæ mordacis non parum habens, vt si sanè particulae adhibeatur, ipsam exasperet. Medium deinde inter ambo dicta aliud genus arteriacorum pharmacorum est, lenis & citra acrimoniam extergentis facultatis. Id igitur quod meatus obducit, ex passo cretico, & gummi, & tragacantha, ac radice dulci apparatus. Acre verò ex pipere, & casia, & cinnamomo, & chalbano, ac resina terebinthina. Medium autem amborum ex pituitana constat succo, & amygdalis, & fabis fressis elixis, & alijs huius generis. Inter medium autem & vtrumque extremum plura pharmaca sunt, partim magis, partim minus à medio progressa, de quibus deinceps determinabo, eos quidem qui discrimen aliquod addiderunt laudaturus, qui verò simpliciter protulerunt, neque admitturus. In horum medio locandi sunt, quæ discrimina non tamen integra fecerunt, qualia sunt eorum qui scriperunt: Arteriacæ ad interceptam vocem, aut rursus. Arteriacæ ad raucam vocem. Etenim vox intercepta, hoc est non posse loqui, ad plures causas sequitur, partim quidem ad destillationes à capite diuturnas, partim verò suppuratis pectore ac tabidis, & ijs qui ex magno & multo clamore læsi sunt, & deinde non probe curati sunt, aut etiā affectionem quæ adhuc generatur habent. Eodem modo etiam raucosa vox fit ob easdem causas, & amplius ob frigidum aeris inspirationem. Affectio itaque intercepta ac raucosa vocis eiusdem generis est. Magnitudine tamen differunt inter se hæc mala. Cum enim vocis organa ab humiditate vehementius & ut ægrè solui possit, fuerint madefacta, vox interceptatur. Quæ verò moderatius sunt humecta, raucedo oboritur. Organa vocis cum dico, arteriam accipite, & eius summum, ac fauces. Qui igitur ex vehementi clamore vocem amplius oblæsam habent, his similis quædam affectio contingit ei quæ manibus, & cruribus, & lumbis, & spinæ, & musculis vbi plurimum laborè pertulerint, accidit. Vocant autem alij exercitiorum magistrum eiusmodi affectionem musculorum, in quibus consistit, lassitudinem inflammatam. Itaque iuxta arteriam intrinseca pellicula, aut tunica, aut quomodocumque quis nominare velit, à spiritu in magnis vociferationibus extra prolato percussa, in affectionem inflammatam deuenit: atque hoc multo magis si ad magnitudinem vocis, acumen quoddam accesserit. Iuxta arteriam verò summum ultra hanc plagam, etiam musculorum ipsum mouentium actio offensa, maiorem affectionem efficit. Porrò curationis ipsarum genus in omni particula secundum materiam euariat. Etenim crura, & manus, & spinam, per oleum confricare facile licet, cum per cutem in adiacentes ipsi musculos vis ipsius olei penetrare possit. Iuxta asperam verò arteriam cartilagineas post cutem sitæ, prohibent in subiectam pelliculam

Quinta Classis.

ZZZZZ

lam

Iam transitum facultatis emollientium vnguentorum. Quemadmodum enim oleum, sic etiam alia multa composita pharmaca eandem utilitatem praebent. Quin & ea quae in principio Acopa tantum appellata sunt, hoc est lassitudines emendantia, paulatim appellationem suam a seipsis extenderunt ad similia composita medicamenta, etiam si gratia vehementer calfaciendi assumantur. Caterum communis materia auxiliorum ad vocis organa, praeter reliqua, est quae ex balneis contingit. Manifestum est autem quod dulcium aquarum dico. Marina enim balnea, & sulfurulenta, & aluminosa, & aramentum sutorium olentia, ac bituminosa, propterea quod fortiter resiccant, inepta sunt. Et sane ita faciunt phonaeci, qui magno vocis exercitio utuntur, cum contendendo oblaeserint vocem. Sunt autem hi citharœdi, & praecones, & tragœdiam ac comœdiam personati repraesentantes: balneis enim multis utuntur, & cibos lenes ac laxantes edunt. Si vero etiam aspritudinem percipiant, cibos qui infarciuntur particulis quas contingunt, assumunt. Vna enim est tunica sibi ipsi cohaerens & continua, quae summo gulae, summo asperae arteriae, gulae etiam, atque ipsi asperae arteriae intrinsecus praetenditur. Quod si ex victu ac balneis oborta affectio non fedetur in organis vocis, ad arteriacas transeunt, per totum hoc tempus cibis utentes qui ex lacte, amylo, alica, ovis, & dulcioribus libis componuntur. Si vero per haec non curentur, inuenta sunt a medicis pharmaca sub lingua tenenda, inde etiam hypoglottidis appellata. Sunt autem ea eiusdem cum arteriacis inflammationem arcantibus facultatis, ex vino Theraco & gummi, ac tragacantha, & glycyrrhiza composita, quae ut dixi, laeuigant simulque remittunt asperitates: quicquid vero reliquum est in partibus inflammationis, hoc concoquunt, & cito persanant. Industrius porro esse oportet qui pharmacum linguae subdit, quod eo paulatim liquecente, summum asperae arteriae id, quod in ipsum desluit suscipiat, renitendo oborienti tussis. Oblucantes enim ut ne tussiant, permittent quippe vocem in arteriae summum, ipsamque adeo arteriam demanare. At vero sic curatos claram vocem habere impossibile est, citra usum pharmacorum absque acrimonia extergentium, quale est faba fresa elixa, & prifana, & semen lini torrefactum. Huiusmodi enim medium obtinet inter ea, quae media facultate praedita sunt, & ea quae meatus obducunt pharmaca. Magis autem quam haec abstergunt resina terebinthina, thus, mel despumatum, ac amygdala amara, quemadmodum etiam & his rursus fortiora sunt, oroborum farina, hormini semen, iridis, panacisque semen. Caterum his omnibus vina mollia, & passum creticum, & theracum, ac scybelites apta sunt, & ad haec haud scio quomodo neglectum id, quod a Graecis in nostra Asia hepsema appellatur, Latini sapa dicunt. Verum Atticis illantes ipsum Siracum vocant, quemadmodum alij caricarum decoctum Siracum appellatum censent, pugnantque inter se utrum ipsorum Siracum vocare oporteat. Est sane & hoc ipsum Siracum, quod pinguis caricis in aqua decoctis fit, mediae facultatis, quam lenem & citra acrimoniam extergentem appellauimus. Multum quidem igitur coctum, hoc est sapa ipsa, lenissimum pharmacum est, & maxime meatus oblinens. Caricarum autem decoctum magis discutit & extergit. Quemadmodum igitur in praecedentibus dixi, Omnium simplicium medicamentorum vires exquisitè nosse oportet eum, qui compositum quoddam sit facturus: atque hic ipse etiam ab alijs compositis recte utetur, & maxime ubi indiscriminatum fuerit conscripta, quemadmodum plures arteriacae habentur. Palam est etiam quod hic ipse ijs quae cum discrimine prodita sunt rectius utetur. Etenim iuxta exactam rationem, in quantum apparatus affectionum transmutatur, tum etiam compositum ipsi pharmacum permutare oportet. Hoc ipsum vero solus is qui singulorum simplicium pharmacorum vim nouit, exactè praestabit, ad primum pharmacum parum quiddam ex sequenti ordine apponendo. Velut exempli gratia. In lassitudinibus tenuissimis, cum in summi ipsius asperae arteriae musculis fiunt, in principio lenissima edulia conueniunt, pharmaca vero meatus obducentia. Consistente autem inflammatione parum quid extergentium addendum est. Deinde consequenter amplius. Deinde rursus aliud illo praestantius, quo paulatim compositio ad medium extensorium perueniat, & rursus secundum eundem modum ab hoc magis diffusorium ac extensorium, ita progressu ad vehementissimum factum, ubi diutius velut in scirrhum indurata affectio in vocis organis persistit. Primi itaque ordinis est tragacantha, & gummi, & samius asper, amyllumque: & ex alica ac trago probe coctis forbitio. Quin & lac aptum est, & dulcioris panes, & oua forbilia, ac nuces pineae, quas nunc omnes Graeci strobilos vocant: quondam autem apud Atticos conii vocabantur. Sesama etiam ex hoc genere sunt. Ab his autem deinceps est butyrum, quod etiam butyros masculino genere Graecis appellatur, & decoctum radicis dulcis ad crassitudinem attici mellis liquidum redactum. Atque radicem dulcem quam glycyrrhizam vocant, praestat in primo tempore in aqua, velut dixi, coctam, ad Siracum siue sapa ex musto paratam admiscere. Ad passum item Creticum idem decoctum misceri potest, siue autem cum sapa, siue cum passo Cretico fuerit permixtum, rursus post mixturam decoquendum est. Haec igitur in affectionibus inflammatis iuxta arteriam eiusque summum comoda in principio sunt, donec inflammatio moderata fiat: & praeter omnibus a vini potu hoc tempore abstinendum. Cum vero moderatio facta est, inflammatio. Vinum dulce theracum, aut scybelite bibere licet, aut ex nostra Asia caryinum, & deinde therinum appellatum, deinde etiam dulce molite. Eo tempore etiam butyrum aptum est, & forbitio ex amygdalis, forbitio item ex lacte & melle diutius coctis, amylo iniecto: & si amyllum non adit, siligine Romanis appellata iniecta. Manifestum est autem quod per huiusmodi victum

* a. phlegmo
nolis.

* a. v.

† a. quatuor
ca. sic.

A victum, inflammatio tum pellicularum, tum musculorum circa arteriam eiusque summum fedatur. Relinquitur autem humiditas multa, ob quam impossibile est clara voce proferrì. Quare transire tunc conuenit ab his edulis ad omnia ex melle cocta, & ad fabam fresam elixatam, & prifanam, ac brassicam, & porrum probe coctum. Pharmacorum porro usus idoneus est, quo tempore aut inflammatio, aut aspritudo praeualeant eorum, quae sub lingua detinentur, de quorum compositione dicam: post haec magis extensoria & resiccantia damus, & deinde rursus his ipsis magis extensoria, & adhuc magis resiccantia, usquequo ad ea quae aliquid acridinis habent perueniamus, ita ut et in his a moderatioribus initio factum, ad vehementiora paulatim transeamus. Itaque qualem formam esse conueniat victus, antea dictum est, quemadmodum etiam simplicium pharmacorum species est relata. Caterum composita ex ipsis pharmaca multiformiter alij iuxta aliam symmetriam & comensurationem conscripserunt. Et quibusdam sane ex tribus aut quatuor simplicibus compositum pharmacum sufficit. Quidam vero in maiorem numerum extenderunt. Et quidam, velut dictum est, ex mollissima & lenissima materia arteriacas confectiones composuerunt. Alij vice versa ex acri, calida, extergente, ac multum resiccante. Sunt & qui tertium genus medium inter ambo ista fecerunt. Post hos vero alij medij generis inter medium & mollissimum, alij medij generis inter medium & acerrimum, & iuxta eandem rursus rationem, quidam magis, quidam minus, a medijs facultate pharmacis digressi, diuersas compositiones fecerunt, quibus omnibus solus is recte utetur, qui singulorum simplicium pharmacorum vires nouit. Ipse enim sciet & ordinem pharmaci, & quanta distantia sit a medijs digressum. Porro eiusmodi pharmaca scripserunt etiam qui ante Mantian & Heraclidem, & qui post hos vixerunt. Verum multo praestantiora a praedictis viris tradita sunt plures quos nobis reliquerunt, & in quibus medicamentariam artis partem auxerunt, partim ipsi componentes, partim ab alijs composita transcribentes. Progressu vero temporis tum haec, tum etiam priora, exacta & longa experientia cognita, a viris electa & coaceruata sunt, quorum iam saepe in hoc opere mentionem fecimus. Sunt autem hi, Asclepiades, Muia, Andromachus, Heras, Crito, & Menecrates. Quin & multa alia pharmaca Archigenes & Philippus scripserunt, ut nullo ex veteribus opus habeamus. Hi enim omnia ab antiquioribus inuenta optime, velut dixi, tradiderunt.

De arteriacis ab Andromacho descriptis.

C. A. P. 2.

Plurimas arteriacas confectiones scripsit Andromachus, ut promptum sit a debilissimis ad fortissima paulatim per media transitu facto progredi, si quis ipsorum differentiam nouit. Ipse enim Andromachus indiscriminatus ipsas prodidit. Verum ego discrimina apponam in memoriam reuocatis ijs quae paulo ante dixi. Quod enim circa simplicium pharmacorum tractatum praexercitatum esse oporteat cum, qui dicenda assequi velit, saepe a me dictum est. Citra enim singulorum simplicium exactam ac certam cognitionem impossibile est cognoscere, ex quo ordine eiusdem generis medicamentorum compositum sit, num ex mollissimo, an vehementissimo, aut medio, aut alio aliquo inter hunc & alios intermedio. Primam itaque arteriacam confectionem non longe a principio libri, in quo affectionum corporis internarum curationem tradit, hoc modo in haec verba scripsit. *Arteriaca, qua uter.* Thuris drach. i. alij. iij. myrrhae drach. i. alij. iij. croci drach. i. alij. iij. scylle drach. ij. passii cretici sextar. iij. Scylla in passo coquitur donec passum spissetur, deinde scylla abiecta, reliqua insperguntur. Hoc pharmacum si scyllam non reciperet, inter exacte mollissima numerandum esset, utpote in tres passii cretici sextarios, paucissimo thure, ac myrrha, & croco coniectis, ut parum absit quo minus totum passum creticum existat. Manifestum est autem quod pharmacum hoc, electum, hoc est delingibile efficitur. Vocant autem huiusmodi etiam sub foeminino genere electas, hoc est delingibiles confectiones. Consequenter ad praescriptam alteram addidit Andromachus hoc modo. *Arteriace diacodyon ex capitibus papaueris.* Capita papaueris viridia mille & ducenta, mellis attici lib. quatuor, croci cilicij. 3. v. alij. x. succi hypocistidis drach. x. acaciae drach. x. aquam pluuiam ad capita papaueris. Aqua quidem pluuiam additur, quod minus putredini obnoxium sit pharmacum, habet autem & adstringens quippe in se haec aqua. Scopus est praedicto pharmaco concoquere affectionem circa arteriam, quod sane continget, per somnum, & concoctoria cum adstringendi vi non adeo multa. Caterum simplex pharmacum ex papaueris capitibus sola capita habet in aqua coniecta, atque ubi flaccida reddita fuerint, ipsa quidem proijcimus, aquam vero ipsorum ad solum mel atticum admiscemus, usque ad compagem delingibilis pharmaci facta coctura, quomodo sane ego apparare consueui. Quantam autem copiam aquae itemque mellis miscere oporteat in huiusmodi pharmacorum praeparatione, in sequentibus dicam eo loco, quo talia verba scripturus sum: Confectio ex capitibus papaueris. Tertiam deinceps confectionem Arteriacam Andromachus hanc prodidit. *Arteriace, qua uter, Blasii ad tabescentes valde bona.* Nardi celticae drach. iij. amomi drach. viij. cinnamomi drach. x. malabathri drach. iij. nardi indici drach. iij. floris iunci rotundi odorati drach. ii. casiae drach. viij. thuris. 3. iij. myrrhae drach. vnam, costi drach. iij. facis vnguenti malabathrinum drach. vi. succi glycyrrhizae drach. iij. succi mandragorae drach. v. mastiches chiae drach. iij. croci drach. vi. Palmulas in vino mulso aut protropo coquito: deinde in ipsum decoctum nuces pineas. xx. conuicito ac terito. Postea ex pharmaco ad nucis ponticae magnitudinem, aut paulo minus accipito, & ad aliquot

Quinta Classis.

ZZZZZ ii dies

dies cum hoc decocto vitior, deinde etiam simplici pharmaco utaris. Postea autem ad duos vel tres dies hiera ex aloë vteris, cochlearij mensura ex aqua in diem data. Vtere pharmaco etiam cum lacte in ijs, qui arteria affecti sunt, ad gargariandum, & rursus factio interstitio vtere pharmaco fabæ ægyptiæ magnitudine. Cum vero fortis fuerit fluxio, opium & castorium in antidotum miscemus, vtriusque parum quid. In his autem qui stomacho male affecti sunt, ea ipsa vitamus. Manifestum igitur ex ipsis verbis quæ scripsit Andromachus, quod in fluxionibus partium thoracis, & pulmonis, ac arteriæ, præscripta confectio confusa est facultatis. Dixit enim ipse, cum fortis fuerit fluxio, opium & castorium in antidotum miscemus, vtriusque modicam partem, resiccare nimirum fluxionem & sanam reddere volentes. Varium autem est pharmacum, & ex multorum mistura constans, ut ad omnes conveniat affectiones, quæ etiam diuturnæ & malignæ existunt ac ægrè curabiles, etiam si vlcus sit circa arteriam aut eius summam extremitatem, Laryngem Græcis dictam, & multo magis si iuxta pulmonem. Talia, n. fortibus adeo opus habent pharmacis, quò ad longius tempus sufficere queant tabidam affectionem habentes. Cum, n. obtigerit eis regio sicca, & in convenientis victus ac pharmacorum vsu perseverarint, quò diutissimè renitentur consuetas affectiones moderate obeunt, Hanc igitur confectioem non censuerim admiscendam esse ijs quæ priuatim Arteriæ appellatur. **III** deinceps confectioem Andromachus sic scripsit. **Altera eiusdem.** Blasti videlicet dicit, de quo circa præcedentem arteriacam scriptum est, Arteriaca Blasti qua vtor. Cõpositionem autem eius talem facit. Aloes sextantem, croci vnc. i. mastiches vnc. i. Palam est hoc pharmacum ex eorum numero esse, quæ priuatim stercoreum educitua appellantur, vna cum hoc, quòd concoctorium quiddam habet crocus. At verò cum concoctoriũ dico, intelligere oportet eius affectionis, cuius gratia exhibetur. **v.** ex ordine compositionem Andromachus talem prodidit. **Confectio sedans dolorem, eiusdem.** Opij quadrantem, croci vnc. i. myrrhæ sextantem, acaciæ vnc. i. dimidium, succi radicis dulcis drach. iij. excipe melle. Hæc Andromachus. Verum ego non auidè recipio eiusmodi cõpositionem pharmacorũ, vbi non ostenditur affectio, in qua ea sit vtendum. Scimus etenim cõponendi sedantia dolorum scopum, cum somnum videlicet inducere voluerimus, & vehementem dolorem stupefacere. Acaciæ autem mistura velut ad vlcus est, quemadmodum radicis dulcis succus ad linienda exasperata. Crocum autem & myrrham in cõpositione dolorem leuantes miscere plurimis placuit. Videtur enim ipsis omnes affectiones sufficienter cõcoquere posse. **VI** consequenter confectioem Andromachus hoc modo scripsit. **Arteriace eiusdem.** Thuris vnc. i. succi radicis dulcis vnc. i. myrrhæ drach. iij. tragacanthæ. 3. v. nardi drach. vnã, amomi drach. iij. croci drach. iij. mellis atticci quod satis est. Non obscurum est etiam hanc ad respirationis organorum affectiones compositam esse ex concoctorijs, mitigatorijs, adstringentibus & extergentibus. Myrrha, n. & thus, & crocus affectiones concoquunt. Radicis dulcis succus exasperata mitigat, idem etiam tragacantha facit. Amomum fortiter resiccant cum modica adstringendi facultate. Mel autem calfacioriam & extersioriam vim habet. **VII** post relatas cõpositiones Andromachus scripsit ex multis valde medicamentis constãtem, quæ omnes ferme facultates habent. Nam & adstringentia, & mordentia, & attenuantia, & mitigantia, & læuigantia in ea continentur. Quin & soporifera, vis, & discussoria, ac extersoria in ipsa habentur. In quibus omnibus multifariam mistis facultatibus cõmunis ratio est, quemadmodum etiam antea dixi, quod videlicet quispiam ex omnibus pharmacum quoddam cõponere voluit, spe faciendi vnum medicamentum ad omnes eiusdem generis affectiones cõmodum. Verum ex ipsis aliqua quidem per experientiam cognita sunt maligna, & propterea relicta. Aliqua verò feliciter pro ipsius cõponentis coniectura, efficaciam euaserunt, & ob id recepta. Quin & præparandi ipsam modum Andromachus adscripsit, quanquam hoc facere aliis non soleat. Quòd verò ex pharmacis cõposita sit eas, quas dixi, facultates cõplectentibus, præstat meminisse eos qui hos libros in manus sument: si tamen non promptam habeant memoriam, eo sanè tempore quo huiusmodi pharmaca discunt, sextum & septimum ac octauum de simplicium pharmacorum facultate librum legant: in illis enim omnem pharmacorum materiam conscripsi, qua radices, & folia, & flores, & semina, & fructus, & liquores, & succi omnium ex terra nascentium plantarum existunt. His itaque præmissis iam animum ad ea quæ Andromachus de hoc medicamento scripsit aduerte. **Arteriaca, qua vtor.** Radicis filicis crassissimæ lavantur donec purissimæ fiant, & omne terreum deponant, deinde per diem vnum perfrigerantur, & in frusta magnitudinis trium digitorum secta conquassantur, atque ex eis libræ. x. in ollam emerco luto oblitam, aquæ dulcis sexariorum decem complectentem inijciuntur, & ad dimidias, hoc est vt sextarij. v. reliqui fiant, coquantur, exprimentur, & liquor quidem in duplum vas diffunditur, & aromata crassa ac integris partibus adduntur. Nardi indicæ drach. iij. cinnamomi drach. vi. radicis dulcis drach. vi. cassiæ drach. iij. Rhei pontici drach. iij. balauitij drach. vi. rosarum siccarum drach. iij. alij. vi. Hæc similiter ad dimidias coquantur, ac exprimentur, & ad decoctum mellis atticci sextarij vnus additur: sit autem mel præcoctum, & in duplici vase priuatim spissatum, vsquequo manus non inquit, adijciuntur & terebinthinæ pellucidæ drach. iij. chalbanij drach. ij. croci drach. v. succi hyoscyami drach. i. succi hypocistidis drach. i. mandragoræ succi oboli. iij. piperis albi drach. octo. **VIII** deinceps confectioem

* Ar. ij.

A confectioem scripsit, summa facultatis ipsius indicata, quod ipsum in omnibus fecisse oportuit. Habet autem sic. **Arteriace laudata Mithridatis, ad thoracis collectiones, subpurgat & læuigat.** Ironis torrefacti drach. xxx. in quibusdam exemplaribus fabæ fresæ scriptum est. Sunt autem ambo extersoria potentia, seminis lini tosti drach. xxx. & hoc extersoria vim habet, nucis pineæ drach. xx. hæc læuigandi vim habent. Vnæ passæ exacinata drach. iij. & hæc ob id, quòd modicè subadstringat, simulque cõmodus corpori cibus sit, meritò admista est. Habet autem & passii facultatem, qualem in quarto de simplicium pharmacorum viribus indicauimus. croci obol. ij. Minimum quid ex croco coniecit qui pharmacum cõposuit, vt propè nihil sit aliorum pportione. Diximus de croco eum concoquendi vim habere vnã cum adstrictione. Dicitur etiam quòd adstrictio corpora cogit, constringit, & corroborat. Adiecit autem etiam mellis heminas. iij. à vino dulci ac sapa digressus. Vult enim hoc modo præparatum pharmacum velut præfatus est, in pectore hærentes collectiones depurgare. Ceterum in huiusmodi pharmacis ea, quæ crassos succos habent, impediunt repurgationem. His admiscuit tragacanthæ drach. iij. quod pharmacum læuigat exasperata: prædictum est autem quòd vult hoc propositum medicamentum repurgare, & læuigare ea quæ iuxta thoracem hærent. Scopus, n. huiusmodi est, attenuare, & abstergere, ac ad educationem supernæ aptas facere collectiones in thorace. Verum sedandi doloris gratia, & ne nimium ruffiant partes exasperate, læuigantia apponuntur. Maximum hoc est, atque ipsius per omnia meminisse oportet. Nimirum quod sæpe vnus scopus sit, in quem pharmacum cõponitur. Ne verò hoc ipsum aliquo modo offendat, vtracque miscetur primũ utilitatis scopum nequaquam habetia. **IX.** arteriacam post has Andromachus his verbis tradidit. **Arteriace Marini.** Croci vnc. i. gummi sextantem, tragacanthæ vnc. i. mellis atticci sextarium. i. Coquito donec cum diffunditur non inquinat. Hoc pharmacum medium est facultate, essetque exactè mitigatorium ac dolorem sedans, si non crocum haberet, neque mellis sextarium, sed pro ipso Theræum vinum Creticum, aut sapa ex musto cocto factam, quam nos Asiiani, vt dixi, heplema appellamus. Verum hoc loco impotuntè inter relata fortia pharmaca locatũ est, vt potè quæ suppuratis & tabescentibus conueniunt. **X.** consequenter recenset, quæ inter exactè læuissimam ac mediam, qualem sanè esse dixi præcedentem, intermedia est. Ex gummi igitur hanc, & passo cretico, ac aqua componit, melle etiã admisto, & gummi quidem inijcit bessum, passii sextarium vnum, mellis libram vnã, dissoluere cum aqua iubens ipsum gummi, copia eius non expressa. Itaque ob gummi, & passum, & aquam penitus nihil extersorium habet, ob mel verò, à leuissimo & læuigante est digressa. Scimus enim extersorium esse mel. Coqui autem super prunas oportere ipsum dixit, hoc est ad mollem & non fumanem ignem. Melius verò fecisset, si etiam ad alias omnes hoc adscripsisset. Ego itaque sic ipsum præparo, & neque ad prunas adhuc ardentem cocturam facio, ne videlicet inde quid acre & fumosum sublatum, acrimoniam non necessariam medicamento ipsi affricet. Mellis equidem credidit tolleramus, quãquã non sit vehemens, propter aliam ipsius utilitatẽ, verum fumi nulla est utilitas. Quare fugiendus est fumus in quantum possibile est, circa omnium huiusmodi pharmacorum preparationem. Præstat autem & in ijs quæ meatus obducunt, lignis fumum non ædentibus vti. **XI.** confectioem sic prodidit. **Arteriaca alia bona.** Cinnamomi, thuris vtriusque vnc. i. succi radicis dulcis vnc. i. myrrhæ drach. iij. tragacanthæ drach. sex, nardi indicæ drach. iij. amomi. 3. iij. croci drach. i. melle atticci excipe. Rectè dixit bonam hanc Arteriace esse, verum deest fermeniad quas affectiones bona sit. Dicitur enim in principio est & per vociferationem, & per distillationem lædi arteriam, ampliusque propter vlcus & inflammationem obduratam. Hæc autem confectio quã nunc Andromachus descripsit, etiam ad tabidos aptum pharmacum est, & simpliciter omnes inueteratas thoracis ac pulmonis affectiones. Cinnamomi etenim natura tenuium partium & resicatoria etiam induratas affectiones sanare potest. Ab eo proximum locum amomi facultas habet, simulque adstringens quippiam habet. Verum ob horum actionem vehementem rationabiliter admista sunt, thus & radicis dulcis succus & tragacantha, pharmaca exasperata lenire à natura apta. De croco & myrrha sæpe diximus, esse videlicet concoctoria & modicè resicatoria huiusmodi affectionum. **XII.** arteriacam Andromachus hoc modo scripsit. **Alia ex libris Galli ad arteriam affectam, vlcera pulmonis, puris & sanguinis reiectiones, et fluxiones in thoracẽ, & ad ea quæ ægrè educi possunt, vehementer efficac.** Relinæ terebinthinæ. 3. iij. croci cilicij. 3. iij. thuris. 3. iij. myrrhæ troglodyticæ drach. iij. cinnamomi. 3. iij. amomi. 3. iij. nucis pineæ drach. iij. radicis dulcis eiecta medulla drach. iij. nardi Syriacæ drach. ij. & dimidiam, cassiæ nigre drach. ij. tragacanthæ drach. ij. palmularum Syriacarum carnis drach. ij. asteris Samij drach. iij. chalbanij puri obol. iij. costi drach. iij. alij drach. i. mellis atticci heminas. iij. Mel & resina in duplo vase coquantur, atque vbi spissari cõeperint chalbanum miscetur, donec non inquinent. Deinde refrigeratis reliqua trita admisce, & sic vtere. Rectè fecit in hoc pharmaco, tum quòd ad quas affectiones conueniat, tum quòd quomodo præparare ipsum oporteat, adscripsit. Ratio autem compositionis ex superioribus constat. **XIII.** arteriacam Andromachus his verbis tradidit. **Arteriaca Galli, eadem etiam antidotus est ad eadem efficac.** Nardi Syriacæ drach. iij. myrrhæ drach. iij. croci drach. quatuor, costi drach. iij. alij drachmam vnã, piperis albi grana. xxx. radicis dulcis Quinta Classis. ZZZZ iij drachmã

† Cod. tñ im-
prelli græci ha-
bent, quartam
partē heminae.

* Ar. iij.

* Ar. ij.

drachmam vnam, nūces pīneas centum, styracis drach. i. tragacanthæ. 3. i. cinnamōmī drachmam E. vnam, amomī drach. i. thuris drach. i. obol. iij. casīæ fistulæ drach. i. balaustrij drach. iij. obol. iij. mellis atticī aut passi cretici heminas duas. Passum in duplo vasculo coquitur ad spissitudinē mel- lis, atque ita ad arida trita affunditur. Tragacantha autem & styrax per diem antea in sufficiente protropo macerantur, & ita ad reliqua admiscuntur, reponitur pyxide argentea aut vitrea. Re- ctē fecit & hīc quod tum ea que promittit hoc pharmacum, tum quomodo preparatur adscripsit. Ego verō propterea omnes ab ipso descriptas Arteriācas apposui, ne quis alium scriptorem re- quirere cogatur. Omne enim facultatum genus in ipsīs continetur, nollūm, fortium, ac medio- rum. XIII. Arteriāca eius est de qua sic prodit. *Arteriāca ex libris Aphrode, Moschionis. Est eius facultas non modicē mediis transgressa ad fortes. Habet vim secandi & attenuandi ac calfaciendi ex multis pharmacis, quibus etiam lentā quadam admista sunt ob eam quam dixi causam.* Compositio eius hæc est. Rubricā Lemniā, thuris, myrrhæ, nardi, amomī, casīæ rufæ, croci, iridis illyricæ, floris iunci odo- rati, singulorū drach. iij. cinnamomī drach. iij. resinæ terebinthinæ drach. iij. floris rosarū drach. iij. opobalsamī drach. ii. mellis heminam vnam, aut passi cretici heminā dimidium ampliusq; quartam eius partem. Liqueorem & resinam donec fulua reddantur coquito, deinde ab igne abla- tis reliqua addito ac conquassato. Datur in thoracis & arteriæ affectionibus sabæ græcæ magni- tudine, cum aqua, quarta heminæ parte. Reliquis forma eclegmatis delingendum. xv. Arte- riācam sic scripsit. *Arteriāca ad gutturis siue arteriæ aspitudinem, vocem interceptam, & sanguinem ve- ientē, quæ utitur. Ex libris Apollonij & Alcimionis.* Tragacanthæ drachmas. vi. gummi drach. vi. thuris drach. i. obol. vnum, myrrhæ drach. i. obolos. ii. croci drach. i. obol. ii. succi radicis dulcis drach. i. obol. iij. aut radicis sesquidrachmam, piperis albi grana. xxv. palmularum pinguium car- nis. 3. iij. albi palmulas. v. aut tres habent. Tragacantham passo maceratam ac tritam reliquis arid- is tritis committe, ex eisq; omnibus catapotia sabæ magnitudine effice, sub linguaq; tenenda exhibe. Huiusmodi confectiones hypoglottidas medici, ab eo quod sub linguam dantur, appel- lant, iūbentq; id quod à dissoluto pharmaco defluit, sensim in asperæ arteriæ summum excipere, obnitendo simul ne tussis excitetur. xv. ex ordine sic scripta est. *Arteriāca delingibilis ad omnes internas affectiones, maximē tabescentes & suppuratos, ad hydropis incipientes, tussēs veteres. Datur per diem & noctem, cochlearij mensura.* Succī scyllæ sextarios. iij. passi cretici sextarios. iij. vini falerni sextar. viij. mellis atticī sextar. iij. myrrhæ trientem, croci sextantem, thuris sextantē. Aristolochiæ dactylitidis minam vnam & dimidiam, glycyrrhizæ minam vnam, radicis eryngij sextantē, casīæ vnc. i. nardi celticæ, {vnc. i.} xylobalamī bēstem. Aristolochiam, eryngium, glycyrrhizam, xy-lobalamum, casiam, nardum in crassas partes cōtusa in vini sextariis. viij. macerato ad triduum, deinde ad lentum ignem ad tertias coquito, atq; ita exprimito, & recrementis abiectis passum, mel, & scyllæ succum committrito, & ad mellis crassitudinem coquito. Crocum verō, thus, & myr- rham cum vino terito, atq; vbi optimē habuerit pharmacū addito, & vbi modicē fuerint liquata ab igne tollito, & repositis vitior. Rectē facit & hīc Andromachus quod quæ promittit, & quo- modo preparatur adscripsit. xv. Confectio talis ab eo traditur. *Arteriāca alia vt Heracli- des Tarentinus.* Succī scyllæ sextarios. iij. passi cretici sextar. iij. mellis atticī heminam vna, croci trientem, alii sextantem, myrrhæ quadrantem, tragacanthæ vnc. i. succi radicis dulcis sextantem, thuris vnc. i. opobalsamī sexuncem, vt ere preparato. Iuxta hanc confectionem neq; quæ promit- tat, neq; quomodo preparatur tradidit, tanquam iam ante sententiam ipsius legentes intelligere queant. Ex eo enim quod dicit: Alia Arteriāca, similia præscripta ipsam promittere, nos intel- ligere conuenit. Preparationem autem ex antea relatis computare oportet. xv. Confectio sic tradita est. *Arteriāca ex libris Perigenis, ad omnes arteriæ affectus.* Croci drach. i. vna passæ exa- einatæ drach. i. amygdalarum drach. viij. myrrhæ obol. iij. tragacanthæ drach. iij. piperis albi obol. iij. mel coctum, Vna passa torretur, amygdalæ excorticantur. Tragacantha in aqua mace- ratur per diem vnum, & teritur, ac reliquis admiscetur. Et hīc rectē ab eo factum eo, quod tum promissionem, tum compositionem eius adiecit. Ceterum mediæ facultatis pharmacum existit, quare ad omnes affectus ipsum commodum esse ait. Est enim mediourum pharmacorum natura- talis, vnde etiam ipsīs mediis affectionibus propriē & primariō conuenit: his verō qui mollibus. aut fortibus opus habent, neq; emolumentum neq; detrimentum magnum affert. Vltimā oīum arteriācam hoc modo descripsit. Vini mulsi veteris sextarios. iij. ad vnum decoquito, deinde nu- cum pinearum tostarum heminam adiicito, piperis albi sextantem, ac vitior. Esset sanē hoc phar- macum ex mollissimis, si non piper accessisset. Hoc verō addito, ad mediā facultatem peruenit; propter etiam eiusdem generis cum præscripto esse ratus subscripsit.

Arteriāca à Critone conscripta & quatuor numero.

Ex arteriācis à Critone conscriptis quatuor pduxisse suffecerit. De prima scribit in hæc verba. *Ad vocem interceptam ob contentionem.* Ficum & eryngium probē coquito, & ad decoctū gum- mi misceto, vt melle durior confectio fiat. Dato ad noctem. Facit & ammoniacum. Ob id sanē pharmaci huius mentionem feci, quod in principio apta est hæc præscripta confectio, si per eryn- gium preparatur. Ammoniacum autem inueteratis cōmodum, forte enim pharmacū existit.

Non

A Non rectē igitur Crito fecit, quod cum moderato fortissimum pharmacum indiscriminatim tra- didit. Si enim ab vsu durī immutaueris, non solum nihil iuueris, sed etiam lædes hominem. Alteram arteriācam scripsit Crito mediā facultate, concoctōriam & lenem his verbis. *Alia faciens maximē ad phonaficos, & asperam arteriam, & tussis irritationes, dolorem aurium, vlcera in auribus, ac pudendō. Concoquit etiam destillationes.* Thuris obol. iij. myrrhæ drach. iij. passi cyathos. iij. Passum ad mel- lis spissitudinem decoquito, deinde myrrham & thus trita cum passo semicocto ablato adiicito. Facit etiam ad dysentericos, coeliacos. Quidam croci etiam drachmam addunt, & fit auribus cō- moda, atq; oculis inflāmatis. Hæc Crito perspicuē & probē scripsit. Neq; opus est me eiusmodi pharmacorum expositionem apponere, vt qui sæpe iam de his dixerim. Porro alias duas prædi- ctæ quidem similes, verūm moderatori facultate & simplicissimas sic scripsit. *Eclegma Faustia- num appellatum.* Vini falerni sextarium. i. mellis atticī lib. i. In duplici vase coquito, rutæ ramulo agitando. Alterum pharmacum tale est. *Eclegma ex vino scybelite quo vititur.* Vini scybelitis sextarium. i. gummi quadrantem, mellis dodrantem. Coquito in duplici vasculo, gummi prius macero ac dissoluto. Hoc solum loco apposuit in duplici vasculo, hoc est diplomate, cocturam fieri debere. Rectissimē autem fecerit, qui omnes arteriācas quæ mitigatoriā, concoctōriam, & lenitoriam vim habere prædicantur, in duplo vase coxerit, quod Diploma Græcis vocatur, quo modo sanē vnguentarij vnguenta preparant. Nimirūm calidam aquam in magnum quendam lebetem infundentes, ac postea vasculum, quod pharmacum coquendum in se habet, imponen- tes, & sic præustas prunas, aut ligna fumum non ædentia succedentes.

Confectio Diacodyon, id est ex capitibus papaueris, iuxta veterum traditionem.

Quin & circa huius compositionem veteribus indiscreta discordia fuit, quidam enim ex ipsis ad capita papaueris. cxx. aquæ sextarios. xx. infundendos censent, vt quælibet sextarii mensura, sex papaueris capita recipiat. Quidam verō in. lxxx. sextarios octingenta papaueris capita inij- ciunt, vt singuli sextarii capita. x. accipiant. Quidam ita temperauerunt, vt sextario vni. viij. capi- ta tribuerentur. Quidam autem haud scio qua ratione, in aquæ sextarios tres capita papaueris lxxx. coniciunt, alii capita. cxx. in eosdem tres sextarios addunt. Verūm mihi videtur valdē pauca aqua esse, ad tantam copiam capitum.

Confectio ex capitibus papaueris, Andromachi.

Andromachus igitur, velut supra in arteriācis præscriptum est, alteram ex ipsis præparans sic scripsit: Capita papaueris viridia mille ducenta, deinde ad finem: Aquam pluuiam, non apponēs C aquæ quantitatem.

Confectio ex capitibus papaueris, Critonis.

Crito verō sic, Confectio ex capitibus papaueris simplex. Capita papaueris agrestis octingen- ta, aquæ sextarios. lxxx. coquito ad tertias, atq; expressis addito mellis lib. x. Si verō variā effice- re velis, adde croci, myrrhæ, succi hypocistidis, singulorum drach. xii. thuris. 3. vi. acaciæ. 3. xii. Rectē videtur mihi ad singulos sextarios capita. x. conicere: ita enim contingit, cum scribat ipse, capita octingenta in aquæ sextarios. lxxx. indendos esse. Et ego sanē hoc modo præparo non ap- ponens, neq; crocum, neq; myrrham, neq; aliud quicquam. Optima est enim simplicissima.

Confectio ex capitibus papaueris, Heræ.

At verō Heras ad capita. cxx. aquæ pluuiæ sextarios. iij. infundit, modicam omnino quantita- tem, tamen si in quibusdam exemplaribus non numerus capitū papaueris. cxx. scriptus sit, sed pon- dus totidem drachmarum. Adscribam aut totam ipsius dictionem sic habentem. Capita papau- ris viridia. cxx. in vas conicito, & affusis aquæ pluuiæ sextariis tribus ad triduum madescere si- nito, deinde ad tertias coquito, & ablata ab igne exprimito ac colato, admistoq; mellis sextario in duplici vase coquito, atq; vbi spissari cœperit, acaciæ rufæ. 3. i. succi hypocistidis. 3. i. adiicito. Cæ- terum cum ipsa capita coxeris in aqua, croci. 3. i. linteolo illigaram simul coqui permittito. Quidā etiam myrrhæ. 3. i. addunt, ipsaq; cum modico passo terunt, atq; ita indunt, ac simul coquant, do- nec aliquantulum fuerit confectio inspissata. Quod si tñ non medicamentariam confectionem facere velis, cum capitum decocto ad tertias redacto mel coques, reliquis non adiectis.

Confectio ex capitibus papaueris, Damocratis.

Hoc pharmacum primum à Themisone præparatum est, inquit Damocrates in libro, Damo- cratis Philiatrus, hoc est rerum medicarum studiosus, inscripto. Scimus autem ex verbis eum constare. A iune Themisonem hoc pharmacum primum præparasse ad tussēs humidās, dolorem arteriæ, & gulæ, species fluxionum simpliciter omnium quæ circa thoracem consistunt, & ad vi- gilias, quarum sanē illæ existunt causæ.

Papaueris quod nominant ipsi agricolæ

Agrestis, (nam spontaneum est, nec conferitur)

Capita virentia & recentia, integra,

Semen rubens nondum nigrum gerentia,

Centena bisq; dena magnitudinis

Mediocris, in nouam ollulam ore amplo indito.

Quinta Classis.

ZZZZZ iiii Infunde

Infunde tres pluuia de aqua sextarios,
Macerato in his totam diem noctem simul,
Dein coquito lento igne, ac diutiuscule, &
Omnem liquorem expressum in ollulam excipe.
Et mellis attici libras tres addito,
Decoquito rursus leniorem ad flammulam,
Dum non liquentis mellis instar duruerit:
Mox frige facta in vitreum vas condito.
Sic nos quidem. At Themison prior qui prodidit
Vsum, addidit myrrham, acaciam, & rubens crocum, &
Hypocistidis succum. Ast ea obsoleta iam.
Simplex enim parata commodissima est,
Iucunda valde, lenis atq; viribus.
Ex hac datur mystri minuti quantitas,
Aliquando plus sub noctem, & ad diem minus,
Vt hanc in ore quis breui sic detineat,
Iustus liquentem sensim ita vt post deuoret,
Quod si voles aluum morandi gratia, &
Sistatur vt pulmonis & stomachi fluor,
Eruptioq; sanguinis septum supra,
Facere, eupatoricæ aut tu potius hinc ponticæ
Addes rhois succi simul drachmas duas,
Tantumdem & acaciæ bonæ, non veteris:
Aufferre iam volens ab igne pharmacum,
Diluta passo ambo hæc simul confundito,
Paulatim adhuc in ollula feruentibus,
Quo ferueant parum simul: mox vasculo
Refrigerata indantur inde vitreo.

Confectio ex capitibus papaueris, Sorani.

Soranus porro ita præparandam cenlet. Capitum papaueris numero. cl. aquæ sextarios. xx. in
lebetem nouum coniecta ad dimidias coquito. & reiectis capitibus mellis sextarium. i. addito,
postea verò myrrhæ, croci, hypocistidis, & acaciæ succi, singulorum drachmam. i. obolos tres,
lineteolo illigato, & in ollam siue lebetem suspendito, quò simul cum melle coquantur: postq; verò
crassescere inceperit, fasciculum colligatum tollito, & in mortariū coniectū cum passi cyathis. iij.
terito, indeq; in lebetem coniectum, lente simul donec spissetur coquito. Verum mitior est con-
fectio quæ ex solo melle & capitum papaueris cremore constat. Efficacior autem redditur, si in
fasciculum lineteoli pro adstringentibus melilotum & radicem dulcem addideris.

Confectio ex capitibus papaueris, Galeni.

Cæterum velut ego compono confectionem ex papaueris capitibus. ita ea vtendum cenleo.
Etenim cum de prædictis confectionibus experimentū sumpserim, præstantior ea visa est, in qua
ad vnum aquæ sextarium capita decem iniiciuntur, quæadmodū Crito scripsit, aut ad duos sexta-
rios quindecim capita, velut Soranus. In medio autē horum amborum terminorum est, vbi octo
aut nouem capita in vnum sextarium conijciamus. Præmacero autem ea non ad triduum, velut
Heras, sed neq; statim ablatas coquo, sed si quidem humidiora & molliora fuerint, ad vnum diē.
Accipienda est autē in omnibus huiusmodi sermonibus etiam nox. Quemadmodum etiā annum
dierum. ccclxv. esse solemus dicere. Si verò duriora & sicciora sint, etiam longiori tempore ipsa
macerō, præstat autem accipere nondum indurata. Manifestum verò qd etiam valde mollia abij-
cienda sint. Sicciora enim exiguum succum habēt. Humectiora verò crassum quidem, sed crudū
adhuc & aquosum ac debilem: quapropter ex humidis ac palustribus locis accepta fugienda sunt.
At verò numerum quem dixi iniici oportere iuxta proportionem aquæ, de mediocribus intelli-
gere oportet. Cum enim quædam maiora moderatis, quædam minora existant, quædam verò
inter hæc media, quemadmodum vt plurimum esse solent, ex his prædictum numerum ad sexta-
rium conijcere oportet. Terminus autem cocturæ sit non vt tertia, aut quarta, aut aliqua talis pars
aquæ fiat reliqua, verum vbi primum in totum flaccida fuerint facta. Succum enim ipsorum ex-
primere volumus, hoc verò sufficenter cōtinget ipsis flaccidis factis. Superuacuum igitur diutius
coquere. Cæterum mellis dimidiam mensuram huic succo admiscendam cenleo, & coquendā si-
mul ad lentum ignem ad cōpagem attici mellis. Verum in aqua pluuia quidam capitum cocturā
fecerunt, ne videlicet ipsa ad aliam putredinosam qualitatem transmutetur. Tibi verò etiam fon-
tana sufficet pluuia non præsentē. Satis est & ipsam mundam esse, & omnis misturæ exortē. Ob-
quam rem ea quæ per plumbeos canales deriuatur fugienda erit: limus enim quidā ex plumbo in
ea continetur. Vnde etiam qui aquæ eiusmodi faciem combibunt, dysenterici euadunt.

De visu

De visu confectionis ex papaueris capitibus.

A. Visus eius est in his qui somno opus habent, quibus etiam ex opio constantia sæpe exhibere
cogimur. Opus habent maxime huiusmodi pharmacis hi quibus tenuis fluxus a capite ad asperā
arteriam destillat, non permittens dormire, ob consequentem tussim. In talibus ego etiam ex sa-
pa pharmaci confectionem parare soleo. Dicitur autem a me antea est sapam, id est hepsēma a
nobis appellari mustum coctum, quod etiam siræum quidam medici vocant. Sufficiens coctura
eius ad huiusmodi est, vbi capita papaueris ad medietatem aquæ fuerint decocta. Quin & per
passum, aut theræum creticum melius est, quam per mel cocturam fieri, vbi fluxus valde tenuis
extiterit. Scimus enim attenuantis facultatis mel esse: fugiendum igitur tunc, tenues enim fluxio-
nes auget. Miscenda etiam huiusmodi pharmaco dum coquitur, radix dulcis, quò simul coqua-
tur. Vbi verò hæc non addit, succus qui ex Creta apportatur. Si verò circa pulmonem consistat
copiā fluoris a capite delati, confectio ex melle melior est. Quemadmodum enim somno opus
habentibus, ea quæ ex sapā constat, sic reiectione per sputum indigentibus, ea quæ ex melle fit,
commodior existit. Contrā vrgenti igitur renitendo, vbi in somnum vertitur æger, aut quod ex
melle constat, aut quod citra hoc apparatus est, pharmacum exhibebis: aliquando etiam ambo-
B. bus permittis, scopum habens ipsum vrgens, circa misturam, ex vitro amplius conijcere oportet.
Appello autem vrgens id, quod maiori auxilio opus habet. Datur commoderata mensura duo-
rum cochleariorum satis magnorum copiā. Augebis autem & minues hanc copiā ad magnitudi-
nem corporis cui exhibiturus es, respiciens, item ad ætatem, & anni horam, ac regionem. In om-
nibus enim his, frigidioribus minimum dabis, calidioribus amplius. Quod verò etiam multitudi-
nis ac qualitatis ipsius destillationis respectu, aut plus aut minus dabis, manifestum existit. Com-
mune enim hoc in omnibus auxilijs est. Suffecerant equidem præscriptæ arteriæ, verum ap-
ponere amplius mihi visum etiam eas quæ Asclepiades in secundo interiorum scripsit. Aliquæ
enim ex eis penitus eadem sunt. Quædam præscriptis valde vicinæ, vt & ex eo certitudo des-
criptionum confirmetur. Quin vltra hæc præparandi & vtendi modus, diligentius ab ipso Ascle-
piade traditus est.

*Arteriæ ab Asclepiade conscriptæ in secundo interiorum, quæ Mnasoni
inscribit. Antony Musa, ad vocem interceptam.*

Brassicæ viridis cauliculos depuratos manducandos præbe, & quod instar palearum exuccum
est expuere iube, succum verò deglutire. Alia, Brassicæ succum cum melle coctum delingendū
C. exhibe. Auxiliatur cōfestim. Alia, Succus eryngij in aqua cocti heminas duas excipito, & succi
ficuum in aqua coctarum tantundum, his adde gummi subtilissimè dissoluti drac. viij. coquito di-
ligenter ad arteriæ spissitudinem, & inde cubitum ituris ad cyathi mensurā delingendū præbe.
C. Alia arteriæ Charixenis, facit ad sonum vocis fractum, destillationes in arteriam, vocem interceptam & vau-
cosam, ad interceptiones vocis ex distensione. Croci drach. ij. succi cyrenaici drach. i. mellis attici cyath.
vi. Mel coquito, & vbi spissatum fuerit, reliquis admisceto, ac vtitor velut dictum est pilulis inde
formatis, quæ sub lingua detineantur. Alia, Galbani drach. vi. piperis drach. i. nitri drach. i. mel-
lis attici cyathos sex. Galbanum & mel coquito, & densata reliquis vnito, vtitor vt dictum est.
C. Alia ad exulceratam arteriam Charixenis. Facit phonascis ante & post certamen data. Facit ad oculos dol-
lores, forissecus imposita, lana ex ea madefacta. Facit & ad internas affectiones linctu accepta. Gummi traga-
canthæ, vtriusq; drach. sex, thuris, myrrhæ, vtriusq; drach. i. obolos tres, croci, hypocistidis succi,
vtriusq; drach. vnam, passi scybelitæ aut theræi sextarios sex. Gummi, tragacantham, myrrham,
thus vna cum hypocistidis succo macerato affusa ipsis passi portione, atq; vbi dissoluta fuerint,
diligenter terito, & ad passum misceto, assidueq; mouendo coquito. Crocum verò sacculo stupa
contexto, κροκουφάντιον vocant, alij κροκουφάντιον, in sublimi contentis inditum, vna cum phar-
D. maco coquito. Deinde exemptum passo dilutum ac tritum ad pharmacum conijcito, & repositis
vtitor. Alia, Succus radices dulcis, tragacanthæ, vtriusq; drach. iij. croci, myrrhæ, vtriusq; drach. i. thuris,
spicæ nardi, vtriusq; obolos tres, protropi sextarios tres, vttere. **C.** Alia Lysia ad easdem affectiones.
Croci, myrrhæ, succi radices dulcis, thuris, calicæ, singulorum drach. vnam, piperis grana. xxiiij.
passi cretici sextarios tres, mellis attici cyathos. vi. Vtere. **C.** Alia Charixenis. Croci drach. iij. myr-
rhæ drach. vnam & dimidiam, thuris, succi glycyrrhizæ, vtriusq; drach. vnam, passi cretici sexta-
rios tres. Facit ad sonum fractum, destillationes in arteriam, interceptam vocem, tonsillas inflam-
matas, facit etiam ad phonascos ante & post certamen data. luoat perfrigeratos, facit ad recentem
& veterem tussim, ad spuētes sanguinem, eundemq; sursum reiectantibus prodest, & cœliacis.
Conducit item ad spiritus foetore. **C.** Alia hypoglossis, sub lingua tenenda, facit ad arteriam exasperatam,
& vocem interceptam, itemq; reliquis affectiones. Tragacanthæ, gummi thebaici, vtriusq; drach. tres,
myrrhæ, thuris non secti, vtriusq; drachmam vnam obolos tres, croci drach. vnam, succi glycyrr-
rhizæ obolos tres, Phœnicobalanorum trium carnem, passi protropi aut theræi quod satis est his
excipiendis. Decoquatur ad crassitudinem mellis, datur fabæ Aegyptiæ magnitudine sub lingua
tenenda, & dissoluta transglutienda. **C.** Alia hypoglossis Dioscoridæ. Croci, myrrhæ, tragacanthæ,
radices dulcis succi, singulorū drachmam. i. nuce pineas repurgatas numero sexaginta, amygdala-
las

las mundatas totidem. Excipe melle cocto. Datur nucis ponticæ magnitudine sub lingua tenēda. **E**
Alia Scribonij Largi hypoglossis, facit ad vocem interceptam. Croci, terebinthinæ, singulorū drach. octodecim, iridis illyricæ drach. sexdecim, tragacanthæ drach. octo, piperis grana. ccdx. Excipe melle cocto, & terebinthina simul cocta, vt ere sub lingua nucis ponticæ magnitudine. **E**
Alia Scribonij Largi hypoglossis, facit ad vocem interceptam. Glycyrrhizæ drach. octo, myrrhæ drach. vngintiquatuor, terebinthinæ drach. trigintaduas, tragacanthæ drach. triginta octo. Arida singula per se tundito ac cribrato. Resinam autem in pilam coniectam tundito, arida ad ipsam inspergendo, deinde ex vnitis omnibus pastillos formato fabæ Aegyptiæ magnitudinis, quos in umbra ficcato, atq; vsus tempore vnum aut duos sub lingua tenendos dato, ac liquefcentes deuorandos. Oportet autem hoc pharmacum confestim in pastillos conformare. Quo tempore igitur pastillos cogis, eodem etiam tundes. Resiccantur enim cito, & ob id pastillos ex eo formantem ad manum simul tundere oportet. **E**
Alia aromatica Mithridatis, facit ad arteriæ affectiones, pulmonis ulcerationes, spuētes sanguinem, tabescentes, suppuratos, & peripneumonicos. Croci drach. ij. & dimidiā, myrrhæ, resinæ terebinthinæ, vtriusq; drach. ij. thuris sesquidrachmam, nardi, cinnamomi, calicæ, tragacanthæ, singulorum drach. vnam, mellis attici heminam. i. Mel & resinam coquito, vt tractilia fiant ac fibrosa, & non inquinent in frigidam aquam infillata, dein cum aridis committito, ac probe contundito, & reponito. Vtere nucis ponticæ magnitudine sub lingua detenta vt prædictum est. **E**
Alia Mithridatis. Myrrhæ, croci, vtriusq; drachmas quatuor, nardi Indicæ, terebinthinæ, vtriusq; drach. duas, thuris, calicæ, cinnamomi, singulorum drach. vnam, passū cretici heminas tres. Passum & terebinthinam ad perfectam compagem coquito, & cum siccis committito, indeq; ad nucis ponticæ magnitudinem sub lingua tenendum dato. **E**
Alia ex filice Andromachi aromatica, Prodest hæmoptoicis, pleuriticis, tabescentibus, splenicis, hepaticis, ictericis. Facit & ad affectiones circa vterum & vesicam. Radices filicis q̄ crassissimæ lauantur diligēter donec omne terreum ab eis decedat, deinde perfrigerantur ad diem vnam, & ex ipsis libræ. x. in frustra digitalis magnitudinis secantur & conuassantur, ac in vas figulinum conijciuntur. Infunduntur deinde aquæ dulcis sextarij. x. & ad ignem positæ coquantur. Cū verò ad dimidias deuerint per cocturam, eas tollimus, & in duplum vas vnguentarium excolamus, & radices quidem expressas proijcimus. In aquam verò crasso modo contusa conijcimus, balaustij drach. vi. nardi Indicæ, rosarum siccarum, vtriusq; drach. iij. cinnamomi drach. iij. glycyrrhizæ drach. vi. calicæ drach. quatuor, rhu pōtici drach. iij. Deinde rursus ad ignem admota coquimus, & vbi ad dimidias peruenerint, rursus in aliud paruum vas vnguentarium excolamus, & aridā quidem expressā reijcimus, ad aquam verò mellis attici heminas quatuor addimus, probeq; mista & igni adhibita rursus coquimus, & cū infillata in frigidam non inquinant, his resinæ terebinthinæ drach. tres, chalbani non lignosi tantundem admiscemus. Hæc verò liquefacta ad subscripta deplemus. Sunt autem hæc, croci, succi hyoscyami, succi mandragoræ, piperis albi, succi hypocistidis, singulorum drachmam vnā. Omnia hæc tenuissimè trita, & cum primo filicis succo vnita habeto, vt strigmentitiam crassitudinem habeant. Postquam igitur inuicem permista ac probe conuassata fuerint, in vitreum aut argenteum vas reponimus. Datur ex pharmaco cochlearium. Maxime iuuat vocem interceptam. **E**
Alia panacea Mithridatis, ad phoscos ante & post certamen. Facit & ad glandularum inflammationes, laxat as columellas. Facit ad vnginas humore pregnantes, & nomas in ore, & motos dentes. Prodest distillationibus, recentis ac veteri tussi, hæmoptoicis, empyicis, & anaphoricis. Vter pharmacum hoc quādoq; puro, quādoq; passo dissoluto, aut vino scybelite, & aqua calida. Etenim ad tonsillarum inflammationes dissoluto pharmaco vtendum est. Ad affectiones verò in profundo, puro. Compositio sic habet. Capita papaueris agrestis numero. cl. filicis lotæ drach. iij. symphyti depurgati, corticis mandragoræ, rhu pontici, rosarum siccarum, iridis, chalcidoniæ, glycyrrhizæ ponticæ, balaustij, singulorum trientem, cinnamomi drach. ij. nardi celticæ sesquidrachmam, aquæ pluuiæ sextarios. xv. Prædicta in crassas partes contusa in vase duplici vnguentario ad triduum macerantur, sequenti deinde die ad tertias coquantur, & postea in quallum coniecta exprimimus ab ipsis in aliud vas vnguentarium liquorem, & res decoctas abijcimus quidem, verum de expresso liquore quantum sufficit accipientes, subscriptas res in ipso dissoluimus. Sunt autem hæc, gummi, tragacanthæ albæ, vtriusq; libram vnam, myrrhæ, succi radicis dulcis, succi hypocistidis, singulorum sextantem, croci, mastiches, vtriusq; vnciam vnam. Hæc dissoluta diligenter terimus, paulatim de expresso liquore adstillantes. Postea ad pharmaci confectionem vino scybelite, aut theræo, aut pramnio vtimur. Sint autem eius sextarij xxiiij. Passum in vase fictile diffusum coquimus, atq; vbi mellis spissitudinem acceperit, ipsi dissoluta & trita pharmaca adijcimus, rursusq; coquimus ad compagem, & sublato in vase vitreum aut argenteum vtimur, quemadmodum dictum est antea. Aliam ad distillationes, & omnes tussiculosas affectiones Asclepiades in secundo interiorum sic tradidit. **E**
Ad distillationes pharmacum, quo vsus est Coman philosophus, auxiliatur statim. Pyrethri, costi, vtriusq; z. ij. piperis albi drach. i. tusa & cribrata reponito. Vsu verò expetente naribus admouere, & pharmacum attrahere iubeto. Alia, Piperis albi drach. vnam, seminis vrticæ tantundem, costi, myrrhæ, croci, singulorum obolos tres, præparato ac vtitor vt dictum est. **E**
Alia dolorem sedans Antonij

Antonij Musæ. Facit ad distillationem, & vocem interceptam. Opii, myrrhæ, seminis hyoscyami, singulorum drach. duas. Singula in cicuta decocto macerato ac diligenter terito, & ex mistis catapotia erui magnitudine formato, & duo ex ipsis ante somnum dato. **E**
Alia facit ad hæmoptoicos. Seminis hyoscyami albi drach. octo, nardi Indicæ drach. sex, croci drach. quatuor, opij, amyli, anisi, singulorum drach. duas, rubricæ lemnix drach. vnam, cum aqua catapotia erui magnitudine formato, ac vtitor vt dictum est. **E**
Alia delingibilis, ad tusses extremas & inueteratas. Vini falerni sextariū vnum, mellis attici libram vnam, coquito affidue agitando cum ramulis rutæ. Dato inde mystrū. Facit & ad stomachicos. **E**
Alia Petini, ad vlcera & suppuraciones in profundo. Vini nulli veteris sextarium vnum, & axungia veteris sextantem, alij vnciam vnam. Axungiam probe cum vino mulso terito ac dissoluto, indeq; in vase fictile transfero, & ad prunas ramulis rutæ agitando coquito, & vbi densata fuerint, in vase vitreo reponito, ac mystrum delingendum vt prædictum est exhibeto. **E**
Alia Origeniæ. Glycyrrhizæ ponticæ drach. duas, seminis vrticæ tosti, seminis lini tosti, vtriusq; drach. vnam, myrrhæ, croci, vtriusq; obolum. i. mellis attici, aquæ, vtriusq; cyathos sex. Glycyrrhizam aqua coquito, deinde expresso liquore, reliqua terito, & melle cocto excipito, ac delingēda præbeto. Alia, Ari tosti drach. vnam, amij torrefacti, nucum pinearum tostarum, irionis tosti, singulorum drach. vnam, excipe melle cocto. **E**
Alia placentula, hoc est coptarium ad tussientes. Seminis lini torrefacti, contusi, & cribrati, vuæ passæ pinguis citra acinos, vtriusq; sextarium vnum, nucum pinearum tostarum, nucum ponticarum depurgatarum, vtriusq; heminam vnam, piperis albi sextantem, myrrhæ, croci, vtriusq; vnc. i. mellis attici lib. quatuor, contusa vt oportet tritaq; reponito. Semen lini cum melle coquito, & vbi densata fuerint reliquis addito, misceto, ac contundito. Datur nucis pōtice magnitudine. **E**
Alia, facit & ad thoracis affectiones. Farinæ fabacæ tenuissimæ tostæ heminam vnam, iridis illyricæ quadrantem, nucum pinearum tostarum sextantem, pulegij aridi contusi sesquidrachmam, seminis vrticæ drach. vnā, piperis vnc. dimidiā, mellis boni sextarios. ij. farinam cum melle ad densitatem coquito. Seminis lini etiam tusti, tosti, & cribrati heminā vnam in promptu habeto & adijcito. **E**
Alia ad tussim, & spiritus prolotionem, valde probe expurgans. Hyssopi, pulegij, vtriusq; sextantem, iridis, seminis sinapis, cardamomi, singulorum vnciam vnam, anisi, piperis, vtriusq; vnciam vnā, tusa & cribrata melle cocto excipito. Datur cochlearij boni mensura. Si vero hyems sit, & accepturus non febricitans, piperis sextantem, & pro aniso sceniculum aut cuminum, & pro cardamomo sinapi duplū conijcito. **E**
Catapotium ad tussim recentem, panacea pharmacum dolorem leuans, inducens somnum, facit ad hæmoptoicos, & ad empyicos & anaphoricos. Styrcis drach. octo, opij, myrrhæ, vtriusq; drach. quatuor, diluta passo in catapotia cogito, & erui magnitudine cubitum euntibus dato. Alia exemplaria par pondus omnium habent. **E**
Aliud Platoni inscriptum, euestigio auxiliatur. Styrcis, myrrhæ, opij, galbani, singulorum par pondus, passo diluta in catapotia redige. **E**
Aliud Basso inscriptum, pharmacum accommodatum, auxiliatur statim. Facit hæmoptoicis, sanguinem reuocantibus, suppuratis. Galbani, styrcis, iridis illyricæ, corticis pinus, singulorum drach. duas, enule, opij, vtriusq; drach. vnam. Excipe melle cocto, & præbe ciceris magnitudine ex aquæ mulsæ cyathis. iiii. **E**
Confectio ex marubio Platoni. Myrrhæ, styrcis, opij, succi marubii, galbani, croci, æquales partes, præpara ac vtere melle exceptis cocto. **E**
Catapotium dolorem sedans, pharmacum accommodatum ad inueteratas affectiones. Facit ad distillationem, dolorem capitis, ægrè spirantes, peripneumonicos, ad vesicæ & vteri affectiones. Inscrbitur Panacea accommodata, ab aliquibus Stichus. Myrrhæ, piperis, cardamomi, opij, styrcis, castorii, galbani, æquas partes excipe passo, fac catapotia, & vtere. **E**
Aliud pharmacum valde bonum, inscribitur Harmonia. Facit ad distillationes, & inexcuperabilem defluxum. Styrcis, castorii, piperis, cardamomi, singulorum drach. tres, opij, myrrhæ, seminis hyoscyami albi, singulorum drach. quatuor. Excipe passo, reduc in catapotia, dato ciceris magnitudine ad somnum. Aliud, Croci, sulfuris

D viui, myrrhæ, opij, singulorum drach. quatuor, seminis hyoscyami albi, cardamomi, piperis albi, singulorum drach. octo, mellis cocti quincuncem, aut quod satis est. Vius præmonstratus est. Datur cubitum euntibus. **E**
Confectio Proxeni, ad tusses inueteratas, & valde diu durantes humectas affectiones, appellatur Symphonos, & Lexopyretos, id est optime sedans febrem. Hæc vsus est Antonius Musæ. Piperis albi, opij, cardamomi, singulorum drachmas octo, croci, sulfuris viui, myrrhæ, seminis hyoscyami albi, singulorum drach. quatuor, mellis cocti sexuncem. Datur nucis ponticæ magnitudine cum aquæ mulsæ cyathis tribus.

Confectiones ad tussim ab Andromacho libro secundo de confectionibus internis conscriptæ.

CAP. 3.

Postquam multas ad tussim Andromachus scripsit confectiones, deinceps omnes soporem inducentes, & ob id soporiferas appellatas tradidit. Cæterum hæc omnes tenues fluxiones inspissare possunt resiccantes simulq; refrigerantes, & propterea aliqua non tantum opium, sed & mandragoræ succum, aut radicis corticem, aut hyoscyami semen, aliqua etiam duo, aut tria, aut etiam omnia huiusmodi habent. Quemadmodum alia styrcem, & crocum. Rationabiliter autem his alii partim calfacientia admiscuerunt, partim cum modica adstringendi vi aromatica & resiccantia, itemq; semina quædam familiaria, velut anisi, sceniculi, apij, dauci, seselis, vtpote

* Al. lignola

* Al. libras

* Al. drach. iij.

* Al. vnciam. i.

vt potē quæ tum pharmacorum iniucunditatem ac vim obtundunt, tum vrinam etiam proleſcāt. **E** Quædam verò etiam aspritudines læuigāt, velut sunt tragacantha, glycyrrhiza, & vina dulcia. At verò ex his, quæ minus de aromaticis complectuntur, eas etiam tabescentibus præbent. **C** Confectio ad tuſſim ex duobus piperis generibus. Cinnamomi drach. vnam, succi papaueris drach. vnam, myrrhæ obolos tres, piperis nigri obolos tres, costi obolos tres, castorii obol. tres, piperis albi obolos tres, chalbanii obolos tres, croci dimidium, redigito in pastillos, dato cum melle aut passo. **C** Alia ad tuſſim excellenter efficax. Eadem febres sedat. Seminis hyofcyami vnc. dimidium. Vnum exemplar vnc. vnam habet, cardamomi drach. vnam, succi papaueris vnc. vna. a, myrrhæ, sulfuris viui, croci, singulorum vnc. dimidium, piperis albi iuxta Heram sesquiunciā, mellis atticī quod satis est. **C** Aliud ad tuſſim siccam. Styracis partem. i. succi papaueris tantundem, croci partem dimidium. Contundito simul & catapotia inde exhibeto. **C** Confectio ad tuſſim, qua vror, sacrificuli bona. Succī papaueris drach. decem, feminis lactucæ drach. xx. castorii drach. xvij. alij. xvi. rutæ hortensis aridæ drach. xiiij. feminis lini drach. sexdecim, panacis drach. triginta sex, myrrhæ drach. quatuor, decim, croci drach. vij. alij vnciam vnam. Excipe melle. Datur pro viribus Aegyptiæ fabæ magnitudine, febrientibus ex aqua, febre carentibus ex vino, ad noctem. **C** Catapotium ad tuſſim quo vror. Styracis, myrrhæ, opij, singulorum drach. quatuor, opobalsami, croci, vtriusq; drach. duas, simul trita excipe, ac vttere. **C** Ad tuſſim siccam. Succī radicis dulcis drach. ij. styracis drach. vna, opij, croci, myrrhæ, singulorum obolos tres, excipe passo aut aqua, & ad fabæ græcæ magnitudinem redigito, ac vtitor. **C** Potio qua vror ad phthysicos, Rhipali, multis commoda, appellatur Menodorios, & Ambrosia, Facit ad febres per circuitum repetentes. Nardi, croci, myrrhæ, costi, calicæ, cinnamomi, iunci rotundi odorati, piperis nigri & albi, castorii, galbani, terebinthinæ, styracis, succi papaueris, feminis hyofcyami, singulorum drach. tres, anisi drach. vnam, apij feminis drach. vnam, tragacanthæ drach. sex, mellis quod satis est, vini falerni heminam vnam. Tragacantham vino sufficienti macerato, & reliqua simul cum melle committito. Datur febrientibus sesquidrachma ex aqua multa. Febre carentibus vnciam dimidiacum melle, & aceti cochleario vno, & vini falerni cyath. ij. **C** Apollonij confectione, facit ad multa, præsertim ad tuſſes, egyptiæ. Cardamomi drach. octodecim, myrrhæ drach. duodecim, hyofcyami drach. duodecim, opij drach. decem, alij duodecim, feminis petroselinii drach. duodecim, croci drach. quindecim, malorum mandragoræ drach. decem, zingiberis drach. octo, sulfuris viui drach. vi. ari drach. sex, thuris drach. sex, costi drach. sex, piperis albi drach. mas sex, mellis atticī. **C** Alia ad internos abscessus, probè repurgans. Sagapeni drachmas. ij. myrrhæ, 3. ij. cardamomi drach. quatuor, alij drach. vnam, castorii drach. vnam, piperis albi obolos tres, opij drachmas duas, cum aqua in pastillos formato duorum obolorum ponderis. Dantur cum aqua. **C** Iſorheos ad tuſſim, ad tabem, ad omnes internas & per circuitum repetentes affectiones. Nardi drach. duas, myrrhæ drach. vnam, croci drach. vnam & dimidium, costi drach. vnam, piperis albi drach. vnam, facis opobalsami drach. duas, cinnamomi drach. duas, succi mandragoræ drach. ij. castorii drach. duas, feminis dauci drach. vnam & dimidium, opij drach. duas, amomi sesquidrach. calicæ nigrae sesquidrachmam, mel coctum. Facit ad dolores stomachi, hepatis, pulmonis, oculorum, sanguinis reiectionem, abscessus. Prodest dysentericis, voluulosis, nephriticis, ischiadicis, ægræ spirantibus. Vrinæ suppressæ, doloribus laterum, præcordiorum, ad fluxum muliebrem, & vteri strangulationem. Admiranda est antidotus ad letalia venena, ante & post cibum sumpta, ad omnem sanguinis eruptionē cum frigida, & ad morsos à vipera, & percussos à phalangijs, in vini cyathis tribus. Quartanarijs prælotis dantur ante horam accessionis oboli. ij. ex vini cyathis tribus. **C** Potio ad tuſſim, dyſpnoeam, & alia multa, Antipatri, qua vror. Styracis drach. sex, terebinthinæ drach. quatuor, opopanax drach. duas, galbani drach. duas, iridis illyricæ, drach. duas, myrrhæ drach. duas, feminis hyofcyami albi obolos quatuor, spumæ nitri obolos quatuor, piperis albi obol. quatuor, opij obolos. v. Datur quantitate fabæ Aegyptiæ ad somnum. Quidam opij obolos tres, alij drach. i. H conijciunt. **C** Eclegma ad tuſſim. Nucleorum nucum pinearum drach. duodecim, feminis lini tostī drach. octo, tragacanthæ drach. duodecim, carnis palmularum drach. octodecim, iridis illyricæ drach. duodecim, amygdalarum dulcium drach. sexdecim, mel coctum. Dato delingendum bis per diem, manè & vesperi. In quibusdam tragacantham aqua pluuiæ dissolutam primum cum melle coquito. **C** Catapotium ad tuſſim, Crispi Liberti. Myrrhæ, piperis albi, galbani, castorii, styracis, croci, opij, singulorum par pondus, styracis dimidium. Dato inde catapotia. ij. ad noctem. **C** Scribonij, ad tuſſim. Seminis apij drach. duas, floris iunci odorati, nardi celticæ, styracis, croci, singulorum drach. vnam, balustij obolos tres, succi papaueris drach. quatuor, mellis quod satis est. Datur magnitudo fabæ non febrientibus ex aceto mulso, febricitantibus cum aqua. **C** Asclepiade, ad tuſſim. Rhu pontici, croci Cilicij, succi papaueris, spicæ nardi, thuris, myrrhæ, singulorum drach. vnam, radicis nardi celticæ sextantem, styracis quadrantem. Datur. drach. i. cum vino mulso. **C** Thespiana Apollonij, ad internos abscessus. Seminis apij drach. tres, succi papaueris drachmas tres, melanthij drach. tres, iridis illyricæ drach. septem, castorii drach. duas, feminis dauci drach. septem, sinopidis rubricæ drach. septem, excipe melle cocto, & dato nucis ponticæ magnitudine ex aqua. **C** Catapotium resicatorium, ad fluxiones thoracis, ad molem dolorem, affectiones per circuitum repetentes,

* Al. vnciam

A petentes, & percussos à scorpio. Succī papaueris, feminis hyofcyami, vtriusq; par pondus, cum passo aut melle ad fabæ græcæ magnitudinem formato. Dato ad noctem: somnum inducendo prodest. **C** Confectio firiens febrem, Phamphili pharmacopolæ bona. Seminis hyofcyami vnciam. i. cardamomi exenterati vnciam. i. succi papaueris vnc. i. sulfuris viui vnc. dimidium, croci vnc. dimidium, myrrhæ vnc. dimidium, euphorbij drach. ij. costi drach. ij. iridis illyricæ drach. iij. piperis albi drach. quatuor & dimidiā, mellis quod satis est: vttere. **C** Catapotium ad tuſſim & alia multa commodum, & præsertim ad tuſſim humidam. Iunci odorati drach. sex, opij drachmas quatuor, galbani drach. sex, styracis drach. quatuor, fiant catapotia araci magnitudine, dentur ad somnū. **C** Alia sedans febrem Darij. Hac antidoto vsus est ad omnia, ad tonsillas, tuſſes, & anginas. Croci vnc. vnam, piperis quuncem, myrrhæ vnciam vnam, succi papaueris vnc. vnam, thuris tantundem, feminis hyofcyami tantundem, cardamomi tantundem, costi drach. quatuor, iridis illyricæ drach. tres, aristolochiæ drach. ij. melle attico excipito. **C** Aliud ad omnem tuſſim expertum. Anisi drachmam vnam, costi obolos. iij. myrrhæ drach. vnam, castorii, galbani, piperis albi, feminis hyofcyami, opij, succi radicis dulcis, singulorum drach. i. excipe passo, redige in catapotia ciceris magnitudine. Dato in noctem. **C** Catapotium concoctorium ex libris Perigenis, ad tuſſim & destillationem. Styracis obolos duos, piperis **B** grana viginti, myrrhæ drach. duas & dimidiā, feminis hyofcyami obolos quatuor, euphorbij drach. duas, iridis illyricæ drach. ii. opopanax drach. ii. croci obolos tres, opij obolos tres, terebinthinæ drachmam vnam, piperis albi obolos tres, galbani drach. duas, trita excipe galbano ad resina, opioq; & styrace. Datur, prout sunt vires. **C** Apollonij confectione ad tuſſim commoda. Foliorū malabathri drach. octo, croci drach. sex, opobalsami drach. vnam, spicæ nardi drach. vnam, rosarum siccarum, floris iunci odorati, singulorum drach. vnam, costi, calicæ, styracis, myrrhæ, mei, singulorum drach. tres, vna passæ mundæ, drach. sexdecim, succi mādragoræ drach. sex, mellis quod satis est. Vuam passam in cretico passo per noctem & diem macerato, deinde admittis aridis teritis, & mel misceto, ac reposito vtitor. **C** Potio ad tuſſim ex libris Apollonij, item ad muliebrem fluxum. Seminis hyofcyami drachmas tres, myrrhæ drach. tres, croci, succi mandragoræ, thuris, singulorum drach. tres, piperis albi et nigri, vtriusq; drachmas quatuor, viticis drach. tres, opij drach. tres, mellis & vini chii quod satis est. Datur magnitudo fabæ. **C** Ad tuſſim, incipientem phthysim, hæmopticos, ac fluxiones. Seminis hyofcyami drach. quatuor, radicis nigrae mandragoræ drach. quatuor, rhu drach. iij. coralli drach. tres, opij drach. tres, lycii drach. duas, balustij drach. tres, thuris drach. quinq; tragacanthæ drach. duas, croci drach. tres. Cum aqua pastillos triobolares formato. Datur **C** hæmopticis ex posca, reliquis in aqua. **C** Potio prodita à Cletio Abascanto, ad tabescentes, qua vror abum de. Verum inepta est ad sanguinis reiectionem. Aristolochiæ dactylitidis drach. viginti, sulfuris viui drach. xx. corticis mandragoræ drach. viginti, thuris drach. quadraginta, gentianæ drach. xxx. fefelis drach. xxx. opij drach. quadraginta, feminis hyofcyami albi drach. xl. myrrhæ drach. xl. croci drach. octo, piperis albi grana. c. euphorbij drach. decem, baccarum lauri drach. septem & dimidiā, costi drach. septem & dimidiā, cardamomi drach. septem. Euphorbium & myrrham in vino tundito, opium verò & hyofcyamum in vino mulso: reliqua priuatim tundito, ac simul misceto ad mel coctum. Vtere pharmaco nō recenti. Rectè apposuit Andromachus ad hoc pharmacum, quòd sit ad sanguinis reiectionem ineptum, ob sulfur videlicet viuum, & euphorbiū, partim etiam ob lauri baccas. **C** Catapotium ad tuſſim statim auxilians. Iridis obolos quatuor, croci Cilicij sesquibolium, myrrhæ obolos duos, cinnamomi obolos quatuor, calicæ obolos quatuor, feminis hyofcyami albi obolos duos, feminis papaueris nigri obolos duos, feminis cicutæ obol. duos, & Seminis lactucæ nigrae obol. ii. redige in pastillos obolares aut semiobolares cū passo, & præbe in passi quarta heminae parte. **C** Aliud, Ad omnem tuſſim, & fluxionem, & abscessus internos, vt Apollonius. Sagapeni, gentianæ, myrrhæ, opopanax, piperis albi, singulorum drach. ii. baccarum **D** lauri mundarum drach. quatuor, trita cum aqua reduc ad magnitudinem fabæ græcæ. Dato autē ischiadicis paulò plus ex vini diluti cyathis tribus. **C** Ad phthysicos aliud, quod à Flauiano Cretensi assecutus sum. Succī hypocisthidis drach. octo, myrrhæ drach. octo, castorii drach. sex, thuris drach. octo, succi rhois drach. ix. sagapeni drach. sex, succi papaueris drach. octo, anisi drach. nouem, feminis apij drach. octo, liquoris panacis drach. quinq; feminis hyofcyami drach. octo, styracis. 3. octo, croci drach. x. liquoris cyrenaici drach. vnam, feminis dauci drach. octo, marrubij drach. i. corticis mandragoræ drach. x. piperis longi drach. octo, & albi drach. quinque & dimidiā, verbenacæ supinæ drach. vnam, mel coctum. **C** Catapotium album, vt Prophanis & Apollo. Myrrhæ, feminis hyofcyami albi, opij, styracis, singulorum æquale pondus, formato catapotia quāta deuorari possunt, hæc ipsa vna passa, aut passo, aut palmularum carne excipiēs. **C** Catapotium ex libris Perigenis, Ad tuſſim. Seminis hyofcyami, castorii, myrrhæ, styracis, singulorum par pondus. Dato magnitudinem fabæ cum passo, aut aqua mulsa. **C** Catapotia ad tuſſim humidam ex libris Perigenis. Styracis, chalbanii, ammoniaci thymiamatis, castorii, opij, singulorum æquales partes, in catapotia erui magnitudinis redigito, ex eisq; duo exhibeto.

De reiectione sanguinis.

CAP. 4.

IN reiectione sanguinis primum periculum est, ne immoderata eius euacuatio fiat. Secundum

dum verò post suppressum sanguinem, Curatio autē eius quidem quæ ex apertione ofculi alicuius vas contigit, per obturationem fit oris dilatati. Eius verò quæ ex vas ruptura, per eiusdem conglutinationem. Quemadmodum eius quæ ex erosione, per renutritionem eroforum. Obrutur igitur ofculum dilatatum per adstringentia: conglutinatur autem ruptum per eadem, & quæcunq; ipsis in compositione miscentur citra mordacitatem rescicantia, & glutinosum quiddam habentia. Velut est Lemnia terra sphragis appellata, & famius aster. Renutritur autem cor rosa per cibos boni succi, & pharmaca carnem gignentia, sarcotica Græcis appellata, de quorum facultate dictum est in secundo opere huius tractationis. Iuxta primam quidem igitur rationē, ex talibus pharmaca componuntur ad reiectionem sanguinis curandam convenientia. Iuxta secundam verò, in his qui ex pulmone, aut thorace, aut arteria, aut summa arteriæ parte sanguinē reieciunt. Miscentur enim prædictis congruenti mensura tum calida, tum tenuium partium existentia, quæ infestissima sunt prædictis tribus affectionibus, apertioni videlicet orarum, rupturæ, & corrosioni. Cuius rei gratia itaque miscentur? Distributionis nimirum ipsorum in corpus. Etenim adstringentia & viscosa ac tenacia sibi ipsis vias præcludunt, quare opus habent facultate ipsis viam fruente ac preparante. Porro cum ex locis circa stomachum, aut aluum, aut ali-quod intestinum, sanguis educitur, huiusmodi pharmacorum mixtura non est opus. Verum rursus infestissimum his est hoc genus pharmacorum, quod in tantum refrigerat, vt affectio stupefiat: & tamen etiam hæc admiscentur medicamentis ad hæmoptoicos convenienter paratis, vt quæ altiore somnum ac soporem inducant, & commodissima sunt his qui à tussi lancinantur, sistentia nimirum sanguinem qui ad affectum vas deferitur, atq; hoc per suam frigiditatem. Atq; hi quidem sunt componendi scopi. Copia autem materiæ pharmacorum, quæ sufficientem experientiam prioribus medicis, qui circa curatiuam artis partem diligenter versati sunt, exhibuerūt, deinceps referetur.

Quæ ab Andromacho ad sanguinis reiectionem scripta sunt.

Primum ex his quæ sanguinem reiciuntibus conueniunt pharmacis, Andromachus sic tradidit. *Ad sanguinis reiectionem, quo ego vtor.* Acaciæ drachmas. viij. rosarum siccarum drach. viij. balaustij drach. viij. gummi drach. ij. tragacanthæ drach. i. cū aqua pastillos facito drachmæ vnus. Dato ex aqua pluuiæ. *Aliud Apollonij.* Seminis hyofcyami drach. viij. opij. drach. iij. thuris. 3. viij. terræ famiæ drach. iij. amyli drach. ij. rubricæ lemnice drach. ij. aut si hæc non sit, sinopice drach. iij. corallij drach. iij. costi drach. iij. floris balaustij obolos tres, alij drach. ij. Excipe succo polygoni, ac redige in pastillos triobolares, quos ex frigida præbeto. Quidam cicutæ seminis. 5. G ij. adijciunt. *Aliud, quo vtor.* Cytinorum drach. vi. spinæ Aegyptiæ drach. vi. succi papaueris drach. iij. hypocisthidis drach. vi. balaustij drach. vi. acaciæ drach. vi. lycij Indici drach. quatuor, myrrhæ drach. duas, excipe myrti baccarum decocto, & fac pastillos drachmæ vnus. Ex eodem decocto præbe bibendos. *Aliud sistens sanguinem.* Croci Cilicij, myrrhæ, iridis, nardi indicæ, thuris, acaciæ, singulorum vnciam vnam, succi papaueris, costi, piperis, singulorum vnciam dimidiam, rosarum siccarum trientem, melle excipito. Datur fabæ ægyptiæ magnitudo. *Aliud fluxiones sistens, prodest fluxionibus intermis, tonsillarum, & vna: & ad exulceratam arteriam gargarisatum: & ad sanguinis fluxum ex aqua frigida. Pluribus ex posca magnitudine Ponticæ nucis. Congruit etiam mingentibus sanguinem & fluxui muliebri potum & appositum.* Myrrhæ vnciam vnam, nardi indicæ vnciam vnā, cinnamomi vnciam vnam, thuris vnciam vnam, croci vnc. dimidiam, piperis drach. iij. succi acaciæ drach. iij. costi drach. quatuor, styracis drach. quatuor, iridis illyricæ sextantē, rosarum siccarū sextantem. Excipe melle cocto. *Aliud sistens fluxiones, ex libris Galli. Facit probè & ad sanguinis reiectionem.* Croci, myrrhæ, iridis, nardi syriacæ, calicæ nigre, rhu pontici, singulorum drachmā vnam, styracis, piperis albi, vtriusq; vnciam dimidiam, rosarum siccarum quincuncem, tritis mellis atticij quod satis est affunde. Datur nucis ponticæ magnitudine ex aquæ cyathis tribus. *Aliud ad hæmoptoicos, ex libris Apollonij.* Succij hypocisthidis drach. duodecim, balaustij, acaciæ, cytinorū, singulorum drach. duodecim, gallæ drach. duodecim, succi papaueris drach. vi. croci drach. sex. Redigito in pastillos triobolares. *Aliud ad hæmoptoicos.* Succij papaueris obolos duos, amyli obolos tres, gummi obolos duos. Dato ex aqua. *Aliud ad sanguinis educationem, & omnem sanguinis eruptionem, ex aqua potum.* Succij papaueris drachmā vnam, cinnamomi drachmā vnam, castoreij drach. vnam, costi, piperis longi, & rotundi, myrrhæ, singulorum obolum vnum, croci sesquibolum, corallij obolos. ij. balaustij drach. vnam, anisi drach. duas, gummi drachmā vnam. Ex tritis pastillos formato ac vtor. *Aliud ad sanguinis reiectionem.* Rubricæ sinopice drach. quatuor, thuris drach. viij. anisi drach. vnā, seminis cicutæ drach. quatuor, succi papaueris drach. quatuor, lapidis hæmatitæ drach. quatuor, seminis hyofcyami drach. octo, terræ famiæ drach. tres. dato pharmacum ieiunis ex aqua. Aliud, Succij hypocisthidis drach. vnam, opij obolos tres, balaustij drach. i. acaciæ drach. vnā. Ex aqua. *Aliud ad sanguinis educationem, vt Herophilus.* Radicis symphyti quadrantem, terræ asteris vnciam vnam, thuris sextantem, balaustij vnciam. i. hypocisthidis vnciam. i. croci obolos. iij. myrrhæ drach. ij. opij drachmā. i. rubricæ lemnice quadrantē, & obol. tres. gummi drach. i. Excipe succo polygoni aut plantaginis. *Aliud ad hæmoptoicos, Boni præceptoris.*

* Al. vnciam.

* Ali.

* Ap. duobus cyathis

A præceptoris. Balaustij drach. ii. acaciæ drach. ij. tragacanthæ drach. iij. succi hypocisthidis drach. quatuor, florum rosarum drach. quatuor, opij drach. duas, thuris drach. iij. myrrhæ drach. duas, seminis hyofcyami obolos quatuor. Excipe succo sanguinariæ quæ Græcis est polygonum. *Aliud sanguinem reiciuntibus, vt Acacios.* Terræ famiæ drachmas quatuor, corallij drach. quatuor, rubricæ sinopice drach. ij. balaustij obol. tres, opij drach. quatuor, amyli drach. xii. thuris. 3. viij. seminis hyofcyami drach. octo. Cum polygoni succo pastillos triobolares formato. Dato in posca, si fluxio sit multa cum vitello oui affato & aqua plantaginis. *Aliud ad hæmoptoicos, & dysentericos.* Floris rosarum, opij, acaciæ, gummi, balaustij, hypocisthidis, singulorum quadrantem, gallæ vnciam vnam, seminis plantaginis eiusdemq; succi, vtriusq; sextantem, lycij Indici vnciam. i. succi rosarum vnc. i. Redigito in pastillos drachmales. Quidam etiam omphacii vnciam dimidium addunt. Dysentericis etiam infunditur. *Aliud ad hæmoptoicos, Carteri robustius.* Seminis cicutæ drach. duas, seminis hyofcyami drach. vnam, amyli drach. vnam, nardi obolos tres, rubricæ lemnice obolos tres, alij quatuor, anisi obolos quatuor, alij tres, croci obolos tres. Dato cum vitello oui affato, ex aquæ laetose cyathis tribus. Facit & ad destillationes. *Aliud ad hæmoptoicos, magni Philadelphi.* Corallij obol. ii. asteris famij obol. iij. succi sanguinariæ cyathos sex. Dato hoc totum **B** pro. ii. vicibus in potu.

Vfus prædictorum Andromachi pharmacorum.

Iam antè quidem palā est ex his, quæ in principio sermonis de reiectione sanguinis dixi, quis sit vsus præscriptorum pharmacorum. Verum maioris lucis gratia repetam et nunc, id quod primum omnium ex acacia, rosis siccis, balaustio, gummi, tragacanthaq; est compositum. Manifestū autē est acaciā quidem, & rosam, & balaustium, adstringentia habere, gummi verò & tragacantham viscosa & glutinatoria. Igitur impossibile est ipsum vsq; ad thoracem & pulmonem per se deferri, si non habeat quæ adstringentia & viscosa ac tenacia deducant. Et quod his amplius addit, neq; mellis quicq; eius compolitor addidit. Sed per aquam pluuiam, quæ & ipsa adstringentē vim habet, tum compositio ipsius, tum exhibitio tradita est, vt ad sanguinis ex stomacho & ventre educationes conuenire possit. Quin & si possibile sit ex intestino ieiuno aliquid per nauseam efferri, ad hoc etiam commodum pharmacum fiet. Contrariam autem vicissim ad præscriptum pharmacum compositionem habet quintum ex ordine scriptum, itemq; nonum. Nimirum cum cinnamomum, & piper, & costus & myrrha eis sint admista. Reliqua verò omnia, media quodam modo inter hæc sunt, neq; exacte adstringentia per totam sui compositionem, neq; fortiter calfacientibus permista. Cæterum opium, & hyofcyamus, & cicutæ semen maximè quidem iis, qui à tussi, aut etiam aliās lancinantur, apta sunt: quanq; omnibus quomodocunq; sanguinem reiciuntibus conueniant. Quare ipsa miscere licet tum in iis, qui ex nutritiuis organis sanguinem sursum educunt, tum quibus ex spiritalibus organis idem contingit.

Quæ Asclepiades ad Hæmoptoicos scripsit ad verbum.

Ad sanguinis reiectionem. Radicis symphyti sexuncem, balaustij drach. ii. aut. iij. aquæ sextarium. i. Coquito ad tertias, & expresso liquori hæc addito: Amyli drach. i. gummi thebaici tantundem, dato in potu. Aliud, Cucumerum fatiurum lib. i. in tenuia frusta dissecato, & aquæ potabilis sextariū. i. affundito, ac ad tertias coquito. Expresso deinde liquori terræ famiæ sesquidrachmam inspergito, ac bibendum exhibeto. *Charixenis pharmacum accommodatum.* Radicis polygoni manipulum, radicis symphyti tantundem, Rhōis rubri acetabulum, aquæ sextarios. iij. coquito ad tertias, & expressi liquoris cyathum vnum dato, cum gummi tenuissimè triti ac dissoluti. 3. i. *Pharmacum Arrhabiani, quod ponticum dicitur.* Vuæ vrsi libras. xvi. aquæ pluuiæ sextarios xvi. Coquito ad tertias, & expressum liquorem reponito. Aliud, Mororū rubrorum nondum maturorum libras. xvi. aquæ pluuiæ sextarios. xvi. Coquito ad tertias, & expressum liquorem reponito. Aliud, Fructus corni libras. xvi. aquæ pluuiæ sextarios. xvi. fac eodē modo. Aliud, palmularum thebaicarum lib. xvi. aquæ pluuiæ sextarios. xvi. coquito ad tertias, & postq; expresseris liquorem, ad prius expressos liquores infundito, omnesq; probè mistos ad tertias coquito, & in fictili vase reponito. Et inde cyathum vnum ante cibum dato. Pharmacum hoc est valde bonum, & regenerationem prohibens. Oportet autem singula suo proprio tempore præparare, & ad pharmaci cōfectionem reponere. *De vrsi vuæ.* Quæ vrsi vuæ appellatur in Ponto nascitur. Planta est humilis & fruticosa, folio memæcyli, fructum ferens rubrum & rotundum, gustu austero, quem vrsi vuam appellant. *Medicamentum quod inspergitur Græcis κάρτερσον ad hæmoptoicos.* Corticis thuris, terræ famiæ, amyli, singulorum drachmas quatuor, tusa & cribrata reponito. Vsu verò expetente, cochlearium vnum in aquæ frigide cyatho dato. Aliud, Balaustij, terræ famiæ, corticis thuris, gummi, singulorum æquale pondus. Tusa & cribrata exhibe vt prædictum est. *Ad sanguinis reiectionem eclezma Amaranij, pharmacum accommodatum.* Vini salerni sextarium vnum, mellis atticij libram vnam, in vas fictile coniecta & conuassata super prunas ponito, & vbi arteriæ acceperint spissitudinem, ab igne ablata refrigerari finito, eis que contrusa & cribrata addito gummi cochlearia. iij. balaustij, thuris, terræ famiæ, singulorum drachmas duas, & rursus ad ignem admota & calfacta reponito. Dato vt prædictum est. *Aliud Origenia.*

Hanton

Origenia. Succū gentianæ, succū symphyti, balaustij, singulorum drach. viij. croci, myrrhæ, succū radicis dulcis, singulorum drach. iij. protropi, aut theraci, aut scebelitæ sextarios. vi. præpara ac exhibe, vt dictum est. **Catapotia ad sanguinis reiectionem dolorem sedantia.** Vt vsus est Charixenes. Succū hypocisthidis, balaustiorum, opij, singulorum drachmas. iij. excipe vino myrrite, & fac catapotia. Dato ex his trioboli pondus. In alijs exemplaribus opij drachmæ duæ habentur. Aliud, Succū hypocisthidis, succū acaciæ, succū Rhois Syriacæ, singulorum drach. iij. balaustij, opij, gummi, singulorum drach. iij. vini myrritæ quod fatis est. Vt vsus ostensus est. **Pastillus hæmoptoicus, pharmacum accommodatum, inscribitur Tryphærum, hoc est, Delicatum.** Amyli, balaustij, terræ famiæ, succū hypocisthidis, gummi, croci, opij, singulorum drach. ij. Excipe succo plantaginis, & exhibe drach. vnam. Verum liquor ipse affectioni sit conueniens. Aliud, Amyli, drach. iij. terræ famiæ, hypocisthidis, singulorum drach. duas, opij, croci, balaustij, tragacanthæ, singulorum drach. vnā, excipe succo plantaginis. **Pastillus ex succino, facit hæmoptoicus, diuturnæ & recentis tussis, phthysicis sanguinem reijicientibus, suppuratis, coeliacis, dysentericis, & inflatis. Est etiam Auricularis bona.** Psyllij mundi drach. xlv. iridis illyricæ, mastiches, ramentorum succini, croci, singulorum drach. xxx. opij drachmas. xv. Psyllium in aquam calidam coniectum macerari finito, atq; vbi viscosum ac glutinosum de se in aquam deposuerit, liquorem exprimito, & cum eo pharmacum præparato, in pastillos ipsum cogedo, ex quibus obol. iij. ad somnū eūtibus dato. Sint aut aquæ sextarij. iij. In alijs exemplaribus psyllium ad triduum madescit, deinde ter donec ebulliat coquitur, & ab igne acceptum rursus ad triduum finitur, atq; tunc liquor ad pharmaci confectionem segregatur. **Pastillus Neapolitæ facit hæmoptoicus, suppuratis, phthysicis, affectionibus fluidis.** Seminis hyoscyami albi, succū mandragoræ, vtriusq; drach. v. thuris masculi, opij hispani, styracis, coaguli hinnuli, singulorum drach. x. mastiches drach. xx. ramentorum succini, iridis illyricæ, croci, singulorum drach. xxx. psyllij drach. xlv. aquæ sextarios. iij. præpara ac vtere vt prædictum est. **Pastillus ex corallio, vt Niceratus.** Corallij, terræ Samiæ, vtriusq; drach. viij. balaustiorum, amyli, terræ lemnæ, singulorum drachmas. iij. seminis hyoscyami albi, opij, hypocisthidis, singulorum drach. ij. Excipe succo arnogliffæ, coge pastillos ac exhibe. **Aliter Dioclis Chalcedonij.** Corallij drach. viij. succū hypocisthidis, balaustij, succū acaciæ, rhu pontici, terræ Samiæ, opij, thuris, succū symphyti, singulorum drach. ij. excipe succo plantaginis. **Aphrodisiacum Clidion, pharmacum accommodatum. Facit hæmoptoicus, coeliacis, dysentericis, & qui stomachi fluxionibus laborant.** Cytinorum, spinæ ægypticæ, balaustiorum, succū hypocisthidis, succū acaciæ, singulorum drach. vi. lycij, rhu pontici, opij, singulorum drach. iij. myrrhæ drach. ij. contusa & cribrata diligenter baccharum myrti decocto excipe, & pastillos coge. Exhibe pro viribus cum rosarum decocto, aut baccharum myrti, aut aqua frigida. Forinsecus spongiam posca imbutam imposito. Postq; verò fluxus constiterit, pectus & fluxione infestatos locos omphacio cum aceto dissoluto illinito. Tepefiat autem ad cinerem calidam, donec aliquantulum ipsissetur. **Philippi pharmacum accommodatum dysentericis, & hæmoptoicis.** Balaustij, acaciæ, hypocisthidis succū, opij, rhois, thuris, myrrhæ, croci, gallæ, lycij, aloes, rhu pontici, baccharum myrti nigrarum, malicorij, singulorum drach. iij. excipe vino Italico, & redige in pastillos triobolares. Dato febricitantibus ex aqua, non febricitantibus cum vino.

Confectiones dolorem sedantes, tabescentibus, & sanguinem reiectantibus commode, itemq; alijs quibusdam accommodatæ, præterquam colicis. C. A. P. 5.

In his equidem qui sanguinem reiectionem, nondum tamen exacte tabe apprehensi sunt, hoc genus pharmacorum dolorem sedantium priores medici composuerunt, ipsūq; anodynon appellauerunt, conueniens & his qui sanguinem reijciunt, & qui tum hoc perpetuantur, tum etiam iam tabescunt. Itemq; ad alios dolores & affectus, qui circa pulmones, & arteriam, & thoracem, atq; alias quasdam partes consistunt, colicis tantum exceptis. Differunt enim hæc pharmaca ab ijs quæ priuatim colica appellantur, aromatum, & odoratorum ac vrinam cientium seminum mifitura. Colicæ enim confectiones his vehementiores sunt, stupefactoriâ vim prædominantem habentes ex multitudine refrigerantiū pharmacorū. Quale est hyoscyami semē, & cicuta, & papaueris succus, & cortex radicis mandragoræ. His nāq; in colicis vt cogimur ob magnitudinē doloris.

Que Andromachus scripsit ad prædictas affectiones.

Confectio sedans dolorem, ad omnes internos affectus & pleuritidas, qua vtor. Radicis panacis, seminis dauci, vtriusq; drach. iij. castorij drachmas. iij. alij drach. ij. seminis hyoscyami, opij, vtriusq; drach. iij. alij drach. ij. mellis quod sufficit. Dantur obol. iij. cum aquæ cyathis tribus. **Alia sedans dolorem, Marcellini.** Anisi drach. ij. seminis hyoscyami drach. ij. succū papaueris drach. i. seminis apij drach. ij. croci obol. iij. rosarum siccarum drach. i. myrrhæ drach. i. amomi drach. i. Trita cum aqua in pastillos trigintaduos redige. Dato ad somni tempus cum aquæ cyathis duobus aut tribus. **Alia sedans dolorem, ex seminibus.** Seminis apij drach. viij. opij drach. ij. ammiij. 3. viii. anisi drach. iiii. foeniculi drach. iiii. casia nigra drach. ii. Cum aqua fac pastillos triobolares. Dato ex passo, sexta & decima hemina parte, aut ex aqua. **Alia Achillis Compunctoris.** Anisi, 3. viii. ammiij drach. viii. seminis foeniculi, seminis apij, singulorum drach. iiii. opij, drach. ii. nardi indicæ drachmas. ii. myrrhæ drach. ii. piperis drach. i. casia nigra drach. ii. Fac pastillos triobolares

Ares, qui reficcati pōderent obol. ij. Dato vt reliquos. **Alia dolorem sedans vt Xenocrates, qua vtor maximè ad tormina & dysentericos.** Seminis apij. 3. ij. anisi. 3. i. piperis albi. 3. i. myrrhæ obol. iij. castorij obol. iij. opij obol. ij. croci obol. iij. gentianæ. 3. ij. Fac pastillos triobolares, & variè exhibe. **Alia Sphragis dicta, sedans dolorem, reficcans fluxiones, & tormina ac tussis, qua vtor.** Myrrhæ obol. v. alij vi. corticis mandragoræ drach. iij. succū papaueris drach. v. seminis hyoscyami drach. iij. alij. 3. ij. thuris drach. v. croci drach. v. excipe vino, exhibe pro viribus, aliquibus fabæ ægyptiæ magnitudine, aliquibus obol. ij. **Alia, Aster appellata, sistens dolorem, qua vtor ad omnem fluxum, dolorem, & omnes internos affectus, & destillationes, ad vesicam, ad suffocationes, fluxū muliebrem, stomachi fluxionē, dysentericos, sanguinem reijicientes, facit & ad paralyti resoluos.** Croci obol. iij. seminis hyoscyami drach. vi. seminis apij drach. vi. anisi drach. iij. styracis drach. iij. seminis dauci drach. iij. castorij drach. ij. opij drach. ii. myrrhæ drach. ii. Quidam etiam mandragoræ succū drach. iiii. vt verò Xenocrates, etiam piperis albi drach. vi. cum aqua fac pastillos triobolares. Dato ex aqua. **Alia sedans dolorem, Lycomedis.** Resecat destillationes arteriæ, & fluxiones oculorum. Seminis hyoscyami drach. ij. seminis apij drach. ij. opij drach. ii. anisi drach. i. croci obol. iij. rosarū siccarum drach. ij. myrrhæ drach. i. alij drach. ij. Cum aqua redigito in pastillos triobolares. Vtere quemadmodum Trigono appellato. **Alia sedans dolorem, reficcatoria, facit & ad hæmoptoicos, coeliacos, dysentericos, rupta & cōiulsa.** Anisi drach. iij. seminis apij drach. iij. opij drach. iij. croci drach. i. seminis hyoscyami drach. iij. styracis drach. i. iunci odorati drach. i. balaustij obol. iiii. quidam drach. viij. foliorum rosarum drach. i. nardi indicæ obol. iij. cum aqua formato pastillos diobolares. Dato ex vino, aut aqua, aut protropo. **Alia dolorem sedans potio, Rusi, qua vtor.** Corticis mandragoræ drach. iij. thuris drach. v. piperis albi drach. ij. & dimidiā, croci drach. v. seminis hyoscyami drach. iij. succū papaueris drach. v. myrrhæ drach. v. nardi obol. iij. casia nigra drach. ij. Trita cum passo in pastillos drachmales cogito, ac reponito ne humecti fiant. Dantur ex aquæ calidæ cyathis duobus, choleoricis, hoc est, biliosa supernè & infernè reddentibus, ex frigida. **Alia sedans dolorem ad oēs internas affectiones, qua vtor.** Casia nigra, myrrhæ, opij, styracis, croci, singulorum drach. vnam, quidam drach. i. & obol. iij. Cogito in pastillos trium aut duorum obolorum. Præbe febricitantibus ex aqua non febricitantibus in vino. Hepaticis in aqua mulla, itidē & pleuriticis. Efficax est & ad tussim. **Alia Trigonos vocata, reficcatoria & sedans dolorem.** Seminis hyoscyami drach. iij. seminis apij. 3. iij. anisi drach. ij. opij drach. ij. cum aqua pastillos formato. Dantur cum frigida, manè & vesperi, vnus pro vice. **Alia sedans dolorem, Asclepiadæ, ad omnes internos affectus.** Sēfelis, chamæpityos, herbæ saluæ, seminis rutæ syluestris, seminis dauci, singulorum drach. vi. seminis hyoscyami, opij, vtriusq; drach. viii. castorij drach. xxx. rhu pontici drach. xiiii. excipe melle. **Alia, vt Charicles.** Tordilij drach. viij. chamæpityos drach. viii. rhu pontici drach. vi. castorij drach. duodecim & dimidiā, herbæ saluæ drach. viij. seminis rutæ syluestris drach. viii. seminis dauci drach. viii. opij drach. iiii. seminis hyoscyami drach. iiii. croci drach. v. Quidam addunt mel atticum, reliqua ipso excipientes. **Alia dolorem sedans, incunda appellata, facit & ad tabescentes, & inflatos.** Illyricæ drach. xxx. succini, croci, mastiches chiæ, singulorum drach. xxx. psyllij drach. xlv. aut. xxx. succū papaueris drach. xv. cum aqua pluuiæ pastillos drach. i. & obol. iij. ponderantes formato, ac exhibeto. Psyllium per diem & noctem aqua pluuiali macerato, deinde coquito & exprimito, atq; sic cum reliquis committito. **Alia porio sedans dolorem, ex libris Aphrodæ, ad omnem dolorem in nervis, vtero, coxendicibus.** Succū papaueris drach. i. opobalsami drach. i. aut carpobalsami drach. i. obol. los duos, myrrhæ, seminis hyoscyami, castorij, styracis, singulorum drachmam vnam. Excipe passo, & fac pastillos oboli vnus & dimidiij. Dato ex aquæ calidæ cyathis duobus aut tribus. **Aliud sedans dolorem catapotium, ex libris Aphrodæ, ad omnes internos affectus, et ad quartanarios; qui interualli reponere in mediâ ferunt, & deinde accipiunt. Facit & ad calculosos, dysentericos, stomachicos, & iā desperatos atq; anxios.** **Est & oculis valde commodū.** Seminis hyoscyami, seminis apij, anisi, styracis, singulorum drach. iij. croci, opij, vtriusque drach. iij. castorij drachmas duas, fac catapotia ægyptiæ fabæ magnitudine. Præbe ex aquæ cyathis duobus. **Alia dolorem sedans, ad omnes internos affectus, & sanguinis reiectione vnde cunq; feratur, etiā si ex vulnere prodeat quibusdam prodest, facit & ad nephriticos & hepaticos.** Hanc ne prius dehis quam mercedem acceperis. Cinnamomi, casie vtriusq; drachmas duas, myrrhæ. 3. i. piperis albi drach. i. & longi drach. i. chalbanij drach. i. opij drach. ij. trita cum melle pauco in catapotia redige, partim magnitudine fabæ, partim quātitate araci. Dato pro viribus cum aqua, aut pro iudicio tuo. **Alia dolorem sedans ad omnia interna.** Seminis apij drach. ij. anisi drach. ij. piperis longi drach. ij. nigri drach. i. castorij obol. iiii. myrrhæ, opij, vtriusque obol. iiii. panacis, gentianæ, vtriusq; obol. iij. cinnamomi obol. iij. succū radicis dulcis obol. iij. fac pastillos triobolares. dysentericis drachmæ vnus. **Alia sedans dolorem, Crateri, ad tabescentes, et sanguinem reijicientes.** Myrrhæ drach. vi. mandragoræ drach. iij. seminis hyoscyami drach. iij. opij drach. v. croci, thuris, vtriusque drach. v. rhu drach. v. seminis cicute, styracis, vtriusque drach. v. excipe vino mulso. **Alia sedans dolorem, Mysterii appellata, vt Niceratus.** Ad phthysicos, rursiētes, coeliacos, dysentericos, destillationes, confestim auxiliatur. Croci, costi, castorij, afari, seminis hyoscyami, opij, styracis, singulorum drach. i. quidam hyoscyami seminis drach. dimidiā. Excipe melle ac vtere. **Alia doloris sedantia**

Quinta Classis.

aaaa ad

ad desillationem conueniens. Seminis hyoscyami, succi papaueris, amyli, singulorum drach. ii. anisi drach. i. spicæ nardi drach. i. croci drach. i. rubricæ sinopiceæ obolos. iiii. aut Lemniæ drach. i. forma to pastillos. xxx. dato duos in noctem cum aqua.

Quæ ab Asclepiade scripta sunt ad easdem affectiones.

Eclegma. Farris Clusini appellati sextarii dimidium, decocti marrubij viridis sextarii vnũ. Hæc in vas vitreũ coniecta per diem & noctem macerari finito. Sequenti die pharmacum molli- ro, quemadmodum alicam maceramus, atque vbi penitus dissolutum fuerit, exprimito liquorẽ, eiq; pinguedinem aliquam addito, & igni admota assidue mouens coquito, donec spissata mel- lis crassitudinem acceperint. Ex hoc mystrum datur ante cibum, & post cibum tantundem.

Aliud, Foliorum marrubij tenerrimorum manipulum cum sufficienti aqua in fictili coquito, & vbi exoluta fuerint eximito ac terito, & decocto diluta rursus coquito, pollinis acetabulum in spargens, & pinguedinis arietinæ probe subactæ quadrantem addens. Et vbi coctura recte ha- buerit, veluti reliquæ forbitiones præparantur, ablata ab igne, & modico sale conspersa, sorben- da exhibe. Amplius absorptum amplius iuuat. **C** Aliud Nicerati, facit suppuratis, dyspnoicis, veteri tussi, viscosum ac glutinosum reiectantibus, & ijs quæ à partu non purgantur, secundas deducit. Prodest etiam infanti- bus alimentum non sentientibus, si nutritibus præbeatur. Succum marrubij sextarios. vi. Verũ probe hunc

fuccum colligere oportet à recenti marrubio tuso expressum. Vini falerni sextar. i. mellis attici tã- tundem, piperis albi, myrrhæ, thuris, singulorũ. 3. viij. Vinũ & succum ad tertias coquito, deinde mel addito, qbus inspissatis arida inspergito & diligenter mista in vitreũ vasculũ transferto. Dato mystrum ante cibum. **C** Aliud Scribonij Largi. Succum marrubij sextarios. vi. succi semperuiui tan- tundem, mellis attici sextar. iiii. alij sextar. i. vini Italici sextar. i. picis liquidæ brutiæ tantundem, nardi indicæ, croci, myrrhæ, thuris, piperis albi, singulorum drach. viii. Præpara, ac vt ere vt prædi- ctum est. **C** Aliud phthysicis, & ad fluxiones Thoracis. Seminis cucumeris hortensis decorticati drach. viii. amyli, drach. iiii. seminis lini, seminis papaueris albi, vtriusq; drach. ii. tusa & cribrata excipe tragacanthæ cremore, & in drachmales pastillos redige. Dantur obol. iiii. non febricitantibus ex vino & myrti cremore, febricitantibus cum Rhois succo. Aliud, Amyli drach. iiii. seminis cu- cumeris fatiui tosti, seminis papaueris albi tosti, amygdalarum depurgatarum, singulorum drach. ij. tragacanthæ drach. i. obol. iiii. croci drach. i. excipe tragacanthæ cremore, & postea etiam vino scybelite cocto. Vtere eodem modo. **C** Aliud Scribonij Largi catapotium, phthysicis, sanguinem reiectanti- bus, suppuratis, educit pelliculas, repurgat sufficienter. Verum immorari pharmaco oportet. Sagapeni, myrrhæ vtriusq; drach. ii. opii, cardamomi, vtriusque drach. iiii. castorij drach. iiii. piperis albi obolos. iiii.

Excipe passo, fac catapotia. Da ex aqua calidæ cyathis. iiii. **C** Alia confectio Thespesiana, facit suppuratis, & ad abscessus occultos. Seminis apii, opii, melanthii, singulorum drach. iiii. castorij drach. ii. se- minis dauci, sinonis, iridis, singulorum drach. vi. Excipe melle cocto, præbe nucis ponticæ ma- gnitudine ex calidæ cyath. iiii. **C** Alia Cofi, ad humores ægrè eductiles, suppuratos, peripneumonicos. Maxime autem ijs qui crassa & glutinosa educunt vitilis est. Mellis attici cocti ad glutinis compagem libram. i. piperis contuli & cribrati, myrrhæ, vtriusque vnc. i. Myrrham & piper trita melle cocto excipe, & nucis ponticæ magnitudine deuoranda præbe. In alijs exemplaribus habetur. Mellis lib. i. piperis vnc. i. myrrhæ, opopanax, vtriusque drach. vi. præpara, ac exhibe similiter vt prædictũ est.

C Pastillus ex mandragora, inscribitur Sphragis. Facit ad hæmoptoicos, & anaphoricos, empyicos. Resecat omne fluxionem. Radicis mandragoræ corticis drach. iiii. seminis hyoscyami drach. iiii. thuris ma- sculi, succi papaueris, croci, myrrhæ, singulorum drach. v. Trita redige in pastillos obolares, & præbe conuenienter iuxta affectiones. **C** Aliud Ptolemæi familiaris. Styracis, opii, thuris, croci, singulorum drach. v. corticis mandragoræ, seminis hyoscyami albi, dauci cretici, singulorum drach. iiii. casia drach. ii. excipe vino Aminæo, ac præbe obolum cum aquæ calidæ cyathis duo- bus. **C** Aliud ad easdem affectiones. Styracis drach. vi. myrrhæ, opii, seminis hyoscyami, irionis. H torrefacti, singulorum drach. iiii. corticis mandragoræ, opopanax, vtriusque drach. ii. piperis al- bi, spumæ niri, vtriusque drachmam vnam, excipe melle cocto. Dato magnitudine ciceris.

C Alia confectio Panchrestus ab omnimoda cõmoditate dicta. Facit ad tussim antiquam, suppuratos, orthopnoi- cos, tabescentes. Prodest hypochondriorum, hoc est, præcordiorum distentionibus & ad omnem inflationem. Mulie- ribus mensis, & quæ à fetu corrupto, aut à partu relinquuntur secundas deducit. Liberat etiam ab affectionibus circa vesicam. Terebinthinæ drachmas. viii. styracis drach. vi. myrrhæ drach. v. croci, iridis, chal- bani, singulorum drachmas. iiii. seminis hyoscyami, corticis mandragoræ, irionis torrefacti, opo- panacis, singulorum drach. ii. piperis, spumæ niri, vtriusque drachmam vnam, excipe passo.

C Charixenis, facit peripneumonicis, phthysicis, anaphoricos, empyicos, hæmoptoicos, & ac veteri tussi. Myrrhæ, corticis thuris. In alio exemplari opii, mandragoræ, sagapeni, seminis hyoscyami albi, opopa- nacis, dictamni cretici, pilularum marrubij, singulorum drach. iiii. Subigito cum aqua, & in pastil- los cogito, dato ex his obol. iiii. ex aquæ mulsæ cyathis tribus. **C** Alia Asclepiadæ, qui Philophysicus, à naturalium rerum studio, appellatus est, pharmacum accommodatum. Corticis mandragoræ, seminis apii vtriusque drach. iiii. myrrhæ, croci, anisi, seminis dauci, succi rhois rubri, seminis hyoscyami, piperis albi, castorij, sagapeni, opopanax, singulorum drachmas. i. excipe melle cocto. Dato pro viribus.

A viribus. Liqueor verò ex quo exhibetur, sit conueniens affectioni. **C** Antidotus Thespesiana, phthysi- cis, sanguine reiectantibus, suppuratis. Facit & ad alias internas affectiones, & præ omnibus cibi appetitiã excitat.

Seminis apii drach. xii. myrrhæ, anisi, opii, singulorum drach. vi. piperis albi drach. v. petrofeli- ni, nardi, piperis longi, singulorum drach. iiii. castorij, floris iunci odorati, croci, singulorum drach. iiii. cinnamomi drach. ii. calix aromaticæ drach. iiii. excipe melle cocto. Dato nucis ponticæ ma- gnitudine ad noctem, cum aquæ cyathis tribus. **C** Antidotus Aristarchi. Compositio admiranda, hæc Paulinam appellamus. Facit hæmoptoicos, tussientibus, phthysicis, suppuratis, peripneumonicis, ad conuulsa, rupta, ad stomachi subuersionem, & bilem vomentes ac secermentes, coeliacos, dysentericos. Facit ad affectiones circa ve- sicam, suffocationes vteri, febres per circuitũ repetetes, vna hora ante exacerbationem exhibita. Facit in malum ha- bitum delapsis, cibum non sentientibus, & ad leraia pharmaca, ac plagas venenum iaculantium bestiarum.

Cinnamomi, costi, chalbanij, castorij, succi papaueris, piperis nigri & longi, styracis, singulorum vnciam vnam, mellis sextarium vnum. Arida tunduntur & cribrantur per angustissimum cri- brum. Chalanum coquitur cum melle, & vbi dissolutum fuerit, mel excolatur, ipsiq; reliqua ad- duntur & tunduntur. Deinde in pyxidem vitream aut argenteam reponuntur. Vfus est ad præ- dictas affectiones. Datur fabæ ægypticæ magnitudine, cum aquæ mulsæ cyathis duobus, irro-

B ratis de digito guttis acetii nouem. **C** Alia Antonij Musæ Panacea. Vfus est ad Diatas latraliptes. Facit ad eos qui per circuitum à rigore infestantur, delet febres antiquas, ac reliquos morbos. Facit ad tussim veterem, phthysi- cos, sanguinem reiectantes, suppuratos, dyspnoicos, conuulsa, rupta, inueteratas inflammationes, splenicis, hydropticis inueteratos, coeliacos. Extrahit lapides è renibus. Probè cit vrinam. Prodest omnium reptilium plagæ, et ad leraia venena, & ad omnem materiam venenosam ac corruptoriam vim habentem. Piperis albi aut longi drach. viij. seminis hyoscyami albi, cinnamomi, cardamomi, myrrhæ, thuris, singulorum drach. xii. opii, croci, vtriusq; drach. x. sulfuris viui drach. vi. costi, aristolochiæ longæ, corticis mandragoræ aut ip- forum malorum, vel foliorum, euphorbi, singulorum drach. iij. mellis attici cocti quod satis est. Datur ijs qui per circuitum infestantur magnitudine nucis ponticæ, reliquis pro viribus.

C Alia Cerusiana, data est à Philippo Trallianis. Eius vfu phthysicos & suppuratos liberabat. Piperis al- bi, succi cyrenaiici, syriaci, succi papaueris, singulorum quadrantem, myrrhæ, croci, sulfuris viui se- minis hyoscyami albi, singulorum vnciam dimidiã, malorum mandragoræ drach. ij. cardamomi vnc. i. mellis attici librã vnam. Datur pro viribus vt dictum est. Porro alterũ exemplar sic scriptũ habebat. Piperis quadrantem, succi cyrenaiici vnc. i. succi papaueris vnc. dimidiã, succi syriaci vnc. dimidiã, & croci vnciam vnam, sulfuris viui vnciam dimidiã, myrrhæ vnciam dimidiã. **C** seminis hyoscyami albi, malorum mandragoræ, vtriusque drach. ij. cardamomi vnc. i. mellis attici lib. i. Datur pro viribus, vt dictum est.

De Orthopnoea seu Asthmate.

CAP. 6.

Q Vi citra febrem densè respirant, qualiter faciunt qui velociter cucurrerunt, ab accessio- ne hac medicis Græcis asthmatici, Latinis anhelosi appellantur. Eosdem etiam ab alia accessione orthopnoicos vocant, propterea quòd thoracis corpus penitus reatum habere coguntur ob timorem suffocationis. Quin & stratum circa supernas partes ad quas thorax re- clinatur, sibi ipsi erectius faciunt, ne dormientes strangulentur. Minus est enim quod inspi- rant quàm pro vsu respirationis, quamvis thorax plurimum ipsis dilatetur. Ex quo manifestum fit intrinsecus ipsis coarctationem locorum factam esse præter naturam, quam etiam ægri ipsi non obscuro sensu percipiunt. Fit equidem & suppuratis locorum coarctatio ob coaceruatum inter thoracem & pulmonem humorem. Fit etiam peripneumonicis ob pulmonis inflamma- tionem. Restant autem adhuc duæ affectiones, quæ locorum coarctationem efficiunt in vijs, per quas aer inspiratur, cum sanè aut humorum crassorum ac viscosorum multitudo pulmonis bronchijs fuerit infarta, aut tumor abscessui similis in ipso constitit. Cæterum curatio am-

D barum affectionum aliquid cõmune habet, aliquid priuatum, & alteri tantum proprium. Com- mune quidem vtriusq; est, vt redundantia humoris affectiones generantis expendatur & consu- matur. Proprium autem affectioni viscosorum ac crassorum humorum, vt per attenuantia & ex- tergentia pharmaca consumantur, ei verò quæ propter tumorem abscessui similem contingit, vt per attenuantia & resiccantia eadem consumptio fiat. Quæ curatio rursus omnibus in profun- do corporis abscessibus communis existit. Vini itaq; potus ambabus conuenit tenuis substantia. Omnis autem potus modicus sit in ijs, qui alicubi abscessum habent. Multus contra in his, qui bus bronchia viscosis ac crassis humoribus sunt obturata. Etenim pharmaca quæ eiusmodi ipsorum humores abstergunt, necessariò quidem tusses mouent, non verò facile per sputum reijcitur quod absterfum est, ob crassitudinem videlicet. Quapropter humectatione multa opus habent, quòd facile efferatur. Porro quemadmodum in alijs pharmacis plurimi medici, sic etiam in ijs quæ ad ambas has affectiones commoda sunt, delinquant, indistinctim ipsa tradentes, cum tamen composita sint quædam pharmaca alteri affectioni commoda, quædam rur- sus alteri, quædam verò sic vt ad ambas quidem moderatè conueniant, verum nihil operæpretiũ efficiant. Quare recedendo pharmaca alicuius pretij à prioribus medicis prodita, indicabo iuxta singula quali facultate prædita sunt, initio ab ijs quæ Asclepiades scripsit in. ij. internorũ, facto.

Quinta Classis.

aaaaa ij Asclepiade

† Græci cod. au- tiqui ita habent, semis hyoscyami albi. 3. iiii. lauri cretici. 3. iiii.

Asclepiade pharmaca ad dyspnoicos conscripta.

Elegma ad dyspnoicos, Antonii Musæ. Afellorum sub hydriis nascentium sextarium. i. in vas fictile conuicito, & ad prunas torreto, inalbatos autem terito, ac melle cocto excipito, & ante cibum mystrum delingendum dato. Aliud, Scyllæ crudæ succum exprimito, eiq; parem mellis attici mensuram addito, & ad prunas admoia coquito. Dato inde ante et post cibum mystri mēsuram. Aliud Charixenis, Origani. z. viii. comæ thymi, iridis illyricæ, calaminthæ sicce, piperis albi, anisi torrefacti, singulorum tantundem, tundo & per angustissimum cribrum concernito, ac melle cocto excipito. Dato nucis ponticæ magnitudinem. Aliud, Piperis albi lib. i. libyfici trientem, calaminthæ sicce, anisi tosti, pulegij semen non gerentis, singulorum quadrantem, seminis apij, comæ thymi, vtriusq; vnciam vnam, excipe melle, & præparato vt prædictum est.

¶ Potio ad dyspnoicos, Chariclis pharmacum accommodatum, auxiliatur confectum. Vnæ passæ Rhodiæ exacinate acetabulum, foenigræci loti tantundem, aquæ pluuiæ sextarium. i. Coquito donec dissoluantur, & liquorem excolatum reponito. Ex hoc præbeto assidue & iuxta singulas irritatiões cyathi mensuram calefactam. *Alia potio.* Abrotoni partes. ii. vnæ passæ pinguis tantundem, summitatum rutæ partem. i. aquæ pluuiæ sextarios. iiii. Coquito ad tertias, & exprimito liquorem, eiq; mellis vnc. i. addito, rursusq; coquito ac dato vt prædictum est.

¶ Catapotium dyspnoicis, & asthmaticis. Abrotoni, virgultorum rutæ, comæ absinthij, singulorum drach. iiii. rusa & cribrata aceto subigito, & catapotia. xii. formato. Dato ex aceto mulso. *Aliud Nicerati.* Castorij, ammoniaci thymiamatis, abrotoni, singulorum drach. ii. absinthij, cumini ethiopicij, vtriusque drach. i. aceto subigito, ac catapotia formato, ac dato ad ciceris magnitudinem. *Pharmacum ex sulfure viuo dyspnoicis.* Anisi, sulfuris viui, vtriusque quadrantem, ammoniaci thymiamatis, castorij, melanthij, singulorum drach. iiii. Aqua diluta in catapotia cogito, vnumq; in acetum mulsi cyath. iiii. dato. Aliud, Seminis rutæ syluestris drach. iiii. aristolochiæ, abrotoni, absinthij, ammoniaci thymiamatis, sulfuris viui singulorum tantundem. Aceto subigito & catapotia ciceris magnitudinis formato, ex qbus duo cum acetum mulsi calidi cyathis tribus exhibeto. Hæc omnia pharmaca ab Asclepiade conscripta ijs, qui proprie dyspnoici, hoc est, egrè spirantes appellatur, conueniunt. Vocant aut sic eos quibus bronchia pulmonis crassis & viscosis humoribus sunt obfarta, in qbus velut dixi, vltra hoc quod crassitudinē et viscositatem humorū necessariò secamus atq; attenuamus, humiditatem quandam cum pharmacis, tum victui adesse oportet. At verò abscessus q attenuatibus & resiccantibus opus habent, maximè gaudent aromatum facultatibus, quas omnes ostēdit mus tenuium partium esse, & resiccatorias, vnā cum hoc quod calfaciant: quare ijs qui proprie orthopnoici & asthmatici appellantur, pharmaca conuenient fecantia citra calfaciōnē, & ob id maximè eos iuuat acetum scylliticū appellatū, atq; ipsa adeo scylla, & acetū mulsum ex eiusmodi acetore confectum. Caterum afellorum sub hydriis nascentium meminit inter ea, vt qui attenuatoriā & diffusoriā vim habeant. Verum quò consilio ad vsum ipsorum peruenerit, nō habeo quod dicam. Quemadmodum autem in hac affectiōne vehementer cauendum esse ne calfaciamus, propterea q viscosi & crassi humores non solum nihil ab his auxiliij sentiunt, sed etiam offenduntur. Eodem modo etiam quæ valdè refrigerant vitanda sunt. Omnia enim crassefaciunt, & cogunt, ac coagulant humores, eosq; egrè eluibilis reddunt: & ob hanc rem sanè rectè fecerunt, qui eiusmodi pharmaca composuerunt, quod neq; papaueris succum, neq; mandragoræ succum, aut radicis corticem, aut hyoscyami semen, aut cicuta, aut psyllij, aut semen lini admiscuerunt. Et multo magis quod neq; ex adstringentibus quippiam pharmacis addiderunt. Maximè enim contraria sunt eiusmodi affectiōnibus, vt palam videtis.

Quæ pharmaca Andromachus ad huiusmodi affectiōnes conscripsit.

Ad dyspnoeam. Sulfuris viui drachmam. i. seminis rutæ syluestris drach. i. aristolochiæ, absinthij, ammoniaci thymiamatis, abrotoni, singulorum drach. iiii. Trita cum aceto ad catapotia magnitudine fabæ redige. Dato manè tria, & vesperi totidem. *Aliud ad dyspnoeam, vt Alcimus.*

Colocynthidis carnis obolos. iiii. panacis obol. iiii. anisi obolum vnum, fac cum aqua catapotia iiii. & resiccatorum obol. i. præbeto. Præcedente autem die æger simplici euacuatorio euacuetur. Aliud, Colocynthidis sesquidrachmam, iridis illyricæ drach. ii. radicis opopanacis drach. ii. abrotoni drach. vnam, nitri drach. i. alij obol. iiii. excipe aqua & redige ad fabæ magnitudinem. Dantur catapotia. iiii. & post semihore spatium datur aquæ mulsæ hemina dimidia. Aliud, Sinapis drachmam vnam, salis communis obol. iiii. elaterij obol. iiii. alij obol. i. & dimidium. Terito cum aqua, fac pastillos. viii. Dato alternis diebus cum hydromelite. Aliud, Ammoniaci thymiamatis drach. i. abrotoni drach. ii. sulfuris viui drach. i. formato cum aqua pastillos, & cum aquæ mulsæ cyathis tribus præbeto. *Aliud ad orthopnoicos.* Elaterij obol. dimidium, afellos ex sterquilinis. iiii. terito simul, & dimidium ex aquæ cyatho vno dato. *Aliud vt Philinus ad anhelos & dyspnoeam.* Cardamomi drach. iiii. iridis sesquidrach. panacis sesquidrach. calisæ sesquidrachmā, struthij sesquidrachmam, styracis drach. ii. thymi drach. viii. seminis rutæ syluestris drach. viii. abrotoni drach. viii. aristolochiæ clematidis, sulfuris viui, ammoniaci thymiamatis, singulorum drach. viii. cum acri aceto ad cerati crassitudinem redige, præbe fabæ ægyptiæ magnitudine

A dine ex aquæ cyath. iiii. *Ad orthopnoicas, vt Apollonius:* Scyllæ partem vnam, sulfuris viui, bituminis, singulorum partem vnam. Dantur oboli tres in aceto mulso. *Ad orthopnoeam, Soficratis.* Opopanacis drach. i. myrrhæ drach. i. piperis grana. xl. rutæ fasciculum quantus duobus digitis apprehendi potest, ex tritis catapotia. xx. formato. Dato manè itemq; vesperi vnum, febricitantibus in aquæ cyathis duobus, alijs ex vino. *Ad orthopnoeam, Andronici.* Sulfuris viui obol. iiii. ammoniaci thymiamatis drach. i. anisi, myrrhæ, castorij, singulorum drach. i. cumini ethiopicij drachmam vnam, cum aqua pastillos cogito scrupulorum trium aut quatuor. Dato ad noctem ex aquæ cyathis duobus. *Ad orthopnoicos, rufientes, peripneumonicos, tabescentes, egrè spirantes, hepaticos, vt Eugenius.* Croci drach. viii. misyos drach. iiii. baccharum lauri drach. ii. piperis albi & longi, vtriusq; drach. i. opij, drach. iiii. costi obol. iiii. terebinthinæ obol. v. chalbanij obol. iiii. succi radicis dulcis obol. ii. gummi obol. i. mellis lib. dimidium. Dato cochlearium. i. cū aquæ cyath. duobus aut tribus. Si res vrgeat, ante & post cibum. *Ad orthopnoicos, Valentis.* Opopanacis drach. ii. carnis colocynthidis drach. i. Tm datur ad summum. *Aliud Onetri.* Castorij drach. i. ammoniaci thymiamatis drach. ii. Detur dimidium ex aqua mulsa. *Ad dyspnoeam, Podanibæ.* Sinapis drach. i. salis drach. i. nitri obol. iiii. Redigito in catapotia. viii. Dato ex his duo ad noctem & inter-

mittens diem postea etiam sex deinceps dato, aqua excipe.

GALENI DE COMPOSITIONE MEDICAMENTORVM LOCALIVM, SIVE SECVNDVM LOCOS, LIBER OCTAVVS.

ARGVMENTVM LIBRI.

Refert ea medicamenta, quæ facere ad ventriculi, ac hepatis affectiōnes prodita sunt.

De pharmacis stomacho congruis.

CAP. I.



Vod semper dico, etiam nūc proloquar, nimirum persuasum me habere qd difficillimum sit ad veritatē reuocare eos qui secte alicuius seruituti se addixerūt. Verum qui prudētes sunt, simulq; veritatem syncerè amant, eos spero custodituros esse ea quæ veluti iudicadi instrumenta nobis à natura data sunt ad actionum vitæ cognitionē, experientiam dico, & rationem. Quæ quidē vtraque ex æquo quibusdam cōferunt ad artem, quibusdam verò alterum altero amplius: & tamen tanq; semper ad perfectionem alterum altero opus habeat. Sic sanè ad residuum sermonis & doctrinæ huius absoluendum progrediar. Falsæ etenim opiniones animas hominum præoccupantes, non solum surdos, sed & cæcos faciunt, ita vt videre nequeant quæ alijs conspicuè appareant. Quod ipsum vel maximè circa affectiōnes oris ventris videre contingit, præsertim cum fuerit inflammatum. Eius enim itemq; iocineris inflammations adstringentium complexum opus habent. Si namq; per laxatorium medicationis ductum, citra admissionem facultatis robur addentis, curentur, periculum incurrunt de ipsa vita. Atq; hoc ipsum cum omnes empirici medici per experientiam edocti sint, & omnes dogmatici in artis operibus obseruent, non pauci tamen huius temporis methodici, (neque enim de omnibus dico,) innumeros quidem stomachicos ipsi in animi deliquium inducunt, omnes verò hepaticos occidunt, nullum enim ego vidi seruatum ex ijs qui in eiusmodi medicum inciderunt. Quidam tamen ex ipsis quanquā pauci, oleo eos fouent in quo absinthij coma est seruata, & lanam nardino vnguento imbutā obligant. Quidam verò etiam mastichen chiam, aut aloen admiscunt, aut etiam pro nardino melinum adhibent. In diuitibus verò mulierculis foliatum & spicatum ab eisdem appellata vnguenta admovent, atq; cum hæc faciunt, laxatorium ductum se seruare putant, tantum scilicet habent experimenti facultatis pharmacorum. Malim autem ego omnes sic indoctos esse, quam quod adstringentia quæ sint, sciant, vsum tamen ipsorum vitent. Quæcumq; igitur adstringentia in fomenta & cataplasmata misceantur, in hepatis aut oris ventris, quod sanè & stomachum vocant, affectiōnibus, non est præsentis sermonis explicare. Quæcumq; verò in emplastra & ceratiformia medicamenta, quæ forinsecus imponuntur, comoda sunt, & quæcumq; vtiliter deorantur, hæc ipsa indicabo, ea quæ inflammatis profunt primum tradendo, quandoquidem etiā in ipsis ægri maximè periclitantur. Ceratum igitur quo assidue vtor, ex aloë, & mastiche, & cera pontica amara, atq; vnguento nardino constat. Componitur autem hyeme, ad. viii. drachmas ceræ, vncia. i. mensurali Romana vnguenti nardini coniecta: Aestate autem ad. vii. eadē vnguenti portione. Optimum aut vnguentū esse oportet, quale antea quidē in sola Laodicea. Aliæ præparabatur. Nunc verò etiam in alijs multis Asianis vrbibus cōponitur. Cera si non pontica amara

Quinta Classis.

aaaaa iij tibi in

tibi in promptu sit, aliam ponticam cōijce, & neq; illa præsente eam, quæ Tyrrhenica appellatur. E Si verò neq; hæc adlit, aliam aliquam odoratā & pinguem. Si neq; talem habeas, eam quam habere potes lotam adde. Liquefiat autem in duplici vase, atque ita refrigeratum & erasum ceratum cum trius reliquis probe permisce, cum aloë videlicet & mastiche. Sit autem vtriusq; drach. i. & quandoq; plus, non tñ vt vsquidrachmam transgrediaris. Quod si ampliori opus sit adstrictione, nimirum debilitate tanta existente, vt cibum retinere non possint, omphacium pari pondere addatur, vt trium singulorū drachma sit vna, aloes vna, mastiches vna, & tertia omphacij. Ceterum in cerati præparatione primū omphaciū misceatur, deinde etiam alia his vniatur. At verò quæ admodum omphacium, sic etiam absinthij succum admisceto, qñq; etiam ambo, & tertium insup hypocisthidis, & quartum oenantes. Sic autem appello vitium syluestrium germen vna cum floribus, ex quo succedentibus diebus vna fit. Quin & Rhois succum non raro admiscui. Sed & cerati nardini copiam augere oportet iuxta proportionem numeri reliquorum pharmacorum, ita vt si quatuor drachmæ aliarum rerum accumuluntur, triens sit nardini cerati, sextans quidem ceræ, sextans item nardini vnguenti, hoc est vtriusq; drach. xvi. Porro si inueterata fuerit inflammatio & iam obdurata, magis varia pharmaca adhibere oportet, & quæ ex aromaticis quippiam habeant, ac mollientibus, & discolorijs. Quale est quod fit ex meliloto. Est autem cōpositio ipsius multiformis, propterea q̄ omnibus iuxta præcordia inflāmati conuenit, non magnis adeo differentijs euarians, ita vt aliqua ipsis præparatio inflāmato hepatis sit cōmodior, alia stomacho, aut aluo, aut spleni, aut quibusdam istius loci musculis, quæ oēs communi descriptiōe comprehensæ sunt in malagmatum cōpositionibus. Verum in præsentī loco ea quæ prioribus medicis ad oēs stomachi affectiones scripta sunt, & non solum forinsecus imposita, sed etiam in potu accepta auxiliantur, omnia conscribentur. Quædam verò ex ipsis cōmunia sunt etiam affectionibus ventris. Sæpenumero iam dictum est, q̄ medici in more habent os ventris, veluti cardian, hoc est cor, sic etiā stomachū appellare. Verum quondam frequentior cardiæ appellatio erat. Nunc aut ab ea adhuc restat, cardioſen, id est corde dolere, & cardialgia, id est cordis dolor: quibus vocibus nō cordis, sed oris ventris dolores significantur. Particulam autē ipsam stomachum vocant æqui uocē cum illa particula, quæ cibum ex ore in ipsam defert. Scripserūt igitur priores medici pharmaca ad affectiones in ipso, cum alias, tum subuersiones ab ipsis appellatas. Videntur autem sic vocare tum appetitus perditionem, tum nauseosas dispositiones, in quibus aliqui quidem vomitus cōtingunt. Fuit autē & morsus quidam in ipso, quæ admodum etiam magnæ famis & anxioſæ affectiones. In quibus omnibus cōmunis quidam adstringentium pharmacorum vsus inuenitur est. Admixta autem sunt pleriq; ipsorum calfacientia & resiccantia. Fiunt & alia affectiones rariorēs, humectantibus, aut refrigerantibus, aut vtriusq; simul opus habentes. Ceterum qui ab experientia citra rationalem methodum auxilia inueniunt, merito ea quæ sæpe iuuert in memoriam reuocant, & in vsū conuertunt. Eorum. n. quæ sæpe eodem modo facere visa sunt, observationem & memoriam, suam ipsorum experientiam esse aiunt. Quemadmodū autem in ore ventris, sic etiam circa ipsum totum, singulaq; intestina, & vt cōprehensū dicam, circa omnem corporis particulam, eadem intemperaturæ obortę actiones simulariū partium offendunt, quas si quis non esse morbos ipsarum credit, nihil circa cognitionem efficiet, qua ignorata neq; curationem inueniet. Habent autem nō modicam coniecturam cognitiones ipsæ affectuum in profundo corporis cōsistentium, & ob id vtilissima medicæ artis pars est, quæ cognitionē docet eiusmodi affectionum, quas neque q̄ primæ & maximæ sunt, pleriq; ex vulgo medici sciunt. Quare merito neq; cognitionē ipsarum, neq; curationē inuestigant. Cogitū igitur, etiam si dogmatici sint, in rationalibus methodis ad solam experientiam peruenire: vt iuste miremur quod cum absque febre & inflāmatione abscessuq; & vlceratione quispiam debilitate cōcoquat, aut penitus concoquat, promissione facta se inuenturos curationem, quarant an contritione ciborum concoctio fiat: & deinde vbi hoc vt maximum inuenerint, edulcia quæ facillē cōterantur exhibent, neque quod promptissimum est intelligentes, quod etiam quispiam rei medicæ rudis, aliās autem prudens vir me interrogauit, Quomodo prodest scire per cōtritionem ciborum fieri concoctionem ad hoc, vt quis affectionem ventris sanet, in qua debilitatur ad concoctionem ciborum: cum non per exhibitionem alimentorum quæ facillē cōterantur curatio fiat, sed læsio tātū euertitur, velut etiam per paucum alimentum ac inediā: Quemadmodum enim qui inediā perfert, in concoctionis quidem debilitatem non incurrit, non tamen ab affectione hoc modo curatur: sic neq; qui in cibo accipit ea, quæ in totum nulla contritione opus habent, Quale est lac, pitāne succus, & forbitiones ex alica. Hæc quidem igitur in libris de curandi methodo sufficienter tradita sunt, & nō obscurum est præsentem doctrinam vtilem esse ijs qui se in illis præexercuerunt. Quemadmodum autem in alijs quæ prius tradidī, reuocatis in memoriam singulis illic mihi præmonstratis capitibus, ad pharmacorum cōpositionem progressus sum, sic etiam nunc faciā. Cum octo sint in singulis partibus corporis intemperaturæ, atque hæc omnes aut circa solas nudas qualitates, aut cum alicuius humoris complexu fiant. Intemperiem quidem siccam humectare oportet, humidam autem siccare, sic & calidam refrigerare, frigidam calfacere. Similiter verò etiam cōpositi-

tas

Atas intemperaturas aut calfacere & siccare, aut humectare & calfacere, aut refrigerare & humectare, aut siccare & refrigerare oportet. Quando verò velut dixi, plurimæ intemperaturæ hominibus ex redundantia humorum magis, q̄ ex inopia fiunt, pharmaca resiccantia pleriq; magis iuuant.

At vero cum resiccantia partim quidem adstringant cogendo ac adstringendo substantiam eorum quæ contingunt, partim verò discutiant, & in hoc substantiam ipsorum dissoluant, ob hoc ipsum sane plures sunt qui adstringentibus indigent. Verum si humida intemperies cum frigiditate fiat, læduntur qui per sola adstringentia curantur, quæ frigida facultatis existūt. Quapropter merito plurima pharmaca per experientiam inuenta ex mixta materia componuntur, adstringente videlicet & calfaciente. Verum ipsorum differentiam cognosces, si simplicium pharmacorum facultatem memoria teneris. Dictum enim mihi iam sæpe est, neminem posse rationabiliter & secundum methodum vti his, quæ in hoc opere conscripta sunt, si non memoria teneat, quæ in duobus operibus ante hoc opus æditis prodita sunt, de simplicium pharmacorum facultate, & curandi methodo dico. Quidam enim absq; discrimine pharmaca ad eiusmodi affectiones stomachi & ventris conscripserunt. Quidam vero aliqua discrimina attigerunt à symptomatis, id est accidentibus, quæ omnibus apparent. Quo igitur & vos cognoscere sciatis facultates vniuersiusq; pharmaci per experientiam approbatī, etiam si non inueneritis differentias affectionum, in quibus conueniunt, adscriptas, primum quidem ea quæ Andromachus prodidit, adscribam. Deinde quæ Asclepiades, & post hæc si ita videbitur, etiam alia quædam.

Consektiones Stomachicæ Andromachi.

C. A. P. 2.

Andromachus postq̄ præscripsit Stomachicæ, post hanc præscriptionem, sic auspicatur. **C** Ad stomachicos hiera, qua vtor, & deinceps totam eius compositionem adscribit in hunc modum.

Floris iunci odorati, xylobalami, mastiches, croci, nardi indicæ, asari, cinnamomi, singulorum. 3. vi. aloes lotæ drach. c. simul trita reponē, præbe ieiunis cochlearia duo, alij vinum præbent cum aquæ frigida cyathis. iij. aut calidæ. Hæc quidem Andromachus scripsit, neq; quos stomachicos nominet ostendens ac declarans, neque an omnibus ipsis hoc pharmacum conueniat, an pluribus. Itaq; id mihi necessariū est dicere: cum ex his, qui stomachici dicuntur, aliqui quidem statim magnopere ex prædictę hieræ vsu iuuertur, aliqui verò lædantur. Pleriq; equidem vulgo homines eos qui appetentiam perdiderūt ita vocant, & quibus post acceptum cibum ventris os grauat, atq; opprimitur & quandam ægre tolerabilem anxietatem habet. Appellant eodem modo etiam illos quibus nausea contingit, & maxime si ad vomitum impellat, & adhuc magis si simul cibi cor rumpantur, quandoq; acidi, qñq; nidorosi facti, quædoq; etiam aliam vitiatam qualitatem adepti. Et præ his omnibus adhuc magis illos stomachicos nominant, quibus ructus eiusmodi cum molestia quadam & anxietate ac subuersione contingunt sæpe, cum nondum cibum acceperunt. Quin etiā si per plurimum tēpus cibi in ore ventris morentur grauantes & vix descēdentes, hos itidem stomachicos appellant. Alios item appetitum caninum appellatum habentes, vt & plurima edant, & maxime grauati paulo post reuomant, similiter vocant. Alios rursus q̄ fortiter exoluuntur, vbi diutius inediā pertulerint, & si non citius cibum accipiant, in ore ventris morsus percipiunt, eodem modo stomachicos vocant. Horum ipsorum verò aliqui facile nauseosi fiunt, nisi citius potum ac cibum acceptent. Itaq; qui secundum rationalem methodum auxilia inuestigat, ad affectionis inquisitionem procedit, qua inuenta abundaturum se sperat proprijs ipsi auxilijs. Qui vero per solam experientiam auxilia accumulāt, ipse suam fortuitam occasionē expectat, & à prioribus tradita relegit. Cū verò plurima ab ipsis indiscriminatim prodita sint, & in plerisq; etiam inter se differant ac dissentiant, merito etiam ipse aliās aliud sentit, maxime vbi ab ipsis auxilijs aliqui quidem iuuari stomachicos videt, aliqui verò lædi. Quemadmodum in propofita hiera contingere solet. Quam equidem oēs qui nunc Romæ medicantur, pierā, hoc est amaram nominant, quandoquidem hieræ appellationem pharmaco ex colocynthide, id est ex cucurbita syluestri censuerint adscribendā. Verum qui ante nos Romæ medicinā exercuerunt, ambo ea pharmaca hieras appellarūt, & distinctionis gratia alteri ex colocynthide, alteri ex aloë, appositionem addiderunt, sic scribentes: Hieræ ex colocynthide. Hieræ ex aloë. Hieræ itaque ex aloë dupliciter præparatur, ab aliquibus velut Andromachus describit, ad centum aloes drachmas singulorum aliorum drachmis sex admistis, ab aliquibus verò non sex sed octo. Quidam verò in octoginta aloes drachmas, sex aliorum addunt. Plurimi autē ad pharmacā, quæ aloë miscentur, & sex numero sunt, etiam florem iunci odorati apponunt. At verò ipsam aloem Andromachus quidem lotam, aliqui verò ex alijs etiam sic, aliqui verò illotā adijciunt. Verum nosse operepretium est ad ventris subductionē illotam aloem aptiorē esse: multū verò de medicamentaria vi deponere lotam, quam etiam febricitantibus dare aliquis audeat, si non vehemens, sed valde debilis sit febris. Quidam verò etiā ex illota aloë pharmacū multis sic febricitantibus exhibuerunt, deindeq; cum nihil manifeste læsissent, in alijs rursus magnam experti sunt cladē. Infestissima est enim aloë, etiā lota, his qui citra vitiatos humores ex intēperie calida & sicca affligunt. Proximam ab his cladē percipiūt, qui siccam intēperiem habent cū frigiditate implicatā. Et in vniuersum qui ex sola qualitate partem aliquid affectam ac læsam habent. Etenim in humoribus intēperaturę pharmacis ipsas eu-

Quinta Classis.

aaaaa iij cuantibus

ētantibus egent. Quæ verò absq; his consistunt, penitus in tabem deueniunt ex pharmaci huius **B** ex aloë constantis vsu. Itaque vbi humiditas vitiosa tunicas ventris perrigat, Picra ex aloë utilis est, expurgans humiditatem. Omnino autem sic affectus accessio nausæ plus aut minus adest. Euacuatio igitur affligentis humoris per solam aloë contingit, quæ purgatoriam vim non fortem habet, sed vt ea quæ circa aluum sunt, quæ etiam contingit, purgare possit. Et si aliquando ampliori pondere exhibeatur, vsq; ad locos circa hepar conscendit. Nō tamen totius corporis purgatoria aloë existit. Cæterum ex his quæ ei admiscetur, mastiche vt stomacho commoda & odora, & quæ medicamentariam aloë vim frangere queat, admiscetur. Cinnamomum verò eadem gratia, & præterea q̄ tenuissimarum partium est, vt aperire ventris meatus possit, extergereq; ac attenuare si quid viscosum aut crassum in humoribus feratur. Crassos enim humores ob purgatoriam facultatis imbecillitatem aloë trahere non potest. Quapropter biliosarum ventris affectionum optimum pharmacum est, adeo vt in vno die sepe multos stomachicos creditos persanet. Iuuat autem & hos & alios oēs affectus ex vitiosis humoribus ortos cinnamomum admiscit, vt pote quod alteratē habet facultatem vitiosarum qualitatum, in id, quod secundum naturam habet. Quare scire oportet affectiones in humoribus vitiosas circa ventrem & stomachum, maxime per medicamenta ex aloë iuari, in maximum verò detrimentum peruenire ex adstringentium eduliorum, **E** potuum, ac pharmacorum vsu. Quemadmodum vice versa, in quibus humiditas multa, & velut mador quispam est circa affectam partem, citra vitiosos humores, qui ipse sola quantitate & copia affligat, & velut irriguum ventris os reddat, vtilissimus adstringentium eduliorum, potuum, ac pharmacorum vsus existit, languida nimirum & exoluta. tūc reddita affecta particula ad modum laxatorum articularum. In quibus ipsis etiam adstringentium vsus corrigit affectionē. Cæterum picra confectio (de hac enim nobis sermo est,) velut cinnamomum, sic etiam alia partim vt stomacho commoda, partim vt tenuium partium & extergentia assumit, quæ robore quidem multum à cinnamomo deficiunt, idem verò facultatis genus habent. Secundam à præscripta compositione Andromachus sic ad verbum tradidit. *¶ Ut Lampon Pelusiora.* Cinnamomi, calami aromatici, casia nigre, xylobalfami, floris iunci odorati, palmæ elates, singulorum quadratē, alij vnciam vnam. Omnia in crassas partes tusa in ollam nouam conijce, & aquæ pluuiæ sextarijs tribus infusis donec dimidium super sit coque, & excola, & accepta aloë indice libra vna, aqua pluuiam sufficientem superfundito, & sub caniculæ astus donec resiccetur terito, atque vbi primum per hanc aquam aloë ipsam edulcaris, postea eam quæ ab aromatis excolata est, aquam affundito, et in sole donec resiccetur terito, indeq; trita hæc quæ sequuntur admisceto. Croci, myrrhæ, mastiches, singulorum quadrantē, alij vnciam. i. Conterito simul omnia, & sicca reponito, atq; in potionibus ad conuulsa, rupta, plagas internarum partium, incipientes laterum dolores vtitor. Item ad inflatos, dolentes stomachum, tarde concoquentes, reiectantes sanguinē, et ischiadicōs. Datur ad summum obolus vnus, aut duo ex aquæ cyatho vno. Reliquis pro viribus præbeto. In vulneribus & inflammationibus dilutum aceto multo vtiliter imponitur. In oculorū inflammationibus succo mentæ, aut calaminthe, aut solani, aut alicuius consimilis. In podicis inflammationibus cum rosaceo aut vino aminæo. Vtere etiam in vnguū abscissibus, paronychias Græci vocant, sicco, superne linamento cum rosaceo imposito. Et ad sanguinis eruptiones siccum cum aceto, & ad crustas in ore ex passo, gargarissandum dato. Hoc pharmacum quod Pelusioræ Lamponis esse ait, ad multas affectiones comodum est, polychresta ob id talia Græci appellant, de quibus etiam ante aliquod dictum est, q̄ videlicet deficiant ab his quæ vnum quoddam optime faciunt, ob multitudinem eorum quæ promittunt. Apparantur autem cū vnum habere viginti affectionibus congruū malum, q̄ tot numero alia, cum tamē ad singulas affectiones vnum aliquod destinatū eo, quod ad plures paratum est, melius existat. Facultas autem ipsius per quam in prædictis efficax est, tenuium partium existit & calfactoria, secans, extergens, et aperiens, & ob id discussoria redundantium in quibusdam partibus serosorum succorum ac humorum. Et propterea etiam prædictis in sermone affectibus conuenit, discutiens vt dixi, vitiosos & serosos succos ac humores affectarum partium. Quare etiam prædictas alui affectiones, in quibus picra confectio moderatam purgationem operatur, curauerit per modicam resiccationem, non per coaceruatam euacuationem. Præstantior igitur est ad huiusmodi affectus picra compositio prima descripta. Tertium post prædicta pharmacū Andromachus sic describit. *¶ Ad stomachicos & cæliacos pastillus amarus, mollit alui, facit ad somnum. Est autem ex libris Aphrodæ. Facit & ad vesicæ, & coli affectus.* Seminis apij drach. sex, anisi drach. sex, pipēris albi sesquidrachmam, castorij drach. duas, myrrhæ sesquidrachmam, nardi celticæ floris sesquidrachmam, opij sesquidrachmam, cinnamomi sesquidrachmam, comæ absinthij, drach. tres, aloes obolos tres, mastiches drachmam vnam, cum aqua pastillos formato triobolares aut drachmales, & dato cum aquæ cyathis tribus. Neq; in hoc pharmaco descripsit Andromachus, quos nam stomachicos dicat ex his, qui quidpiam patiuntur. Verum ex eo quod compositioni additum est opium, manifestum sit compositorem huius pharmaci intentionem suam eò direxisse, vt resiccatorum simul & doloris sedatorium pharmacum efficeret, somnumq; aliquem induceret, non tamen contentiose contra vnam aliquam ex prædictis affectionibus

Affectionibus instando, quod videlicet breui ipsam excinderet. Quartum deinde pharmacum Andromachus scripsit, neque ad vnam aliquam affectionem contentiose compositum, neq; ad multas moderare. Habet descriptio hoc modo. *¶ Ad stomachicos hiera Antipatri.* Aloes bonæ drach. iij, mastiches drach. duas, asari drach. quatuor, rosarum siccarum, iunci odorati, mei, phu, casia, singulorum semiunciam. Vtere arido trito quemadmodum in hiera ex aloë. Quintum post hæc pharmacum, quod ex plantaginis succo præparatur, & ipsum Apollonij esse ait, tale est. Succu plantaginis aridi drach. tres, mastiches drach. duas, myrrhæ drach. i. mentæ drach. i. zingiberis drach. vnam. Videtur mihi Apollonius hanc compositionem experimento cognouisse in stomacho calidiorem affectionem habente, atq; ita ipsam indiscriminatim extulisse, non potentem frigidis affectionibus conuenire. Refrigeratorius enim est plantaginis succus. Porrò quæ sequitur videtur mihi composita esse ab eodem autore, in prioris vsu successum non sentiente, & recognoscente pharmacum refrigeratorium se effecisse, & ob id castorij modicum, & aloes quippiam apponente, quæ euacuare potest, & mastichen vt stomacho comodam, ac crocum & myrrham, vt quæ concoquere queant. Quapropter neq; hoc, neque præcedens pharmacum adhiberim in stomachica affectione, cum nullam probe curare possint, præterq̄ multum calidam. Scripsit de ea hoc modo. **B** Succu plantaginis sicci drach. x. aloes Indicæ drach. i. mastiches drach. i. croci obolos duos, opij obolos tres, castorij obolos tres, myrrhæ drach. i. formato ad magnitudinem ciceris. Similiter autem neque consequenter scriptum citra discrimē recte quis adhibuerit in alia affectione, quam quæ moderata siccatione & adfrictione opus habeat, in humoribus quidem modicis, qualitate verò non vitiosis. Componitur enim ex succino & mastiche, sic ipso Andromacho prodente. Succini, mastiches chiæ. Succini plus conijce. Dato cochlearium vnum ex aqua tritum. Cæterum quod sequitur pharmacū, hac descriptione Stomachica Galli, affectioni quæ calferi & secari postulat, utilis existit, ex foeniculo, aceto, & melle cōstans, quod ipsum Andromachus his verbis tradidit. *¶ Stomachica Galli.* Corticis radicis foeniculi libræ dimidium, aceti acris sextarium vnum, eiusq; dimidium, aloes quadrantem, mellis atticæ libram. i. Radices lotas ad triduum aceto macerato, deinde coquito, atque vbi coctæ fuerint, expressas projicito, & affuso ad acetum melle simul coquito, deinde aloë inspergito, & cochlearia tria cum aqua dato. Alcetiū sophista ad hanc descriptionem addidit rutæ, & apij semina gerentium, vtriusque manipulum, iubens cum radicibus macerari ac coqui, & aceti sextarium dimidium, & mellis libras duas conijcit, atque hanc laudat. Post præscripta pharmaca Andromachus sic ait. *¶ Stomachica, vt Nicostratus.* Succini, mastiches chiæ puræ, iridis illyricæ, singulorum trientem, floris rosarum sextantem. Dato aridi triti cochlearia duo, cum aqua lactosa. Statim enim dolorem leuat, reponatur in corneo vase. Et hoc pharmacum palam est adstringentius quodammodo esse, optatq; affectionem humidiorē in humoribus non multis, neque valde mordacibus. In quibus sane experimentum pharmaci fecisse eius autorem opinor, aut certe assiduo eius vsu egrum à dolore leuasse, atque inde vniuersalem pronunciationem ipsi apposuisse, quod videlicet statim ægrum dolore leuet, cum non possit id in multis præstare. Postremum deinceps pharmacum ab Andromacho scriptum hoc modo est. *¶ Ad stomachicos.* Corticis radicis foeniculi drach. duas, vini cyath. tres, coquito ad tertias, vt vnus cyathus super sit, ac totum præbeto. Et hoc ex calfacientibus est, opusq; habet affectione quæ calferi exoptat.

† Quidam legunt sextarios sex.

Stomachica pharmaca ab Asclepiade in primo internorum conscripta.

CAP. 3.

Asclepiades porrò de stomachicis scripturis, de ipsis sic orditur: Ad stomachi subuersiones. Quas verò subuersiones dicat, nō manifeste indicauit. Potest enim & appetitus perditionē ita appellare, potest et nauseosas affectiones ab accepto cibo sientes. Aliquando enim hoc vnum solū symptoma accedit accepto cibo, vt si paulò fortiori motu moueantur, statim vomant. Appellant igitur aliqui etiā tales stomachicos, et stomachū ipsis supinū reddi aiunt. Sequitur autē hæc accessio q̄q; ad solam oris ventris debilitatem, q̄ cibos amplecti eisq; obuolui non potest, velut tota ventris amplitudo solet. Quq; verò & cum vitiatæ alicuius modicæ tū humiditatis complexu. Etenim multa quemadmodum et valde vitiosa, etiā citra cibum, nauseam efficit. Cæterum quæ à multis vulgò supinitas stomachi appellatur, contingit quidem iuxta intemperiem q̄cumq; tādē citra vitiosos humores. Fit etiā per humiditatem multam quidem, non tū malignæ qualitatis. Irriguus enim stomachus per largam humectationem similiter, vt ligamenta neruorum laxatur. Facillime itaque curabilis hæc est affectio ex omnibus fere alijs, pharmacis indigens, quæ siccare humiditatem, & coagulare & constringere laxatum corpus valent. Vbi igitur per profundum fuerit extenta humiditas, crassaq; sit & viscosa, opus est mistura pharmaci attenuatorij, & si ita dicere libeat, perrosiui, quale est acetum, & acetum mulsum. Si verò neq; talis sit humiditas, neq; in altum extensa, adstringentia sola suffecerint ad curationem. Propositum igitur in sermone pharmacum non moderatarum supinitatum, sed fortiorum est curatium: esset autem & moderatarum sanatiuum, si adstringentia sola quis misceret, aut etiam ex calfacientibus quippiam, si frigidam esse affectionem sentiret. Sufficiens autem signum est frigida affectionis, si eger se non sitire percipiat. Vbi enim neque siticulosus fuerit, neque ardorem senserit in ore ventris, palam est affectionem

tionem non calidam esse. Idonea itaq; sunt ad huiusmodi ventris affectus quatuor pharmaca ab E
Asclepiade conscripta, quæ et ego nunc scribam, ipsius Asclepiade & verbis & ordine seruatis.
C. Ad stomachi subuersiones. Nucleorum mali punici acidi tusorum succi sextarios tres, succi men
tae sextarium vnum, mellis artici sextarium vnum, in vas fictile conijcito, ac coquito affluè agi
tando, & vbi densata fuerint, ab igne ablata reponito. Tempore vsus dato mystrum vnum aut duos
ante cibum. **C. Aliud, facit ad dysentericos, & vomentes cibum.** Radicis mali cotonee libram vnã, vi
ni myrte sextarios tres, coquito ad tertias, deinde exprimito liquorem, & mellis artici sesquialtera
addito, rursusq; coquito affluè mouendo. Dato ex reposito velu. dictum est. **C. Confectio ex fru
ctibus, facit ad stomachi subuersionem, coeliacos, & dysentericos.** Mala cotonea numero decem, sorba nu
mero quinquaginta, mespila quinquaginta, rhois rubri sextarium vnum, aqua congios septem.
Fructus tusos & in aquam coniectos diligenter coquito, & vbi dissoluti fuerint, liquorem expri
mito ac rursus coquito eiecto eo, quod ex fructibus instar palearum exuccum reliquum est, cum
verò tertia pars liquoris superfuerit, mellis artici libras quatuor addito, & ad prunas affluè agi
tando coquito, ac spissata reponito. Vsus ostensus est. **C. Aliud pharmacum.** Sorborum maturo
rum sextarium vnum, baccarum myrti nigrarum sextarium vnum, rhois syriaci sextarium vnum,
prunorum syluestrium sextarium vnum, mespilorum sextarium vnum, phoenicobalanorum the
baicorum libras duas, mala cotonea decem, mala punica integra vnã cū nucleis decem, musti ami
næi sextarios. xlviij. Prepara pro consuetudine, & expressum liquorem rursus diligenter coque
donec spissetur. Vtere vt dictum est. Porro post præscriptas confectiones quintam scripsit
Asclepiades hoc modo. **C. Catapotia ad stomachi subuersiones, Origenia, bona & valde probata.** Florũ
rosarum drach. viij. baccarum myrti nigræ exacinarum acetabulum, feminis hyoscyami aceta
buli dimidiũ. Terito simul diligenter, iussiciente protropo paulatim instillato, deinde his palmu
larum passarum, patetos Græci vocant, decem numero carnem addito, & ex contritis catapotia
ciceris magnitudine formato, & tres aut quatuor cum aqua mullæ veteris diluta cyath. ii. exhibe
to. Et hoc pharmacum in iisdem affectionibus commodum est, in quibus quatuor præscripta.
Voluit aut author huius pharmaci per feminis hyoscyami misturã, doloris sedationem & somnũ
inducere, vnã cum resiccatione. Manifestum est aut refrigeratorium quippiã hyoscyami semẽ ha
bere, velut etiã papaueris semen habet, quare ad calidos affectus facit. Simile præscripto phar
macum deinceps proditum ab ipso est his verbis. Rosarum recentium desectis vnguib. 3. viij.
feminis papaueris albi. 3. iiii. feminis hyoscyami. 3. ij. aloes obol. iij. asari obol. iiii. Cum aqua diluta
in pilulas redigito, & ciceris magnitudinem præbeto. Septimum post prædicta pharmacum
Asclepiades scripsit appposito discrimine ab accessione palam apparente. Ait enim ardori stom
achi ipsum conuenire, & propterea sitim extinguere testatur, vnde etiã adipsos Græci appellant, G
compositionem ipsius sic tradens. **C. Ad ardorem stomachi Adipson catapotium suum extinguens.**
Seminis cucumeris fatiui, drach. viij. feminis portulacæ drach. viij. tragacanthæ drach. quatuor.
Tragacantham ouorum crudorum recentium candido dissolue, & probè tritis alijs adde, & ex
misticis catapotia forma, eaq; in vmbra resicca, atq; vnum sub lingua tenendum præbe, ac liquorẽ
inde solutum deuorare iube. Quin & quod postea sequitur, refrigerat ac corroborat stomachum
madore prægnantem, & qui humidam ac calidam affectionem habet. Scribit autẽ de ipso Ascle
piades hæc verba. **C. Aliud, facit ad stomachi subuersionem, maximè commodum est ardorem multum perferen
tibus, & qui stomacho exuruntur.** Foliorum rosarum viridium drachmas sex, glycyrrhizæ drach.
quatuor, nardi Indicæ drachmas quatuor. Excipe vino dulci aut protropo, & redige in catapo
tia, ex quibus vnum sub lingua tenendum præbe, aut ciceris magnitudinem cum frigida aqua
dissolue, & in potu exhibe. Nonum deinceps pharmacum Asclepiades scripsit hoc modo.
Ad singultum, & stomachi debilitatem, & cibi reiectionem. Reiectio itaque hoc est vomitus
ex genere est supinitatum. Quando enim os ventris fortiter afficitur, hoc autem velut dixi, ob
vitiolos humores, quos venter abrumpere conatus, propter debilitatem nauis accessionem
perpetitur, atque hæc etiam tum ante acceptionem cibi, tum post ingestum cibum, ob extremam H
debilitatem perfert. Supinitates igitur ex vitiatis humoribus obortas picra confectione quam celer
rime curat, nempe vitiatos humores expurgans. Vomitus verò ob imbecillitatem grauati sto
machi oborti curantur per intemperaturæ correctionem. Non parum sæpe contingit etiam non
solum stomachum, sed & ventrem ob debilitatem ferre non posse ciborum onus, atque ideo re
ijcere aliquando quidem ad infernam partem, vbi illis robustior sit stomachus, aliquando verò
sursum ob stomachi imbecillitatem, quando sanè hic debiliior fuerit infernis partibus. Hoc itaq;
vomitus symptoma vnum quidem est, sequitur autem ad multas affectiones diuersam medelam
exigentes. Similiter & singultus stomacho interdum ob frigiditatem aut repletionem accedit,
interdum ob mordacitatem humorum acrium, & medicamentaria qualitate præditorum. Im
possibile itaque est pharmacum inuenire omnibus dictis affectionibus aptum. Ceterum quæ
deinceps scripsit Asclepiades duo pharmaca, ostensa sunt substantiam habere multum ab hu
mana natura diuersam, quæ ipsa maximè omnium inter reliquas corporis partes stomachus
non fert ob excellentiam sensus, qua præditus existit. Magnopere igitur affligitur stomachus
etiam

A etiam vbi ex stomaticis pharmacis quippiã in ipsum fuerit præterlapsus, maximè quæ atramen
tum futorium, aut tale quid in se habent. Quæ enim ex fructibus constat, ex comestibili materia com
positum est. Verum atramentum futorium cõtraria penitus homini naturæ est. Quemadmodũ
et mandragora. Fugiendo itaque sunt hæc duo pharmaca ex chrysolalano et radicis mandragoræ
cortice composita. Apponam tñ et ipsorum compositionem. Et prioris quidem descriptio hæc
est. Chrysolalani libram. i. mastiches chiæ libræ dimidiũ, corticis radicis mandragoræ quadran
tem. Tusa & cribrata excipe mentæ succo, & redige in catapotia. Da inde obolos tres cum aquæ
frigida cyathis tribus. Posterioris aut descriptio hæc est. Mastiches chiæ lib. i. tragacanthæ albe
lib. vnam, corticis radicis mandragoræ sextantem, tusa & cribrata reponito. Vsus exigente dato co
chlearium inspersum aquæ frigida cyatho vni. Post præscriptas confectiones Asclepiades sic
scripsit. Ad voluulosas stomachi subuersiones. Coniectarit quispiam ipsum voluulosas appella
re fortes, quemadmodum enim in voluulis subuersiones fiunt cum magna contentione & violẽ
tia, adeo vt stercus et euomant, sic etiã alios vomitus concitatos quis appellare voluulosos possit.
Sequuntur autem huiusmodi vomitus, vbi affectæ partes à medicatis serosis humoribus magno
pere fuerint afflicte: si verò et imbecilliores fuerint, duplicatur malum. Erit itaq; ob id curationis
B scopus, vt simul ad affectas partes odoratas qualitates opponamus, quales aromatu sunt, & quo
rundam feminum in ciborum vsu venientium, velut est anisum, apium, daucus, cuminum, &
seseli. Iuxta hanc itaq; rationem Hippocrates in pleuriticis purgatiuum exhibens medicamentũ,
misceri aliquid ex his iussit, sic scribens. Si verò sub septo transuerso sit dolor, & ad clauicam,
non se extendat, mollire ventrem oportet veratro nigro, aut peplio: ad veratrum quidem dauco,
aut seselide, aut cumino, aut aniso, aut alio quopiam odorato addito. Apparet enim quod in his
miscendis maximè odorem ipsorum respiciat, quo medicamentariam vim, quæ hominis naturæ
contraria est, mitiget & obtundat. Quemadmodum enim graueolentia omnia stomachum sub
uertere solent, sic odorata corroborare. Si verò vltra hoc etiam in ciborum vsu veniant, multi
pliciter auxiliantur stomacho ob vitiatos serosos humores subuerso. Atq; iuxta hanc ratiocina
tionem autor propositi pharmaci anisum & apium admiscuit, absinthium verò propterea quæ à na
tura vim habet extergendi, ac repurgandi, & subducendi vitiatos stomachi humores, ampliusq;
densat & constringit ac robur addit parti affectæ. Cinnamomũ autem addidit, vt quod omnibus
fœtidis & putredinosi, serosis humoribus se opponat iuxta vtrancq; facultatem suam, alteratiuã
& discussoriã. Non paruum enim ex odore suo exhibet vtilitatem omnibus malis affectioni
C bus. Opij verò parum pharmaco immiscuit, sensum stomachi hebetare volens: qua ratione etiam
coeliacis ipsum damus, vt quod profundum quendam soporem inducere possit. Quò verò vehe
mentem opij frigiditatem compositor ipse corrigeret, castorium ipsi adiecit, oppositum ferme ip
si in facultate. Eadem ratione etiam piper admiscuit. De myrrha verò operapretium est scire,
quod in quantum facultas ipsius est concoctoria humorum præter naturam & vitiosorum, in tan
tum cõuenienter admiscetur: in quantum autem medicamentaria est, non conuenienter. Verum
paucitas eius ad concoctionem quippiã cõfert, qualitatis autẽ peregrinitas non apparet, vt po
tè victa ab odoratis. Ego itaq; hoc pharmacum et sine myrrha præparare consueui, ad securitatem
perducere semper tentans vsu omnium pharmacorum, præsertim vbi in acuta febre tale quid
exhibetur. Cum igitur cinnamomum habeat hoc pharmacum, & semina calida vrinam cientia,
ac piper, & præterea castorium, ac opium, merito multis affectionibus commodum est, quando
que cum vino stomacho grato datum, quale protropum est: quandoque cum myrti baccarum
decocto, velut in dysentericis: aut cum aceto mullso, velut in splenicis. In cholera vero & bilis vo
mitu ac effluxu, cum frigida, velut Asclepiades scripsit, sed addito discrimine, si siticulosior est
nunc quàm antea, aut nauis calidæ sensus circa os ventris ipsi contingat, aut frigidam bibere
D sanus consuevit. Ego sanè hoc medicamentum ad securiorem vsu perduxì, myrrhamq; dimisi,
& piperis quantitatem auxi. Cum verò plurimum cinnamomum accipiat, necessarium nobis est
vbi cinnamomo caremus, casiam optimam conijciamus, aut plus quàm duplo cinnamomi pon
dere, aut omnino non minus. Ceterum commensuratio ac apponderatio pharmacorum quæ
ipsum constituunt, ab Asclepiade his verbis proditur. **C. Ad voluulosas stomachi subuersiones pa
stillus Amazonum. Facit ad inflatos, ardorem stomachi, & vomentes cibum. Facit & ad internas affectiones.**
Seminis apij drachmas sex, anisi drachmas sex, absinthij drachmas quatuor, piperis drachmas
duas, myrrhæ drachmas duas, cinnamomi drach. vi. opij drachmas duas, castorij drachmas duas.
Cum aqua pastillos formato, & summũ drach. vnam dato, stomachicis cum protropi diluti cy
athis tribus: cholericis & vomentibus cibum cum frigida: coeliacis & dysentericis cum baccarum
myrti decocto: splenicis cum aceti mullsi cyath. iij. Aliud pharmacum deinceps scripsit Ascle
piades, non solum ad voluulosas stomachi subuersiones ipsum conuenire promittens, sed & ad
intensos singultus, & stomachicos, qui ardorem, hoc est multam caliditatem, percipiunt. Dictũ
autem iam sæpe à me est impossibile esse inuenire pharmacum ad multas affectiones optimum.
Inuenitur enim in vnaquaque ipsarum id, quod propriè ipsis destinatum est præstantius esse.
Verum his qui vnum pharmacum ad multos affectus habere volunt, etiam horum præparatio
ac compositio

ac compositio utilis existit. Continetur tamen ambiguitas quaedam in huiusmodi pharmacorum **E** promissionibus, qualem Asclepiades nunc de propolito pharmaco fecit. Putabunt enim fortassis aliqui ex ignaris tum singulorum trium symptomatum curationem promitti, tum duorum simul coincidentium, aut omnium simul. Velut cum lancinatur vehementer nauseans aeger, & singultit, & multae anxiosae caliditatis sensum circa stomachum percipit. Et de tali sane affectione primo dicam in qua tria haec mala simul hominem infestant, nimirum ardoris sensus, & singultus, & affectio voluulosa. Hippocrates quidem igitur conuulsionem fieri dixit ex repletione & euacuatione, & additum est ad aphorismum ferme in omnibus exemplaribus, sic autem & singultus. Ego vero in conuulsione tertiam aliquam causam supra euacuationem & repletionem nodum reperiri. Singultum etiam sine his fieri video, acris humoribus, aut serosis, & medicatis stomachum mordentibus, quos ubi vomitu reiecerint, statim singultu liberantur. Quin & multi deuorato pharmaco ex tribus piperis generibus constante, si statim vinum insuper bibant, omnino singultuunt, ex quorum numero etiam ego sum. Amplius autem & cibo in mordacem qualitatem corrupto aliqui singultuunt, & quod a vomitu statim liberantur, omnibus notum est. Quidam etiam ex rigore oris ventris singultuunt. Verum pueros maxime frequenter singultire contingit tum ob corruptionem alimenti in ventre, tum ob partis frigiditatem. An vero et ob nimiam euacuationem fiat singultus, veluti etiam conuulsio, dignum consideratione est. Verum si in praesens hac consideratione relicta eos, qui ob frigiditatem, aut ciborum copiam, aut mordacem acredinem grauatur, intueamur, vomitum reperiemus sufficientem medelam eorum, qui ob copiam aut morsum singultuunt, caliditatem vero eorum qui ob frigiditatem. Alio autem modo reperiemus et sensus stupefactionem per refrigerantia, & per mutationem ac discussionem mordacium per at tenuantia & resiccantia. Componitur autem ex huiusmodi ipsum pharmacum. Opium enim & rosae, & psyllij succus ex refrigerantibus sunt, spica nardi vero & chrysobalanos ex discutientibus & corroborantibus. Asarum autem per urinam deducit vitiosos humores. Aloe vero vitiatos humores expurgat, & inferne per ventrem euacuat. Crocus autem concoquit & roborat partes, per temperamentum quidem caliditatis concoctionem efficiens, per adstringendi vero vim quae ipsi adest, robur addens. Costus autem sufficienter calfacit, moderate vero adstringit, quod & ex gustu eius percipitur. Ex his porro compositum pharmacum aptum est singultuuntibus, aptum est & ijs, qui ad vomendum lancinatur, & qui circa praecedens pharmacum dicti sunt, verum non similiter ut illud, neque aliquid aliud ex odoratis habet, neque cinnamomum. Refrigerantium autem in ipso mistura stupefacere sensum potens mitigando molestiam ex mordacitate serosorum & aliorum etiam humorum **G** obortam, vere aptum pharmacum efficit ad nauseosae affectionis imminutionem. Quandoquidem vero etiam ad stomachi ardorem conuenire pharmacum dixit, repugnat autem huic sermoni calfaciens costus, operepretium fuerit & de eo dicere. Quemadmodum in antidotis colicis appellatis, & a quibusdam, dolorum sedatorijs, qualis est Philonis antidotus, scopus componendi pharmacum est stupefacere sensum dolentium. Quod vero non cum magno detrimento id fiat, & ut per alium dolentium corporum frigiditas {celeriter} penetret, calfacientia miscentur, quae refrigerantium stupefactionem deducere possunt, cum illa ipsa per se tardi transitus existant. Haec igitur ubi quis inaudiuerit, quantitatem consideret simplicium pharmacorum quae in compositione miscentur. Ex hac enim sciet, num magis an minus efficere possit compositum pharmacum ea quae promittit. Si nanque refrigerantia plura apparuerint, sensum affectorum magis obtundit, & quantum caloris in ipsa particula fuerit, etiam hunc extinguit. Vbi vero calfacientia fuerint aucta, minus quidem haec efficiet ipsum pharmacum, innocentius autem reddetur. Nosse enim oportet corpora viuentium mortificationi simile quippiam perpeti ab omnium ex opio, & hyoscyamo, & mandragora compositorum pharmacorum usu, nimirum causis dolorem insipientibus insensibilibus factis, et multi sane qui assidue talia accipiunt, ad immedicabilem frigiditatem particulas perducunt. **H** Quemadmodum autem in refrigerantium & calfacientium oppositione, vtrorumque quantitas ostendit praedominantem pharmaci actionem, eodem modo etiam in alijs considerationem facere oportet: velut densantibus & rarefacientibus, coagmentantibus & diffundentibus, odoratis & graueo lentibus, humectantibus & siccantibus, discutientibus & cohibentibus. Itaque ubi subscripsero his misturam in compositione quantitatem, ad coherentiam transibo. Scripsit autem ipsam Asclepiades in haec verba. **C** Stomachicis ardorem sentientibus, & intensos singultus, & voluulosos stomachi affectiones. Costi drach. quatuor, spicae nardi drach. quatuor, chrysobalanorum drach. quatuor, rosarum viridium drach. quatuor, mastiches drach. quatuor, aloes drach. duas, asari drach. duas, opij drachmam vnam. Excipe succo psyllij, & reduc ad pastillorum formam, & exhibe obolos tres. Liquor sit affectioni conueniens. Post praescripta pharmaca Antidotum Hieram iam antea in Andromachi pharmaci conscriptam, ex aloe & cinnamomo compositam, etiam ipse tradidit non iuxta eandem commensurationem & symmetriam. Habent autem verba eius in hunc modum. **C** Antidotus Hieram, hoc est sacra, Themisonis, ad stomachi subuersiones. Facit & ad sentientes ardorem, et omnem inflammationem, tardam concoctionem, & affectiones vteri. Probe cit. urinam, & omnino admiranda confectio est hydropticis, hepaticis, & nephriticis. Deducit & foeminis menses. Aloes drachmas. c. mastiches vnciam vnam, croci

A croci vnc. i. nardi Indicae vnc. i. cinnamomi vnc. i. carpobalsami vnc. i. asari vnc. i. tundo, & angustissimo cribro excernito, atque aridum ut ne transpiret seruato. Vfus eius est ad tarde concoquentes, atque ita sanos drach. i. cum frigida cyath. iij. Vomitentibus bilem, aut alias fluxione laborantibus drachme dimidium. Ad inflammationes internas conuenit cum aqua mulla. Verum quibus urinam ciere volumus, aut menses deducere, pharmacum cum vino damus. Est autem medicamentum inspersile in pulueris ac farinae formam redactum. Haec quidem scripsit Asclepiades de praedicto pharmaco. Videamus autem primum in his de quantitate pharmacorum ipsum constituentium quatenus consensit, & dissensit cum Andromacho. Deinde consequenter de promissione & usu. Equidem in mistura pharmacorum consenserunt inter se Andromachus & Asclepiades in hoc, quod aloes drachmas centum conijciunt. Dissentiunt autem in eo, quod Asclepiades simpliciter aloes scripsit, Andromachus autem lotae appofuit: & quod Asclepiades reliquorum singulorum singulas vncias admiscuit, hoc est drachmas argenteas octo, aut septem & dimidiam, Andromachus vero sex. Amplius etiam in eo quod Asclepiades carpobalsamum, Andromachus xylobalsamum iniicit, & praeterea quod Asclepiades florem iunci odorati penitus relinquit. Ceterum circa promissionem operum Andromachus nihil amplius scripsit, quam quibusdam vnum cochlearium, quibusdam duo, cum aqua frigida aut calida cyath. iij. exhibere. Verum Asclepiades plura de usu propositae antidoti prodidit. Ad tardas enim concoctiones sanorum drachmam vnam dari iubet, cum aquae frigidae cyath. quatuor. Opinor autem ipsum dicere drachmam argenteam, etenim sic fere omnes recentiores medici appellare in more habent: neque ipsa rei natura aliud nos intelligere cogit. Manifestum est autem quod drachmam dicimus nunc in huiusmodi omnes, quod Romani denarium appellant. Verum non omnibus tarde concoquentibus expedit praebere hoc pharmacum, sed his solum quibus ob vitiosos humores tarda concoctio contingit, et maxime cum tenues fuerint & biliosi. Fecerit & quietem in his, quibus citra vitiatos humores humida intemperies intantum affectam partem perrigauit, ut exoluatur & laxetur ad modum ligamentorum neruorum circa laxatos articulos. At vero qui bilem in ventre habent, quae praesertim ipsis in tunicis in alto continetur, praestantius pharmacum non repererint. Verum hanc scio quationem parum de ipso exhibeat Asclepiades, cum moderata exhibitio ipsius ad drach. tres progrediat. Porro ad inflammationem habentes non simpliciter in omni inflammationis tempore dandum est, sed ubi concocta fuerit & declinat. Concocta enim medicanda recte censet Hippocrates, non cruda, neque in principiis, nisi sua sponte concitata id expetant, hoc est nisi motus ad excretionem nos adducat, qui nodum firmam aliquam inclinationem ac stationem ad vnam partem habeat. Recte autem hoc pharmacum tarde concoquentibus, aut bilem vomitentibus, aut alias stomachi fluxione laborantibus, aquae cyath. iij. insperges praebet, nimirum subuersionem stomacho ex melle oborientem formidans. Ad declinationem autem internarum inflammationum cum aqua mulla tempestiue quis exhibuerit. Quemadmodum etiam urinam ciere volens, aut menses euacuare, Asclepiades quidem ex vino dandum ait. Praestiterit autem, ut ego sentio, cum vino multo pharmacum praebere. Ita enim simul & quae circa distributionem & delationem ex ventre in urinam, & quae circa vterum instant, fecat ac dissoluit, & robur partibus addit per quas transitum facit. Ampliusque & locorum per quos fertur caliditatem auget, quae & ipsa non parum confert ad instantes humores fundendos ac euacuandos. Post praescriptam sacram Themisonis Antidotum, Asclepiades {aliam} sic scripsit. **C** Alia ex Mantiae compositionibus Attolica. Facit ad stomachicis & reijcients cibum, cholericos, coeliacos, dysentericos. Compositio sic habet. Croci. 3. ij. nardi drach. duas, feminis hyoscyami drachmam vnam, aloes vnc. vnam, balaustij vnc. vnam, tragacanthae vnc. i. piperis albi vnc. i. acaciae vnc. i. rhu pontici vnc. i. rhois syriaci culinarij vnc. i. Excipe succo rosarum in vino austero coctarum, & redige in pastillos drachmae vnius, tragacantham vero succo praemaceratam vnito. Hoc pharmacum nihil priori simile habet. Illud enim purgatorium est, hoc adstringens his, qui stomachum aut totum ventrem ob multam humiditatem exolutum ac laxum habent, conueniens: quemadmodum etiam in articulis eiusmodi laxitates contingunt, ligamentis ipsorum multa humiditate perrigatis, quae plurimi medici neruos ligatorios appellare solent. Multae enim eiusmodi affectiones tum in ventre, tum in stomacho fiunt his qui multo potu se expleant, aut fructus humectantes, aut etiam edulia talis temperamentum ingerunt. Cum itaque multi sint qui tali victu vtantur, rationabiliter etiam praedictae facultatis pharmaca saepe successu clara euadunt, ut quae praedominantem adstringendi vim habeant. Vbi vero aut vitiatos humores euacuare, aut affectam particulam calfacere oportet, non solum nihil iuuat ita adstringentium pharmacorum usus, sed etiam nocet. Post praescriptum medicamentum, aliorum duorum Asclepiades meminit, quae & ipsa ambo bona sunt, & ex multis composita, ac propterea multi ad varios affectus vsus, & praesertim posterius. Quod vero tale sit quale ipsum esse dicit, etiam nobis ipsis facile erit iudicare, ubi in memoriam reuocarimus simplicia in ipso pharmaca, qualia singula sunt, ampliusque methodum compositionis eius audiuerimus. **C** Aster stomachicus, facit ad eos quibus cibum in ventre acescit, ad tormina, destillationes, dolorem capitis, spuentes sanguinem, tabescentes, affectiones circa vesicam & vterum. Preparatur sic. Succo mandragorae drachmas quatuor, myrrhae drachmas quatuor,

quatuor, balauftij drach. quatuor, caftorij drach. quatuor, croci drach. quatuor, opij drach. vi. anifi drach. octo. feminis apij drach. octo, ftyracis drach. octo, hyffopi cretici drach. duodecim, feminis hyofcyami albi drach. xij. Componito pro more & digerito in pastillos, dato pro viribus. Li-
 quor fit affectioni conueniens. Aftér in exuperabilis, pharmacum accommo datum, fedans do-
 lorem, inducens fomnum, multi vſus ad varios affectus. Nam & ftomachi morbos mirabiliter fa-
 nat à ructibus acidis, agris concoctionibus, torminibus, voluulis, inflationibus. Facit & ad capi-
 tis dolores potatum, & foris illitum fronti aceto dilutum. Facit & ad oculorum dolorem pastillus
 perdicij ſucco dilutus. Facit & ad dentium dolorem cauernæ indir .s. tritus ac galbano exceptus,
 aut ſici ſucco. Prodeſt ad influxum oculorum, & tonſillarum inflammationes, vino dulci dilutus,
 ita vt ad oculos lanam eo imbutam imponamus. In tonſillis vero affectis tepofactum colluamus.
 Facit ad omnem ſanguinis fluxum vino myrtite diſſolutus, & ad veteres ac recentes tuſſes & de-
 ſtillationes dilutus vino theræo, aut protropo, aut ſcybelite. Facit phthiſicis, ſuppuratis, marrubij
 ſucco diſſolutus. Hæmoptoicis, dyſentericis, cholericis, ſanguinariæ ſucco dilutus, & ad omnis
 reptilis plagam cum rutæ decocto potatus. Soluit irritationes per circuitum repentis, duabus an-
 te eius inuaſionem horis, ex vini diluti cyathis. iij. acceptus. Mēſes etiam foeminarum ducit arte-
 miſiæ decocto dilutus. Facit & ad veſicæ affectiones vino mulſo diſſolutus. Similiter etiā his quæ
 ab vtero ſuffocantur auxiliatur. Facit arthriticis, podagricis, gentianæ decocto dilutus. Et de his
 quidem quæ efficit hætenus. Compoſitio vero hoc modo habet. Myrrhæ drach. quatuor, ſtyra-
 cis drach. quatuor, nardi Indicæ drach. quatuor, caſiæ fiſtulæ drach. quatuor, terræ lemnæ quæ
 ſphragis, hoc eſt ſigillum appellatur drach. quatuor, corticis mandragoræ drach. quatuor. In alio
 exemplari etiam pipēris drach. quatuor, croci drach. ſex, ſucci papaueris drach. ſex, feminis dauci
 cretici drach. octo, anifi drach. octo, ſeſelis maſſilienſis drach. octo, feminis apij drach. octo, Myr-
 rha & ſtyrax, atque opium vino diſſoluntur odorato & teruntur. Arida vero tunduntur & cri-
 brantur, ac deinde ſimul miſcentur, ſubiguntur, ac in pastillos coguntur ponderis drachmæ dimi-
 diæ, & in vmbra ſelicantur. Vſus oſtenſus eſt. In alijs exemplaribus pastillorum pondus drach-
 male proditur.

*Quæ archigenes in primo pharmacorum ſecundum genus prodidit, de
 affectionibus circa ſtomachum.*

CAP. 4.

Cum multæ & variæ ſint circa ſtomachum affectiones, atq; hæc oēs fere in totum ex cruditate
 oboriantur, totis viribus conſiderandum. Et ſi quidem ob aquarum aut aeris malignitatem
 oſtendantur, vniuerſali viâ ac ratione q̄ maxime licet vtentes hæc immutando, hominem liberare
 eſt opus. Si vero ob inconſuetos cibos, eis interdiciemus. Si vero ob copiam, cibos contrahemus.
 Et in vniuerſum ex quacunq; cauſa ſuſpicati fuerimus fieri, eam prohibebimus. Quæ ſi in omnibus
 ipſo bono ordine tractetur, & iuxta ipſum ſtomachum tñ concoctio impediatur, vñctionibus, &
 exercitijs, vociferationibusq; & alijs huiusmodi per expertum artificem adhibitis ſtomachus cor-
 roboretur. Verum ructu acido affectis coriandrū cochlearij meſura ante reliquum cibum eden-
 dum dato, & merum inſuper bibendum. Quod ſi q̄nq; moderata cruditas & quæ contemni poſſit
 oboriat, longiore tēpore in lecto decumbendum eſt: & ſi negocia id non pmittant, quātō poſſi-
 bile eſt, omnis diſtentionis, labor, ampliusq; eſtus ac ira vitanda ſunt. Serius etiam q̄ pro conſueto tpe
 ex feruida aqua lauandum eſt, & in priore balnei domo aqua tepida hauſta, omnia in ſtomachum
 coaceruata pituitoſa reuomenda, & modico cibo itemq; potu prima die vtendum. Si vero for-
 tis ciborum corruptio fiat, ſtomachiq; morſum ſentiant, ac ipſos eructent, ampliusq; nauſea affi-
 ciantur, aqua tepida exhibita vomere cogito, donec omne corruptum expurgetur, deinde caput
 mollibus lintheolis ad ignem calefactis obducito, aut huiusmodi aliquo non inani ductu locos cir-
 ca ſtomachum foueto, & præcordia mitigato. Summas item partes molli frictione aut etiam con-
 ſtrictione lenito, atque ita in lectulo quieſcere ſinito, ac inediā per totam ſequentem diem per-
 ferre. Si non abſurdum quid inde confequatur, fortiores quidem, vt prædictum eſt, effectos
 lauatiōe curato: ſi vero infirmi eſſent, moderate ad diem vnum reſectos, in ſequentem lauato,
 moderatis cibis ac potibus ad triduum vt iuſſos. Et cruditatis quidem talis quædam, (vt rudis
 quadam forma expreſſi,) curatio exiſtit. Verum de ijs quæ ex ipſa proueniunt, velut proflu-
 uio ventris, aut bilis per vomitum ac ſecefſum reſectione, aut alijs eiufmodi, in proprio loco di-
 cetur. Cæterum in alijs ſtomachi moleſtijs, his quidem qui ſtomacho exuruntur cum exolu-
 tione, aut animi deliquio, aut appetentia perdita, ex qualicunq; tandem cauſa, præter febrem,
 cyathos. iij. aut. iij. aquæ frigidæ abſorbendos dato, bis aut ter per interualla: & ſi quidem inde
 mitius habeant, ipſos reuocatos tum cibo, tum etiam alijs refocillare tentabis: ſi vero permaneat
 malum, ¶ deprehenſis atque læuigatis extrematibus, eiufmodi quendam cremorem aſſidue
 abſorbendum dato, velut palmularum, malorum cotoneorum, pyrorum, meſpilorum, baccarum
 iuniperi, pampinorum vitis, roſarum, mali item punici nucleum non habentis ſuccum, aut nuceſ
 pineas. xx. et feminis cucumeris grana. xxv. baccas myrti. xx. croci obolum dimidium, et roſarum
 duarum folia ex aqua bibēda exhibeto. Aut aquam frigidam cum omphacij ſucco præbeto. Aut
 florem roſarum cum nardo & aqua frigida. Aut etiam portulacæ ſemen admifceto, aut atriplicis
 ſemen,

* Ap. ligatis &
 calefactis.

A ſemen, aut malorum cotoneorum decoctum. Aut cucumerum fatiutorum ſemina quinquaginta
 trita, ex frigida præbe. Aut orizam coctam cum butyro edendam exhibe. Aut tragoriganum tri-
 tam & exuccatam cum aqua edendam præbe. Aut ſabas ægyptias. x. et nardi celticæ obol. ij. vtra-
 que toſta & trita bibenda exhibe cum mali punici acidis ac dulcis ſucco, & aqua, pari vtriuſq; men-
 ſura. Aut mentæ ramulum contritum bibendum dato. Aut cenanthen ſimiliter tritam cum nar-
 do indica bibendam dato. Aut lentes coctos tritos ex aqua præbeto. Aut phœnicobalanos cū
 roſis. Aut marrubij ſuccum cum melle, & vbi paululum quieuerint vitium cum polenta exhibe-
 ro. Aut cardamomi. 3. i. cum aceti mulſi cyathis tribus potandam dato, ac quieſcere ſinito. Porro
 ijs qui ſaliuam multam in ſtomacho aggregarunt, aridam conyzam manducandam dato. Forinſe
 cus vero ſtomacho imponantur vitis folia viridia trita, aut mala cotonea, aut palmule, aut meſpila
 cum cerato, aut myrti folia tenera, vel rubi, vel lentifci, trita cum polētæ flore frigida ſubacto. Aut
 portulaca viridis ſimiliter præparata. Aut caſeus recens mollis cum polenta & apij folijs. Aut
 feridis folia cum aceto & polenta ac apij folijs. Si vero multum ſint æſtuoſi, veſicam aqua expletā
 imponito. Aut niuem ſuperdato. Aut cucurbitarum ramenta imponito, & omnino omnia qui-
 bus in cardiâcis vtimur. Dolores autem ſtomachi lenit, & maxime his quibus triſtitia aut deſpera-
 tio accedunt, lac aſininum, aut muliebre, aut bubulum, ſilicibus incoctis potatum. Aut vnguen-
 tum nardinum vel aliquid pretioſum dato ex aqua. Aut decoctum floris iunci odorati, roſarum
 flore ſimul inſperſo. Aut portulacæ ſuccum, quādoq; per ſe, quādoq; cum nardo. Aut oui vitel-
 lum toſtum & in farinam comminutum, cum polenta bibendum dato. Aut amaras nuceſ cū cu-
 cumeris femine & nuce pinea. Aut rumicis ſylueſtris feminis obo. ij. bibendos præbeto. Oēs
 vero circa ſtomachum dolores & diſplacencias ac moleſtias ſedari aiunt cochlea æphricana cruda
 integra vorata. Exoluto autē ſolum & nauſeabundo factio ſtomacho lactuce albe ſemen modicū
 ex aqua cyatis quatuor aut vno bibendum dato. Aut paſſerum ſtercus aridum velut polentam,
 ſiue aquam biberint, ſiue vinum, inſpergito. Aut maſticheſ chie cochlearium ex aqua frigida da-
 to. Aut glaciem ieiunis quotidie exhibeto, vt ea aſſidue māducata ſaliuam expuant. Aut cony-
 zam aridam manducant. Si vero vna cum humectatione eſt inflammation aliqua adſit, cenanthen cū
 meliloto, aut roſam ſiccam cum cerato roſaceo parum reſinæ viſta habente impone. Aut acacia
 & aluminis melij parēs partes dupla cerati proportione excipe, & vt malagma impone. Ceterum
 quibus bilem atram generantibus ſtomachus inflatur, ſpōgias aceto acerrimo calido imbutas ad
 ſtomachum imponito, atque hoc maxime tempore diſtentionum: & ſi poſtea etiamnum perſeue-
 rarint, alumen liquidum cum atramento ſutorio trito melle exceptum imponito. Aut hæc &
 aloen pari portione miſta & cerato myrteo excepta imponito. Aut hederæ folijs vino coctis pro
 cataplaſmate vtitor. Aut plantaginis cum fale tritis. Aut armentariæ bouis ſtercus aridum vino
 coctum. Aut marrubiū cum pane & roſaceo ſubactum. Aut bulbos ruſos & alumen pari por-
 tione imponito. Poſt hæc antidotus apyretos appellata, aut hiera, aut alia quæpiam quæ cuiq; per
 experientiam cognita eſt, in potu exhibenda eſt. In cibo ſtomachicis conueniunt, beta, lens, tra-
 gus, oryza, alica, malis cotoneis, aut palmulis, aut meſpilis, aut mali punici nucleo carentis granis,
 aut melapijs ſimul incoctis, aut teneris lentifci, aut myrti, aut rubi ramulis admifſis. Panis ſit ſum-
 me tñ fermentatus, aut peritus abſq; fermento præparatus. Ex oleribus conueniunt cruda, cicho-
 rium, meconides, eryngium, intubus, gingidium, ſeris, lactuce. Coctæ maxime commoda eſt
 braſſica & ſiſarum. Ex reliquis aut coctis conueniunt cochleæ & bulbi. Ex carnibus venter, ro-
 ſtra, pedes, turdi, perdicis, attagenes, turtures, palumbes, anates, lepores, dorcades. Ex piſcibus
 ſquille, gāmari, natatrices ſiue colymbene, locuſte, loligines, ſepiæ: & ex ijs qui duras carnes habēt
 nulli. Ex teſtaeis maxime buccina, purpura, pectines, glauci, cerri, glandes, ſiue balani. Verum
 ſiſarū à reliquis omnibus acceptum, vt ſtomacho gratum, & reſectioni commodum, ad pleraſq;
 D oēs ſtomachi acceſſiones conueniens eſt. In potu prodeſt vinum quod vnusquifq; libenter bibit.
 At vero ijs qui inflantur & ſtomacho diſtenduntur, poliſ faſciculum coquito & bibendum dato.
 Aut calamithæ decoctum per noctem ſub dño expoſitum, modico melle, & pipēris. 3. i. admifſis,
 bibēdum præbeto. Aut ſpōngiā acerrimo aceto imbutā pedibus ac brachijs imponito vſquequo
 bullæ excitentur, maxime ſi cibos reſectent. Aut ſœnigræci farinam aceto ſubactam. Aut ſinapi
 iritum cum aceto, vſquequo ruſefiat locus. Aut pſylliū aceto & aqua maceratū & in mortario
 tuſum, pari portione carniū cochlearum admifſa, in malagmatis forma imponito. *Quæ ſtomā-
 chicis dolorem eximant.* Cuminū toſtum & apii, vtriq; modica portione cū aqua bibendū præbe.
 Aut aloes obo. ij. cū vino mulſo, aut vino, aut aqua bibendos dato. Aut abrotoni & thymi vtriuf-
 que obo. ij. ex vino præbe bibēdos. Ligaturas inſuper extremarum partiū fortiter adhibe, & circa
 ipſum ſtomachū cucurbitulis & fomētis varijs vtete. Quod ſi vehemēter valida ſit diſtentionis, etiam
 venę ſectio efficacis auxiliū erit, & alui ſolutio per ſuppoſitiuam glandē. Deinceps poſt præſcripta
 Archigenes de fame ingēti, bulimo Græcis appellata, itēq; de ſingultu prodit quæ ſequunt. Porro
 eos qui ex ingenti fame in vñs {vel alio quocunq; modo} animo linquuntur, reuocabimus odora-
 mentis aceti, aut pulegij, aut quæ forte obtingit terra aceto macerata, aut malis, aut pyris, aut alijs
 ſimilibus fructibus, qui ad manum ſunt. Panem inſuper odorandum dabimus, & ingerere cogemus.

mus. Ad hæc enim singula confestim excitantur, & præterea ad suillam carnem assatâ ac coctam, & in vniuersum ad omne quod multum alit, & præsertim ea quæ odorem nidorosum ac probe cõditum habent. Per huiusmodi enim odores vt plurimum tales reuocantur. Nihilominus tamen etiam extreme partes ipsorum constringendæ sunt, ipsiq; excitandi tum maxillarum punctura, tum capillorum ac aurium distentione. Refocillabis porro ab exolutione & deliquio animi, panẽ in vino diluto, aut etiam aliud quippiam ex ijs quæ aceruatim reficere vires possunt, exhibedo: ve lut sunt oua forbilã, bulbi, cochleæ. Etenim singula hæc stomachi humiditatem eximunt, & in modica mole multam vim complexa cumulatim corroborant. Singr'ltientibus autem rutam cum vi no dato, aut nitrum in aqua mulsa, aut opium, aut castorium, aut abrotonũ, aut aristolochiam, aut daucum creticum, aut cuminum, aut anisum, aut zingiberis radicem, aut scyllam cũ aceto & oleo, aut tordilion, aut dictamnũ, aut calaminthem, aut acorum, asarum item & nardum celticum, & pulegium, singula tum per se, tum simul mista.

Pharmacum nostrum, ex succo malorum cotoneorum constans.

Magnæ equidem oris ventris affectiones à prædictis pharmacis curantur. Moderatas verò omnes ferme, præter eas quæ ex vehementi ardore fiunt, subscriptum medicamentum iuuat. Succo malorum cotoneorum sextarios.ij. mellis atticis sextarios.ij. aceti sesquifextarium. Si vero multũ acre fuerit, sextarium vnum. Zingiberis quadratẽ, piperis albi vnciam vnam. Arida insperges, vbi malorum succus cum melle & aceto coctus ad lentum ignem atticis mellis crassitudinem acceperit. *Aliud ex malorum cotoneorum carne constans.* Malorum cotoneorum carnis libras.iiij. mellis libras.iiij. aceti albi lib.iiij. piperis quadrantem, zingiberis quadrantem, petroselinũ Macedonici vnciam vnam.

De pharmacis, quæ forinsecus ori ventris imponuntur.

CAP. 5.

Vocant quidem plurimi medici haud scio quare, velut Asclepiades & Andromachus, omnia pharmaca quæ forinsecus imponuntur, siue adstringendo cõdensent, siue indurẽt, Malagmata: quæ vox emollitionis significationem habet. Verũ nos permittemus ipsis, etiam si non proprie appellant. Quæ autem conscripserunt ad stomachi affectiones commoda pharmaca, per experientiam non illorum solum, sed etiam nostram approbata, ea nunc adscribemus, ab ijs quæ Asclepiades prodidit initio factõ.

Quæ pharmaca Asclepiades ad stomachi affectiones in quarto externorum tradidit, quæ Marcellus inscribit.

Eueni, ad stomachi subuersiones, d'oloresq; facit partim etiam ad inflammationes. Oenanthes drach. viij. croci drach. ij. rosarum siccarum drach. iiij. meliloti drach. iiij. mastiches drach. iiij. ramẽtorum succini drachmas. iiij. carnis phœnicobalanorum quadrantem, vini myrtei quod satis est. Arida tundito & per angustissimum cribrum concernito, & cum vino myrteo diluito, vt cerati spissioris crassitudinem accipiant. His carnem phœnicobalanorum addito, & conuassata cerato ex rosaceo apparato excipito, & linteolo infarta ori ventris imposito. Facit & ad oculos inflammatos. Aliud, Oenanthes drach. vi. croci. 3. duãs, myrrhæ drach. iiij. floris rosarum drach. iiij. meliloti, mastiches, vtriusque drach. iiij. aloes drach. iiij. corticis mandragoræ drach. iiij. carnis palmularum quadrantem. Excipe cerato ex rosaceo apparato. *Asclepiada qui philophysicus dictus est, hoc est naturæ studiosus, ad stomachi subuersiones facit & coeliacis & dysentericis.* Seminis hyoscyami. 3. iiij. seminis apij drach. quatuor, floris rosarum drach. ij. seminis anisi drach. ij. succi hypocisthidis drach. ij. myrrhæ drach. ij. croci sesquidrachmam, opij sesquidrachmam. Arida tundito & per angustissimum cribrum excernito. Hypocisthidem vero & myrrham, & papaueris succum vino myrteo dissoluta aridis adijcito, & pastillos formato, eosq; in umbra reliccato. Vfus tempore quantum opus est tufum, melle cocto excipito, & deinde linteolo infartũ locis affectis imposito. Si fortis fuerit fluxio, succi hypocisthidis aliam adhuc drachmam addito, et floris rosarum tantundem. *Aliud Galli Marci Asclepiadei, ad easdem affectiones.* Seminis hyoscyami drach. tres, florum rosarum drachmas duas, anisi drachmas duas, seminis apij drachmas quatuor, opij drachmam. i. succi hypocisthidis drach. ij. myrrhæ troglitidis drachmas. ij. croci sesquidrachmam, vini myrtei quod satis est, mellis cocti quod sufficit, præpara, ac vt ere vt dictum est. Eiusmodi pharmaca etiã bibuntur, & valde auxiliantur. Cohibito autem fluxu & sequente dolore, tantundem ponderis cerati rosacei ad pharmaci confectionem addere oportet. Si vero multa fluxio contingit, ad pharmacum succi hypocisthidis drachmas tres conijcito, et florum rosarum aliam drachmam. Vigilijs infestantibus, etiam succi papaueris aliam drachmã addito. *Aliud Nicerati, coeliacis, dysentericis, valde generosum.* Oenanthes drachmãs duas, rosarum siccarum vnciam vnam, mastiches vnc. i. aloes vnc. i. gallarum omphacitidum vnc. i. aluminis rotundi vnc. i. acaciæ vnc. i. ceræ lib. i. picis brutiã quadrantem, olei myrtei libram vnam, arida cum liquidis committito. *Aliud valde præclarum.* Oenanthes vnciam. i. omphacij vnc. i. gallæ omphacitidis vnc. i. aluminis scissi vnc. i. acaciæ vnc. i. cytinorum mali punici, balauitij, mastiches, singulorum vnc. i. vini myrtitæ quantum satis est his subigendis, carnis phœnicobalanorum sexuncem, excipe cerato præparato ex lentiscini libra vna, præpara ac vt ere vt dictum est. Hæc quidem igitur præscripta pharmaca facultatis sunt adstringentioris.

Adstringentioris. Quæ verò deinceps ab Asclepiade prodita sunt, missam facultatem habent, adeo vt etiam induratas inflammationes curẽt, & propterea etiam hepaticis vtilia sunt. Opus enim habent etiã illi adstringentium ad laxantia mistura, non tñ æque vt stomachici. In stomachicis enim medicamentis qualitas adstringentia prædominatur. *Malagma Nilo inscriptum, facit ad distentiones, & ad articularum dolores, dissoluit omnẽ duritiem, facit & ad exarticulata & luxata post declinationem inflammationum impositum, facit splenicis & hepaticis.* Ceræ libram. i. ammoniaci thymiamatis lib. i. olei cyprini lib. i. croci semiuanciã, aceti quod satis est. Ammoniacum dissoluito, deinde sic arida adijcito. *Aliud ex libris Arii Asclepiadei.* Ammoniaci thymiamatis lib. ij. diligẽter tritas in vas fictile conij ce, eiq; floris salis lib. i. adde, & olei cyprini sesquilibram. Coque ad lentum ignem assidue agitando, atq; vbi emplastri formam acceperint, adijce ceræ lib. ij. qua eliquata cũ pharmacum amplius non inquinauerit, eximito, & in mortarium transferto, conuassatumq; diligenter reponito ac vtitor. *Malagma Nilei crocerum, pharmacum accommodatum ad prædictas affectiones, facit et ad eryspelata. Hoc vsus est Licinius Atticus.* Ammoniaci thymiamatis lib. i. ceræ lib. i. rosacei libram. i. croci vnciam vnam, aceti quantum sufficit, præparato pro more. *Aliud Melinum inscriptum aromaticum, hepaticis, stomachicis, & ad præcordia distenta, & omnem neruorum per consensum affectionem.* Ammoniaci thymiamatis drach. c. ceræ ponticæ drach. c. melilotorum drach. xij. croci, myrrhæ, bdellij, singulorum drach. viij. olei cyprini lib. i. *Aliud, facit stomachicis, hepaticis, ad præcordia inflammata, & omnem neruorum per consensum affectionem.* Ceræ drach. c. croci drach. xij. ammoniaci thymiamatis drach. c. myrrhæ drach. xij. bdellij drach. viij. confectionis hedychroi quadrantem, vini dulcis quãtum sufficit, olei cyprini lib. i. præpara pro more. *Aliud Napolitæ, aromaticum inscriptum, pharmacum accommodatum ad internas affectiones.* Ammoniaci thymiamatis lib. iiij. ceræ lib. iiij. rosacei lib. iiij. confectionis hedychroi libræ dimidium, meliloti libræ dimidium, cyperi libræ dimidium, nardi celticæ libræ dimidium, floris iunci odorati libræ dimidium, vini dulcis quod satis est. Arida cum liquidis subacta committito. *Malagmata bona inflammationum citra debilitatem inueteratarum, quæ ad hepatis inflammationes similiter conueniunt.* Malagma Asclepiade ex meliloto Hieraticon, hoc est pontificium inscriptum, stomachicis, hepaticis, & ad viscerum dolores. Nardi celticæ drach. x. cyperi. 3. x. myrrhæ drach. x. cardamomi drach. viij. meliloti drach. xl. croci drach. viij. amomi drach. viij. cyphæos hieratici hoc est, sacrificulorum drach. xvi. ammoniaci thymiamatis drach. xl. resinæ terebinthinæ drach. lxxx. ceræ minam vnam, olei cyprini minam vnam, vini odorati Italici heminam vnam. Præpara, vt dictum est, ac vt ere. *Aliud Basilicum, hoc est Regium inscriptum, faciens ad prædictas affectiones, omnemq; per consensum neruorum affectionem.* Ceræ minas. iiij. ammoniaci thymiamatis minas. ij. resinæ frictæ minam vnam, meliloti minæ dimidium, propolis drach. xxv. myrrhæ drach. xxv. nardi celticæ drach. xxv. styracis drach. xxv. cyperi drach. xxv. iridis illyricæ drach. xxv. cardamomi, panacis, vtriusque drach. xxv. croci, casia, mastiches, opobalsami, amomi, floris iunci odorati, singulorum drach. xvi. vini italici odorati quantum sufficit. Arida cum nardini Asiani aromati libris quatuor subacta pro more præparato. *Malagma polyarchion, facit peripneumonias, stomachicis, splenicis, hydropicis, facit ad affectiones circa vesicam aut vterum, ad omnem neruorum per consensum affectionem.* Ceræ minam vnam, terebinthinæ minam vnam, bdellij minam vnam, ammoniaci thymiamatis, cardamomi, cyperi, singulorum minam vnam, meliloti, amomi, nardi indicæ, croci, myrrhæ, thuris, xylocinnamomi, singulorum drach. xxv. olei cyprini heminam vnam, vini italici quod satis est, præpara pro more ac vt ere quandoque immisto, quandoque dissoluto cum cerato cyprino. *Polyarchi pharmacum accommodatum, facit ad prædictas affectiones, & omnem neruorum per consensum affectionem. Facit etiam ad assiduas cruditates, & corrumpentes cibum, & vomentes bilem, ac omnes inueteratas affectiones. Vfus est eo Iulius Agyrippa, compositio hoc modo habet.* Castorij, amomi, vtriusque sesunciam, piperis albi sesunciam, & longi sesunciam, myrrhæ quadrantem, confectionis hedychroi quadrantem, carpobalsami quadrantem, croci quadrantem, foliorum malabathri, casia rosas referentis, panacis, opobalsami, nardi indicæ, singulorum quadrantem, floris iunci odorati, cinnamomi, vtriusque trientem, pyrethri, croci, cardamomi, singulorum trientem, cyperi semissem, iridis illyricæ, aristolochiæ longæ & rotundæ, singulorum semissem, ceræ lib. iiij. terebinthinæ lib. ij. resinæ laricis quadrantem. In alio exemplari, etiam bdellij trientem, ammoniaci thymiamatis trientem. Vnguenti nardini asiani lib. iiij. Vini falerni quod satis est, præpara pro more. Ego autem adijcio mastiches, cinnamomi, ammoniaci thymiamatis, styracis, aloes, opobalsami singulorum quadrantem. *Malagma Andromachi ex meliloto.* Nardi celticæ drachmas octo, cyperi drach. viij. iridis illyricæ drach. viij. myrrhæ drach. viij. croci drach. iiij. meliloti drach. xxv. ammoniaci thymiamatis drach. l. terebinthinæ drach. l. ceræ drach. c. cyprini heminæ dimidium, aceti quod satis est. Quidam ammoniaci drach. c. conijciunt, facit ad omnia interna. *Malagma Polyarchi ex epistola ad omnia interna.* Cyperi minam vnam, cardamomi minam, manna tantundem, ceræ tantundem, terebinthinæ frictæ sesquiminam, aut liquidæ minas. iiij. cyprini quantum sufficit. Ego etiam bdellij appono minam vnam. *Aliud, altera descriptio.* Cyperi, cardamomi, amomi, bdellij, thuris, balsami, singulorum minam vnam, ceræ sesquiminam, resinæ frictæ minas. iiij. cyprini heminæ dimidium, vini odorati sesquiheminam. Præpara

para ut moris est, ac vtere velut prescriptis. Vt ego componere soleo: Cyperi, cardamomi, amomi, bdellij, thuris, singulorum minam vnam, cera minae dimidium, resinæ frictæ aut terebinthinæ minas. iij. cyprini heminam. i. casia minae quartam partem, ammoniaci thymiamatis minae quartam partem, nardi indicæ, croci, myrrhæ, singulorum minæ quartam partem. Vinum odoratum.

De hepate & eius affectionibus.

CAP. 7.

Cum hæc tractatio postrema omnium à me conscribatur, omnibus sane manifestum esse opinor, quod ex duobus his alterum verum sit. Aut alias omnes inutiles esse & superuacaneas, si quis ex hac sola sufficiens sit omnes affectiones curare, quæ medelam per pharmaca requirant. Aut si quidem illæ vtiliter existant, primum ipsas legendas esse, & in memoriam reuocandas illis, qui hinc aliquid commodi auferre velint. Ipsas etenim methodos curandi prædictas affectiones in. xiiij. libris de curandi methodo inscriptis prodidi: nunc verò tanquam his ipsis cognitis, citra prædictas demonstrationes in memoriâ reuoco ostendens omnino, quomodo nos pharmaca componamus, & quæ à prioribus scripta sunt iudicemus, indeque in usum agere ac assumere confidamus, & sane vtilis hæc speculatio existit. Nam empirici qui suam artem rationis expertem esse volunt, omnia quidem legenda esse censeant, quæ à probatis medicis sunt conscripta: non autem statim in usum assumenda esse, sed prius iudicanda, an singula ex ipsis ea quæ promittunt, opere etiam demonstrare possint. Nos autem experientiam in omni arte magnum quid posse persuasi speculationes tum per rationalem methodum, tum per rationalem indicationem inuentas ad ea, quæ ab ipsis de iudicationis historia tradita sunt, apponimus, demonstrantes qualem facultatem ad ambulandum vtrunque crus exhibet, talem in medicina experientiam & rationem habere. Itaque in tractatione de simplicibus pharmacis per vndecim libros conscripta, singulorum sponte naturæ productorum pharmacorum facultatem qua methodo quis inueniat recensuimus, atque etiam ad particularem ipsorum materiam progressi, vtilissimam ad artis opera facultatem omnem secundum species prodidimus. Consequenter autem ab illo opere, etiam curatiuam tractationem, quomodo quis optime non solum simplicibus, sed etiam compositis vtatur, exposuimus: simulque vias compositionis ipsorum omnes indicauimus. Ceterum in proposito iam opere, quomodo varietas compositorum medicamentorum inducta sit ostendimus, ac certos iuxta speciem scopos tum compositionem, tum usum ipsorum deducentes, ampliusque iudicationem eorum quæ iam ante scripta sunt docentes. Cum igitur consequenter post prædicta ad affectionum hepatis doctrinam progredi velimus, affectus circa ipsum consistentes non nuda doctrina, sed ratione exquiritos referemus, & ab vniuersalibus scopis curationis ipsorum, quos in curandi methodo tradidimus, ad compositorum doctrinam perueniemus. Primum igitur omnium discernendum est, num debilitas quædam visceris adsit, quemadmodum etiam de ventre diximus, aut etiam alia quædam affectio ipsum apprehenderit, aut citra debilitatem affectum sit, inflammatio, aut induratione, aut abscessu laborans, aut obturatione. Quemadmodum etiam an erysipelatosam habeat affectionem, aut vlcus, aut aliquam putrefactionem. Nam & in hoc hepaticâ affectionem dicunt, quemadmodum etiam ore ventris affecto plerique medici ac idiotæ stomachicam affectionem vocant, in multis symptomatibus, non tam omnibus circa vnâ affectionem accedentibus contingentem, sed circa multas vna quadam generali cõmunitate comprehensas, & tamē inter se in tantum differentes, vt aliquæ ipsarum maxime contrarie existant. Quomodo enim non maxime contrariam quis dixerit frigidam in temperaturâ calidam, humidam siccam? quanquam secundum genus eadem sint: ferme autem omnia contraria eadem genere si quis dixerit, non peccabit. Contrariorum enim notio contingit, vbi plurimum inter se distant. Plurimum autē distat à medijs in quocunque genere ea quæ extrema sunt, adeo vt contraria sæpe quidem eadem videantur iuxta communis generis fines, sæpe vero generalioribus contrarijs supra ipsa ascendentibus, ab illis comprehendantur. Illa ipsa vero ob id omnino contraria sunt, quod cum vnus generis sint, plurimum inter se distent, adeo vt quæ his subiacent, primū & supremum genus cõmune habeant. Atque hoc quidem hoc loco semel à nobis obiter & accessione loco dictū, semper in memoria teneatur, ne videlicet cuiuspiam videri possit à seipso dissentire, qui aliquando vnâ affectionem in duobus hominibus eandem esse dixerit, aliquando non vnam, neque eandem, sed duas contrarias. Intemperie enim vnam quandam affectionem generaliter appellant, sed quæ in contrarias differentias secetur. Licet enim secundum hoc quod diximus, duo & tria & plura iuxta particulares differentias inter se contrarijssima esse, & secundum hoc debilitatis hepatis affectionem vnâ esse, quæ intemperiem vocant, præfatus, non male rursus dixerō non vnâ, sed octo affectiones esse, propterea quod tot differentiarum intemperierum existant. Etenim rursus iuxta aliam affectionem duæ intemperierum differentiarum fiunt, & rursus iuxta aliam tres: hæc quidem in qualitatibus solis, affectis partibus alteratis: hæc verò cum humoribus quibusdam, aut in spatijs affectarum partium contentis, aut in ipsis corporibus irriguis ab illis factis. Circa ventrem igitur & intestina vna in singulis est cauitas, quæ vitiatam humiditatem suscipere potest. Verum circa hepar tot numero sunt, quot sunt arteriæ & venæ. Cum verò hæc omnes angusta oscula habeant, qua parte lima huius visceris cum gibbis coeunt ac committuntur, obturatio & oppilatio vitiosorum humorum aliquando contingunt, ad quas putrefactio consequitur in calidis breui, in frigidis

A frigidis intemperaturis verò non citò, sed temporis progressu accedens. Fit autem intemperatura iuxta propriam hepatis substantiam, quam Erasistratus putat præterfusionem quandam, parenchyma græci appellant, & non principalissimam visceris partem esse. Fit etiam intemperatura circa contentas in ipso venas & arterias, & iuxta materias in spatijs ipsarum contentas. Cum autem habeat hoc viscus non vnam sed plures facultates actionum, quas vitæ tempore operatur, easque tot numero, quot sunt actionum species: contingit sæpe vnam ipsarum præcipue lædi, sæpe duas, & tres, atque omnes quatuor simul. Actio namque ipsius vna quidem attrahere cibum & alimētum in sese. Altera verò obuolueret & continere, donec permutans ipsum suipsum faciat partem. Est igitur hæc ipsius facultas principalissima & ferè prima, concoquere videlicet & permutare ac alterare atque assimilare sibi ipsi alimentum, quam alterationem vocamus: quæ verò iuxta hanc alterationem remanent recrementa, ea per aliam facultatem, quam excretiuam & expulsoariam nominamus, expelluntur. Ostensum autem est quod hæc facultates omnes in omnibus sunt partibus corporis per omne vitæ tempus: omnes enim familiare sibi attrahunt, & alienum excernunt, attractumque temporis progressu alterant, quo tempore etiam retinent & constringunt. Vocatur autem alteratio ipsa, vsque quò in similitudinem partis quæ nutritur transmutatur, concoctio. Vbi verò iam partem apponitur, nutritio. Cum igitur hepar præ imbecillitate ex ventre & intestinis alimētum trahere non potest, liquida & nondum iusto modo exuccata per sedem excernuntur, & si quidem venter simul cum hoc viscere fuerit imbecillis ac non probe concoquens, cruda. Si verò validus fuerit, concocta quidem, sed liquida, propterea quod nulla, aut omnino modica digestio ac distributio ad hepar est facta. Si verò traxerit quidem hepar in seipsum ex ventre & intestinis alimentum, sanguificare autem ipsum præ debilitate nequit, quemadmodum in ventre multiformis corruptio contingit eorum quæ cruda remanent, sic etiam circa hepar. Dico autem nunc cruditatem solam, non comprehendens hoc sermone tardam concoctionem. Quod si velis alimentum crudum permanens, & alterationem, quæ fit à particula iuxta naturam, non assumens, itidem crudum appellare, neque ego fugio appellationem, si mihi saltem differentia rerum conseruetur. Peior enim est transmutatio in peregrinam qualitatem iuxta cruditatem facta, moderator verò ea est, in qua alimentum suam naturam quam diutissime seruat nulla alteratione ex particula, quæ ad ipsum concoquendum à natura destinata est, suscepta. Atque & tertia præter has species est frustratæ concoctionis, cum semicoctum sit alimentum. Et circa ipsam sanè exactam concoctionem frustratam, hepaticis sanguinolentus humor per alium excernitur talis consistentiæ, veluti si quis sanguinem cum aqua confudisset: & plerique sanè medici imaginem eius depingentes scripserunt talem eius compagem esse, velut si quis victimæ recens maceratæ carnes aqua lauasset. Et plurimæ hepaticæ affectiones ab eiusmodi excretionibus initium capiunt, nondum magnam debilitatem hepate habente, sed adhuc concoquere, & alimentum alterare velut in formam sanguinis potente. Aucta autem affectione nihil amplius tale excernitur, sed multiformes aliæ qualitates & compages, velut à ventre ex cruditate laborante. Verum in ventre ciborum ipsorum corruptiones manifeste apparent, circa hepar verò distributum alimentum ad sanguinem prius in viscere existentem admiscetur, corrumpiturque temporis progressu etiā hic, vna cum alimento circa ipsum non concocto. Calida igitur intemperie circa viscus existente colliquationes fiunt, primum humorum, deinde etiam carnis ipsius hepatis, & euacuatur per ventrem bilis crassa, graueolens, & abunde colorata, quemadmodum in pestilentibus febribus contingit. Frigida verò intemperie existente, neque alidum excretionem, neque multæ fiunt, durat tamen affectus diutius, & per aliquos dies profluet ipsius venter maiori copia, cuius neque foetor similis est ijs quæ ex calore sunt liquefacta, neque color similis, aut compages, verum minus graueolentia ab his excernuntur speciem putrefacti sanguinis, non colliquatæ carnis habentia. Aliquando verò id quod excernitur velut sanguis niger apparebit, verum diligenter consideranti neque sanguis niger est, neque grumus, sed velut limus quidam sanguinis crassi, qui propè ad atram bilem accedat, & plures ac agrè iudicabiles colores circa eiusmodi affectionem in egestionibus apparēt. In vtraque autem intemperie tum calida, tum frigida, quado intemperatura humida & sicca fuerint admixta, liquidiora in humiditatis complexu, sicciora verò ex siccitatis copula sient recrementa. Scopus igitur curationis in eiusmodi affectionibus fit communis quidem iuxta intemperiei contrarietatem, peculiaris autem vnicuique per cuiusque contrarietatem. Affectio igitur Hepatica peculiariter appellata, veluti etiam coeliaca, & stomachica, citra tumores præter naturam circa ipsas partes contingit. Inflammatum enim esse hepar, aut abscessu laborare, aut induratum esse medici dicunt, aut aliud quippiam tale, non tamen hepaticum vocant hominem ipsum cui tale quippiam accidit. Verum quando citra manifestum aliquod in viscere malum, in proprijs actionibus debilitatur, tunc agrum hepaticum appellant. Videamus igitur primum ea quæ scripserunt ij qui ante nos de pharmacis optime & studiosissime tradere sategerunt, initio ab ijs quæ Andromachus prodidit facta. Hic enim vir in libro internarum affectionum curationes continente multas hepaticas confectiones conscripsit, quarum omnium faciam mentionem hoc loco, ipsius verbis in medium adductis, & primum sanè Antidotot adscribam.

Quinta Classis.

bbbbb ij Que

Quae pharmaca ad Hepaticos ab Andromacho sunt conscripta.

CAP. 7 E

Andromachi antidotus Cyphoides ad hepaticos, & omnia thoracis vitia. Vuae passae carnis drach. xxv. alij drach. c. croci drach. i. alij obol. iij. calami drach. ij. & dimidiam, bdellij drach. iij. floris iunci odorati drach. ij. & dimidiam, myrrhae drach. iij. terebinthinae drach. iij. alij drach. xvi. ramentorum aspalathi drach. ij. mellis drach. xvi. vini quod satis est. Haec quidem est antidoti descriptio. Appellavit autem hanc cyphoide, hoc est, cyphoformem, ob similitudinem. Nam & odore & gustu similis est cyphi ab Aegyptijs appellato, qui sane primi hoc pharmacum composuerunt, & utuntur eo quotidie ad vaporem edendum accenso in deorum honorem. Plurima autem eorum quae in illo thymiamate & suffumigatio scripta sunt, eadem sunt cum ijs quae in hoc pharmaco habentur: quin & suffumigari hoc ipsum similiter ut cyphi potest. Compositum est autem ex moderate adstringentibus, & resiccantibus, ac discutientibus vitiosos serosos humores, & corrigentibus humorum malitiam, & contrariam vim habentibus aduersum putrefactiones, quorum plurima ex aromatum sylua existunt. Habet itaque pharmacum hoc cinnamomum omnes putredinosas & venenosas facultates corrigens, non solum serosorum & aliorum humorum, sed etiam letalium pharmacorum. Quemadmodum & feris virus etiaculantibus contrarium existit. Consequenter autem post cinnamomum casia eandem vim habet, optima videlicet & cognata ipsi cinnamomo: & post hanc omne aromatum genus velut hic est nardus, & iuncus odoratus, calamusque & myrrha. Haec enim ad propositum pharmacum iniecta sunt iuxta iam dictam ratiocinationem & modum. Quemadmodum etiam ex ijs quae apud nos gignuntur, aspalathus, & crocus, adstringens & concoctorium pharmacum, & quod corrigit putrefactiones. Caeterum vuae passa contemptilis videri possit ob familiarem eius usum, at vero hoc ipsum eam facit vtiliorem, nam cum familiaris nobis sit, in tantum adstringens est, quantum opus habet viscus affectum. Habet autem & vim concoctoriam crudorum humorum, & vim coerendi maligna, fitque ipsa haud facile putredini obnoxia, & ultra haec secundum totam substantiam visceri ipsi familiaris est & propria. Didicimus enim quod alimenta secundum totam suam substantiam, proprietatem ac familiaritatem habent ad ea quae aluntur, quod maximum est in huiusmodi affectionibus curandis quae iuxta intemperiem fiunt. Optime enim in ipsis faciunt quae vna cum hoc quod intemperiem curant, etiam alere possunt: & ob id etiam vinum convenientissimum est citra inflammationem, aut erysipelas, aut abscessum, aut calidam intemperaturam agrotantibus. Nam & nutrit, & concoquit, & roborat, & putrefactioni resistit, & si intemperies ex humiditate facta sit & frigiditate, eam citra omnem molestiam ac secure perfanat. Eadem est & mellis facultas praeterquam quod non condensat substantiam corporum quae contingit, sed pro hoc vim extergendi, & aperiendi, ac puros reddendi meatus, & vrinam ciendi, non parua sane auxilia possidet. Porro admixtum est a compositore pharmaci bdellium, sufficienter emolliens & concoquens, velut didicimus, ampliusque moderate discutiens. Consimilem ferme vim terebinthina resina habet, supra hoc quod angustus meatus extergit & expurgat, quibus auxilijs viscus curandum opus habet, quod osculorum venarum in ipso commissurae laxae & ab obturatione liberae permaneant. Didicimus namque quomodo obturatio efficiat putrefactiones. Aliqui tamen huiusmodi confectionum compositores, quemadmodum etiam prius in stomachicis dictum est, opium, aut hyoscyamum, aut quippiam aliud ex refrigerantibus miscendo, ad calidas intemperies vtile pharmacum effecerunt. Et ob id etiam Philonis Antidotus mirifice semel tantum exhibita hepaticam intemperiem sanauit, id quod & compositor eius testatum reliquit. Verum ex pharmacis hepaticis ab Andromacho conscriptis nullum est huiusmodi. Et sane vehementer refrigerans nullum esse debet, sed qualia tum ab alijs, tum ab Asclepiade sunt scripta. Nunc igitur hepaticas antidotos consequenter ab Andromacho proditas subscribam, modo memoria nos teneamus nullam ipsarum calidis intemperaturis conuenire, sed aut humidis, aut frigidis, aut ex vtriusque compositis, aut certe humidis quidem fortiter, calidis vero moderate. Conscribentur autem omnes iuxta ipsius Andromachi dictionem. *Alia Cyphoides ad hepaticos, ex libris Galii, ad tusses item & reiectiones.* Croci drach. i. cinnamomi. 3. i. myrrhae drach. vnam, bdellij drach. iij. aspalathi obol. iij. iunci odorati drach. iij. calami drach. ij. casiae drach. i. nardi indicae drach. i. terebinthinae drach. vi. carnis passiarum vuarum drach. clx. mellis heminam dimidiam, vini chij quod satis est ad macerandam vnam passam, bdelliumque ac myrrham. Resinam vero melle liquefacito, & deinde omnia mista ac trita reponito. *Alia ad Hepaticos & Ictericos.* Amygdalarum amararum drach. ij. anisi drach. i. absinthij, cumini, seminis apij, singulorum drach. i. cornu cerui obol. iij. trita cum aqua in pastillos triobolares redigito, ex eisque vnum mane ac vespere cum vino mulso dato. *Nectarea Antidotus ad hepaticos, & arquato laborantes.* Helenij sesquialtera, crocomagmatis lib. ij. aristolochiae vnc. i. petroselinij vnc. i. piperis nigri vnc. dimidiam, myrrhae vnc. i. mel quod satis est. *Antidotus hepatica Athanasia appellata, facit et ad nephriticos & ictericos, multum mouet sudorem.* Croci drach. ij. cinnamomi drach. i. nardi drach. ij. casiae, myrrhae, iunci odorati, singulorum drach. i. melle attico excipe. Datur fabae graecae magnitudine, febricitantibus ex aqua

* al. drach. i.

* al. ij.

Aaqua mulsa. *Hepatica admiranda, qua Pharnaces herbarius egrotus vsus est.* Croci drach. ij. mei, asari, phu pontici, dauci, petroselinij, myrrhae, singulorum drach. iij. nardi indicae & celtice vtriusque drach. vi. costi, casiae, iunci odorati, singulorum obol. iij. carpobalsami drach. iij. & dimidiam, rubiae drach. viij. succi radicis dulcis drach. iij. hemionitidis herbae drach. iij. polij drach. iij. succi balsami drach. vi. confectionis hedychoi drach. v. mellis quod satis est. Vtere, ad omnia vitia efficax est, nucis ponticae magnitudine, cum vino mulso. *Antidotus Hepatica a Nearcho laudata.* Radicis panacis, rubiae, eryngij, eupatorii, helenij radicis, polij, costi, aristolochiae, piperis, scolopendrij herbae, seminis cucumeris, chamæpityos, radicis gentianae, milti siue rubricae sinopidis, fellis vrisini, spicis nardi, baccarum iuniperi, seminis brassicae, seminis eruca, singulorum par pondus, melle attico cocto excipe ac vtere. *Antidotus Hepatica Dioscori.* Cinnamomi, casiae, vtriusque drach. iij. croci, nardi, costi, seminis balsami, hyperici, glycyrrhizae, singulorum drach. viij. Excipe melle attico, ac exhibe nucis ponticae magnitudine. *Alia ad Hepaticos, & reliquos internos affectus, ut Aristoteles.* Piperis grana. xl. myrrhae drach. viij. croci, costi, mei, acori, nardi, dauci seminis, petroselinij, scordij, singulorum drach. iij. cinnamomi drach. xij. casiae drach. xij. mellis quod sufficit. Datur nucis ponticae magnitudine. *Porio ad hepaticos, & spleniticos, nephriticos, hydropicos, auxiliatur & stomachicis, & molestijs ex partu, & conuulsis, Prodest conualescentibus & se rescipientibus ex infirmitate. Facit ad vitiosos humores, ictericos, & tusses, ac pleuriticos. Est etiam antidotus ad letalia pharmaca, & ad febrarum plagas.* Nardi indicae drach. ij. costi drach. ij. casiae drach. i. croci drach. i. piperis albi obol. v. alij. drach. ij. seminis apij drach. i. obol. iij. iridis illyricae tantundem, acori drach. i. obol. i. opobalsami drach. i. succi ari masculi drach. iij. vuae passae exacinate drach. vi. terito cum passo, aut melle excipito, et drach. i. cum vino diluto dato, aut cum aquae mulsae cyathis. iij. aut ut conueniens fuerit. Haec quidem sunt Hepaticae confectiones ab Andromacho proditae. Transibo autem iam inde ad eas quas Asclepiades tradidit in tertio internorum, quae Mnasoni inscribit.

Confectiones Hepaticae ab Asclepiade conscriptae.

CAP. 8.

Primam equidem confectionem Asclepiades Antonij Musae esse dicit, hoc modo compositam. Succu cichorij cyathum vnum cum aquae calidae cyathis. iij. dato, mellis attici cochleario addito. Aut filicis vel anethi succu cyathum vnum cum aquae mulsae cyathis. iij. dato. Aut picridis recentis, aut seridis recentis succu cyathum vnum cum aquae mulsae calidae cyathis. iij. Haec prima est descriptio trium pharmacorum in Asclepiade libro. Cichoria itaque & seris cibarij generis existunt. Apud nos nanque rurales ambo haec edunt & cruda & cocta. Vtitur eis etiam Erasistratus abunde in affectionum circa aluum cura. Facultas horum olerum subfrigida est et subamara ac moderate adstringens, & propter has qualitates, optima pharmaca calidis intemperaturis ipsius hepatis existunt. Ultra hoc enim quod moderate refrigerant, amplius & robur visceri addunt per adstrictoriam facultatem. Insuperque commissuras osculorum venarum in sima visceris parte ad eas quae in gibba sunt, extergent. Neque vero frigidas intemperies magnopere laedunt, quemadmodum quae frigidam humiditatem absque adstrictione aut amaritudine possident, facere solent. Iuuare etiam viscus talium olerum substantia potest, etiam si citra serosorum aut aliorum humorum vitiationem intemperies fiat per se, & cum humiditatis cuiuscunque complexu: ex mistura enim mellis, humiditatem per vrinam educunt. Quapropter etiam si siccata tusa quis portioni inspergat, itidem iuuant. Quin & decoctorum decoctum potatum multum commodi affert. Si vero non calida aliqua intemperies infestet, aut si obturatio quaedam sit circa viscus, magnopere auxiliantur ex vino albo tenui potata cum his quae vrinam ciunt. Vtilis autem non solum succus ipsorum est tum recens, tum exiccatus, sed & ipsa olera exiccata tusaque ac trita potui insperfa, & eorum decoctum in potu acceptum auxiliantur. Caeterum ad visceris expurgationem & meatuum apertionem, citra manifestam calfactionem aut refrigerationem, optimum pharmacum filix est, predominantem habens amaram qualitatem. Anethum vero nihil forte habet ad huiusmodi affectiones, sed modice refrigerati ac condensati visceris curatium existit. At vero catapotium ex chamæpity, cuius itidem meminit, eiusdem cum predictis facultatis est. Amarum enim & hoc pharmacum est. Nihil igitur mirum est, ipsam chamæpityn tum per se, tum cum cichorio potatam, hepaticas intemperaturas iuuare. Quemadmodum Asclepiades scripsit in haec verba. *Catapotium hepaticis.* Radicis chamæpityos drach. viij. radicis cichorij drach. iij. contunde & excipe melle cocto, ac praebere nucis ponticae magnitudinem, & aquae calidae cyathos tres insuper bibendos. Haec Asclepiades scripsit. Iuuant autem predictae herbae hepaticos, non solum radicibus ipsarum acceptis & preparatis, velut Asclepiades prodidit, sed & succo, & decocto, & arida coma vna cum semine tusa ac trita, assumptis. Quin & Sphendammij, id est, aceris radix tusa & trita, nam & huius meminit, eiusdem est cum predictis facultatis. Exhibet autem ex ea drach. i. cum vini mulsu diluti cyathis tribus. Insuper & ex nardo celtica pharmacum, cuius item meminit, his consimile est. Scripsit autem ipsum sic: Nardi celticae partes tres, absinthij partem vnam, tusa & cribrata melle cocto excipito, & mystrum delingendum dato. Et quod post hoc scriptum est, consimile ipsi existens in reliquis, plus habet de vi expurgandi ipsum viscus per vrinas. Scripsit autem sic Asclepiades de ipso. *Pastillus hepaticus amarus.* Anisi, seminis apij, asari, Quinta Classis. bbbbbb iij amygdalarum

amygdalarum amararum mundatarum, ablinthij, lingulorum drach. iij. prapara cum aqua & re-
duc in pastillos, ac exhibe drach. i. cum vini diluti cyathis. iij. febrientibus cum aqua multa. Hoc
pharmacum leniter quodammodo est calidum propter vrinam cientium misturam. Reliqua ve-
ro omnia superiora, aut prædominantem habent frigiditatem, aut omnino neque hanc, neq; cali-
ditatem. Verum vim extergendi, & vias digestionis ab obturatione vindicandi omnia habent.
Alia insuper medicamenta ab Asclepiade scripta sunt, partim extergendi ac aperiendi & secandi
vim habentia, partim verò calidiora paululum quam sunt media: media autem dico quæ neq; cal-
faciunt, neq; refrigerant manifeste. Vnum verò inter ipsa calfactorum est, vbi ait: Costi triti co-
chlearium præbe cum aquæ multæ calidæ cyath. iij. Reliqua verò, quæ prope ad medium tem-
peramentum accedētia, ad caliditatem vergunt, hæc sunt. Helenij drach. xij. crocomagnatis
drach. viii. excipe cichorij succo, & fac catapotia, eaq; pro viribus exhibe, datur ad summum
drachma ex vini mulsi diluti calidi cyathis tribus. Hoc pharmacum poterat & absq; helenio ca-
lidis intemperaturis conuenire. Quoniam autem helenium extergentibus admistum est, ad cali-
ditatem vergit, nisi quis omnino modicum de eo cum multa frigida permisceat. Quin & id quod
ex fœniculo constat calfactoriū est, sic habēs. Fœniculi drach. i. petroselini drach. ij. anisi, amygda-
larum amararum, ablinthij, lingulorum drach. i. croci, myrrhe, vtriusq; obol. iij. excipe aqua, ac re-
dige in pastillos, & dato drach. i. vt supra prædictum est. Etenim hoc loco fœniculum quidem &
petroselinum multum calfaciunt, reliqua verò moderate. Amygdalæ verò attenuatoriæ sunt fa-
cultatis, & præsertim si fuerint amara. Medium autem quodammodo inter calfacientia & refrige-
rantia est hoc pharmacum, quod Asclepiades scripsit hoc modo. *Eclegma hepaticum Paulini, auxi-
liatur confestim.* Chamæpityos sicca lib. i. myrrhæ vnc. i. passii protropi sextar. iij. Chamæpitym
& vinum dulce coquito, & vbi super fuerit tertia pars, liquorem exprimito, eiq; mellis atticci libræ
dimidiam adijcito, ac rursus coquito. Postea verò myrrham addito assidue agitando, atq; vbi dis-
soluta fuerit, ab igne ablata reponito, & ante cibum mystriū exhibeto. Scripsit & ex cochleis phar-
macum hepaticum Asclepiades huiusmodi. Cochlearum trium carnem valde probe terito, &
affusis vini nigri cyathis tribus calfacito, ac bibendum dato. Videtur autem hæc iuxta totam sub-
stantiam efficacia esse, non secundum vnam aut alteram qualitatem. Quale est et lupinum hepar,
cuius abunde experimentum habemus. Vfus autem ipsius consimilis cochleis est: teritur enim
exacte hepar lupinum, & datur drach. i. cum vino aliquo dulci, qualia sunt theræum, creticum, &
scybelite, ac dulce protropum. Benigna enim hæc sunt visceri, ipsum nutrire potentia, & media
iuxta calidi & frigidi oppositionem, & ob id talia pharmaca omnibus intemperaturis conuenire
videntur, vt quæ ex substantiæ proprietate commoditatem de se exhibent, & neque calidas, ne-
que frigiditas intemperies lædant. Atqui in febricitantibus manifesta febris, aut non obscure, velut
solet aliquibus hepaticis accidere, melius est ex aqua calida pharmacum præbere, aut ex aliquo
prædictorum succorū, velut est seridis succus. Ad induratas hepatis affectiones. Et ad has Ascle-
piades quatuor pharmaca his verbis scripsit. *Confectio ciens vrinam, facit ad induratas hepatis affe-
ctiones, ad splenicis, & agere se à morbo recolligentes, ad hydropicos, & in vniuersum bonum colorem inducit.*
Croci, nardi, castæ, singulorum drach. ij. costi, floris iunci odorati, cinnamomi, myrrhæ stactæ, sin-
gulorum drach. i. mellis cocti drach. xxv. Datur fabæ Ægyptiæ magnitudine cū vini mulsi cyath.
iij. *Alia, qua vsus est Pasicrates, vrinam multam ducit.* Seminis dauci sesquidrachmam, radicis rhu-
ponticæ, floris iunci odorati, seminis balsami, cedrinum, anisi, nardi indicæ, croci, cinnamomi, ca-
stæ, phu, asari, petroselini, chamæpityos, singulorum drach. i. & dimidiam, mentæ sicca obol. iij.
nucleorum pinearum nucum repurgatorum numero. l. Excipe melle cocto, & dato nucis ponti-
cæ magnitudinem cum vini mulsi diluti cyathis. iij. *Alia antidorus ex felle vsino, pharmacum ac-
commodatum ad induratas hepatis affectiones.* Chamæpityos, marrubij, seminis petroselini, gentia-
næ, seminis viticis, fellis vrsi, sinapis, seminis cucumeris, scolopendrij, panacis, rubricæ Lemniæ, H
rubicæ, seminis brassicæ, aristolochiæ, piperis, nardi indicæ, costi, seminis apij, seminis erucæ, eryn-
gij, polij, echij, eupatorij, baccarum iuniperi, singulorum drach. vnam, tusa & cribrata melle exci-
pe. Datur nucis auellanæ magnitudo in vini mulsi cyathis duobus. *Alia accommodata, facit
& ad alias internas affectiones citra tussim.* Radicis gentianæ, chamæpityos, marrubij, seminis petro-
selini, fellis vrsi, sinapis, seminis cucumeris, scolopendrij, panacis, rubricæ sinopice, rubicæ, semi-
nis brassicæ, aristolochiæ longe, piperis albi, spicæ nardi, costi, seminis erucæ, eryngij, bacca-
rum iuniperi, seminis fraxini, chamædryos, dictamnii cretici, seminis cestri, seminis dauci, singu-
lorum vnciam vnam, mellis atticci quod satis est. Datur nucis ponticæ magnitudo, liquor sit pas-
si cretici cyathi duo. Hoc pharmacum vsu & experimento approbatum est. In alio exempla-
ri etiam pelecini tantundem habetur. Citra prædicta quatuor pharmaca recte fecit Asclepiades
quod non simpliciter adscripsit, velut in alijs, quod ad hepaticos ipsis sit vtendum, sed cum appo-
sitione, ad induratas videlicet affectiones. Humidæ etenim visceris affectiones exolutum &
imbecille ipsum facere solent, veluti sunt articuli laxati: siue autem cum frigiditate, siue cum
caliditate, siue sine his laxitas ipsius sola constiterit, penitus adstringentibus pharmacis opus ha-
bet: verum hoc aut cum calfacientium mistura, si frigida qualitas prædominetur, aut cum refri-
gerantium,

A gerantium, si calida. Quæ verò ob frigidos & crassos ac viscosos humores in solidis corporibus
imbibitos indurantur, ex necessitate frigidam habent affectionem. Quare & calfacientibus, si-
mulq; tenuium partium pharmacis opus habent. Hæc enim sufficientia sunt, & ad viscositatem
humorum induratis partibus infartorum extergendam, & ad secandam crassitudinem, & discuti-
endos ita extenuatos. Verum in quinto de simplicium pharmacorum facultate, vbi de eius-
modi affectionibus sermo mihi habitus est, emollientium medicamentorum misturam laudauit,
nimirum vt præparantem indurata corpora, & prædictis pharmacis idonea facientem: citra ve-
rò præemolliationem diffunduntur quodammodo ea ipsa corpora, & euestigio manifestam im-
minutionem habent: sed in immedicabiles reliquias terminatur res vbi fuerint superreficcata.
Hæc eadem & in. xiiij. methodi curatoriæ nobis sunt dicta. Igitur & circa hepar coniectare oportet
emollientium misturam. Nam cum compagis humectæ sit hepatis corpus, valde moderate
opus habet emollientibus: prædominatur itaque in ipso præter aliarum partium induratarum mo-
rem, calfacientium & attenuantium mistura. Merito itaque ex præscriptis quatuor pharmacis
Asclepiades postremum maxime laudat, vt quod multam de se experientiam præbuit: ex aroma-
tis enim componitur attenuare ac discutere valentibus, aliaq; pharmaca adsumpsit, acria secan-
tiaq; ac discutioria: mitigatoria autem his admista sunt, cucumeris semen ac iuniperi bacca. Dein-
de verò mel & eryngium velut vrinam cientia his addita sunt, quò exterfæ visceris affectionis per
vrinam deductio fiat.

Quæ Archigenes ad Hepaticos in secundo pharmacorum secundum genus scripsit. CAP. 9.

In hepaticis conueniente prægresso ductu per alimenta, vnciones, communia cataplasma-
ta, venæ sectionem, cucurbitas, sinapismos, dropaces, & consimilem dietam, amplius conscri-
bendis compositis potionibus & malagmatis optime ipsis conuenientibus vtaris. Et potioni-
bus quidem his. Senecionis decoctum vt valde commodum exhibeto. Nascitur autem huius
caulis maxime in tegulis. Aut vnguenti nardini cochlearia quatuor quotidie bibenda dato, &
maxime in induratis. Aut aristolochiæ obolos. iij. propinato febrientibus ex aqua, febre carenti-
bus ex vino: valde benefacit. Aut trifolium acidum in aqua coquito ad tertias, & per triduum
bibendum dato pro vice cyathum vnum. Aut fel vrsinum in vase leniter feruefacito, & in sole
reficcato, atque ex eo hepaticis cochlearium vnum dato. Aut radicis rubi corticis minam vnam,
cum aquæ congio vno, in nouo vasculo ad residuum quartæ partis coquito, & ad succum per no-
ctem sub dio expositum mellis cyathos. vi. admisceto, & ieiunis ad triduum bibendum dato. Aut
pseudobunij obolum vnum dato cum melle ieiunis. Aut dauci & fœniculi radicis dimidium,
cum aceto mulso ad tertias coquito, & ieiunis cyathum vnum exhibeto. Aut glycyrrhizæ succi
obolum vnum aut duos ieiunis dato, & aluum subducit, & vrinam mouet. In magna duritia,
abrotōni succum quam crassissimum præbe bibendum. Aut acori obolum vnum, panacis tan-
tundem cum aqua propinato. Aut spicæ nardi decoctum assidue exhibeto. *De cataplasmatibus.*
Cataplasma porò Hepaticum fit, malis coroneis cum farina hordeacea & fœnogræco coctis. Aut
semine lini trito cum polenta in vino cocta, aut ipso lini semine in passo cocto. Aut semine lini
trito cum melle subacto. Aut capparidis radice in aceto mulso cocta. Aut farina hordeacea cum
ficibus. Aut oleæ radice in vino cocta. Aut myrobalano tusa cum vino. Aut cerato ex phœ-
nicobalanis facto. Summe enim ad hepatis inflammationes facit, maxime in quibus etiam sto-
machus affectus est, & costæ dissentant. Aut palmulam reiecto interno nucleo diligenter
tundito, & cum æquali parte cerati rosacei in mortario probe vnito rosaceum adstillando, atque
ita imposito. Aut myrrham aminæo vino macerato, & palmulis admisceto, & lineteo infarto
imposito. Cæterum malagmata quibus quis vti possit in inflammatione hepatis citra manifestā
causam, post irrigationes & cataplasmata, iam ante scripta sunt in sermone de oris ventris inflam-
matione, nimirum communia illi & hepatis existentia, in quibus sunt etiam quæ ex meliloto præ-
parantur, & polyarchium. Verum etiam nunc apponentur quædam ex ipso Andromacho.
Malagma Andromachi ad hepaticos. Ammoniaci Thymiamatis, drach. cxliij. alij drach. centum
habent, bdellij drach. xxiiij. alij centum, aceti hemina quartam partem, cyprini heminam vnam,
ego verò hemina dimidium. *Malagma Apolophanis.* Ceræ drach. lxxx. bdellij drach. lxxx. }
ammoniaci thymiamatis drach. lxxx. terebinthinæ drach. xl. mannæ thuris drach. xl. cum irino
contundito.

*Malagmata à Damocrate conscripta ad hepar & præcordia. Quædam ex eis etiam
ad torum ventrem & splenem. CAP. 10.*

Affecta si quis per stomachum præcordia,
Et per iecur, intestina per, dein per colum,
Per ventriculum, aut viscus aliud sic proprie
Dictum, volet inquam læsa quis præcordia
Malagmate integere bono & percommodo,
Primum paratum habebit hoc longe antea.
Recens enim, est ægris minus firmum ac valens.
Quinta Classis.

bbbbbb iij Ceræ

Ceræ capit quod ponticæ libras duas,
 Ammoniaci thymiamatis solam libram,
 Terebinthinæ frictæ pariter solam libram,
 Vstaq; resinæ piceæ simul libram,
 Et post trientem cardamomi seminis,
 Aridæ cyperi tantundem, item myrrhæ bonæ,
 Pondusq; par vni horum iridis mox candidæ,
 Sextantem & inde celticæ spicæ integre,
 His vnciam vnam & dimidiam croci boni,
 Et sex meliloti, item duas, besslem puto.
 Verum melilotum præstiterit hic atticum.
 Recentis & cyprini libras olei duas.
 Oleum cyprinum tu cum reliquis liquoribus
 Et decoque lenta flammula, & deradito.
 Dein tusa, cribrata & reliqua, vino bono
 Rigata, per noctem integram & totam diem,
 Vinum omne donec combibant, seponito.
 Vinctisq; post cyprino manibus hæc pharmaca
 Mortario amplo vni, & simul committito,
 Mollisq; pelle tecta simul reponito.

Aliud melagma eiusdem.

Aliud valens ætas itidem si accesserit.
 Verum hoc magis affectus vitiantes mox habitum.
 Quicumq; non cum flatibus, feruentibus
 Et phlegmonis lædunt diutioribus,
 Et viscera irritant grauib; doloribus,
 Iuuat: solubiles male & iam duritias
 Soluit, soluta mole earum celeriter.
 Paratur hoc modo, vt bonæ terebinthinæ
 Libram mediam, tantumq; ceræ ponticæ,
 Foenic; græci vnam capias puri libram,
 Et de nitro, & de panace vnicam libram,
 Rursus anisi seminis vnicam libram,
 Pinguedinis puræ vituli simul libram,
 Pondusq; par contusæ & albidæ iridis,
 Parum de aceto, tres cyathos sine dimidio,
 Mellis duas libras recentis attici,
 Ammoniaci thymiamatis solam libram
 Quidam addidere, verum alij libras duas.
 Sic tusa, cribro excussa; tenuissimo,
 Cataplasmatibus modo, sed & mel addito
 Nec omne acetum, coquito, vbi molle fuerit
 Addas calenti exiguam aceti stillulam,
 Ceræ liquatæ infusor, & pinguedini,
 Terebinthinæq; coctæq; egregie simul
 Omnia manibus exactius committito,
 Et vasculo maiore derasa excipito,
 Virus haud mox, inualidum est factum recens.

Aliud Damocratis malagma.

Odorum & hoc, tollensq; mox vitia hepatis,
 Affectiones renibus, colo & graues,
 Stomacho simul & vuluæ diutiusculas.
 Idemq; iam corrupto habitu superdatur,
 Morboq; longo pallidis, hydropicis,
 Et qui minus coquunt cibum, & fastidiunt.
 Habet hoc amomi Scythici, xylobalsami,
 Et cardamomi, bdellijq; lucidi,
 Aridæ Cyperi, thuris boni, omnium parem
 Modum, libram: post casia daphnitidis,
 Myrrhæ bonæ, pariter croci, de singulis
 Libræ trientem, aut amplius quid paululum.

Nardi

A Nardi bonæ post Syriacæ vncias duas,
 Terebinthinæ puræ bonæ libras duas,
 Albæq; ceræ perpolitæ vnam libram,
 Recentis vnguenti cyprini libram vnicam,
 Vini falerni hinc optimi sextarium.
 Contusa alia cribro tenui concernito,
 Thus, bdellium in mortarium conijcito.
 Myrrham bonam, simul crocumq; his addito,
 Fractisq; pauco cyprinum vino indito.
 Dein tundito, mellisq; crassitudinem
 Formato, & his aromata mox trita addito.
 Et quod superest vinum addito, committito
 Totam diem noctem simul quod combibant.
 Terebinthinam verò, cyprinum, ceram & simul
 Igni liquata lentulo his affundito.

B Vinctisq; post manibus per vnguen quodpiam,
 Subacta sic committito, & reponito.
 Nec mox parato vti velis tu pharmaco,
 Sed tempore interiecto, Et vt cerotulum
 Sit mollius, quandoq; derafum diu
 Misceto, solo rarius sed vtitor.

Aliud Damocratis malagma.

Aliud malagma ad iam relatas commodum
 Affectiones, si fuerint diutinae.
 Confert lienosis vel omnium optimè,
 Si palleant, febris laborent ac grauer,
 Aquamq; habeant præcordia his si pauculam:
 Multam nequeunt curare enim malagmata.
 Ficus cape pingues sicciore, sed nouas,
 Et semine eiecto, simul vmbiliculo,
C Appende drachmas quinquies tres, ac decem,
 Albæq; ceræ ponticæ parem modum,
 Myrobalani pinguis libram post integram,
 Nitri marini sed libram modo dimidiam,
 Aluminis scissi duas supra & decem
 Drachmas, superq; dimidiam, triobolon.
 Et mox onychis, quod sic vocatur, bdellij
 Adde parem tu aluminis dictum modum,
 Nitro parem florem lapidis sed Asii,
 Ammoniaci tantumq; thymiamatis:
 Et seminis post filiculæ, & nasturtij,
 Et cardamomi, quam optimiq; origani,
 De singulis sextarij quartam modo.
 Viniq; post, irini vnguinis, quod sufficit.
 Paratur at tandem malagma in hunc modum,
D Vini rigatum suaue olenti bdellium
 Mortario emollito, & hinc adijcito
 Ficus, simul rursusq; rite tundito,
 Quod trita vini stillulis fiant probe,
 Mistura mox addatur inde inspersilis.
 At post rigatam feruida ceram ex aqua,
 Mollem manibus factamq; latam adijcito.
 Et tusa mox ligni radio compingito,
 Guttis & vnguinis frequens madefacito.
 Vius malagmatum omnium, quæ ventriculo
 Induntur, & stomacho, simul interaneis,
 Est tempus, in quo qui cibus congestus est,
 Non amplius residet, sed aluum iam subiit.

Galen

GALENI DE COMPOSITIONE MEDICA-
MENTORVM LOCALIVM, SIVE SECVNDVM
LOCOS, LIBER NONVS.

ARGVMENTVM LIBRI.

Reliqua affecti hepatis medicamenta, lienis item, intestinorum,
sedis, pudendorum, ac vteri explicantur.

De Ictericis.

CAP. I.



Iunt quidē Ictericī rōne bonę iudicationis in febribus, prouente nimirū ad cutem bilioso humore, & facile sanē hi curātur balneis aquarū potabilium, & olei disculforij affricū, omniumq; rarefacientium cutem. Quale est anethinū oleū, & chamæmelinum, ac cicinū. Post hæc ēt vnguēta faciunt, gleucinū, crocinū, F deinde irinum & amaracinū. Verū alias confectiones priuatim Ictericas appellatas suis autoribus, ne putes ad huiusmodi ictericos cōuenire, (neq; n. hoc illi ipsi de his pdiderūt,) sed ad eos ictericos q ob vasorū circa hepar obturationem sūt. Immo ēt eos q ex inflāmatione icterici sūt. Itaq; q icterū seu regiū morbum ex obturatione incurrunt, sine febre pmanent. Qui verō ex inflāmatione, omnino febricitant. Quicunq; igitur in pharmacis ictericis adscripserunt, in quibus ea ipsa conuenire dicant, hi rectē fecerunt. Qui verō indiscriminatim & simpliciter protulerunt, non parū peccauerunt. Etenim q multū medicamentaria sunt, itidemq; facultate calida, magnopere febricitantes lædunt. Talia sunt gētiana, struthiō, heleniū, costus, aristolochiā, polion, centaurea. Conueniunt autē ictericis ex inflāmato hepate, que cunq; inflāmationes sanant. Quemadmodum ēt his qui ex obturatione omnia quæcūq; strenuē extergent, etiāsi medicamentariam substantiā habeant, & calidæ sint facultatis. Si verō coincidat simul obturatio & inflāmatio, laxantibus simulq; extergentibus opus erit. Fugienda autē q cunq; medicamentaria substantiæ, & calidæ facultatis existunt. Cū igitur & pleriq; ante me Ictericā pharmaca indiscriminatim cōscripserint, ego propria discrimina singulis ipsorum adijciam, quo sciat quibus nam in febribus citra periculum vti queatis, & quibus maus ex acerbatione febris G & inflāmationis detrimentum subsequatur, q̄ ex abstersione emolumentum resulet.

De pharmacis Ictericis ab Andromacho scriptis.

Andromachus quatuor pharmaca ad Ictericos indiscriminatim tradidit, minimē qdem periculo si vsus in his q non febricitant, verū non securi in febricitantibus, & maxime si cū vino aut vino mulso ea qs exlibeat, quēadmodum aliqñ damus in febribus moderatis, & visceris obturatione. Quare ex aceto mulso nō valde acido securius est tunc propinare. Sunt autē huiusmodi quatuor pharmaca iuxta illius ipsius distinctionem subscripta. C. Ad ictericos. In colocynthidis calicē vini fundito, calfacito, ac bibendū dato, subducit aluū. Idē & thus facit. C. Aliud ad ictericos. Adianti obol. iij. nardi obol. ij. absinthij. 3. i. myrrhæ obol. iij. Excipe passo, ac dato nucis auellanæ magnitudine ex aquæ cyathis. ij. C. Aliud ad ictericos, quo vior. Struthion cū croco coloratum nucis ponticæ magnitudine ex aqua aut aqua mulsa dato. Datur & Anchusa cochlearij mensura. C. Aliud ad ictericos, vt Apollonius. Erui. 3. xxiiij. cornu cerui vsti. 3. viij. thuris. 3. iij. nardi celticæ. 3. duās, nardi syriacæ. 3. i. piperis sesquidrachmam, floris iunci odorati. 3. i. myrrhæ obol. ij. costi obol. ij. cassiæ obol. i. cinnamomi obolum. i. Vtere sicco cum vini mulsi cyathis tribus.

De pharmacis Ictericis ab Asclepiade scriptis, in tertio internorum.

Ex his q̄ antea dixi cognobile fit, ēt si citra discrimen pharmaca prodantur, q̄ fugienda sint febricitantibus. Consuevit autē Asclepiades aliqñ distinguere apponendo, febricitantibus hoc modo exhibere oportere medicamentum, non febricitantibus hoc modo, vbi verō omnino nihil apponit, his in non febricitantibus magis est vtendū, quemadmodum sanē ēt, qñ ex vino solo, aut vino mulso vsus fieri debere censemus. Talia. n. non febricitantibus conueniunt. Verū scripta ab ipso pharmaca hæc sunt. C. Potio ad ictericos. Cichorij succi cyath. vi. febricitantibus p se dato, non febricitantibus aut cum vini cyath. iij. Aliud, Solani succi cyath. i. vini mulsi diluti dimidium. C. Aliud in persile. Anchusæ tenuissimæ tritæ cochlearia. ij. cum aqua potabili exhibe. Aliud, Struthij cochleariū i. dato cum mulsi diluti cyathis. iij. C. Aliud Nicerati cōueniens vrinam. Cicerum siccorum sextarium. i. rosamarinū manipulum, aquæ sextar. vi. foeniculi manipulum, asparagorū palustrū radicū manipulum, præparato ac dato, vt dictū est, coctū ac excolatum. liquorē febricitantibus simpliciter & assidue bibendū, non febricitantibus cū vino diluto. Aliud, Cicerum sextariū. i. adianti manipulum, aquæ sextar. vi. asparagorū palustrū radicū manipulum, præparato & exhibeto, velut dictū est. C. Pastillus ad ictericos, facit & ad hepaticos. Amygdalarum amararum mundatarum. 3. iij. anisi, absinthij, vtriusq; 3. vnam, nardi Indicæ, asari, vtriusq; 3. i. tusa & cribrata aqua subigito, ac formatis pastillis

* at. comaginum.

* ali.

* at. ij.

Apastillis drach. i. cum mulsi cyathis. iij. non febricitantibus dato. C. Aliud, quo vsus est Charixenes. Asari, absinthij, vtriusq; 3. vii. feninis anisi, foeniculi, apii, amygdalarū amararum repurgatarū, singulorum. 3. iij. Aqua subige ac forma pastillos, & exhibe vt dictum est. Nicerati erthinū medicamentum, quod naribus attractum morbum regium expurgat, qñ reliquum corpus iuxta naturam habuerit, oculi verō pallidi permanerint. Aceti acerrimi cochlearium vnum in balneo naribus attrahendum exhibe, detrahit multæ bilis fluxionem. C. Eiusdem aliud. Nasturtii viridis folia tenera, aut rosamarinū viridis folia tenerrima terito, & expresso inde liquore, vt prædictū est vitor. C. Aliud eiusdem. Elateriū cum lacte muliebri tritum naribus infundito, & attrahere iubeto. C. Aliud, Cyclamini succum ex aqua tritum, vtere sicuti dictum est.

Que pharmaca Archigenes ad ictericos conscripsit in secundo pharmacorum secundum genus.

Ad Ictericos conuenienti diæta & ductu per frequentes deambulationes, & multam vnguentorum frictionem vtaris, ampliusq; fomentis siccis & subscriptis medicamentis. Aiunt eos qui in febribus morbum regium incidunt, rubi canini fuluo fructu comesto statim probē iuari. Auxiliatur & chelidonie herbæ succus cum vino aut aqua mulsa potatus. Aut adianti vel rubie radices obol. iij. cum aqua mulsa exhibe. Aut struthion cum melle delingant. Aut fellis vrsini cyathum bibendum dato. Aut hyperici. 3. i. ex vino mulso propinato, vel aquæ mulsæ cyathovno. Aut helxinæ decoctum ad dies. v. vel. vi. cum vino mulso. Aut stercoris canini albi sextantem cum mellis quadrante aut triduum bibendum dato. Aut lichenas in petris nascentes cum aqua mulsa propina. Aut lichenis in tegulis vel lapidibus nascentis. 3. vna, ex meraco propina. Aut nasturtium cum olei cyathovno bibendum præbeto, radicem verō eius in nares indito. Aut absinthij cochlearia. iij. anisi cochlearia. iij. exhibeto ex aceto mulso. Aut oxylapathi siue lapathi radices tritæ acetabulum dato ex aqua mulsa: si non febricit cum vino aut vino mulso. Aut adianthi & mētæ & rubiæ parem mensuram in aqua feruefacito, & hemina inde bibendā exhibeto diutius ad solē insolato, ac sitienti, & anheloso, quō post acceptum potum exudet. Statim trāsmutat colorem. Aut adianti, & myrrhæ eius dimidium, ieiunio à balneo exhibeto in vini hemina dimidia. Aut leporis coagulatum cum meraco ad dies. v. vel. vi. præbeto. Aut scolopendrii. 3. i. ieiunio ex vino ad dies. v. vel. vi. dato. Aut mentæ & rubiæ ac adianti equas portiones cum aquæ cyathis duobus propinato. Aut betæ foliorum crudorum. 3. vi. myrrhæ obol. ii. cum aqua mulsa ieiunio exhibeto, aut prælotis ac ieiunio cum vini hemina dimidia dato. Aut adianti 3. i. myrrhæ. 3. ij. mentæ. 3. i. in aquæ heminis duabus coquito donec medietas super sit, deinde vbi plurimum deambulauerit probē fricato, & spiritū adhuc sublimiore existente bibendā dato, hoc ad biduum facito. Aut cicer eruinum in aqua sub dīo per noctem exponito, aquamq; bibendā dato, & cicer insuper comedendum manē ac vesperī. Inde verō per triduum absinthiū ex aqua mulsa bibant. Aut cum cyclamini succo purgat naribus lauato. Aut herbam Orontium appellatā coquito, & cum decocto lauato, & decoctum confestim viride reddes. Aut venam sub lingua secato. Quōd si ad nullum horum auxiliorum malum cedat, expurgatione per scammoniam & exquisita diæta vtantur, atq; ita ad exercitia progrediantur.

De splenis affectionibus.

CAP. 2

Quod oēs corporis particule familiare sibiipsis ex venis trahant humorem, in cōmentarijs de naturalibus facultatibus edocti, in iisdemq; ēt q̄ velut faciem sanguinis, ex qua atragignitur bilis, hoc viscus alimentum habet, instituti, & vltra hæc memoria tenentes ea que in curandi methodo de splene sunt dicta, facile assequemini ea quæ nunc referentur. Quorum primū & principalissimum hoc est, quōd hoc viscus à natura celerrimē indurari soleat, sanguine nimirum in venis ipsius obdurato, & ob crassitudinem neq; excerni, neq; discuti facile potente. Attenuantibus igitur opus habet pharmacis citra manifestam caliditatem, vt ne vehementius indurasset succus crassus in ipso obduratus. Quō verō actiones ipsius conseruentur, ex austeris aliquid his admiscetur, quale est ēt adstringentium genus. Didicistis. n. in naturaliu facultatum commentariis, q̄ cū oēs particule sue conseruationis gratia habeant facultates, tum familiarium attractoriam, tum alienorum expulsoariam, itemq; assimilatricem sibiipsis eorum q̄ attraxerint, aliis quibus ipsarum insuper inest, per accidens magnopere iuuare totum corpus. Ex horum genere est & lien, qui ex hepate in seipsum velut faciem sanguinis trahit, quemadmodum vesica in hepate bilē, & renes vrinam. Si igitur præ imbecillitate eiusmodi sanguinē ad sese trahere non potest, vitiosus humor vniuerso corpori affricatur. Ob id itaq; naturalē ipsius firmitatem custodiare oportet, quō conueniens sibi alimentum attrahat, per quā actionem vniuerso corpori ad humorū bonitatem confert, & generata in ipso recrementa in ventrem demittere potest, vnā cū ciborum recrementis excernenda. Ea gratia igitur valde amara medicamenta ipsi offerimus, quæ adq; ipsi ex austeris miscemus. Quædam verō ad materiam cōmoda, ad ceratorum videlicet & malagmatum præparationem apponimus, quale pharmacum est cera, & resina, & pix, & bitumē, & quæcunq; alia huiusmodi, iuxta primam aut rationem acetum, & acetum mulsum visceri commoda sunt, vt pote secare & attenuare crassos humores potentia citra calfactionem. Quemadmodū igitur in alijs particulis ea quæ per cataplasmata, aut liquida pharmaca imposta, aut affusa fotu auxiliantur,

auxiliantur, in alio opere relata sunt, ita & nunc relictis his quæ inflammato spleni commodat, B
eorum solum mentionem faciam, quæ indurato visceri opitulatur, quod ipsum etiam in medica-
mentarijs libris fecerunt, qui ante me scripserunt, proprie eos splenicis appellantes, qui indurata
splenis affectionem habent.

Pharmaca potabilia ab Andromacho ad splenicis conscripta.

Potio ad splenicis Antipatri, vt Nilus. Carnis myrobalani drach. iij. hemionitidis herbae,
quam quidam scolopendram dicunt, drach. vi. corticis radicis capparidis drach.
iij. costi drach. iij. chamædryos drach. vi. polij drach. iij. radicis cor. ledonis drach. ij. corymbo-
rum hederæ nigrae grana. xxv. ammoniaci thymiamatis drach. iij. seminis hyperici drach. ij. gal-
bani drach. ij. seminis periclymeni drach. i. aut radicis drach. iij. nasturtij nigri sesquidrachmam,
fucci fructus scyllæ drach. xvi. Dantur oboli duo in aceto mulso. *Aliud splenicis potabile.* Glandis
vnguentariae drach. iij. hederæ albæ grana. xxiiij. costi drach. duas, seminis periclymeni. z. ii.
hyperici drach. i. alij drach. iij. galbani drach. i. obol. ii. nasturtij drach. iij. Excipe succo stillæ co-
cto. Dato fabam græcam in aceto mulso. *Aliud,* Carnis myrobalani drach. iij. hyperici drach.
vi. seminis periclymeni drach. vi. radicis dauci drach. vi. rubiæ, acori, plu pontici, croci, singulo-
rum drach. vi. iunci odorati drach. iij. mei drach. vi. nasturtij, chamæpityos, radicis capparidis, sin-
gulum drach. lxx. polij drach. vi. alij drach. iij. ammoniaci thymiamatis drach. iij. cū aceto mul-
so pastillos duorum obolorum ponderis formato, & vnum in aceto mulso dato. Facit & ad hepa-
ticos, & hydropicos. *Aliud, facit ad splenicis.* Trixaginis drach. iij. polij drach. v. chamæpityos
drach. iij. rubiæ drach. v. ammoniaci thymiamatis drach. iij. artemisiæ drach. iij. myrobalani. z. iij.
corticis radicis capparidis drach. iij. aristolochiæ. z. vi. tragacanthæ drach. ij. cum aqua in pastillos trio-
bolares redigito, ac dato ex aceto mulso. *Aliud stomacho commodum.* Vere etiam ad omnem affectio-
nem splenis, facit & ad conuulsia, inflata, & vitia muliebria. Myrrhæ drach. quatuor, nardi Indicæ. z. iij.
corticis radicis capparidis drach. iij. costi drach. v. radicis panacis drach. iij. radicis peucedani drach.
iij. dictamni. z. iij. polij drach. duas, corticis radicis periclymeni. z. iij. rubiæ. z. iij. & dimidiã, am-
moniaci thymiamatis. z. iij. & dimidiã, alij et iridis. z. iij. & dimidiã. Excipe aceto mulso,
præbe obol. ii. in aceto mulso. *Aliud splenicis, orthopnoicis.* Struthii, scyllæ affatæ, panacis, radicis
capparidis, singulorum. z. v. crocomagmatis. z. ii. & dimidiã, excipe aceto & pbe in aceto scyllitico.
Aliud, Struthii, corticis radicis capparidis, trixaginis, panacis, singulorum. z. x. fructus myri-
cæ. z. iij. Excipe aceto scyllitico, & z. i. ex aceto scyllitico exhibeto.

Pharmaca potabilia ab Asclepiade ad splenem conscripta.

Cynoglossi manipulum cum vini cyathis. iij. terito, & expressum liquorem ante cibum biben-
dum dato, facit & succus per se. Colligere aut oportet herbam sinistra manu ante solis exortum,
Aliud, Trixaginis manipulum cum vini sextario vno coquito, & expressum liquorem reponito,
atq; ex eo cyathos. ii. ante cibum dato. *Pharmacum inspersile splenicis.* Myricæ fructum tustum &
cribratum reponito. Vfus verò tpe cochlearia. ii. cū aceti nulli diluti cyathis. iij. dato. Aut her-
bam pelargitin appellatam tufam ac cribratam dato vt prædictum est. *Aliud,* Alini aut equi syl-
uestrium lienem siccatum tundito ac reponito, & cochlearia. ii. cum vini diluti cyathis. iij. exhibe-
to. *Catapodium splenicis.* Corymborum hederæ albæ grana tria deuoranda præbe, & aceti
nulli cyathos. iij. insuper bibendos. *Catapodium Andreæ, peonium dictum.* Myricæ fructum tu-
stum & cribratum galbano excipe, & in catapotia redige, eaq; pro viribus exhibe. *Capastillus sple-
nicus, tumorem eliquat.* Fructus ericæ. z. iij. piperis albi, nardi Syriacæ, ammoniaci thymiamatis,
singulorum. z. ii. Arida tunduntur & cribrantur, ammoniacum aceto scyllitico dissoluitur, & ari-
dis additum in pastillos cogitur. Fiunt aut pastilli drachmæ pōdere, daturq; z. i. ex aceti nulli cyathis. iij.
Qui pharmacum hoc tradidit, dixit porcellum ad triduum hoc bibisse, & postea resectū
sine liene inuentum esse. *Aliud splenem tumentem eliquans & consumens.* Ammoniaci thymiamatis
tis, foliorum rubi teneriorum, vtrorumq; z. viii. corticis capparidis. z. iij. myricæ fructus, herbae
aspleni quæ & scolopendrium & hemionitis dicitur, vtriusq; z. iij. nuclei scyllæ affatæ & purgatæ,
piperis albi, vtriusq; z. ii. Excipe aqua, & redige in pastillos, atq; exhibe. z. i. cum aceti nulli cyathis. iij.
Chrysermi pastillus, splenicis, hydropicis, cit vrinam, mollit aluum. Scyllam magnam luto
oblitam affato, & corticem detrahito ac quod ad fundum est durum, ex nucleo verò libras duas
accipito, seminis dauci. z. viii. hoc est vnc. i. anisi, fefelis, radicis panacis, iridis, singulorum tantun-
dem, seminis vrticæ, baccarum cedri, vtrorumq; z. xii. myrrhæ. z. iij. erui moliti choenicem, vini
odorati quod satis est, subacta in pastillos redigito. Datur drach. i. cum aceti nulli cyathis. iij.
Aliud Eugevrasia. Scyllæ affatæ depuratæ minas. ii. radicis bryoniæ minas. viii. piperis albi tantun-
dem, petroselinii tantundem, seminis dauci cretici tantundem, erui moliti tantundem, cedridū,
hoc est cedri baccarum sextar. vi. habeat verò sextarius vnc. viii. iridis, radicis panacis, myrrhæ, sin-
gulum quadrantem, vini salerni quantum satis est his in pastillos cogendis: formatos autem pa-
stillos in umbra sicca, & vnciam. i. cum vini diluti cyath. iij. exhibe.

Epithemata & emplastra eiusdem Asclepiadæ ad recentes splenis inflammationes.

Foliorum teneriorū arboris sambuci lib. iij. aloes lib. i. cū aceto subigito, & linteolo infarta
imponito.

A imponito. *Aliud,* Ericæ fructus semissem, galbani lib. i. alij semissem. Fructum tūdito ac cribra-
to, atq; ita galbanum addito, ac diligenter misceto, atq; in linteolum impacta imponito. *Pharma-
cum Idora, ac commodatum.* Visci quercini lib. i. calcis viuæ lib. vnam. Viscum in vas fictile conie-
ctum ac prunis appositum dissoluito, & dissoluto calcem viuam inspergito, misceto, & calidū al-
bæ pelli infartum imponito. Oportet aut cum adherente adhuc pharmaco lauari, atque ita sinere
donec sua sponte cadat. Curam item habere oportet vt disparata splenij partes refecerentur. *Aliud.*
Visci quercini z. lib. i. calcis vnc. i. floris lapidis alij trientem, cedriæ vnc. i. preparato pro more
ac vttere, quotidie auferens pharmacum, & spongijs calidis fouens locos, rursusq; imponens. Hoc
pharmacum vrinam mouet. *Malagma euri colorem referens, valde commodum.* Cere, resinæ pinus
& frictæ, singulorum lib. ij. arsenici, aluminis scissi, calcis viuæ, singulorum sextantem, aceti, olei,
vtriusq; cyathos. viij. Apparato pro more. *Aliud valde generosum, quo vsus est Andromachus.* Cere,
resinæ pinus, picis brutæ aride, singulorum lib. ij. arsenici, aluminis scissi, calcis viuæ, singulorum
sextantem, aceti cyathos. viij. prapara pro consuetudine. Facit ad splenicis, hydropicos, & ad præ-
cordia distenta. Facit & ad ischiadicos, arthriticos. Nos ad pharmacum hoc apposuimus myrrhæ
sextantem & vnciam dimidiã, visci trientem.

B *Ad induratas splenis affectiones, vsus est Tryphon Gortyniates.*

Foenigræci moliti, sinapis, mannae thuris, singulorum sextar. vnum, retrimentorum à myroba-
lano expressa reliquorum sextar. dimidiã, spumæ nitri quadrantem, tenuissimè trita ac mista, ce-
dria cocta excipe, vt emplastri liquidi habeant spissitudinem. Vfus eius est per intervalla, pharma-
cum aut impositum fasciols complectere & obliga. Tempus imponendi est ante balneum, q̄tum
possibile est egrum ferre, postea verò obligatum adhuc in balneum inducito, & post reliqui cor-
poris curationem in solium demittito, atq; ita in aqua fasciam resolutio. *Aliud ad splenicis per vna
diem sanans.* Verum supra pharmaci impositionem per tres dies certo viuendi modo vtimur. Myrrhæ, mannae
thuris, vtriusq; quadrantem, sinapis Alexandrini, nasturtij, vtriusq; sextantem, aceti scillitici quod
fatis est. Sinapi & nasturtium tundito ac cribrato, mannam verò & myrrham dissoluito, eisq; ari-
da addito, & simul aceto subacta ad malagmatis formam reducito, & à secunda hora vsq; ad nonã
imponito. Postea verò duabus fascijs obligatum in balneum inducimus, atq; vbi relaxatus fuerit
in calidæ solium demittimus. In solio verò longiori temporis spatio moretur cruribus extra aquã
emotis. Ne verò in animi deliquium delabatur, acetum & pulegium odoret, & fascias paulatim
resoluat. Egresso porrò è balneo falsamentum citra panem exhibendum est, & vinum mari mi-
stum. Sequenti die eadem offerenda sunt. Tertia verò gymnasijs vtendum quæ spiritum acutum
reddere valent. *Aliud Arii Tarsensis.* Vfus est per intervalla. Ficum pinguis simarū, sinapis, radi-
cis capparidis corticis, singulorum lib. i. aceti quantum satis est. *Aliud Dioscori.* Sinapis, nastur-
tij, foenigræci, seminis lini, retrimentorum ab expressa myrobalano reliquorum, singulorū. z. octo.
Excipe cedria cocta aceto scyllitico admisto. Vfus est ante balneū, pharmacum bonum est, & post
vsū sanguinem mingunt.

Pharmaca ab Asclepiade in quarto externorum conscripta, ad splenicis, & hydropicos.

Quæ iuxta dictionem eius sic habent.

Epithema splenicis, tumorem eliquat. Foliorum tenerorum sambuci lib. iij. aloes pinguis lib.
i. terito cum aceto, & linteolo excepta imponito. *Aliud;* Fructus ericæ lib. i. galbani lib. i. Fru-
ctum tundito & cribrato ac galbano excipito, rursusq; tundito vnguenti irini face admota, quo
ad malagmatis formam redigantur, deinde linteolo infarta imponito. *Malagma ad splenicis.*
Myrobalani corticum tusorum cribratorum minam dimidiã, & retrimentorum ab expresso
succo eiusdem residuorum tantundem, ceræ drach. vi. resinæ terebinthinæ drach. xxxij. galbani
drach. x. irini parum. Arida cum liquidis committito. *Aliud valde præclarum.* Farinæ myroba-
lani quadrantem, nitri vnc. i. alij vnc. iij. cere semissem, terebinthinæ besssem, aceti quod sufficit,
splenem eliquat. *Malagma ex cedria splenicis, hydropicis, medicamentum accommodatum.* Vrinam cit mul-
tam, & splenem eliquat. Oportet autem vna cū pharmaco lauari, & quod ab eo disparatum est, à splenio videlicet,
de corporis cuticula defecare. Sinendum enim est adh. crescens pharmacum, donec sua sponte dilabatur. *Compositio
hec est.* Visci quercini lib. i. calcis viuæ semissem, floris lapidis alij trientem, cedriæ quadrantem.
Viscum area patina coquito, & postq; fuluum factum fuerit, cedriam adijcico, affidueq; moueto
ac arida trita inspergito. Deinde ab igne ablata aequaliter frigeferi finito, atq; in pellem albam à
spina appellatam infarta affectis locis imponito, & vna cum pharmaco lauare iubeto, donec sple-
nium sua sponte delabatur. Oportet tamen, vt prædictum est, disparatas splenij partes defecare.
Aliud valde præclarum. Floris lapidis alij sextantem, lapidis gagatæ vnc. i. calcis viuæ besssem, vi-
sci quercini lib. vna. Præpara ac vttere vt dictum est. *Malagma Antiochidis, ad splenicis, hydropicos,
ischiadicos, arthriticos, praparatum est Fabulle.* Ceræ lib. iij. resinæ terebinthinæ lib. iij. retrimentorum
ab expressa myrobalano reliquorum lib. vnam, spumæ nitri lib. i. floris lapidis alij lib. i. ammo-
niaci thymiamatis lib. i. olei cyprini lib. iij. Acetū ad ammoniacum dissoluendum. *Aliud Fabul-
le compositum, valde præclarum, ad easdem affectiones.* Myrrhæ stactæ, bdellij, onychis, medullæ cerui-
næ, ammoniaci thymiamatis, iridis sicca, singulorum libras duas, opopanacis lib. vnam, chalbani
lib. i.

lib. i. mastiches lib. i. floris lapidis alii lib. i. styracis lib. i. succi sycomororū lib. i. canchryos lib. i. pi-
peris albi semissem, ceræ lib. v. terebinthinæ lib. v. Pharmacum est tusile, id est quod cōtunditur.
Oportet autem tundentes vnguenti irini fecem admouere, donec q̄ mollissimum pharmacū red-
datur. Repositum enim mollissimum euadit. *Malagma, quod aurei coloris appellamus.* Auripig-
menti vnc. i. aluminis scissi sextantem, calcis viuæ sextantem. Arida tundimus ac cribramus, &
in mortarium conijcimus, hisq̄ acetū cyathos. viij. superfundimus, & probè trita liquidis excipi-
mus. Sunt autem liquida hæc, Ceræ lib. i. resinæ frictæ lib. ij. pinus lib. ij. olei communis cyath. viij.
Hæc frigeferi post eliquationem sinimus, & sic erasa tritis adijcitur. us. Nos ad pharmaci præpara-
tionem etiam myrrhæ sextantem apposimus. *Aliud, hoc vsus est Andromacus, facit splenicis, hy-
dropicis, & ad præcordia distenta: facit item ischiadicis, arthriticis, & ad inueteratas affectiones.* Ceræ lib. i.
picis brutiæ lib. i. pro resina fricta, picem addimus, olei cyath. viij. auripigmenti auri coloris sextan-
tem, aluminis scissi sextantem, calcis viuæ sextantem, præpara vt dictum est. Nos ad pharmacum
etiam myrrhæ sextantem, & visci quercini trientem apposimus. *Ad inueteratas induratas splenis
affectiones, Authemerum ab eo, quod per vnam diem curat, appellatū.* Oportet autem cum pharmacum in positione
ægrum ad triduum conuenienti dieta vi. Myrrhæ, mannæ thuris, vtriusq̄ quadrantem, sinapis alex-
andrini sextantem, nasturtij sextantem, acetū scylliticū quod satis est. Arida tundito & cribrato, **E**
& cum aceto ad malagmatis formam subigito, et linteolo excepta ab hora secunda vsq̄ ad nonam
imponito, ita vt completaris & contineas incumbens malagma fasciola obligata. Deinde verò
ita obligatum in balneum mittito, & vbi probè laxatus fuerit, in folium desidere facito, & pedes
extra folium extendere iubeto, ac longiori tempore in ipso immorari. Cæterum ad reuocandos
in animi deliquium collapsos acetum cū pulegio naribus admouemus, & paulatim resoluerē fa-
scias tentamus. Sint autem duæ fasciæ malagmati incumbentes. Cū enim fasciæ tolluntur, ause-
rimus et incumbens malagma, & post affectos locos sufficienter fouemus. Egresso de balneo sal-
samētum citra panem exhibemus, & vinum mari mistum. Idem et sequenti die facimus. Et tertia
similiter, in superq̄ gymnasiis vtimur quæ spiritum acutum reddere possunt.

Aliud Tryphonis Goryniatæ Cretensis pharmacum accommodatum.

Foenigræci moliti sextarium, i. retrimentorum ab expressa myrobalano reliquorum sextarium
dimidium, spumæ nitrī quadrantem. Omnia trita cedria excipe. Verum hanc prius coctam con-
densare oportet ad cerati spissitudinem. Vfus est ante balneum, quatum æger ferre potest. A bal-
neo cerotarium imponimus. *Aliud Authemerum inscriptum, liberat ab affectione.* Pyrethrii drach.
xx. myrobalani besslem, nasturtij besslem, piperis besslem, feminis vrticæ besslem, sinapis sexta-
rium dimidium, omnia trita & aceto subacta per interualla imponito ad horas tres, si æger tolera-
re possit. Deinde ablato pharmaco lauari iube. Post balneum verò cerato vtendum est ex rosa-
ceo apparato. *Aliud tumorem liquefacit.* Floris lapidis alii, nitrī rubri, retrimentorum expres-
sæ myrobalani, ammoniaci thymiamatis, singulorum drachmas viginti quatuor, corticis radicis
capparī drachmas octo, feminis raphani drach. decem, aut succi cyathum vnum, acetū acerrimi
quod satis est, visci quercini drach. xl. Ammoniacum sambuci succo, aut myricæ, aut trifolij dissol-
ue, arida verò tunde, & angustissimo cribro excute, ac aceto subige, indeq̄ admisto visco omnia li-
mul contunde, & vtete.

*Pharmaca ad splenicis ab Archigene in primo medicamentorum
secundum genus conscripta.*

In splenicis porrò præcedente similiter tota digta, ex describendis compositionibus his vtitor.
Potus quidem sit aqua in qua ignitum ferrum sæpe sit extinctum, non febrientibus cum vino, fe-
bricitantibus verò aqua sola. Aut anagallidis cœruleum florem habentis obolū vnum exhibe-
to cum aceto mulso. Aut serpillum cum aceto. Aut panacis radicem viridem cum aqua mulla:
aut semen similiter. Aquam mullam verò per noctem sub dio exponito. Aut corticis radicis **H**
periclymeni & feminis eius quantū tribus digitis apprehendi potest, in vino albo meraco calido
scianis bibendum ad dies. xl. exhibeto. Aut vulpis hepar siccum cū aceto mulso exhibe bibedū.
Aut cuminum æthiopicum similiter vt hepar ex aceto mulso. Aut radicis ari corticis drachmam
dimidiam cum acetū mulli cyathis. iij. Aut polium similiter cum aceto mulso. Aut hederæ albe
grana tria cum acetū mulli cyathis. iij. Aut arida trita capparī folia propinato. Cataplasmata autē
eadem impones splenicis quæ hepaticis. Ampliusq̄ cinerem ex ferraria officina cum aceto. Aut
capparī maceratam aceto ac trita cerato cyprino exceptam. Aut nasturtium & foenumgræcū,
ac calcem viuam, & nitrum, cum melle mollita imponito. Aut foenumgræcum, & calcem, ac ni-
trum, item cum melle imponito. Aut lepidij folia imponito. Cū verò iam morsum percepe-
rint in balneum inducito, & ablato pharmaco in feruidæ folium demittito, ac detinet. *Ægre. n.*
ferunt nimiam mordacitatem, verum sani exeunt. Idem etiam in ischiadicis facit. Aut myroba-
ni expressæ retrimentum aceto maceratum, rosaceo cerato excipe ac impone. Aut foenigræci &
nasturtij par pondus, mannæ duplum, calcis viuæ parū, cum melle splenia velut emplastrā facito,
ac imponito. Aut fecē acris acetū imponito. Aut capparī radicē cum aceto. Aut spongiā acer-
rimo aceto imbutā. *Egregiè faciunt myrobalani cortices, & nitrī tertia ipsorum pars, trita aceto
subigito,*

A subigito, & resinam ac ceram cum modico oleo liquefacta affundito, & mollitis vtitor. Perseuerā
te malo cucurbitas cum sacificatione affigito. Amuleta autem, & per contrarietatem quandā na-
turalem ad hepar & splenem facere credita, hæc sunt: Venam retro sinistram aurem secato, & de-
tracto sanguine affectum splenem confricato.

De hydropse siue aqua inter cutem.

CAP. 3.

HY dropicorum medicamenta, & alia communia ad splenicis ipsos, itemq̄ quædam multipli-
cis vsus ad varias affectiones tum iam prædictas, tum duritias, & vbi quid discutere oportet,
etiā si iā purulenta sit cōpages, dicere aggrediar, initio ab ijs quæ Asclepiades tradidit sumpto.

*Pharmaca ab Asclepiade conscripta ad prædictas affectiones in quarto
externorum, quæ Marcellæ inscribit.*

Epithema hydropicis valde cōmodum, quod adiacentem humorē absorbet. Farris, quod zeā
vocant, moliti sextar. ij. floris lapidis alij sextar. i. mannæ lib. i. Probe trita adipe suillo veteri probe
subacto, & vino per integrā noctē macerato, excipito. Sit autē tanta adipis copia quanta ad molle
faciendū pharmacum satis est. Aliud, Belsa, est autē semē rutæ syluestris quod in Syria nascitur,
& vernacula lingua Harmana ab illis appellatur: huius tūsi sextarium, i. mannæ sextariū dimidiū,
B adipis suilli veteris quantum sufficit, preparato vt dictum est. Aliud, Ficuū pinguisimarū, lib.
ij. aphronitri lib. i. origani lib. i. Quidam cumini lib. i. sulfuris viui quadrantem, cochlearum afri-
canarum lib. i. Arida tundito & cribrato, et tūsi ficubus vna cum carne cochlearum excepta, ac in
linteolum infarcta imponito, melle cocto sufficienti addito. *Aliud ex Critone.* Foenigræci mo-
liti ac cribrati sextarios. ij. sulfuris viui lib. ij. & dimidiam, & in alijs lib. ij. nitrī lib. ij. absinthij sicci
cōtūsi sextarios duos & dimidium. Arida tenuissime trita melle cocto excipito, indeq̄ linteolo
infarcta per noctem imponito. In die vtete & gestatione, & confectione subscripta. Ceræ lib. i. pi-
cis aridæ lib. i. lapidis alii lib. i. olei veteris lib. i. arida cū liquidis misceto. *Malagma Ipoterium in-
scriptum, resorbet humiditates ex alto, & duricias dissoluit.* Ceræ, picis aridæ, vtriusque lib. ij. aluminis li-
quidi, sulfuris viui, mannæ, nitrī rubri, singulorum lib. i. resinæ frictæ lib. iij. olei veteris heminam
vnam, acetū quatum satis est ad arida dissoluenda. Præpara ac vtete vt probato. *Aliud præclarū Ipo-
terij, pharmacum accommodatum. Facit hydropicis, splenicis, & ad inueteratas affectiones.* Resinæ frictæ lib.
iij. ceræ lib. ij. sulfuris viui lib. i. mannæ lib. i. picis liquidæ lib. ij. aluminis liquidū lib. i. nitrī rubri
lib. i. aristolochiæ quadrantem, bdellij quadrantem, amomi racemū quadrātem, radicis cucumeris
syluestris quadrantē, aloes semissem, pyrethri quadrātem, ammoniaci thymiamatis quadrantem,
C visci quercini quadrātem, succi sycomororum quadrantē, acetū sesquiseptariū. Aut pro aceto vini
Italici tūndem, olei heminas. ij. preparato pro more. *Malagma ex baccis lauri, ad splenicis, hydro-
picos. Dissoluit omnē duritiem, absorbet abscessus in profundo.* Ceræ lib. i. resinæ pinus lib. i. picis Bruticæ
& aridæ lib. i. baccarum lauri siccarū lib. i. nitrī rubri lib. i. ammoniaci thymiamatis lib. i. adipis vi-
tulini subacti lib. i. arida tūndito & cribrato per angustissimum cribrum. Liquefabilia liquantur, &
frige facta aridis adijcuntur, atq̄ ita contulis simul ac repositis vtimur. Aliud, Baccarum lauri
lib. i. picis lib. i. mannæ lib. i. adipis taurini lib. i. ammoniaci thymiamatis lib. i. ceræ lib. i. præparato
vt prædictū est. *Emplastrum Tonsoris appellatione, ad splenicis, et hydropicos. Hoc rōsor quidā vir Bithyniæ
vsus ischiadicis a coxendicum morbo penitus liberauit.* Picis aridæ lib. iij. ceræ lib. ij. resinæ pinus lib.
iij. ammoniaci thymiamatis lib. ij. nitrī rubri lib. ij. baccarum lauri aridarū lib. ij. adipis taurini
lib. i. In alio exēplari etiā iris lib. ij. habetur, canchryos vnciæ. xvij. farine fœnigræci sextarius. i.
pollinis sextar. i. radicis chamæleonis nigre tenuissime tūse sextar. i. cumini tenuissime triti sesqui
sextarius, passī sextar. i. In alio exemplari anisi triti sextarius dimidiū habetur, & pollen deest.
Aliud Bithynum appellatum, pharmacum accommodatum ad prædictas affectiones. Picis Bruticæ lib. qua-
tuor, resinæ pinus, ceræ, ammoniaci thymiamatis, singulorum libras duas, medullæ ceruine lib.
D i. adipis taurini subacti lib. i. succi sycomororū libram vnam, floris lapidis alii semissem, radi-
cis chamæleonis contusæ semissem, baccarum lauri siccarum libram dimidiam, farine loliaecæ
libram dimidiam, feminis dauci cretici contūsi trientem, petroselinū trientem, cumini æthiopicū
trientem, anisi trientem, salis Hispani sexuncem, aphronitri sexuncem, cyprini sexuncem, vini
falerni quod satis est. Arida cum liquidis pro more apparato. *Malagma ex seminibus, pharmacum
accommodatum ad prædictas affectiones, hoc vsus est Olympius.* Ceræ drach. c. terebinthinæ drach. c. am-
moniaci thymiamatis drach. c. adipis taurini drach. c. anisi drach. c. fœnigræci drach. c. petroseli-
ni drach. cētū, ammiij, iris illyricæ, vtriusq̄ drach. quinquaginta, panacis drach. c. nitrī drach. l.
glycyrrhizæ drach. l. cyperi drach. xxv. sabine drach. xxv. sampsuchi drach. xxv. meliloti. z. xxv.
cardamomi drach. xij. & dimidiam, casie fistulæ drach. xij. & dimidiam, nardi celticæ, radicis dau-
ci cretici, vtriusque drach. xij. & dimidiam, mellis heminam & dimidiam, vini odorati quod suffi-
cit. Præpara pro consueto more. Aliud, Ceræ minam vnam, ammoniaci thymiamatis minam
vnā, terebinthinæ minam. i. sampsuchi, baccarum lauri, cyperi, singulorum } minam dimidiam,
iris illyricæ minæ quartam partem, hoc est drach. xxv. feminis lini tosti minæ quartam partem,
{ fœnigræci, panacis, vtriusq̄ minæ quartam partem, } adipis taurini minæ quartam partem, radicis
cucumeris syluestris, anisi, feminis apij, ammiij, cumini, fœniculi, nitrī, singulorum minæ quartam
partem,

* APL.
* ALC.

partem, piperis drach. xij. & dimidiam, mellis heminam, vini sesquiheminam, cyprini sesquiheminam, acetii sesquiheminam. Componito ac vitior.

Ex Andromacho ad hydropicos & inflationes.

Picis liquida lib. ij. ceræ lib. i. nitri vncias sex, sulfuris viui sexuncem, aluminis sexuncem. Ad hydropicos Cleophranti. Ceræ, resinæ, spumæ nitri, singulorum drach. c. chalbanii drach. xij. & dimidiam, propolis drach. xij. & dimidiam, ammoniaci thymiamatis drach. xij. & dimidiam, cyprini cyathos. ij. acetii cyathos duos.

Ex Archigenis secundo libro pharmacorum secundum genus.

Hydropicis diætam ac viuendi modum convenientem constituit. Pro cataplasmate autem ster- cus bouis armentariæ impone. Resicca aut ipsam ster- cus diligenter, & tritum in posca velut cru- dam hordeaceam farinam coque, insperfa sulfuris viui quarta parte. Cataplasma verò per omnem ventris amplitudinem impone. Mufa verò cataplasma ad ipsos præparauit ex elaterio, staphide syluestri, hyssopo, felle tauri, æqualibus partibus ipsorum sicubus contusis exceptis. Aut radicis cucumeris syluestris minam vnam in vino coquito, & ficuum minam dimidiam similiter coqui- to, atq; hæc simul terito affuso eorum decocto, donec malagmatis forma euadat, indeq; altheæ ra- dicis tritæ tantundem admisceto, simulq; coquito ac terito, atq; ita imponito. Aut caprinum ster- cus in vrina pueri impubis veneris expertis, vel ipsius capræ vrina coctum, ad strigementiã spissi- tudinem redigito, ac imponito. Egregie ipsum per aluum purgat. Aut veratrum nigrum, fel tau- rinum, nitrum, piper, æquis partibus cum melle aluo per dimidiæ horæ spatium imponito. Por- rò per omne curationis tempus vnam aliquã ex his potionibus ipsis propinato. Cotyledonis. 3. i. scyllæ aridæ mundæ drach. i. in vino mulso diluto quotidie exhibe. Aut corticis radicis Ari. 3. i. Aut cneori, quam aliqui chameleam appellant, teneras eminentias ad calamorum radices nascentes exuccato, ac succi cyathos. iiii. prædictis admiscitis quotidie exhibeto. Optimè facit & hoc. Cancri fluuiialis sicci tritii, pedibus ac eminentijs omnibus amputatis, drach. i. asari drach. i. misce- to aqua ex ipso flumine vnde cancri extracti sunt accepta, & propinato. Aliquando verò pro asa- ro, opobalsamii par pondus additur. Aut corallij drach. i. aluminis scissi drach. i. obol. ij. cum cala- minthæ cremore terito, & in pastillos duorum obolorum ponderis redigito, & obolum inde ex calaminthæ aqua bibendum dato. Summè facit & ad nephriticos. Aut radicem calaminthæ co- ctam propina. Aut sion quod lauer Latini dicunt, itidem coctum propina, idemq; est edendum exhibe. Aut tribuli folia liue radicem cum vino dato. Aut in balneo cum sale & oleo diligen- ter, vsq; quo exudent, illitos educto, & solis testibus exudantibus ablutis, primum linteis, dein- de est reliquis amiculis contactos curato, ac panem furnaceum cum sufficientibus caricis edendū dato: vinum verò nigrum Italicum aut Spicatum recens, in quo ficuum triens in vini sextarijs. vi. incoctus est, donec tertia pars superfuit, bibendum exhibeto, purgat per vrinam. Aut vrinæ ca- præ cochlearium vnum cum nardi drach. i. calfactum bibendum dato. Aut cucumim syluestrem vino nardino vel amingo macerato, & ex cremore ter cyathum vnum bibendū præbeto, & paula- tim vsq; ad cyathos tres progreditor. Aut fefeli in potu vel cibo exhibe. Aut daphnoides tritū lupini magnitudine inspergens bibendum dato, ducit vrinam multam. Aut corticem radicis ari ex vino. Aut squamæ eris drach. i. panis medulla excipito, & catapotia facito ac exhibeto. For- titer aquam ducunt. Aut eris vsti drach. i. rutæ ramulos tres, stercoreis columbæ drach. i. salis com- munitis parum, cū vino Ephesio & aqua, ita vt tota misturâ heminæ dimidiâ sit, præbeto. Sum- mè faciunt & Theriacæ omnes vrinam cientes. Insuperq; potiones aqua ducentes, quæ vnicuiq; per experientiam cognitæ sunt minimè periculose. Similiter & catapotia. Ceterū hydropicos diu- tius ad solem, contacto capite, inungito ex oleo multo sale admiscito, & multa falsugine calida per- fundito. Inflatos verò maximè locos, vesicis magnis probè inflatis quotidie continenter pulsa- to, inde enim arctantur ac contrahuntur. Scarificatis ite ipsorum talis & vulnusculis impactis, ip- sos in ferulo aut lectica gestato ac circumuehito. Multus. n. humor hoc mō ipsis profluere solet.

¶ Ad easdem affectiones Confectio Biennij. Croci, opij, opopanacis, myrrhæ, iridis, acori, mandrago- ræ, asari, colli, nardi Indicæ, dauci cretici, mei, singulorum drach. viij. piperis albi & longi, gentia- næ, stoechadis, calicæ, phu ponticæ, singulorum drach. viij. excipe melle.

De pharmacis dolorem sedantibus, anodynis & colicis appellatis.

C. A. P. 4.

Huiusmodi pharmacis magni doloris, aut vigiliarum gratia, aut ne per violentā tussim lan- cinemur, velut in sanguinis reiectione & grauibus distillationibus aliquando contingit, vti solemus. In moderatioribus tamen prædictis affectionibus confectiones ex seminibus, priua- tim tussiculares appellatæ sufficiunt, quæ & ipsæ omnino aliquid ex saporiferis seminibus habent verum modicum inter multa adeo semina, quæ odorata & tenuium partium ac vrinam cientia existunt. Appellant autem hæc medici sæpe citra appellationis seminis appositionem, Cuminū dicentes & daucum, & fefeli, apiumq; et anisum. Eiusmodi igitur pharmacorum compositiones inter tussiculares appellatas confectiones sunt relatæ, verum dolorem sedantes anodineq; & co- licæ dictæ, quæ eiusdem quidem generis cum illis sunt, multo autem facultatibus illas exuperat, in hoc sermone ostendentur. Prima itaq; ex ipsis prædictis temporibus, vt apparet, celebris fuit quæ Philo

A Philo prodidit, & de qua ipse hanc Elegiam fecit.

Philonis Antidorus.

En me Tarsensis medici prægrande Philonis
Inuentum, mala quod multa dolore leuo.
Siue colum doleas, seu tu secur, auxiliabor:
Seu lapis infestet, difficile aut lotium.
Et medeor spleni hinc, orthopnceaq; molestæ,
Conuulsa atq; tabem protinus exupero,
Pleuritimq; malam, & sputum vomitumq; cruoris
Euinco, mortis terror & hostis ego.
Viscera tentantes omnes ego sedo dolores,
Interna & quicquid membra dolore quatit:
Tussim, singultum, destillantesq; fluores
Sisto, etiam si quid strangulet excipio.
Me dedit ille autor sapienti munera magna.
B Discipulo, stupidos nil ego curo viros.
Odorum fuluumq; pilum pueri cape, cuius
Fulget adhuc campis Mercurij ille cruor,
Pondus ad humanos sensus perpendito prudens.
Dein drachmæ pondus Nauplion Euboicum.
Inde Menœtiadæ occisoris ponito drachmam,
Qui pecoris densis ventribus excipitur.
Viginti & drachmas candentis coniſce flammæ,
Et totidem fabæ post suis Arcadicæ.
Et drachmam dictæ falso radicis, ab ipsa
Terra, Pissæo quæ Ioue clara manet.
Cumq; pion scribes, voci caput amplius addes,
Masculum Achiuorum nominis articulum.
Indeq; post drachmas expensæ sumito lancis
Quinq; bis, atq; istæc prouidus excipito
C Natarum tauri textura Cecropidarum.
Sic mecum Tricæ progeniesq; facit.

In his versibus Philo iubet croci drach. v. coniſci, pirethri vnâ, euphorbij vnam, spicæ nardi vnâ, piperis autem albi & hyoscyami par pondus, vtriusque drach. xx. opij verò drach. x. Primi quidem igitur duo versus crocum indicant, vt qui fuluus colore sit, & tenuis ad formam pilorum. Cruorem autem Croci fulgere adhuc in campis Mercurij dicit. Adolescens enim Crocus appellatus cum Mercurio disco ludens, et incuriosius consistens, illapso in caput ipsius disco statim mortuus est: ex sanguine autem ipsius in terram acto crocus natus est. Fulgere verò cruorem dixit, hoc est sanguinem iam occisi, propter coloris croci splendorem. Scribitur autem non solum campis, sed & herbis in versu, hoc modo, Fulget adhuc herbis Mercurij ille cruor. Ceterum pondus croci drach. v. esse vult, cum ad humanos sensus pendere iussit, qui quinq; numero existunt. Quod verò drachmas quinque esse velit, & neq; obolos, neq; libras, neq; aliud quicquam tale, per sequen- tia commonstrat: primum quidem cum ait, Dein drachmæ pondus Nauplion Euboicum. Dein- de verò & consequenter cum alijs idem drachmæ nomen apponit. Nauplion itaque Euboicum, pyrethrum vocat, propterea quod Nauplius magnis pyris incensis, vt aiunt, circa Eubœæ por- tum, multos Græcorum decepit, vt perirent, tanquam ad regionem portus bonos habentem ap- plicantes. Id ipsum vero ob Palamedis necem ipsum fecisse tradunt. At verò & Euphorbium si- militer his ænigmatice vocauit, cum ait, Inde Menœtiadæ occisoris ponito drachmam.

Quandoquidem poeta Patroclum sic loquentem facit:

Sed me parca ferox, Latonæ & filius aufert,
Atq; vir Euphorbus.

Pecoris autem, hoc est ouium ventribus excipi & adseruari euphorbium ait, propterea qd hos so- los non corrumpit, & ob hoc in his reponi pharmacum potest. Est porro Euphorbium plantæ cuiusdam spinosæ in Maurusiorum terra nascentis succus, facultate calidissimus, & de ipso libel- lus paruus scriptus est Iubæ regi Maurusiorum. Cōsequenter verò Philo ait, Viginti & drach- mas candentis coniſce flammæ, piper album per hoc significas. Est autem stomacho commodius & acrius q̄ nigrum. Viginti insuper drachmas seminis hyoscyami iniſcere iubet, quod ænigma- tice fabam suis Arcadicæ appellat, quandoquidem aprum Erymanthium, Hercules occidisse fer- tur, qui in Arcadum terra fuit connutritus. Quin & nardi ipsius drach. i. coniſciendam censet, quam radicem falso dictam appellat, quandoquidem spica nardi vere nominatur. Vult autem eā Craticam esse, cum ait: Ab ipsa terra Pissæo quæ Ioue clara manet. Quandoquidem fabularum

Quinta Classis.

cccc scriptores

scriptores Iouem in Diſtao Crete monte educatum aiunt, occultatum ibidem a matre Rhea, ne & ipse a patre Saturno deuoraretur. Apposuit autem Ioui epitheton pissei, quemadmodum mul- ti etiam extra poetica, in communi sermone dicere solent, per Aesculapium Pergamaui, per Dia nam Ephesiam, per Delphicum Apollinem, per Vestam Eleusiniam. Quidam vero non Creticam terram, sed Indicam indicatam esse aiunt, ex qua ebur affertur, ex hoc enim statuam Iouis in Pissa factam ac formatam esse. His omnibus & papaueris succum admisceri iubet, qui recepto a medi- cis more priuatim opium appellatur, cum nullus aliorum succorum quantumuis multi sint, in neu- tro genere, opium videlicet, nominetur. Quando igitur ipsum nomen opion, ex voce. o. & pion, componitur, ob id sane inquit.

Cumque pion scribes, voci caput amplius addes
Masculum Achiuorum nominis articulum.

Indeque post drachmas expense sumito lancis

Quinque bis, &c. Hoc est inſice & opij drach. x. Superest postremum quo omnia hæc tri- ta excipiuntur, ipsum mel, itidem coniecturaliter ab ipso appellatum: Natarum tauri textura, quandoquidem ex putrescentibus tauris apes generari tradunt. Quod autem atticum ipsum mel esse velit, ea gratia addidit, Cecropidarum, hoc est, Atheniensium. Caterum per extremum ver- sum ostendit etiam Aſclepiades hoc pharmacum sic præparare. Ex Tricca enim generis sui ori- ginem ducunt, ex quorum ordine & poeta est. Hæc ferme prima antidotorum dolores sedantium celebris facta est, iuxta hanc autem alij partim ad ipsam appositis, partim detractis, aut apponē- rationibus permutatis, posterius magnum antidotorum dolores sedantium numerum fecerunt, quas etiam colicas vocant, denominatione ab affectione quæ maximos dolores habet deducta. Ego ve- ro primum quidem generales componendi ipsas modos referam, deinde velut consueui, etiam particularium materierum seriem quantum latissime se expandit subscribam. Opium itaque for- tissimum est ex ijs quæ sensum stupefaciunt ac somnum soporiferum inducunt. Operatur autem hæc etiam solum sapa dilutum, deinde tomento exceptum ac sedi inditum, itemque fronti ac naribus illitum. Si vero cum alio quopiam vim ipsius moderante misceatur, moderatius hæc facit. Ve- rum quæ admiscuntur ipsi, aut concoquere, aut mitigare dolorosam affectionem oportet, aut hu- mores affectionem efficientes discutere, aut secare, aut attenuare, aut iuxta totam substantiam al- terare. At vero neque ignorare nos puto optimum esse compositionis scopum, qui trium coniecta- tioni sit intentus. Nimirum vt & sensus stupeſcat, & nullum in posterum inde circa particulam de trimentum permaneat, ampliusque vt affectio ipsa maxime inde iuuetur. Ad hæc igitur respiciens Philo mihi videtur hoc pharmacum, de quo iam proposuimus dicere, composuisse. Ex opij qui- dem & hyoscyami miftura somnū soporiferum, & sensitiuæ facultatis stuporem inducere volēs. Quod vero citius distribuerentur, & totorum affectorum corporum profundum penetrarent, cal- facientia admiscuit, pyrethrum, & euphorbiū, & piper, quæ nocentes humores discutere possunt, & extergere viscosos, ac secare crassos, & ventosos flatus attenuare ac euacuare. Est autem non mo- dica concoctoria vis omnium frigidarum affectionum in nardo sita. Verum Creticam nardū inſi- cere non oportet, neque omnino eam quæ apud nos nascitur, quam motanam & herbam Narditen magis quam nardum appellant. Est igitur celtica nardus optimum pharmacum, efficiens quæcunque etiam indica nardus solet, verum ab ipsa viribus deficit, velut etiam a Celtica, Motana. Quemad- modum autem ex aromaticis appellatis medicamentis Philo solam nardum iniecit, sic posterorum alius aliud apposuit, alijque etiam plura. Quæ vero apponuntur, sunt flos iūci odorati, & casia, cin- namomum, amomum & costus. Quemadmodum autem rursus crocum addidit, crudorū humo- rum concoctorium itemque affectionum medicatarū, sic alij myrrham & castorium admiscuerunt. Plurimi autem ex ipsis, neque male in hoc faciētes, & hæc familiaria femina, de quibus etiam antea in confectionibus ex feminibus constantibus dictum est, addiderunt: quod videlicet amarorū medi- camētorum in iucunditate mitigent, & totum pharmacum ad distributionem & vrine propulsi- onem instigent. Si vero & humorum crassitudo attenuari expetat, etiam hoc ipsum faciunt. Dico autem apij semen, cumini, dauci, petroselini, anisi, & quæcūque eiusmodi existit. Apponā igitur iam & copiam ac seriem particularium materierum, a prioribus medicis vsu ac experientia cognitarum.

De colicis pharmacis ab Andromacho conscriptis.

Prima itaque ipsarū hæc in verba scripta est. Colica Casii. Anisi drach. vi. feminis apij. 3. xij. nar- di. 3. iij. alij drach. vi. castorij drach. iij. petroselini drach. iij. alij drach. iij. piperis albi drach. v. & longi drach. v. myrrhe drach. vi. iunci odorati drach. iij. succi papaueris drach. vi. croci drach. iij. Excipi melle cocto. Quidam etiam cinnamomi drach. i. aut casia drach. ij. Datur ad summum nu- cis regia parua magnitudo ex aqua calida cyathis. iij. minimum nucis pontica magnitudo.

Colica secunda ab Andromacho scripta hæc est. Colica Casii, vt Crispus. Facit & foris imposta. Anisi. 3. xij. feminis apij. 3. xxiij. nardi indicæ tantundem, castorij drach. sex, feminis petroselini drach. xvi. myrrhæ. 3. xij. piperis albi. 3. xij. & longi drach. x. iunci odorati. 3. vi. opij, croci, casia, singulorum. 3. xij. costi, acori, vtriusque drach. vi. Excipi melle cocto, præbe nucis pontica magni- tudine ex aqua calida cyathis. iij. Hæc igitur præscripta duæ confectiones ex medicamentis, de quibus

* Al. iij.

A quibus paulo ante dixi compositæ sunt. Quæ vero deinceps sequitur, quæ se vsu esse ipse ait, ha- bet etiam alia quædam præter priora, eiusdem generis cum opio & hyoscyami semine existentia, velut malorū mandragoræ succum, aut qui ex radice ipsius expressus est, & succum cicutæ. Ha- bet item phu ponticum, quod partim nardo celticæ, partim petroselino & vrinā cientibus semini- bus simile existit. At vero syluestris brassicæ semen ex maxime attenuatorijs est, & quæ multum siccare ac discutere possunt. Ex vrinam cientibus est & Meon, & asarum. Illyris vero quam neque nominauit iridem illyricam, concoctorium est & attenuatorium pharmacum. Stœchas autem a putrefactione vindicat & attenuat. Ipsum pharmacum autem sic describitur. Colica Tullij, qua vror. Succu malorum mandragoræ drach. viij. aut succi radicis eiusdem drach. x. phu pontici drach. viij. feminis brassicæ syluestris drach. viij. succi cicutæ drach. xvi. costi, piperis albi, & lon- gi, myrrhæ, opij, singulorū drach. viij. opopanax drach. sex, stœchadis, feminis dauci, mei, asari, singulorum drach. xij. cinnamomi, illyridis, acori, singulorū drach. viij. Sequitur post præscriptas Colica Abacanti, quam apud me consonam reperi. Anisi drach. x. feminis felis, drach. xx. petroseli- ni, nardi indicæ, piperis albi & longi, singulorum drach. tres, & obolos. iij. opii drach. x. myrrhæ drach. x. cumini æthiopic, castorij, vtriusque drach. v. iunci odorati, croci, vtriusque drach. v. Excipi ac præpara cum melle cocto. Colica admirabilis qua vror, & ad voluolos & qui steruus sursum euo- munt in magnis doloribus, datur magnitudine fabæ in aqua frigida cyathis. iij. aut. iij. Piperis albi, feminis hyoscyami, vtriusque drach. xl. opij drach. xx. croci drach. x. spicæ nardi, euphorbij, pyrethri, sin- gulorum drach. ij. excipi melle cocto. Colica non inefficax ad apertos ob id dicta, ad omnem etiam infla- tionem. Sinonis, feminis hyoscyami, piperis albi, singulorū drach. xl. succi papaueris drach. xxx. croci drach. vi. opobalsami drach. iij. excipi melle cocto. Colica Terentij Valentis. Sinonis, pipe- ris albi, feminis hyoscyami, singulorum drach. xl. succi papaueris drach. xx. croci drach. viij. alij drach. vi. corticis radicis mandragoræ drach. iij. mellis quod satis est. Quidam etiam opobalsami drach. iij. Colica Apollonij. Nardi drach. ij. castorij, sceniculi, succi mandragoræ, costi, singulo- rum drach. i. asari, spicæ, vtriusque drach. iij. opopanax drach. i. dauci cretici drach. iij. cinnamo- mi drach. v. piperis albi & longi, iridis, myrrhæ, singulorum drach. ii. lemnia sphragidis, drach. x. absinthij drach. ij. excipi melle. Datur drach. i. ex aqua. Colica vt Nicofratius, Isorheos appellata, empta talentis duobus. Facit ad stomachicos, oculorū dolores, et vexationes, vuluæ labores, ex aqua mullâ incocta ruta. Croci sesquidrachmam, nardi drach. ij. myrrhæ drach. viij. costi, piperis albi & longi, chal- bani, singulorum drach. i. opobalsami drach. quatuor, cinnamomi, succi mandragoræ, castorij, sin- gulorum drach. ii. feminis dauci drach. quatuor, & dimidiam, sagapeni drach. iij. casia drach. iij. excipi melle attico. Colica, vt Scribonius. Cineris cornu cerui teneri vsu heminam, piperis albi, myrrhæ, vtriusque drach. ij. ex tritis cochlearium vnum exhibeto. Et cochleam vnam crudam tritam cum vini cyathis duobus & aqua calida. Colica, qua assidue vtebatur, perfecte liberans & malum extirpans. Zingiberis drach. iij. corticis salicis drach. iij. rutæ ramulos tres aut quatuor, phœni- cobalanorum drach. iij. aquæ cyathos. vi. conuicito in vasculum nouum, & coquito donec tertia pars super sit, & bibendum dato ad triduum post irritationem, & factio interstitio idem facito, ad plures dies pharmacum in potu exhibendo. Colica Tullij bona, qua & ipsa vror. Seminis brassicæ syluestris, phu pontici, vtriusque semissem, piperis albi & longi, feminis dauci, mei, singulo- rum drach. ix. castorij, costi, opii, corticis mandragoræ, nardi indicæ, asari, illyridis, singulorum drach. vi. stœchadis drach. ix. cinnamomi drach. i. casia daphnitidis drach. xvij. excipi melle cocto. Da fabæ ægyptiæ magnitudine. Colica, quam admiratus est Ariston, vt Diophantus Lycius. Succu cetaureæ, castorij, scyllæ asata, piperis albi & longi, myrrhæ, rutæ hortensis, hyssopi, abro- toni, iridis illyricæ, singulorum drach. ij. croci, ammoniaci thymiamatis, radicis acori, phu ponti- ci, zingiberis, veratri albi, singulorum drach. i. excipi aceto mulso. Datur etiam drach. i. ex aceto mulso. Colica, vt Publius in Putiolo & Apollonio. Polij drach. vi. scordij drach. xij. gentianæ drach. v. feminis rutæ syluestris. 3. iij. succi cyrenaici drach. iij. rubricæ lemnia. 3. v. myrrhæ. 3. vii. opobal- sami drach. viij. piperis albi drach. ii. & dimidiam, cachryos, drach. iij. verbenacæ herbæ drach. ii. pentaphylli drach. v. excipi melle attico. Da magnitudinem nucis ponticæ.

Quæ Aſclepiades ad coli affectus prodidit.

Pharmacum inspersile ad coli inflationes, & Antonij pharmacopolæ, hoc vsus sanus erat. Chrysobalani drach. ij. felis, astragali, vtriusque sextantem, illyricæ, tragorigani, vtriusque vnc. i. Hæc simul tusa & cribrata, cochlearii vnus plus minus mensura, ex aquæ calidæ cyathis quatuor ante cibum exhibeto. Aliud, Gallinarum interanea omnia exempta & in vas fictile coniecta affato, ac trita reponito, vsus vero tempore cochleariū vnum & dimidium, & feminis dauci creti- ci tusi & cribrati tantundem, ex aquæ mullæ calidæ cyathis. iij. exhibeto. Ad coli inflationes, Cha- ryclis. Cumini æthiopic drach. vi. feminis apij, drach. v. feminis dauci cretici drach. ii. piperis albi drach. i. tusa & cribrata reponito. Dantur ex eo cochlearia duo cum aquæ mullæ cyathis tri- bus. Aliud, feminis rutæ syluestris aridi, felis massilici, vtriusque drach. viij. petroselini drach. iij. sinonis syriaci drach. iij. piperis albi drach. ii. tusa & cribrata exhibe vt dictum est. Eclegma colicis Nestareum, facit & pleuriticis, & dyspnoicis. Deducit mulieribus menses. Est & concoctorium. Cumini Quinta Classis. ccccc ij hispani

* Al. xvi.

* Al. apij.

* Al. vj.

* Al. vniciis.

* Al. myrrhe.

* Al. 3. ij. acori, myrrhæ singulorū 3. vj. opopanax. 3. iij. feminis cicutæ. 3. xij.

* Al. Antoni medicamen- tū valde gene- rōsum.

hispani vnc. i. piperis albi, zingiberis, vtriusque tantundem, vini dulcis aut scybelitæ, aut protropi sextarios. iiii. vini falerni sextarium vnum, mellis atticæ libram vnā. Arida tunduntur & cribrantur crassiore cribro, deinde cum vino coquantur donec tertia pars super sit, deinde affunditur vinum dulce ac rursus coquitur. Mouere autem oportet ramulis rutæ virgæ falicis exceptis, & falicis cortice obligatis. Habenda est ad manum etiā altera virgæ similiter rutæ ramulos recentiores complectens, quod prioribus exiccatis recentioribus moueas. Postquam autem liquor semel atque iterum ebullierit, inijce mel ac rursus coque, & excolatum per saccum liquorem reponere. Vsu expetente, si mystra tria, ante & post cibum præbe. **Alia Scribonij Largi ex salice, liberat à tota affectione.** Corticis falicis drach. iiii. zingiberis aridæ drach. iij. phœnicobalanos, vi. numero, aquæ sextarium vnum & dimidium. Coquito omnia rutæ ramulis mouens, & vbi tertia pars liquoris restiterit, tum excolato, & cyathos duos quotidie bibendos dato. Hoc verò per triduum facere oportet, & post triginta dierum interstitium rursus repetere, quod per annum potiones. xxxvi. fiant. Bibitur enim hoc pharmacum per annum totum. In alijs exemplaribus hoc modo habetur: Corticis falicis viridis drach. v. zingiberis sicci drach. iiii. piperis albi drach. iiii. palmularum passiarum maximarum, quas Græci patetos appellant, numero duas aut tres, rutæ viridis ramulos, v. aquæ pluuiæ sextarios. iiii. coquito ad tertias, & dato vt prædictum est. **Alia Paccij Antiochi, à tota affectione liberans.** Cornu cerui recens enati mollissimi vsti ad albedinem cochlearia. iiii. maioris magnitudinis, piperis albi grana. x. aut. ix. myrrhæ parui, odoris gratia. Omnia teritur, & cochlea africana varij coloris vnā cū testa itidem teritur, vino falerno per saccum non excolato affuso. Sit autem vini mensura cyathorum trium. Hæc omnia in fictili vase pmissa ad prunas calcamus, diligenter mouentes, ne quid ex pharmaco sublidat. Calfactum verò in ipsis irritationibus bibendū dato, itemque sequentibus duobus diebus. Oportet autem diem vnam ante cibum differre, & reliquis diebus prandio solo vtī, in eoque assumere cibum qui facile confici potest. **Alia confectio.** Succu foeniculi sextar. iiii. mellis atticæ sextar. ij. croci drach. iiii. Crocū in linteolum purum ligato, succum verò & mel mista in vase fictili coquito, & fasciculo croci moueto. Vbi verò densata fuerit ad arteriæ spissitudinem, crocum quidem expressum reijcito, pharmacum verò reponito. Vsu tempore mistrum vnum aut duo ante cibum dato. **Colica Sigonis, qua vsus est Valens, facit in summis doloribus data nucis ponticæ magnitudine, ex aqua calidæ cyathis tribus, & confestim minuit dolores, & maxime si pruritus per totū corpus fiat. Facit et ad inueteratos splenicis, et ad voluolosas affectiones. Facit hepaticis, & ad febres per circuitum repetentes, ac vultus strangulatus, & vesicæ affectus. Est et arteriaca bona.** Sinonis syriaci aut hispani drach. lx. piperis albi drach. xxx. feminis hyoscyami albi drac. xxx. opij, corticis mandragoræ, vtriusque drach. x. croci drach. vi. mellis cocti quod satis est his excipiendis. Quantitas exhibitionis ostensa est. Alia exemplaria sic habent: Sinonis hispani drac. lx. piperis albi, feminis hyoscyami albi, vtriusque drach. xxx. cornu cerui vsti, opij, vtriusque. 3. xx. corticis mandragoræ drach. x. croci drach. vi. mellis quod sufficit. **Confectio Lingonis colica, data ex frigida statim soluit dolores.** Seminis hyoscyami albi drach. xx. opij, feminis dauci cretici, vtriusque drach. x. petroselinii drach. vi. croci, spicæ nardi, pyrethri, singulorum drach. iiii. euphorbij, opobalsami, cinnamomi, singulorum drach. ij. Excipe melle cocto, & exhibe fabæ ægyptiæ magnitudine cum aquæ tepidæ aut frigidæ cyath. iiii. in irritationibus. **Colica sedans dolorem, qua vsus est Casius. Facit & ad internorum affectiones, pharmacum est valde bonum.** Anisi, nardi Syriacæ, myrrhæ, singulorum drach. viii. piperis albi, et longi, vtriusque drach. xij. feminis sēfelis drach. vi. opij tantundem, croci, castorij, petroselinii, iunci odorati, singulorum drach. iiii. mellis atticæ cocti quod satis est, dauci ponticæ nucis magnitudine. **Colica sedans dolorem Lucij, confestim eximit dolores, & inscribitur Sicula.** Myrrhæ, succi hyoscyami, opij, singulorum drach. viii. radices mandragoræ, piperis albi, croci, thuris, singulorum drach. x. Excipe melle, & præbe fabæ ægyptiæ magnitudinem ex aquæ calidæ cyathis tribus ad noctem. **Colica sedans dolorem Eufchemo Spadoni inscripta, bibitur in dies triginta.** Seminis brassicæ syluestris, phu, cinnamomi, iridis illyricæ, acori, asari, opopanax, myrrhæ, nardi indicæ, opij, costi, succi mandragoræ, castorij, singulorum. 3. vi. trium piperis generum, mei, feminis dauci cretici decorticati, singulorum. 3. xij. stœchadis, feminis cicutæ, 3. singulorum. 3. viii. Excipe melle cocto, ac præbe fabæ ægyptiæ magnitudinem, febre carentibus cū vini nulli diluti cyath. iiii. febricitantibus cum aqua multa. Hæc etiā in infusis vtebatur nucis pōticæ magnitudinē, cum foeniculi decocto cyathorum. iiii. & oleo cui ruta incocta est, item cyathorum quatuor. **Ad easdem affectiones confectio Brenii.** Croci, opij, opopanax, myrrhæ, iridis, acori, mandragoræ, asari, costi, nardi indicæ, dauci cretici, mei, singulorum drach. vi. piperis albi, & longi, gentianæ, stœchadis, calicæ, phu pontici, singulorum drach. viij. excipe melle.

De dyfentericis.

CAP. 5.

DE dyfentericis equidē quæ in vniuersum nosse oportet, iam ante dictū est, tū in curadi methodi libris, tū et nūc i sermone de hepaticis habito. Reliquū est igitur de tū dyfentericis agere, in quibus neque hepar affectū est, neque alia aliqua affectio est, pter intestinorū vlcerationē, aut nudā, aut cū putrefactione aliqua obortā, quā medici cōsuetō vocabulo Nomē appellāt. Quæcūque igitur ad tales affectiōes cōmoda sunt, & ita frequētī expimēto cognita, ea i principio subscrībētur.

Quæ

A

Quæ ab Andromacho ad dyfenteriam scripta sunt.

Potio ad dyfentericos & hæmoptoicos. Floris rosarum, opij, acaciæ, gummi, singulorum. 3. iij. balauitij tantundem, succi hypocistidis tantundem, gallarum drach. ij. feminis plantaginis tantundem, & succi eius tantundem, lycij indicæ. 3. i. succi rosarum drach. i. Fac pastillos drach. i. Vtere varie. **Ad dyfentericos & cœliacos, confectio ex fructibus.** Mala punica integra. xx. mala cotonea. xx. erui sextar. i. prunorum syluestrium sextar. ij. sorborum ephesinorum sextar. ij. rhois Syriaci sextar. iij. pyra terentiana. xx. mala cestiana. xxx. siliquas. xl. baccarum myrti nigrarum sextar. iij. muti aminegi ad tertias decocti sextar. xlvij. Coquito simul ad mellis spissitudinem, & in figulino reponito. **Alia ex fructibus ad eadem, stomachum subuersum restituit. Imponitur etiam forissecus.** Mala punica. x. cotonea. xx. mala orbiculata. xv. sorborum sextar. duos, mespilorum sextar. i. glandiū sextarium vnum, rhois Syriaci sextar. i. rubi fasciculum manipulem, baccarum myrti nigrarum sextarium vnum, palmas passias, patetos Græci dicunt. xxx. acinorum aridorum sextarium dimidium, prunorum syluestrium sextarium. i. siliquas magnas. x. cœnanthes sexuncem, cornorum sextarium vnum, mala citria. v. passii Cretici sextarios. xvi. coquito simul & reponito in vitro, vtere vt priore. **Ad dyfentericos, qua vtor.** Gallæ, fructus ericæ, opij, singulorum drach. iij. cum aqua redigito in pastillos duorum obolorum. Dato ex aqua aut vino. **Ad dyfentericos Clidion.** Nardi, croci, vtriusque drach. viij. aloes drach. iij. ego drach. ij. thuris drach. ij. acaciæ. 3. iij. myrrhæ. 3. iij. succi hypocistidis. 3. iij. alij. 3. vi. rosarum siccarum drach. iij. lycij indicæ drach. iij. tragacanthæ drach. iij. opij drach. iij. i. obolos. ij. piperis drach. ij. alij etiā iridis drach. ij. Excipe aqua. Quidam etiā cinnamomi. 3. ij. & dimidium, gallæ. 3. ij. fac pastillos obolorum duorum ponderis. Exhibe cum vino myrteo. **Ad dyfentericos & cœliacos, pastillus Beritij.** Nardi, croci, vtriusque. 3. ij. myrrhæ succi hypocistidis, aloes, opij, tragacanthæ, lycij indicæ, gallæ, anisi, acaciæ, piperis, thurici, singulorum. 3. i. tragacantham in vino macerato, et reliqua trita commisceto, pastillosque drach. i. formato, atque ipsos ex vino dato. **Clidion ad dyfentericos.** Acaciæ. 3. xxv. succi papaueris drach. xxij. feminis hyoscyami. 3. lvi. baccarum myrti tusarum drach. clx. rhois syriaci drach. lxx. & succi eius drach. ij. & dimidium, thuris. 3. lxxv. Omnia torrefacta terito, et vino nigro excipito. Datur summum drach. i. **Ad dyfentericos & cœliacos.** Vini falerni sextar. vi. mellis atticæ lib. vi. coquito simul ad multam spissitudinem, vtere pleno cochleario, ad delingendum dato.

Ad dyfentericos & omnia interna vitia, pastillus ab Eudemo seniore.

Croci, calicæ fistulæ, vtriusque drach. ij. nardi drach. i. myrrhæ, aluminis, succi papaueris, singulorum drach. ij. cum aqua pastillos formato, & dyfentericis ex vini cyathis duobus dato, febricitantibus ex aqua, hepaticis & peripneumoniacis ex aqua multa. Ita etiā pleuretici & tussientibus. **Alind, ad dyfentericos.** Seminis foeniculi, anisi, apij, malicorij, singulorum drach. iij. opij drach. ij. cum aqua redige in pastillos duorum obolorum. Dato vnum ex aqua. **Ad dyfentericos & cœliacos, ex libris Antipatri.** Piperis nigri. 3. iij. gallæ. 3. iij. myrrhæ drach. ij. croci drach. ij. nardi. 3. i. lycij drach. i. succi hypocistidis, acaciæ, ramentorum loti, gummi, singulorum drach. ij. opij, aloes, anisi, singulorum drach. i. rhois obsoniorum drach. duos. Excipe succo rubi & vtere. **Ad dyfentericos, cœliacos, & hæmoptoicos, à Cornelio medico.** Myrrhæ, thuris, aloes, croci, opij, rhois Syriacæ & coriariæ, lycij indicæ, acaciæ, malicorij, succi hypocistidis, gallæ, balauitiorum, singulorum par pondus. in pastillos cogito, & ad noctem febre carentibus ex vino, febricitantibus ex frigida dato. **Alind ad dyfentericos, Valenti.** Myricæ fructus, rhois Syriacæ, opij, petroselinii, singulorum par pondus torreto ac terito, & cum aqua in pastillos reducito magnitudine fabæ. Da in noctem febricitantibus ex aqua calida, non febricitantibus ex vino. **Ad dyfentericos ex scriptis Lucij.** Styracis drach. ij. opij, croci, acaciæ, gallæ, fructus myricæ, singulorum drach. i. cum aqua pastillos facito, ac dato fabæ ægyptiæ magnitudinem cum vino.

† Al. 3. v. obol. vi.

* Al. quinque.

Ad dyfentericos & hæmoptoicos, statim à prima potione cohibet fluxum. Cochlearum vstarum drach. xij. cornu cerui vsti drach. 3. xx. obo. ij. 3. baccarum myrti nigrarum drach. xv. opij torrefacti drach. v. obo. ij. gallæ tostæ drach. v. obo. ij. cœnanthes drach. vi. succi hypocistidis drach. v. obol. ij. radices mandragoræ. drach. xij. succi rhois, terræ asteris, vtriusque drach. xij. rhois culinarij drach. xxiiij. malicorij tostæ drach. vij. thuris drach. viij. corticis pinus torrefacti drach. vi. feminis apij drach. xiiij. hyoscyami tostæ drach. decem, rhois coriarij sextar. ij. acaciæ tostæ drach. v. obol. ij. vini nigri, quo rhus coquatur vt crassissimus succus fiat. Coquito itaque cum vino, atque colato, & cum succo reliqua subacta in pastillos drachmales & triobolares ac diobolares cogito, & pro habitu exhibeto, febricitantibus cum aquæ calidæ cyathis. iij. non febricitantibus cum vini cyathis. ij. In alijs exemplaribus cornu cerui drach. vi. oboli. ii. habentur, & succi hypocistidis drach. vii. & obol. ii. & acaciæ tantundem. **Ad dyfentericos Flauij Pyctæ, id est, pugilis.** Baccarum myrti aridarum tusarum sextarium vnum, rosarum siccarum tusarum sextarium dimidium, facis malabathri drach. ii. baccarum iuniperi drach. xxx. pyrorum aridorum tusarum sextar. i. corticis pinus drach. xii. myrrhæ drach. i. gallas. v. sili quarum tusarum sextarium vnum. Dantur ad summū drach. viii. Dato aridum cum vino diluto. Quæ verò crassiora sunt, palmulis pinguibus excepta exhibeto. **Ad cœliacos. Sifit fluorem confestim.** Fructus myricæ drach. iiii. rhois cibarii drach. iiii. baccarum myrti nigrarum drach. iiii.

Quinta Classis.

cccc iiii acaciæ

acaciæ drach.ii. succi papaueris drach.i. Excipe malorum spissamento, & fac pastillos drachmæ ponderis, ac vtere cum oui affati vitello. Vbi verò bibendum dare volueris, radicem rubi, aut myrtum, aut mala cotonea coquito, atq; decoctum horum frigidum cyathorum.iii. mensura cum pharmaco dato. Facit & lientericis. *Potio ad internos fluores: forinsecus etiam cum melle coctum impostum facit.* {Seminis apij, hyoscyami, vtriusq; 3.iiii.} anisi drach.ij. succi hypocistidis sesquidrachmam, seminis rosarum sesquidrachmam, succi papaueris drach.vnam, myrrhæ drachmam vnam, crocomagmatis drach.i. Dantur cum aqua obol.iii. & duo, & vnus itē. *Potio ad omnem fluxionem & inflammationem, Lucij Tarsensis.* Anisi, seminis apij, vtriusq; drach.ij. seminis anethi, dauci, tordylis, singulorum drach.iiii. opij, seminis hyoscyami, vtriusq; sesquidrach. Excipe aqua, atq; ita vtere. *Potio ad fluxum muliebrem sistendum, vt Apollonius.* Coralli obol.iii. balaustij obolos.iiii. gūmi obolum vnum, excipe oui crudi candido, & dimidium totius cum aqua cyath.iiii. præbe.

Infusa Dysentericis commoda.

Infusum ad dysentericos, Ildori, ad exulcerationes factas in intestino recto. Cineris chartæ drach.x. aluminis scissi.3.iiii. auripigmenti.3.iiii. sandarachæ.3.iiii. squamæ æris, omphacij, vtriusq; 3.iii. croci, succi papaueris, vtriusq; 3.ii. calcis viuæ.3.v. trita misce & excipe vino dulci, ac forma pastillos drachmarū trium, & duarum, ac vnus, ponderis. Vfus tempore vino austero diluuntur ad strigmentitiam crassitudinē, miscenturq; succi ptisanæ cyathi duo. Infundito hæc simul ægroto, ita vt tum de ptisanæ succo, tum de pharmaco pro viribus ipsius fumas. *Infusum Faustianum.*

Auripigmenti.3.xii. chartæ vstæ.3. xxx. sandarachæ.3.vi. calcis viuæ.3.x. alij. xij. cogito in pastillos quatuor drachmarum, & cum plantaginis succo, in quo spissamenta incocta sunt, infundito, aut vino diluto cyathis.iiij. *Infusum, quo vror, Athenæi, concordat Harpocræ, Magno Philadelpho, Aristolao.* Omphacij.3.vi. aluminis scissi.3.vi. calcis viuæ, squamæ æris, vtriusque drach.vi. auripigmenti drach. octo, sandarachæ.3.iii. chartæ vstæ drach.xv. cum vino myrteo pastillos drachmarum.iiii. aut.iii. formato. Infunde cum vini diluti cyathis.iiij. & aquæ tepidæ cyathis duobus. Quandoq; etiã cum aqua pluuiali. *Infusum, quo vror.* Chartæ vstæ.3. xxx. auripigmenti.3.xii. gallæ.3.ix. calcis viuæ.3.xvi. bituminis drach.xvi. sulfuris viui drach.xvi. sandarachæ drach.xvi. *Infusum aliud, vt Idius.* Aeris vsti drach.xxiiii. calcis viuæ, aluminis scissi, vtriusque tantundem, chartæ vstæ drach. xxx. auripigmenti drach.xii. sandarachæ.3.xii. excipe vino myrteo, aut rosarum decocto, quæ cum vino austero ad dimidias coctæ sint & expressæ, forma pastillos, eosq; infunde cum aqua. *Infusum ab Eubulo.* Squamæ æris drach.iiij. chartæ vstæ drach.xvi. calcis viuæ drach.vi. auripigmenti.3.viiij. sandarachæ.3.xv. {acaciæ drach. quinq; } omphacij.3.iiii. G facis vini vstæ drach.i. excipe vino myrteo, & infunde cum vino diluto calido. *Infusum Heræ.*

Chartæ vstæ vnc.i. calcis viuæ vnciam dimidiam, cadmiæ vnc.i. auripigmenti vnc.i. ex hoc arido cochlearia duo cum decocto baccarum myrti, aut vino myrteo cyathorum.iiii. mensura infunde. Calcem verò cum succo plantaginis extingue. *Infusum aliud eiusdem.* Sandarachæ, auripigmenti, vtriusq; drach. octo, acaciæ.3.iiii. calcis viuæ.3.iiii. excipe vino austero, & coge pastillos drachmarum trium. In debilibus verò minus cum vino diluto infunde. Aliud, Sandarachæ drach.viii. calcis viuæ recentis.3.x. chartæ vstæ drach. octo, alij drach. xxx. malicorij, gallarum, acaciæ, singulorum.3.v. menarum aceto conditarū ad dies viginti vnum, ac vstarum drac.iii. auripigmenti.3.xvi. Vruntur manæ in olla cruda, & aliqui arido medicamento vtuntur, aliqui in pastillos cum myrti baccarum decocto cogunt. Si verò non moretur pharmacum retentum, ante eius vsum polygoni succum aut muriam infundito. *Infusum, quo vror, Aphtha appellatum.* Rhois Syriaci, gallarum vstarum, vtriusq; 3.xv. chartæ vstæ tantundem, suberis vsti.3.xv. panis Alexandrini sicci vsti.3.xv. auripigmenti.3.viii. sandarachæ.3.x. acaciæ drac.v. ceruffæ.3.viii. calcis viuæ.3.x. spumæ argenti.3.iiij. excipe vino veteri & forma pastillos, alios duarum, alios trium, alios quatuor drachmarum pondere. In principio quidem per plantaginis, aut sanguinariæ, aut helxines succum infundito: qui si non adsint, paquã. Si verò vigor sit, & morbus fortis cum dolore, cum scenigræci aut seminis lini decoctione infunde. In declinatione autē cum decocto myrti & rubi vino coctorum. In pueris cyathorum duorum copia, in sceminis trium, in viris quatuor.

Infusum, quo vror, Gemelli. Auripigmenti.3.viii. sandarachæ.3.iiij. calcis viuæ.3.viii. squamæ æris drach.vi. aluminis scissi tantundem, omphacij.3.viii. lycij indicij tantundem, succi papaueris.3.iiii. succi hypocistidis tantundem, croci drach.ij. ego autem drach.iiii. chartæ vstæ drach.xx. aliqui drach.xv. excipe vino myrte, fac globulos, quorum singuli sint drach.iiij. & trium. Infunde cū vino diluto. *Infusum Agathij.* Auripigmenti drach.ii. sandarachæ drach.v. calcis viuæ drach.iii. chartæ vstæ drach.iiii. ex hoc pharmaco drach.iii. cum sale trito infundito in aquæ frigide cyathis.vi. *Infusum Nicostriati ad dysentericos, quo Menander vsus est.* Calcis viuæ drach.i. gypsi drac.viii. acaciæ drach.ii. omphacij drachmam.i. stibij drach.iii. thuris drach.i. gallæ drach.iiii. tragacanthæ drach.ii. cum vino myrteo cogito in pastillos. Reponuntur in reliquiis ab expresso vuarū succo restantibus stipati, ne transpirent. *Infusum ad dysentericos Thamyre.* Auripigmenti drachmas duas, aluminis scissi drach.ii. cadmiæ tantundem, calcis viuæ nouæ drach.i. chartæ vstæ drachmas duas, suberis ex dolio vini falerni vsti drach.vii. & dimidiam. Cum sapa aut passo hispano apud

A apud te recoctio pastillos cogito. Cæterum pastillis rursus tritis cochlearia.ij. infundito. Reliquis pro viribus cum lenticulæ decocto, si lenticula nō adsit, rubi cū rosis aridis decoquito, & seorsim myrti baccas cum vino austero coquito, & vtriusq; cyathum vnum misceto. Quandoq; verò vini cyathos.iiij. & rubi decocti cyathos.ij. Facit item in potu acceptum pro viribus ad cochlearij plus minusue mensuram ex frigida aqua. *Infusum, vt Deletius Epagathus.* Auripigmenti drach.xii. succi hypocistidis drach.iiij. sandarachæ drach.iiij. chartæ vstæ drach. xxx. calcis viuæ drach. xxiiij. balaustij drach. xlvij. Balaustium in vino veteri austero coquitur, deinde cum decocto reliqua teruntur, formanturq; pastilli drachmarum quatuor, quidam vnciæ ponderis faciunt. Infunduntur autem ante cenam in myrti baccarum & lenticulæ decocto.

Quæ ab Asclepiade ad dysentericos scripta sunt, quorum aliqua etiam cœliaci conueniunt.

Vini myrtitæ sextar.iiij. rhois rubri heminam.i. mellis atticij cocti lib.i. rhoem & vinum coquito rubi ramulis mouendo, & vbi tertia pars restiterit, liquorem exprimito, eiq; mel adijceto, ac rursus coquito donec spissetur. Datur mystrum ante cibum. Aliud, Rhois Syriaci, farina polente, vix passæ non exacinatæ, singulorum drach.ij. malicorij tusi & cribrati drach.i. excipe melle cocto, dato mystrum ante & post cibum. *Pastillus cœliaci & dysentericis.* Ouum crudum reuens perforato, et in vasculum euacuato, et cum testa subscripta mesurato, olei omphacini testam oui vnam, piperis albi tenuissime triti tantundem, rhois syriaci tenuissime triti tantundem, et gallarum omphacitidum tantundem, farine tritici tantundem. Omnia subacta & mollita in pastillos redigito, & in sartagine fricta ante cibum dato. *Aliud, hoc scimus multos vsos à morbo liberatos esse.* Gallarum subtilissime tritarum cochleariū, piperis albi, rhois rubri, malicorij tenuissime triti, singulorū equalē partē. Omnia mista oui luteo excipe, & in vacuam mali punici testam conijce, atque obturato cū farina osculo ipsius ad prunas torre, deinde depurgata mali punici testa cochlearium vnum comedendum exhibe, *Catapotia, cœliaci, dysentericis.* Gallarum omphacitidum nō perforatarum.3.iiii. opij hispani.3.ij. petroselinij.3.i. excipe aqua, fac catapotia, & da magnitudine ciceris: virium tamen ratione circa mensuram habita. *Aliud Aspasij, pharmacum generosum.* Petroselinij, fructus ericæ, rhois syriaci, opij, singulorum.3.ij. cum myrti decocto in catapotia redigito, ac dato vt dictum est. *Pastillus sedans dolorem, cœliaci & dysentericis, & bibitur, & infunditur.*

Quandoq; etiam ipso pro cataplasmate vtimur excipientes melle cocto. Seminis hyoscyami.3.iiij. seminis apij tantundem, anisi, floris rosarum, vtriusque.3.ij. hypocyttidis, {balaustij, } opij vtriusq; 3.i. Cum aqua trita in pastillos reducto, & obo.iiij. exhibero. Febrem non habentibus cum vini diluti cyathis tribus, febricitantibus cum aqua. *Aliud cœliaci, dysentericis pharmacum accommodatum, & bibitur, & infunditur, & forinsecus impostum auxiliatur.* Seminis apij, seminis hyoscyami, anisi, foeniculi, singulorum.3.iiij. opij, rhois syriaci, vtriusq; 3.ij. succi hypocyttidis, balaustij, singulorum drach.i. excipe aqua, & coge pastillos, dato vt prædictum est. *Pastillus aromaticus, cœliaci, dysentericis, Berytij appellatus, pharmacum accommodatum, sicut confestim.* Croci drach.iiii. nardi indicæ, anisi, vtriusq; tantundem, myrrhæ.3.ij. aloes indicæ, succi hypocyttidis, {lycij indicij, acaciæ, } succi papaueris, gallarum omphacitidum, tragacanthæ, piperis albi, singulorum tantundem. Excipe vino nō & forma pastillos, dato obo.iiij. *Pastillus Philippi, ad dysentericos inueteratos, sedans dolorem, bibitur & infunditur.* Balaustij, acaciæ, succi hypocyttidis, rhois, opij, thuris, myrrhæ, baccarum myrti nigrarum, croci, gallarum, lycij, aloes, rhu pontici, malicorij, singulorum.3.iiij. excipe vino Italico, & coge pastillos pondere obo.iiij. Da non febricitantibus cum vino, febricitantibus cum aqua mulla. *Pastillus sedans dolorem, praeclare inducens somnum, ad inueteratos dysentericos.* Chartæ vstæ.3.x. sandarachæ, auripigmenti, squamæ æris, aluminis scissi, omphacij, calcis viuæ, singulorum drach.v. croci, opij, vtriusq; 3.ij. singula diligenter trita in pastillos drachmales cum vino myrte coagmentato, ac vtitor. Infunduntur ad summum ex eo.3.iiij. medium duæ, minimum vna. In conficiendo aut

tem, omphacium cum opio tibi sit in vino myrte maceratum. Crocus seorsum teratur, deinde simul mista probe terito, & additis aridis vnito, animaduersione habita ne pharmacum à calce viua exuratur. Si tamen tale quid consequatur, de myrte sufficienter affunde, vt omnia dissoluantur. Oportet autem calente adhuc pharmaco pastillos formare. Vfus iuxta apponderationis variationem fit, secundum quod ægri subtili aut hebetē sensu præditi id tolerare possunt, & secundum magnitudinem affectionis. Infundito autem diligenter in non febricitantibus cum vini austeri diluti cyathis.vi. in febricitantibus cum aqua, aut decocto palmularum, aut rosarum, aut myrti. Ante infusionem detur panis nō febricitantibus cum vino diluto, febricitantibus ex aqua. *Alius dysentericis non febricitantibus, facit confestim.* Chartæ vstæ.3.x. sandarachæ, auripigmenti, squamæ æris, aluminis scissi, omphacij, lycij indicij, acaciæ, succi hypocyttidis, calcis viuæ, singulorum.3.v. croci, opij, vtriusq; 3.ij. excipe vino myrteo, & forma pastillos magnitudine differentes. Infunduntur ad summum drach.iiii. Infundere autem oportet quantitate pharmaci ad magnitudinem affectionis apponderata. Sitq; liquor passum creticū dilutum, & ex eo ad summū cyathi.vi. infundantur. *Epithemata cœliaci, dysentericis.* Seminis hyoscyami albi, apij, vtriusq; trientem, anisi, floris rosarum, succi hypocyttidis, balaustij, rhois Syriaci, singulorum sextantem, succi papaueris vnc.i. Hæc singula cū vino myrteo terito, deinde mista in pastillos cogito, eosq; in vmbra siccatō. Inde verò

Quinta Classis.

cccc iiii quantum

quantum sufficit tundens & cribrans palmis passis excipito, deinde linteolo infarta ventri imposito. Aliud, Succiacacis, malicorij, seminis hyofcyami, opii, gallarum, omphacii, rhois Syriaci culinarij, singulorum quadrantem, baccarum myrti nigrarum heminam. i. tundo, cribrato, & vino austero subacta in pastillos coagmentato, eosq; in umbra siccato. Vfus iam ostensus est.

De affectibus & vitijs sedis.

CAP. 6.

Sedis vitia & affectus ob multas causas difficilem curam accipiunt, multo enim sensu partium haec praedita est. Dicitur autem saepe est eiusmodi particulas facile per acriora & austera pharmaca irritari. At vero & ipse recrementorum alimentum transit. s. per se mordax est, & hoc magis ubi eruperit ipsa bilis, & ferosi quidam aliquando humores, quibus accedit & hoc, quod neq; statum tempus habeant medici ad imponenda pharmaca, sed plerumq; tempore minime convenienti aegri ad excernendum concitantur. Quin & humiditas ac caliditas ipsius loci siccantibus simulq; frigidificantibus opus habens, non parum confert ad hoc, ut aegre curabilis an affectio existat: si quidem mordent adstringentia. Verum locus subtili sensu praeditus acrimoniam ferre non potest. Ob id igitur aptissima ipsis pharmaca sunt, quae citra aspretudinem adstringunt. Qualia maxime sunt ex metallicis, quae neq; acra, neque acerba penitus existunt. Haec enim lota citra mordacitatem id quod oportet, operantur. Horum itaq; in summa dictorum memores deinceps materiae sylvam experimento cognitam subscriptam habebitis.

Medicamenta Sedis seu ani, ab Andromacho conscripta.

Medicamentum sedis quo vtor. Cerussae, spumae argenti, vtriuscq; 3. v. thuris, aluminis scissi, vtriuscq; drach. iiii. croci obol. iiii. vini & rosacei quod satis est. *Aliud ad sedem, ut Apollonius, quo vtor.* Lycij indicij sextantem, oesypi vnc. i. ceræ tyrrhenicae trientem, alij sextantem, rosacei quod satis est. Aliud, Butyri fescunciam, ceræ fescunciam, medullae ceruinæ vnc. i. oesypi vnciam. i. thuris vnc. i. aluminis scissi quadrantem, lycij sextantem, vini & rosacei quod satis est. *Aliud, ut Nicostrotus.* Ceræ tyrrhenicae vnc. i. lycij indicij sextantem, balaustij vnc. dimidiam, oesypi vnc. i. acacis vnc. dimidiam, rosacei trientem. *Aliud, ut Herophilus.* Rosarum siccarum aut viridium. 3. ij. cerussae. 3. ij. pompholygis. 3. ij. croci drach. ij. spumae argenti lotae drach. ij. meliloti drach. ii. iunci odorati drach. i. succi papaueris drach. i. oesypi drach. i. oui affati vitellum. i. rosacei quod sufficit, succi plantaginis cyathos duos. *Aliud faciens & ad pruritus.* Spumae argenti lib. dimidiam, thuris, terrae famiae, vtriuscque vnc. i. oesypi sextantem, rosacei sextantem, melini libram dimidiam. Arida in umbra cum vino falerno terito, oesypumq; infarcito, & affusis duobus vnguentis terito ac comisceto. *Aliud ad sedem, quo vtor, ad condylomata, inflammationes ani, ac rimas.* Ammoniaci thymia matris, lapidis haematitæ, thuris, aluminis rotundi, singulorum drach. ij. gallæ, croci, vtriuscq; 3. i. terebinthinæ drach. i. ceræ tyrrhenicae drach. xij. rosacei heminas. iiii. excipe pello, cum syriaco, in reliquis cum rosaceo. *Medicamentum sedis ex cerebellis.* Adipis anserini curati, ceræ, thuris, medullae cerui, florum rosarum, pompholygis, cadmie, plumbi loti, singulorum drach. iiii. cerussae drach. viii. cerebri gruis drach. ii. succi papaueris fescuidrachmam, oesypi drach. v. succi feridis heminam vnam, rosacei heminam dimidiam. *Medicamentum sedis a rustico, quo vtor.* Rosarum viridium drach. viii. lactis muliebris heminam. i. spumae argenti drach. xl. succi papaueris drach. xl. oua cruda integra duo, butyri drach. xvi. oesypi drach. xvi. malicorij drach. xvi. mellis drach. c. in alio exemplari heminam dimidiam, ceræ drach. xl. rosacei aut myrtei heminam dimidiam. Verum Heras pro oesypo adipem anserinum pari pondere coniecit, & spumae argenti drach. x. lactis heminas. iiii. & oui vitellum affatum. *Aliud a Tyranno.* Spumae argenti sextantem, cerussae sextantem & vnc. dimidiam, thuris vnc. i. myrrhæ vnc. i. cadmie fescunciam, aluminis scissi trientem, ceræ trientem. Vinum & rosaceum. *Aliud Samithrae ad multa commodum.* Spumae argenti drach. xij. cerussae drach. xij. chalcitidis drach. ij. misyos affati drach. i. terebinthinæ drach. vi. olei & aquae heminas. iiii. *Pinguis compositio ad achoras & psoras.* Spumae argenti, cerussae, vtriuscque drach. xxxij. atramenti sutorij drach. xvi. sulfuris vivi drach. viii. olei myrtei & acetii quod sufficit. *Alia pinguis Galli.* Spumae argenti drach. xxxiiii. cerussae drach. xxxiiii. myrrhæ drach. viii. thuris drach. x. olei myrtei drach. xiiii. vini austeri tantundem. *Alia pinguis, qua vtor, Cleophanti.* Olei myrtei, lentiscini, rosacei, singulorum drach. xvi. cerussae lib. i. spumae argenti lotae sexuncem, vini veteris Italici sextarium dimidium, ceræ trientem. *Alia ex nouem medicamentis constans, Enneapharmacos dicta.* Mellis partem. i. ceræ albæ partem. i. medullae ceruinæ, myrrhæ, vtriuscq; partem. i. butyri partem. i. adipis anserini, adipis vitulini, vtriuscq; partem. i. terebinthinæ partem. i. olei rosacei partem. i. alij & ricinini partem. i. *Alia Xanite multi vsus.* Ceræ drach. xvi. butyri drach. x. oesypis drach. x. adipis anserini drach. viii. terebinthinæ drach. viii. medullae ceruinæ drach. iiii. rosacei parum. *Alia ex ruta.* Spumae argenti minam vnam, rute minam dimidiam, alij minam vnā, acetii drach. iiii. olei quod satis est. *Alia ad obturationes, & alia sedis vitia.* Plumbi vsti & loti drach. x. cerussae drach. iiii. ceræ drach. xii. adipis porcini vel anserini drach. iiii. olei quantum sufficit. *Ad obturationes & vitia sedis compositio Icodoti, qua Astainus curatus est.* Oesypi drach. i. obol. ij. adipis anserini per hyemen curati drach. vi. per statem drach. iiii. medullae cerui aut cameli drachmas. ii. ceræ tyrrhenicae drach. viij. plumbi vsti & loti drach. iiii. ladani drach. ij.

* AP. vitulini.

A drach. ij. adipis vitulini drach. iiii. terebinthinæ 3. iiii. cerussae drach. ij. spumae argenti 3. i. rosacei heminae quartam partem, hoc est sesquicyathum, hoc est sextantem & vnciam dimidiam. Arida cum liquore committito. Quando vero temporis progressu fuerit induratum, dissoluitur rosaceo, & adipe anserino. Facit & ad contractos articulos. *Ad condylomata, quo melius nullum reperitur.* Aluminis scissi drach. iij. ceræ drach. viij. croci drach. iiii. opobalsami drach. vnā, oesypi drach. viij. thuris drach. iiii. aloes drach. iiii. liquefabilia liquefacito, ac cum aridis tritis committito.

Ad prolabentem podicem Asclepiade pharmaca ex quinto externorum.

Ad prolabentes podices, ut Archelaus. Recrementi plumbi 3. viij. rhois syriaci drachmas octo, floris rosarum drach. quatuor, myrrhæ mineæ drach. ij. Ad moue siccum, ubi praelaueris vino austero, aut lentifici decocto. Aliud, Gallæ omphacinae, malicorij sicci, rhois coriariae, singulorum drach. ij. plumbi vsti drach. iiii. spumae argenti drach. viij. thuris drach. ij. trita inspergito. Aliud, Balaustij drach. i. malicorij drach. ij. seminis hyofcyami drach. ij. cerussae drach. viij. myrrhæ drach. ij. plumbi loti, thuris, singul. 3. ij. tritis vitor. Aliud, Corticis pinus, spumae argenti, manae, singulorum drach. ij. pilularum cupressi aridarum drach. ij. plumbaginis drach. ii. trita insperge, ubi praelaueris vino acerbo. *Pharmacum nostrum ad procidentem sedem.* Fructus aëricæ, gallarum, acaciae, cerussae, succi hypocythidis, corticis pinus, thuris, myrrhæ mineæ, singulorum drach. quatuor, arida trita insperge vino austero praelotis locis.

De hemorrhoidibus.

CAP. 7.

Quæ Asclepiades in quinto externorum de hemorrhoidibus scripsit, in subscripto sermone continentur. Quandoquidem verò plurimæ hemorrhoides opus habent extractione ad facilem pharmacorum impositionem, necesse est etiam huiusmodi compositiones subscribere. *Extractorium hemorrhoidum Magni Tarzensis, pharmacum accommodatum.* Piperis, nitri, vtriuscq; drach. i. terito et admoueto ante reliquorum pharmacorum impositionem. Aliud, Spumae nitri, fellis tauri, staphidis sylvestris, singulorum drach. i. trita adhibe, modico addito melle. Aliud, Succibinthij drach. i. fellis tauri, staphidis sylvestris, vtriuscque 3. i. *Aliud, ut Diogenes.* Succicyclamini, mellis, vtriuscq; paræ mensuram, coquito in vase aëreo ad cerati liquidam spissitudinem. *Aliud ex scriptis Largi, quod vix pronuentes extrahit hemorrhoides.* Succicentaureæ drach. ij. aluminis liquidum drach. ii. mylios drach. i. staphidis sylvestris drach. i. excipe melle, & anum oblinde, aut lanam ex eo madefactam in sedem inde. Postquam verò hoc pharmacum promptitudinè induxerit ad egerendum, & tumor hemorrhoidum prociderit, pharmaca ad hemorrhoidas conscripita adhibeto. Quando verò aliquod huiusmodi pharmacum illitum sedem ac anum ipsum extrahit, necessario tales confectiones adhibemus, qualis est & Nicodemi Romæ medicantis, quæ Euaphion à lenitudine appellatur. Cerussae vnc. i. spumae argenti quincuncem, cadmiæ bessem, aut pompholygis vnc. i. olei myrtei bessem, vini boni bessem, butyri vnc. i. *Ad sedem inflammatam ac prolapsam.* Gallam flauam coctam ac tritam imposito, cum vino, si fortiore uti velis, aut cum aqua, si mitiore. Succus item echini facit ad inflammationes & prolapsam sedem. Aliud, Corticis pinus drach. viii. pilularum cupressi aridarum drach. ii. prelotis vino austero inspergito. Ceterum ad arduos sedis dolores, oui affati vitellum vino albo terito, & cerato rosaceo exceptum illinito. Verum ad pruritus cimoliam tritam cerato myrteo excipito. Ad rimas verò tum sedis, tum pudendi, rasuram linteolorum vrito, eiusq; cinerem cum pari amylo tritum succo foliorum oleæ admisto illinito. *Pastillus ad eminentias.* Aloes, croci, vtriuscq; drach. ii. & dimidiam, aluminis scissi vnciam vnam, terito vino aminæo, ac vtritor.

Ad pudendorum affectiones.

CAP. 8.

Exulcerati pudendi cognitio ex manifesto circa ipsum dolore contingit vnā cum hoc, quòd & circa mictiones excernitur quid ex corpusculis vlceri ipsi insidentibus. Discernuntur autem hæc ab eis quæ ex vesica feruntur, quòd statim circa primum exitum illa appareant, verum ex vesica delata ipsis vrinis admista sunt. Ceterum vlcera pudendorum & circa sedem circa inflammationem consistentia resiccantibus valde indigent pharmacis, qualia sunt, quod ex charta vsta constat, & anethum vstum siccum, & cucurbita vsta. Verum siccis & recentibus vlceribus etiam aloe bonum est pharmacum, si eius aridæ puluillus inspergatur. Omnium autem maxime dolorem sedat, neq; villo minus efficax est pompholyx. Si verò humectiora sint vlcera, pinus cortex per se & lapis haematitæ: verum si profunda etiam sint vlcera, manna predictis addatur. Porro quæ circa vterum aut vesicam sunt vlcerationes, iisdem pharmacis indigent, sed instrumentis insuper opus habent, quæ ipsa intromittant, quæ metrenchyte & catheteres Græcis appellantur. Aptiora itaq; sunt arida, qualis est crocus, & pompholyx, & aloe, quæ facile plantaginis aut alteri tali succo miscentur. *Ad scroti & pudendi dolores.* Butyro & resina pari mensura vtere. Aut semen lini cum aqua coquito, & admista myrrhæ ferme decima parte, resine tantundem et imposito. *Ad pudendum intumescens.* Foliorum vitis tenerorum drach. i. cerussae drach. v. trita cataplasmatice vice impone. Vtere etiam maris aquae frigidæ perfusione, & quiete, & colis religatione. Aliud, Lenticulam in aquam coquito, & cum mali punici cortice tritam imposito. Si verò à sudoribus vlcera in scroto fiant, gallam tritam cum alumine inspergito. Ad tubercula verò in pudendis nascentia, pyri-

tia, pyri semen inspergito, & fel hircinum oblinito. Ceterum fissuras ac rimas pudendorum iuuat E resina fricta cum rosaceo trita ad frigiditatem crassitudinem, admisto est oui affati vitello. Aut rosacei, & amyli, ac thuris, singulorum vnc. vna. Aut foliorum hederæ aridorum vstorum cinis cum oleo in mortario plumbeo tritus. Ad inflammationes aut pudendorum, vnam passam exacinatam, & cuminum trita imponito. Aut farinam hordeaceam aqua mulla coquito, & vitis folia tene ra cum polenta terito, omniaque simul imponito. Aut cuminum tritum cum butyri & resinæ equa libus partibus eliquatis committito. Testiculos porro vlcere aphthæ non ablimili apprehensos ex terra cimolia cum aqua oblinito, & exiccari sinito, indeque aqua alida ablutos myrto arida trita & modico smyrnio item trito conspergito. Excrescentem vero testium carnem cinis sarmentitius cum nitro & aqua subactus sanat, cataplasmatibus vice impositus.

De priapismo.

CAP. 9

Priapismus est auctio pudendi stabilis in longitudinem ac orbem tumefacti, citra rei vene reæ appetentiam. Est autem flatus ventosus, videlicet qui membrum ipsum tumefacit, ex humo ribus viscosis ac crassis generatus per moderatam caliditatem. Palam est igitur non oportere me bra ipsa calfacere, sed refrigerare leniter per ceratum rosaceum in aqua conuulsatum, item per chamæmelinum ceratum tum pudendo, tum lumbis impositum. Vicitus & pharmaca exhibean tur attenuatoriæ facultatis citra manifestam calfactionem. Adhibenda sunt et naturali efficacia prædita per experientiam inventa, nymphæaque in potu danda ac viticis semen, ruta et viridis ob sonijs admisceatur. Verum hoc a principio ne fiat, multum enim calfacit, sed posterius post alio rum extenuantium vsu. Quod si euacuatione vti libeat, per vomitum id fiat. Quæ enim per infe riorem ventrem sunt euacuationes, sæpe numero vicinas partes fluxione infestant. *Ad eos, qui se in somno permittunt.* Vesicam caprinam aut ouillam vltam ex posca bibendam præbeto, & ad vesperam siticulosos somnum petere iubeto. Facit & leporis testiculus in vino odorato feruefa ctus, atque ita potatus. Aliud, Calamintham & myrrham in vino ante cenam bibenda dato. Obli nat autem & pudendum cimolia terra cum perdicij succo.

Ad veri effectus.

CAP. 10

In veri suffocatione contingit sensus ac motus priuatio, & pulsus obscurus ac paruus, & peni tus interceptus. In aliquibus vero tum sensus, tum motus adest, itemque ratio, verum vix respi rant. Aliquibus est vox intercepta, alijs contrahuntur artus. Fit igitur & sensus & motus & spi rationis interceptiones ob frigiditatem, cum ipsa sola perspiratione totius corporis per arterias con tingente contenta sint, et respiratione per os non expetatur, atque hoc, ut dictum est, ob frigiditatem. **Q**uoniam sane in priori tpe probe purgata, & concipientes, ac viris coeuntes, his ipsis priuata fuerint, ut palam sit humidum & frigidum in ipsis semen totum corpus perfrigerare. Ad vuluæ igitur strā gulatus conuenit agarici, 3. i. in potu accepta ex vino. Plantaginis semē & succus cum vino, onyx detractus ex conchylio potatus. Acetum scylliticum absorptum. Ceterum olfactu excitant frangulatas bitumen, castorium, chalbanum, pix liquida, cedria, pili vlti, ruta, allium, cepa. Eadem in rem cornu cerui suffitur. Et ruta cum melle lana excepta in anum inditur.

GALENI DE COMPOSITIONE MEDICA MENTORVM LOCALIVM, SIVE SECVNDVM LOCOS, LIBER DECIMVS.

ARGVMENTVM LIBRI.

Recensentur medicamenta, quæ renum, vesicæ, coxæ ac articulo rum affectibus succurrunt.

De Nephriticis.

CAP. I.



Vod nephriticas antidotos & compositiones appellent, quæ renibus affectis comoda sunt, ex ipsa appellatione manifestum est. Nephriticæ, n. nihil aliud quam renales sonant. Est autem differentia ipsarum generalissima duplex. Quædam, n. calculosos re nes iuuat. Quædam vero inflammatos & vlcerosos, quæ et ad vesicam similiter affectam conueniunt. Maxime vero contrariæ inter se sunt prædictorum pharmacorum facultates. Quæ, n. ad inflammatas & vlcerosas affectiones componuntur, mitigatorijs medicamentis opus habent. Cum vero impossibile sit hæc citò ad regiones renum puenire, ob id ipsi pharmaca vrinæ cientia miscemus. Quæ vero calculosis auxiliatur, vnica facultate indigent, quæ secare & extergere cum manifesta caliditate potest. Sunt autem talia ferè omnia amara. Quæ admodum igitur in alijs, sic et in his materia experimento cognita deinceps subscribā, intitu ab his quæ ad vlcerosas et inflammatas affectiones conueniunt facturus, a quibus est Andromachi sectatores & Asclepiadis orsi inde ad compositiones calculos frangentes transferunt.

Confectiones

A Confectiones renales ab Andromacho ad renum & vesicæ affectiones conscriptæ.

Potio. Seminis lini, seminis papaueris albi, seminis cucumeris, tragacanthæ, singulorum drachmas duas, amyli drach. quatuor, cum aqua in pastillos redigito, & ad vesicam vlceratam ac vrinæ emittendæ difficultatem exhibeto. Alia, Nuces pineas, xxx. amygdalas, xx. palmas, xv. tragacanthæ drachmas quatuor, succi radicis dulcis drach. ij. croci obolum vnum, myrrhæ obol. i. vino protropo diluito, ac vltor ut accommodato. *Alia, ad vesicæ affectus & vlcerationes pastillus, quo vtor.* Seminis cucumeris drach. xij. seminis hyoscyami drach. vi. seminis cicutæ, opij, foeniculi, croci, singulorum drach. iij. casia drac. quatuor, amygdalas, x. nuce ponticas, x. seminis apij drach. sex, seminis maluæ syluestris drach. tres. Excipe passo cretico, & præbe obolos tres non febricitibus ex passo. Quidam cicutæ drach. sex habent. *Alia, ad eadem & vesicæ dolores.* Croci, seminis besafæ, hoc est rutæ syluestris, seminis maluæ syluestris, singulorum drach. sex, seminis hyoscyami drach. xij. opij drachmas sex, seminis apij drach. xij. nuce auellanas, viij. amygdalas, xx. seminis cucumeris drach. xij. mellis attici quod satis est. Datur magnitudo nucis poticæ cum vini mullsi cyath. tribus. *Alia, ad profluvia sanguinis ex vesica.* Aluminis drachmam vnam, tragacanthæ drachmas duas, gummi obolum vnum. Dato ex passo quandoque obolum vnum, quandoque ij.

* Al. xij.

B *Alia, ad vesicæ affectiones vrinæ citis a Macedone profecta, facit & ad hepaticos, hydropticos, ictericos, nephriticos, ac omnia vesicæ symptomata, frangit etiam lapides.* Acori drach. l. phu drach. xxv. nardi celticæ, 3. xxiiij. seminis dauci drach. xxij. cinnamomi drach. xxxij. mei drach. xvi. asari drach. xxiiij. petroselinii drach. xvi. opobalsami drach. xvi. & carpobalsami tantundem, croci drach. xxiiij. myrrhæ, 3. xx. radicis dulcis drach. xvi. nardi Indicæ drach. xvi. casia drach. xij. amomi drach. xvi. vna passæ drach. viij. tragacanthæ drach. ix. Arida melle excipito, & tragacanthum vino aminæo macerato. Dato nucis ponticæ magnitudinem cum vini. cyath. iij. febricitantibus cum aqua mulla. *Alia*

* Al. fatiui.

ad vesicæ vlcera & inflammationes. Nuce pineas, xx. seminis cucumeris syluestris grana, xl. amyli obol. tres, nardi drachmam vnam, seminis apij cyath. ij. Nardus & apium in aquæ sextario vno coquantur, deinde ex decocto duo cyathi præscriptis admiscuntur. *Alia ad calculos, qua Bassa vxor Marij curata est. Frangit ita ut neque rursus gignantur.* Casia drach. duas, seminis apij drach. iij. myrrhæ mineæ drach. quatuor, piperis albi drach. ij. thuris drach. tres, lapidis syriaci masculi, 3. i. aut foemine drachmam vnam, seminis pastinacæ, anisi, vtriusque drach. ij. styracis drach. iij. iridis illyricæ drach. iij. seminis papaueris albi drach. duas, spicæ nardi tantundem, amygdalarum amararum mundatarum, asari vtriusque drach. tres, seminis smyrni, cypri, vtriusque drach. ii. mellis attici quod satis est. Dato quotidie. *Alia ad calculos, frangens & paulatim expellens, donec mundam vesicam reddat, deinde æger pellucida lotia reddet, & quod maximum est, curat ut non amplius renascantur.* Seminis dauci, anisi, seminis cucumeris, petroselinii, myrrhæ, singulorum drach. sex, casia daphniti dis, cinnamomi, nardi celticæ, singulorum drach. quatuor. Terito & cum aqua ad parui lupini quæ titatem coagmentato, & ieiunij quotidie per dies. xxx. ex aquæ cyath. tribus præbeto. Hoc vero pharmacum quemadmodum accepimus, cum quadam religione præparatur. Ligneo enim mortario ac pastillo tunditur, oportetque eum qui tundit neque anulum habere ferreum, neque calciamenta clavis ferreis transfixa. Hoc a rustico ut mysterium accepimus. *Alia ad nephriticos & omnem fluxionem, ut Apollonius.* Corticis mandragoræ tosti sesquidrachmam, hyoscyami seminis tosti, seminis papaueris nigri tosti, vtriusque sesquidrachmam, anisi tosti sesquidrachmam, tragacanthi, carnis palmarum, vtriusque drach. tres, dato cum melle.

* Al. i.

C *Nephritica compositiones ab Asclepiade conscriptæ.* Antonii Mulsæ. Fructuum pini, qui pityides vocantur, & tusorum & cribratorum, 3. 3. xx. seminis papaueris albi, tragacanthæ, vtriusque drach. ii. nardi celticæ, croci, anisi decorticati, radicis dauci cretici, singulorum drach. i. costi obol. iij. præpara cum protropo, & repone in pyxide, da nucis ponticæ magnitudinem cum protropi cyatho vno, & aquæ calidæ cyathis duobus. Alia, Seminis cucumeris fatiui tosti drach. iij. seminis maluæ drach. v. nucum pinearum drach. vi. seminis apij drach. vii. seminis lini drach. vnam, amygdalarum amararum mundatarum, 3. ix. excipe passo, & exhibe ut prædictum est. *Alia ad Nephriticos Onesidemi.* Amygdalarum amararum, 3. xvi. seminis dauci cretici, seminis maluæ, vtriusque drach. vi. radicis iridis syluestris drach. viii. cornu ceruini vlti, tragacanthæ, nardi celticæ, seminis cucumeris fatiui, singulorum, 3. vi. passi quantum sufficit, præpara ut dictum est. *Alia ad Nephriticos Onesidemi.* Hoc scimus multos nephriticos vfos esse, & a tota affectione penitus liberatos. Oportet per multos dies in pharmaci huius vsu perseverare. Datur & calculosis, & colicis medetur, ac vesicæ affectibus. Componitur hoc modo: Nucum ponticarum purgatarum, amygdalarum amararum mundatarum, seminis cucumeris repurgati, singulorum drach. iij. seminis cicutæ, croci, seminis maluæ, opij, singulorum, 3. sex, seminis hyoscyami albi, seminis apij, vtriusque drach. xii. Cogito in pastillos cum melle, ac dato obol. iij. cum aquæ mulsæ cyathis iij. In alio exemplari, & besafæ, hoc est seminis rutæ syluestris, 3. vi. *Ad callos in renibus concreciones, Onesidemi.* Symphytum, & Sion, & artemonium cum vino coquito, & expressi liquoris cyathos. ii. cum pari aqua dato. Aliud, Maluæ syluestris radicem, & rutæ syluestris radicem, & apij montani radicem {cum vino} coquito, & eo qui dictus est modo exhibeto.

† Al. exacinatorum.

* Al. nigri.

do exhibeto. *Aliud ad calculos in sperfile.* Seminis balsami partem. i. lapidis qui in spongijs reperitur tantundem, pulegij aridi, seminis maluae syluestris, ocymij aridi, singulorum tantundem: tusa & cribrata reponito, & dato cochlearium cum vini diluti cyathis duobus. *Aliud, Struthij radicis partem. i. iridis syluestris siccae tantundem, oxalidis siccae tantundem, fremij luteum florem habentis siccit tantundem. Tufis & cribratis, ut dictum est, utere.* *Cataporia Heraclidæ Tarentini, dissolunt vesicæ tophos, commodant & ad vesicæ stillicidium.* Piperis, galbani, vtriusq; 3. i. succi lybici 3. ij. myrrhe 3. iij. protropi quod satis est. Forma cataportia ciceris magnitudine, & iij. deoranda dato, & passii cyath. ij. insuper bibendos. *Aliud, Ammoniaci thym. amatis, piperis, spumæ nitrî, singulorum 3. i. carpobalsami 3. ij. myrrhæ 3. iij. excipe protropo, & forma cataportia ciceris magnitudine, ac tria deoranda dato, ita ut vini dulcis quadrantem insuper propines.* Hoc ad dies xlvij. ægro præloto facies. *Passillus ciens urinam, detrahât lapillos & tophos concretiones.* *Asari, petroselinî, phu, mei, singulorum 3. iij. acori, seminis anisi, seminis dauci, apij montani, carpobalsami, tragacanthæ, singulorum 3. ij. Tragacantham passo dissolutam aridis adijcito, & pastillos formato, indeq; obol. iij. cum passii diluti cyath. ij. exhibeto.* *Alius passillus Chariclis, educit arenosus subsidentius, facit ad affectiones ulceratas.* Seminis apij, petroselinî, anisi, singulorum 3. xvi. floris iunci odorati, croci, tragacanthæ, singulorum 3. vi. seminis dauci cretici, piperis albi, vtriusq; 3. iij. prapara ut dictum est, & da. 3. i. cum protropi diluti cyath. iij. *Antidotus ex lapidibus, ut Mirbridates, facit nephriticis & ad vesicæ affectus, atterit calculos, & tophos dissoluit.* Seminis smyrnij, cyperi, spice nardi, seminis papaueris albi, cinnamomi, casie fistule, piperis albi, seminis pastinacæ, singulorum vnc. i. thuris non secti, seminis apij, croci, styracis, iridis, amygdalarum amararum, acori, singulorum sequunciam, lapidis syriaci foeminae aut masculi, vtriusque semunciam, myrrhæ minneæ sextatē, Excipe melle, datur nucis ponticæ magnitudine. *Alia antidotus Biennitæ, pharmacum accommodatū, sedans dolorem, vtile & nephriticis, hoc est renalibus affectionibus, & ad vesicæ ulcerationes. Fragit lapides, & lutum per urina expellit.* Iridis drach. iij. mei, seselis, chamædryos, hyperici, canthari, canchryos, singulorum tantundem, amomi drach. viij. cinnamomi drach. xii. rosmarini montani, nardi Indicæ, croci cilicij, petroselinî, polij, seminis rutæ syluestris, dictamni cretici, singulorum tantundem, glycyrrhizæ, lapidis syriaci masculi, vtriusque drach. xvi. thlaspeos drach. xxiiij. seminis viticis, myrrhæ, sphondylii, singulorum tantundem, cardamomi drach. xlviii. Excipe melle cocto, & pbe nucis ponticæ magnitudinem cum vini nulli diluti cyathis quatuor.

Quæ Archigenes ad renum affectiones scripsit in secundo pharmacorum secundum genus.

Ex renibus laborantes nephriticis appellatos conuenienti diæta adferuo. Et ceratum quidē rosaceum cum styrace ad malagmatis formam redactum impono. *Cæterum Antiochus apud Phricen Linophobum, valde iuxta naturalem contrarietatem auxilio fuisse ait ad mali euerfionē Prototomi caulis decocti cyathos duos ieiuno ad dies nouem exhibitos. Inspergito autem salem modicum & magis proficiet.* *Alia potio.* Foliorum rosarum, amygdalarum decorticatarum, thuris, æquales partes, caput papaueris duplum. Excipe protropo, & in vas fictile repono in loco non humecto, & obol. ij. cum protropo exhibe. *Quidam pro amygdalis amyllum coniciunt, & pro protropo aqua excipiunt, verum cum protropo bibendum exhibent.*

De ischiade coxendicum morbo, podagra, & morbo articulari sive arthritide.

CAP. 2.

EX genere arthritidis est tum ischias, tum podagra. Quod enim in omnibus articulis arthritidis est, hoc in vno iuxta coxendicum quidam ischiada, hoc est coxendicum morbum appellant, iuxta pedem aut podagram. Incipit igitur plerunq; podagræ generatio ex vno articulo, & progreditur in oēs temporis diuturnitate accedente. Communem habent hi tres affectus humoris redundantiam, quæ affectam occupat coarticulationem, qua expleta in oēm partem circumlitæ neruosa particula tenduntur, & ex his dolor oritur. Aliqñ quidem igitur irruens humor sanguineus est, ut plurimum verò pituitosus, aut ex pituitoso & bilioso mistus, aut etiam sanguine cum H ipsi permisto. Quod si quis exactius interpretari rem velit, non pituitosum humorem, sed qui propriè crudus appellatur, ut plurimum circa arthritidas prædominari dixerit. Est autem hic crassus ad similitudinem puris crassioris. Vbi verò in ipsis articulis diutius moram traxerit, non solum crassior, sed & viscosior redditur. Qui igitur tophi seu calli appellantur, horum generatio ex his est, & postquam fuerint producti, ne speraueris ad pristinam constitutionem exactè redire articulum posse. Cæterum differentia affligentium humorum facile deprehendi possunt tum coloribus, tum symptomatis coincidentibus. Itemq; per experientiam pharmacorum, quæ adhibentur. Cognitio igitur ipsorum ex colore omnibus exposita est: ex symptomatis verò & accessionibus coincidentibus, tamen non omnibus, neq; ex procinctu manifesta sit, tñ non adeo difficilis cognitio existit. Biliosus enim sanguis multæ caliditatis sensum ægroto exhibet, & calfacientibus impositis exacerbatur, quemadmodum rursus à frigidis relaxatur. Verum ad humoris noxii cognitionem conferet tibi et pregressa diæta siue per exercitia, siue per otium transmissa, & per balnea post, aut ante acceptum cibum. Quemadmodum cõferet et horum gymnasiarum & edulorum tum quantitas, tum qualitas, item anni hora, & regionis ac aeris constitutio, insuperq; & ætas, & habitus corporis, quorum omnium facultates sepe in plerisq; locis enarraui. Porro principium

A principium curationis sit tibi euacuatio humoris affligere reperti, si quidem humoribus ex equo redidit corpus, venæ sectione primum omnium assumpta, deinde purgatione, quibus accedat pharmacorum dicendorum conueniens, & tpe, & ordine vsus, ita ut in manibus & pedibus pharmacis fluxionem repellentibus vtamur, circa coxendicum verò iuncturā id facere vitemus. Cum enim in profundo ea sita sit, sanguis ex vicinis et ambientibus valis ac musculis ad illam compellitur. Mitigatorijs igitur in principio medicamentis opus est in dolore circa coxendicem herente, quæ neq; refrigerent multū, neq; fortiter calfaciant, qualibus sanè postea opus habet. Exacerbatur enim per ipsas fluxiones caliditate nimirum plus attrahente ipsas, q̄ impediēt. Quod quidem verò præsentis operis institutum est neq; de cataplasmatibus, neq; de irrigationibus quicq; dicere, sed de methodo compositorum pharmacorum, ad hanc solam progrediar initio ab ischiade sumpto. Rarò equidem fit ischias siue coxendicum dolor ex sanguinis multitudine, et citissime curatur, venis circa poplitem aut talos sectis. Quæadmodum aut sepe sola sanguinis euacuatio sufficiens auxiliū existit, sic contra in omni coxendicum dolore, & præsertim eo qui ex humorū copia exortus est, si quis ante euacuationem totius corporis acribus pharmacis circa partem affectam vtatur, ægre curabilem reddet affectionem, copia nimirum indissolubiliter ibidem condensata. Præter alia, n. & B crassa & viscosa fit ob calorem & siccitatem acriū pharmacorum, non dissimile quippiā affatione perpetiens. Tanq̄ igitur maximam vim ad affectionis curationem habeat totius corporis euacuatio, ab ipsa incipiendum est non solum à cruribus, sed et à cubito primū sanguinis detractione facta. Auxiliantur et vomitus ipsis ischiadicis magis vtiq; q̄ euacuaciones inferne per ventrē, ut qui reuellant deorsum repentem humorem. Faciendi itaq; sunt vomitus in principio ab accepto cibo, postea verò et per vomitoria medicamenta, initio à mediocribus factio. In quibus autē vehementis humorum densatio, quæ egre dissolui potest, à medicis intempestiue acribus pharmacis vtentibus facta est, his cucurbita affixa maxime auxiliatur, & purgatio per efficaciora infusa, quale est & qd ex colocynthide constat. Si igitur ea quæ nunc dicta sunt præ oculis habueritis, medicamentis sanè à prioribus medicis traditis iuxta methodum vtimini. Verum in ipsis recensendis auspicabor ab his q̄ ab Andromacho scripta sunt, in illa parte libri de externis pharmacis cõscripti, in qua præscriptis malagmatis proprie appellatis, inde etiam alia omnia prodit iuxta quencunq; tandē modum inueteratas affectiones iuuantia, in quibus est et ischiadicorum appellatorum cura.

Compositiones ab Andromacho conscriptæ ad ischiadicos.

Seminis rutæ syluestris 3. iij. silphij 3. iij. spumæ nitrî 3. iij. baccarum lauri 3. iij. abrotoni, coxendicis medullæ, cardamomi, ammeos, singulorum 3. iij. rutæ viridis minæ octauam partē. C Quiddam horum singulorum 3. xx. accipiunt, & picis, terebinthinæ, myrteij, ceræ, singulorum tantundem, adipis taurini tantundem, chalbani 3. vi. ammoniaci thymiamatis 3. vi. opopanax 3. iij. sulfuris viui 3. iij. Quod hoc pharmacū fortiter calfacitorium sit, si memoria tenuerimus ea quæ in libris de simplicium pharmacorum facultate scripta sunt, nihil opus recentiore assertione. Est. n. vehementissimum & calidissimum medicamentum syluestris rutæ semen, & cum eo silphium, & bacca lauri, deinde spuma nitrî. Post hæc abrotonū, indeq; colocynthidis, & cardamomū, & ammi. Ruta et viridis minus quidem his, non tñ contemnendam habet caliditatem, quemadmodū neq; sulfur viuum. Ex profundo itaq; attrahere omnia hæc pnt humores articulum & iuncturā coxendicis vexates. Quò verò emplastrum ex ipsis fieret, picem & terebinthinā, ac myrteum, & ceram, ac adipem admiscuit is, qui pharmacum composuit. Verū ammoniacum thymiamata, & chalbani, vltra hoc quod conferunt ad emplastrum compositionem, et emolliendā ac mitigandā vim quandam habent. Opopanax verò eiusdem cum ipsis est generis, sed fortiori facultate præditus. Alteram porro compositionem ad eadem affectionem Andromachus sic scripsit. *Aliud malagma ad ischiadicos, & alia multa.* Ceræ 3. lxxij. terebinthinæ 3. xlvij. ammoniaci thymiamatis 3. xxxij. propolis 3. xliij. chalbani 3. xxxvi. bdellij 3. xxv. croci 3. v. opopanax 3. xij. spumæ nitrî 3. xxx. vnguento iri no admoto tundito. *Aliud Prote Pelusiotæ, ad coxendicum, & capitis dolorem, & ad oēs diuturnos dolores.* Ceræ 3. xxxiiij. ammoniaci thymiamatis 3. viij. terebinthinæ 3. viij. succi thapsiæ 3. viij. olei cyathum vnum. Quin & aliam compositionem inter malagmata Andromachus retulit hoc modo. *Ad ischiadicos ab Hera Cappadoce.* Picis liquidæ heminas. iij. aut. ij. & dimidiam, ceræ lib. i. resine pini lib. i. nitrî sesquilibram, sulfuris viui lib. i. staphidis syluestris sextar. i. pyrethri lib. dimidiam, facis vini vsta lib. ij. cardamomi sextar. i. chalbani lib. dimidiam, arida cum liquidis committito. Hoc pharmacum etiam ipse Heras in proprio libro prope finem scripsit, sed non appositum est ad picem, aut duas & dimidiam, sed simpliciter scriptum est, heminas tres. Præscripsit autem hæc verba: Ceratum ad ischiadicos, quod eruit etiam valde inueteratas affectiones, hoc vsus sum in Frontino. Scripsit autem & alias duas ischiadicas compositiones Heras, quarum altera hoc modo habet. *Ad ischiadicos valde mitigatoria.* Picis partes. ij. sulfuris viui partem. i. vtraq; trita mista dolenti loco imponito: verum prælauare egrum oportet, ut pharmacum adglutinetur, & superne chartam superponere, ac sinere donec sua iponte dilabatur. Licet etiam lauare charta supposita adhuc incumbente. In quibusdam exemplaribus, picis pars vna habetur, & licet etiā sic preparare, modo sciamus nos efficacius esse ambo pari mensura misceri, debilius verò pharmacum, in quo duplum

*sectio dicit in coxendicis
in dolore*

duplum picis ad simplum sulfuris coniicitur. Porro que restat adhuc tertia compositionum ischia **E** dicarum, hoc modo ab Hera prodita est. *Alia ischiadica, hac vsus sum in Frontino, statim in exacerbationibus.* Ceræ. 3. c. visci quercini. 3. xvi. myrrhæ. 3. vi. terebinthinæ. 3. xxv. chalbanī. 3. vi. iridis illyricæ. 3. vi. cedriæ heminam dimidiā, cyprini heminam dimidiā. Ceram & cedriam cum cyprino liquefacito, deinde resinam & chalbanum, atq; vbi iam ab igne auferre voles iridē inspergito, itemq; viscum indito. Ablata autem iam olla in promptu sit tibi myrrha trita, ad quam liquefacta diffundes, & mistis simul omnibus vteris. Quidam supra hæc omnia et nitri. 3. v. addiderūt.

Quæ pharmaca Asclepiades in quarto externorum prodidit, quæ Marcella inscribit.

Nominat equidē & hic omnia huiusmodi malagmata, apponit autē alijs quod ad ischiada, alijs quod ad splenem, alijs ad latus, aut aliam aliq; partem conducant. Quædam etiā varij vsus esse ait. Quemadmodum et hoc scriptum ab ipso in hæc verba. *Malagma Antiochidis, splenicis, hydropicis, ischiadicis, arthriticis. Preparatum est Fabulle Libyæ.* Ceræ lib. iij. visci quercini lib. iij. resinæ terebinthinæ lib. iij. retrimenti ab expressa myrobalano reliqui lib. i. spumæ nitri lib. i. floris lapidis alii lib. i. ammoniaci thymiamatis lib. i. olei cyprini lib. iij. Acetum ad ammoniacum dissoluedum. Post hoc scribit rursus aliud sic. *Aliud Fabulle compositum valde præclarum, ad eadem affectiones.* Myrrhæ stactæ lib. ij. bdellij onychis lib. ij. medullæ ceruinæ lib. ij. ammoniaci thymiamatis lib. ij. **F** iridis illyricæ lib. ij. opopanax lib. i. chalbanī, styracis, vtriusq; lib. i. mastiches lib. i. floris lapidis alii lib. i. succi fycororum lib. i. canchryos lib. i. pipēris albi lib. i. ceræ, terebinthinæ, vtriusque lib. v. tundendum est pharmacum, ita vt qui tundit facem vnguenti irini adhibeat, quod mollius pharmacum fiat. Aliud deinceps Asclepiades scripsit hoc modo. *Malagma quod aurei coloris appellamus.* Auripigmenti auricoloris, calcis viuæ, vtriusque sextantem, aluminis liquidi & sciffi vtriusq; sextantem. Arida tundimus & cribramus, & in pilam cōiectis, aceti cyathos. viij. affundimus, & probe trita liquefactis excipimus. Sunt autem hæc: Ceræ, resinæ frictæ, & pinus, singulorum lib. ij. olei cōis cyath. viij. hæc liquefacta frigeferi sinimus, & erasa tritis admiscemus. Nos ad pharmaci præparationem et myrrhæ sextantem addimus. Alij etiā sandarachæ sextantem apponunt aluminis liquidi sextante sublato. Nos aut cōiectis omnibus præscriptis conficimus, & fit efficacius. Post præscriptum aliud subdidit hoc modo. *Hoc vsus est Andromachus, facit splenicis, hydropicis, & ad præcordia distenta, facit ischiadicis, arthriticis, & ad inueteratos affectus.* Ceræ, picis bruti, vtriusq; lib. i. Nos pro pice resinam frictā indimus, resinæ pinus lib. i. olei cyath. viij. auripigmenti auricoloris, aluminis sciffi, calcis viuæ, singulorum sextantem, prepara vt dictum est. Nos apposuumus ad pharmacum myrrhæ sextantem, visci quercini trientem. Post relata alia quedam ad **G** hydropicos & splenicos recenset, & inde rursus multi vsus compositionem tradit, quam et ischiadicis couenire ait, hoc modo. *Andree Malagma.* Compositio admiranda ad ea quæ velis perforare, dissoluere, adæquare, educit ossa corrupta, aculeos, & infixæ. Descriptum est etiā à Serapione empirico. Facit & ad ischiadicos, commodum est suppuratis, facit & ad induratas viscerum affectiones. Est & acopon bonum diutinis resolutionibus, & distortis corporis particulis. Facit etiam ad ea quæ pingui mucore obsessa sunt. Educit enim aliena, & vlcus ad cicatricem perducit.

Grani cnidij purgati, nitri rubri, salis ammoniaci, aristolochiæ creticæ, radicis cucumeris syluestris, terebinthinæ, singulorum drach. xx. pipēris rotundi & longi, ammoniaci thymiamatis, & vt quidam volunt, amomi, & xylobalsami, singulorum drach. x. thuris mafculi, myrrhæ, resinæ siccæ, visci subacti, singulorum drach. x. succi mororum drach. x. ceræ drach. xxx. adipis caprini drach. xv. fæcis vnguenti irini quantum satis excipiendis erit. Arida tunduntur & angustissimo cribro excernuntur. Liquefabilia verò singulatim diligenter tunduntur, deinde omnia simul miscentur, ac rursus tunduntur admota irini fæce. Deinde vbi probe fuerint vnita, emollita reponimus. Quod si velis acopo vti, accipe pharmaci quadrantem, adipis anserini quadrantem, olei cyprini quadrantem, ac mistis vtitur. Postea verò consequenter sic scripsit. *Aliud ad eadem affectiones.* Pyrethri drach. xx. grani cnidij, spumæ nitri, vtriusque drach. xx. salis ammoniaci, aristolochiæ creticæ tenuis corticis, radicis cucumeris syluestris, terebinthinæ, singulorum drach. xxx. pipēris rotundi & longi, ammoniaci thymiamatis, bdellij, xylobalsami, thuris, myrrhæ, cardamomi, amomi, adipis caprini, resinæ siccæ, singulorum drach. decem, ceræ drach. xxx. visci probe subacti drach. viij. succi mororum drach. viij. fæcis vnguenti irini quod sufficit his excipiendis, vini Italici quod satis est. Maceratis his quæ dissoluere oportet, pro more apparato. In alio exemplari neq; xylobalsamum, neq; cardamomum, neq; amomum repperi. Post hæc alia pharmaca prodidit, & deinde rursus ischiadicorum meminit sic scribens. *Aliud eiusdem Epithema, ischiadicis, & arthriticis, auxiliatur confestim.* Foenugrecum in vas fictile coniicito, & ad ipsum poscam sufficientem affundito, & prunis impositum donec dissoluatur coquito. Ad dissolutum verò mellis quod satis est iniice, ac rursus coque, deinde exempta diligenter tere, & in linteolum infarta locis affectis impone, fasciâq; obligatos sine. Hoc autem ad biduum & triduum facimus. Cæterum si in terendo pharmacum induretur, ex liquore quantum sufficit addimus: liquor autem tantus sit, vt tractile cataplasma reddatur. *Aliud quod continenter ad prædicta sequitur, hoc modo.* Symphiti seculibræ ramam & minutim concisam, ac in mortarium testaceum coniectam diligenter terito,

Arito, & ad tritam manna quadrantem addito, atq; ovorum crudorum recentium trium numero cædidum vnâ cum luteo, & rursus terito, & vbi vnita fuerint, his adipis fulli veteris lib. i. adijcito, et conquassata diligenter atque in linteolum infarta imposito, mitigat confestim. Post præscriptum aliud deinceps scripsit hoc modo. *Aliud eiusdem malagma.* Ischiadicis statim in irritationibus imponitur, appellatur Didymæa, facit ad attrita, & omnem neruorum per consensum affectum. Dissoluit omnem duritiem, facit et ad alias inflammationes. Delet malignas cicatrices, facit ad luxata & collisa, facit & ad mamillarum affectiones malignas. Ceræ, visci quercini, terebinthinæ, iridis siccæ, myrrhæ, chalbanī, singulorum 3. xlv. olei cyprini aut vnguenti Ægyptiaci quod satis est. Chalbanum in oleum cyprinum, aut vnguentum Ægyptium coniectum ad ignem dissoluimus, & ceram molliamus, ac reliquis mistam probe tundimus, atq; his chalbanum liquefactum cum cyprino iniicimus, ac rursus tundimus, malagma lenissimum tactui reddendo, quo vtimur. Consequenter et hoc Asclepiades subdidit. *Aliud eiusdem ex Aro.* Facit ad colicos supra q̄ dici potest, in ipsis vexationibus impositum, & pforas curat citra exulcerationem. Ceræ, picis liquidæ, vtriusq; lib. i. picis aridæ lib. i. sulfuris viui, aluminis sciffi, nitri rubri, singulorum lib. dimidiā. Liquefabilia liquefacito, arida verò tūdito, & per angustissimum cribrum cōcernito, & ad liquefacta adijcito, paulatim ea inspergendo ac assidue mouendo, indeq; in pilam trāsata ac tusa reponito, & vtitur. Deinceps rursus aliud prodidit hoc modo. *Aliud eiusdem malagma ex Silphio, ischiadicis valde commodum.* Ammij. 3. xij. silphij, seminis rutæ syluestris, baccarum lauri purgarum, singulorum 3. xiiii. medullæ colocynthidis. 3. ii. nitri. 3. iiii. abrotoni thebaici. 3. iiii. cardamomi. 3. iiii. ceræ ponticæ minæ octauam partem, picis, resinæ, adipis anserini, ammoniaci thymiamatis, singul. minæ octauam partem. Liquida cum aridis committito. Consequenter & hoc ab Asclepiade scriptum est ita. *Aliud eiusdem, quo vsus est Antipater.* Silphij, rutæ syluestris siccæ, baccarum lauri siccarum, spumæ nitri, medullæ colocynthidis, abrotoni thebaici, ammij, cardamomi, singulorum 3. iiii. rutæ satiuæ viridis, picis siccæ, resinæ terebinthinæ, ammoniaci thymiamatis, adipis vitulini, singulorum minæ octauam partem, chalbanī. 3. xvi. opopanax. 3. iiii. sulfuris viui. 3. iiii. olei cyprini heminas. iiii. Vtus tempore oportet prius coriandrum aridum vsum cyprino excipere, & ex eo coxendicem illinere, atq; post huius vsum malagma ipsum imponere. Post hoc rursus aliud scripsit hoc modo. *Aliud eiusdem malagma, in ischiadicis humores ex alto euocat ac transfert, liberatq; à tota affectione. Facit & dissolutis, & tremantibus, & affectionibus inueteratis.* Picis liquidæ bruti lib. iiii. fæcis aridæ vstæ lib. ij. nitri rubri seculibræ, resinæ pinī lib. i. ceræ lib. i. staphidis syluestris lib. i. sulfuris viui lib. i. pyrethri lib. dimidiā, cardamomi sextarium. i. Picem, cerā, resinam coquito, arida tūdito & cribrato angustissimo cribro, ac cum liquefactis committito, et vtitur. Post præscriptum adhuc aliud pharmacum subdidit ita habens. *Aliud eiusdem quo vsus est Philocatus.* Sinapis, foenigræci molitæ, vtriusq; sextar. dimidiū, pyrethri, staphidis syluestris, nitri rubri, singulorum drach. iiii. opopanax drach. ii. chalbanī drach. ii. resinæ terebinthinæ lib. i. ceræ lib. i. olei cyprini lib. i. arida cum liquida committito & vtitur.

Ischiadicorum cura à Damocrate conscripta, ex Iberide.

Damocratis extat libellus Clinicus inscriptus, in quo versibus Iambicis, quæadmodum solet, de tribus differit medicamentis. Ac primo quidem eo, quod ex herba, quam ipse Iberidem appellat constat. Secundo ex femine dolores sedante composito. Tertio verò purgatorio, & ab ipso Hieria appellato. De primo igitur in ischiadicorum curatione in eo libello hæc scripsit. In Iberide inquit medicum quendam amicum suum per hanc herbam curatum esse, quam herbam, vt dixi, ipse Damocrates Iberidem appellat, vt qui ipse visu herbam cognorit: nomen autem eius nullum audierit, cum etiam id ipsum ignorarit is qui eum vsum eius docuit. Verum ex signis quæ scribit videtur Iberidem appellare, quæ à Græcis lepidium nominatur, à regione, in qua amicus eius curatus, est appellatiōe ducta. Describit autem ipsius signa per hos Iambos.

Herba hæc vbiq; multaq; frequens nascitur,
Monumenta iuxta antiqua, muros & veteres,
Tritasq; quondam publice pedibus vias,
Quas iuxta aratrum duxit haud quis agricola.
Semper virens, folijs nasturtii
Florentibus vere, attamen maioribus.
Caulem cubitalis longitudinis gerit,
Paulo minorem aut rursus ampliolem, ab hoc
Æstate pendēt folia, donec multa hyems
Sarmētitiā deducat hæc ad imaginem, &
Deiecta & exiccata depereant gelu:
Adnata radici tamen cerues alia.
Æstate florem fert colore lacteo
Multum tenuem variūq; valde cauliculus.
Ad quem sequitur semen penitus sic exiguum.

Visum

Vifum ferè vt fallens, oculos quoq; effugiat.
Odorem habet radix at inde acerrimum,
Vero fimilem quam maximè nafurtio.

Per hos quidè verfus figuram herbè indicauit. Confequenter aut vifum ipfius per huiusmodi.
Hanc erutam larga fati cape copia,
Æfate: nam tunc optima, & fortiffima eft
Adhuc recens, ficcata fit fed debilior.

Tufam hinc probè, (Nam difficulter tunditur.)

Pauca fubactamq; excipies axungia,
Cruriqu; toti & maximè coxendici
Adhibebis, & ligabis & fines duas
Horas mulieribus, viris fed quatuor.

Hinc balneo inductos, nec vilo ex vnguine,

Nec fimegmate vilo pinguiore collines,

Sudore fed modico exiliente in folium

Merges, manere coge, fi quidem fapius

Morlum caloris quempiam ac fenfum afferat.

Verùm hinc rigatos leniter producito.

Illati enim quamuis manibus fint plurium,

Exibit attamen fuis pedibus valens.

Ad multum oleum mifcebis hinc vinum modicum,

Et concuties, & illines totos eo.

Ac mox madore terfo & pinguitudine

Totum teges crus mollibus tu velleribus,

Iubens obire affueta vitæ nuntia,

Quæcumq; vult, & non grauatum fufcipit.

Hoc auxilium certum atq; conftans integrè eft,

Et nullo alio adijciendo ei fimul indigum.

Expers doloris & vbi manferis, ferè

Quod accidit, radiculam lætus cole.

Quod fi tamen inde affectionis veftigium

Quoddam fuperfit, poft repetes hoc præfidium,

Diebus vt multum decem bis preteritis.

Hoc fanè vtendi mō & inueteratos capitis dolores, & alias oēs quacumq; corporis parte inueteratas & ægrè folubiles affectiones ac resolutiones fe curaffe ait: & omnino vitia in qbus alij finapifimo appellato, & auxilio ex thapsia conflato vtuntur, fe per hanc herbã pfanaffe dicit. Porro de hac iberide et Archigenes fcribit in fecundo pharmacorū fecundum genus, lepidiū ipfam appellans. Dicit aut & fplenici & ifchiadici ipfam conuenire. *Ad ifchiadici & perfrigerationes, Hyziani Hipparchi.* Herbã Iberidem quã aliqui lepidium vocant, aut agriocardamū, id eft nafurtiū fylueftre colligit, & radicē eius tufam ac adipe porcino cōmollitam emplaftri vice imponito ad dolentem locum ad horas tres, indeq; in balneum mittito. Idem præfidium & veteres capitis dolores depellit, in confimili vfu adhibitum, quem Damocrates medicus per verfus prodidit.

De podagricis & arthriticis affectionibus.

CAP. 3

Dictum antea eft in fermone de Ifchiade, ex fluxionibus generari eiusmodi affectiones irruentibus in locos iuncturarū, quare et curatio ipfarū iuxta eundem fit modū, nimirū vt irruentes fluxiones euacuetur. Influxionibus igitur adhuc ipfis feopū afferendorum auxiliiorum cōi rōni influentium humorum fubiicere oportet, ita vt repellamus ac reftingamus. Vbi verò amplius non influant, vt difcutiamus iam illapfos. Cæterum materia pharmacorum per quæ hæc fiūt multiformis eft, quemadmodum et in alijs affectionibus, excogitantibus videlicet a principio prudētioribus viris iuxta quandam artificialem coniecturam modò hoc, modò aliud eorum, quæ optima per experientiam funt iudicata. Quapropter & ego velut in alijs affectionibus, fic etiã in his optima ex eis quæ priores medici experientia cognouerunt, adfcribam.

Pharmaca ab Afclepiade ad prædictas affectiones in quarto externorum prodita; quæ Marcella infcribit.

Epithema podagricis, arthriticis fedans dolorē. Vfus eft in ipfis vexationibus. Succu papaueris, 3. iiii. croci, 3. i. cū lacte bubulo aut caprino terito, & adiecto pane interno diligenter laeuigato, vt molle cataplasma fiat, & rosaceo admoto mollito, ac vtitor leni cataplasmate, forinfecus betæ aut lactuca folijs, custodiendi eius gratia impofitis. Quæ opii & croci cū lacte trita cerato rosaceo excipimus, & linteolo infarta imponimus. Aliud, Styracis, 3. ii. opii, 3. i. confice ac vtere vt dictū eft. Aliud, Cōfestim a dolore liberat, verū ante pharmaci impofitionē ægrū lauare oportet, & tunc deteris locis imponere. Succu abfinthij potici, croci, opii, fingul, 3. i. ceræ poticæ, 3. iiii. vnguenti

Avnguenti irini drach. vi. vini cretici quantum fufficit, & laeuigata liquidis excipe, & linteolo infarta impone. Aliud, Seminis cicutæ dempto cortice expoliti drach. vi. croci drach. i. & styracis drach. i. 3. opii drach. i. passi cretici quod fatis est. Trita excipe rosaceo cerato. *Epithema podagricorum, arthriticorum, facit ad maximas affectiones. Vfus est eo Erasistratus Sicyonius.* Radicis capparis tuse & cribrata choenicem vnum, seminis hyofcyami choenicem dimidium, radicis chamaeleonis nigri choenicis quartam partem, seminis cicutæ choenicis quartam partem, radicis mādragore choenicem, i. radicis solani, aut, vt alij, doricij choenicis quartam partem. Omnia tusa & cribrata mifita in vasculum figulinum reponito, & probè obturata feruato. Vfus verò tēpore choenicis quartam partem inde accipito, & passo tritam in vas fictile non picatum conijcito, & addita facis vini arida quarta heminae parte, ad prunas posita diligenter mouendo coquito, donec bis aut ter efferueant: deinde ab igne ablata quàm calidiffima imponito, aut quomodo pferre egri possunt. Verùm ante huius cataplasmatif vsum pedes multa aqua frigida perfundere oportet, & spongijs detergere, atq; ita pharmacum imponere. Supra verò cataplasma linteola tenuiffima aceto imbuta imponantur, & fascia circūdata ad horas duas pharmacum incumbere sinatur. Postea verò eo ablato excitatas bullas acubus perforare oportet. Ab his enim humor mucosus multus ac glutinosus profluet, post cuius excretionem multa aqua frigida pedes proluantur, & rursus pharmacum, vt dictum est, imponatur, ita tamen vt pro aceto aqua potabili vtamur, & ex ea rigatum linteolum pharmaco superindemus. *Aliud eiusdem.* Hoc pro cucurbitis & hirudinibus vtimur.

Nam serofos sanguinis humores exugit, facit & ad tofos ac duritias, vt inde dissoluantur. Farinæ scenigræci sextarium vnum, floris lapidis alii sextarium, i. lomenti fabæ nigre molitæ, farinæ lupinorum, vtriusque sextarium, i. Omnia mifita, & aqua calida subacta, calida imponito, & fascia constringito. Oportet autem prius affectos locos perfundere, aut etiam in folio lauare. Cū verò fascia circūdata madidæ ac cruentæ factæ fuerint, pharmacum tollimus, & fotis locis pastillo ex amygdalis amaris vtimur, & malagmate, quod crocum, iridem, & aristolochiam habet. Hoc ipsum verò inter malagmata ad podagram descripta habetur. *Pastillus podagricis, arthriticis. Vfus eius est in ipsis irritationibus.* Aloes libram, i. succi cętaurij sexuncem, thuris nō secti trientem, myrrhæ trientem, floris lapidis alii sextantem, opij sextantem, succi mandragoræ sextantem, aluminis scissi sextantem. Excipe passo, & fac pastillos, vfu expetente, lacte dissolutos cum pennis illine, & supra illitionem linteolum passo imbutum impone. *Alius pastillus, Iuppiter appellatus.*

Aloes drach. xij. opij drach. viij. succi papaueris drach. vi. succi hyofcyami drach. vi. aconiti drach. iij. hypocythidis drach. vi. glaucij drach. viij. croci, 3. xij. gummi drach. xxiiij. malorum mandragoræ drach. xx. aceti heminas duas. Mala cum aceto coquito, & expressa prædictis admifceto, & ex dilutis ac probè laeuigatis pastillos formato, eosq; in vmbra siccatō. Vfus ostensus est.

Malagma arthriticis, podagricis, ex cicuta & agarico accommodatum. Seminis cicutæ sextarium, i. agarici sextarium, i. scenigræci sextarium, i. nitri vnciam, i. ceræ libram, i. resinæ frictæ libram, i. olei veteris libram, i. medullæ ceruinæ trientem, illyricæ trientem. Arida tusa per angustiffimum cribrum concernito, liquefabilia verò eliquato, & frigefteri finito, & sic erasa aridis committito, & contufis ac repositis vtitor. *Aliud eiusdem.* Ceræ lib. i. olei veteris aut sabini sextarium, i. scenigræci sextarium, i. seminis cicutæ sextarium dimidium, resinæ frictæ lib. i. nitri rubri dodrantem, floris lapidis alii semiffem, medullæ ceruinæ trientem, illyricæ trientem. Præpara vt dictū est.

Aliud Malagma eiusdem ex tedis, Titi Cæsaris, facit podagricis, & arthriticis. Emollit omnem duritiam. Visci quercini sesquilibram, thuris libram, i. ceræ libram, i. tedarū pinguiū libram, i. resinæ pinus lib. i. Liquefabilia coquito, ac pinguibus tedis moueto. Postq; verò omnis pinguitudo ab ipsis effluerit, ab igne ablatum liquorem excolato, atque huic thus tenuiffimè tritum inspergito, assidueq; moueto donec ad compagem manus non inquinantem redigatur, & in mortarium translata reponito, ac vtitor. Aliud, Tedarum pinguiſſimarum libram, i. thuris masculi lib. i. resinæ pinus libram, i. visci quercini libram dimidiam, præpara vt prædictum est. *Malagma ex lapide asio, podagricis, arthriticis valde præclarum. Liberat a tota affectione. Vfus est in cessationibus.* Visci quercini, terebinthinæ, vtriusq; lib. i. spumæ nitri, floris lapidis alii, thuris, singulorum libram dimidiam, olei cyprini lib. i. adipis quantum fatis est. Arida tunduntur & cribrantur, ac cum aqua teruntur, ad cerati liquidif spiffitudinem. Liquefabilia verò eliquantur, & tritis adijciuntur, quibus simul conquassatis ac repositis vtimur. Aliud, Visci lib. vnam, terebinthinæ lib. vnam, lapidis alii, nitri, vtriusque trientem, mannæ quadrantem, cyprini sextantem, aquæ lixiuū figulini, quod fatis est.

Aliud ad arthriticos valde præclarum, auxiliatur confestim, humores in alto absorbens. Visci libram, i. terebinthinæ libram, i. adipis taurini, floris lapidis alii, vtriusq; quadrantem, & nitri quadrantem, & calcis viuæ quadrantem, mannæ quadrantem, cyprini libram, i. præpara vt dictū est. *Aliud Dioscoridi.* Calcis viuæ drach. i. thuris, terebinthinæ, ammoniaci thymiamatis, ana drach. iij. 3. Adipis taurini, 3. viij. spumæ nitri, 3. iij. floris lapidis alii, 3. iij. in alio exēplari, 3. iij. olei cyath. ij. arida cum liquidis cōmittito. Hoc pharmacum valde cōmodum est. Reforbet etiam collectiones circa articulos confluentes, & a doloribus liberat.

Calcis viuæ drach. i. thuris, terebinthinæ, ammoniaci thymiamatis, ana drach. iij. 3. Adipis taurini, 3. viij. spumæ nitri, 3. iij. floris lapidis alii, 3. iij. in alio exēplari, 3. iij. olei cyath. ij. arida cum liquidis cōmittito. Hoc pharmacum valde cōmodum est. Reforbet etiam collectiones circa articulos confluentes, & a doloribus liberat.

*AR. iiii.

F I N I S.

Quinta Classis.

dddd



GALENI DE COMPOSITIONE MEDICAMENTORVM PER GENERA LIBRI SEPTEM,

Ioanne Andernaco interprete: ad vetustissimorum græcorum codicum fidem
diligenter aliàs ab Augustino Gadaldino recogniti, & nunc etiam ab
eodem aliquibus in locis emendati.

ARGVMENTVM LIBRI.

*Agit de ratione & vsu componendorum medicamentorum, ac recenset emplastra
quædam, maxime verò candida, quæ cum ad alia tum ad cicatricem
inducendam accommodata sunt.*

*Quid in duobus Gal. libris de compositione medicamentorum per genera, qui
Romæ unâ cum alijs incendio conflagrarunt, contineretur.*

CAP. I.



Crispissimus & iam antea commentarium, cuius priores duo libri in pu-
blicum sanè prodierant: sed cum alijs in apotheca, quæ ad viam sacram **G**
est, relicti intercidere, quando Pacis delubrum totum, & ingentes pa-
latij bibliothecæ incendio conflagrarunt. Tunc enim & aliorum com-
plurium, & mei libri, qui in apotheca illa erant sepositi, interierunt, idq;
cum amicorum nullus, qui Romæ debebant, priorum duorum exem-
plaria habere se fateretur. Efflagitantibus itaq; familiaribus, ut idem
opus denuò scriberem, operæpretium mihi visum est prius a ditorum
mentionē facere, ne si quis antea in illos incidere, causam quæreret, cur
bis de eisdem rebus tractauerim. In illis igitur à primi libri exordio di-

sputationem in eos direximus, qui sophistarum modo, compositorum medicaminum pollicita,
seu professionem, quæ tum licuit, abrogare, non nullaq; simplicium calumnijs deprimere cona-
bantur: dicterijs eos pariter incensentes qui scriptum de illis reliquerunt, alia iecur, alia lienem, alia
renes, vel vesicam, vel caput, vel pulmones iuuare. Vtrum enim (aiunt,) præses quidam eis impe-
rat, quemadmodum in Tragœdia:

Abi quidem tu flumina ipsa ad Inachi,
Thebas at age tu pergito cadmeias?

Sic in his tu ad hepatis portas, tu ad vesicam, vel renes duos proficiscere? An quod in ventri-
culum ingestum est, iecur quidem excipit, inde verò per vniuersas corporis partes defertur? At
hoc scemma eos, qui hæc cauillantur, tam esse medicamentorum facultatis imperitos arguit, ut à
marino lepore pulmonem exulcerari solum ex omnibus corporis particulis ignorent, vesicam
solam à cantharidibus, ab alijs renum lapides conteri, ab alijs rursus ex pulmone atq; thorace faci-
les fieri excreationes: quemadmodum ab alijs alia in vna quadam particula peculiariter perfici.
Atqui variè hunc sermonem in primo cōmentariorum iam antea nobis (ut dixi,) conscriptorum
libro, sicut rursus in secundo alterum sumus executi, q; alij qdam putarent in compositione sim-
plicium medicamentorum contrarias inter se potestates omnino corrumpi. Etenim si aqua (in-
quunt,) feruentissimam cum frigidissima temperaueris, neutra illarum, qualis prius extitit, pma-
net, sed tertia quædam ab utraq; diuersa generabitur. At hic quoq; vanam ipsorum nugacitatem
ostendimus, qui ignorent ex ijs, quæ corpori admouentur nō nulla pro innatis facultatibus, alia
pro acquisitis qualitibus functionem obire. Quis.n. cicutam aut papauer refrigerandi vim ha-
bere dubitat: Quin tu si recalcrafta ea vehementer animalis corpori offeras, non secus ac caute-
rium, vlcus concitabunt. Quemadmodum rursus, vbi sinapi in frigido aere cum aqua tritum, fri-
gidissimo

Agidissimo hyemis tempore; repente corpori raro ac imbecilli applices, horrebit nihilò minus; q;
si niue aut crystallo ipsum contigisses. Sed si id ipsum sinapi longiore temporis spatio corpori no-
stro admotum fuerit, principio sanè exigui caloris sensum præbebit, dein maioris, postea tam cui
dentis vt igne vri videamur. E contrariò verò cicuta & papauer, calida exhibita, tantam parient
refrigerationem, vt stuporem corporibus qualibet acuto sensu antea præditis inferant. Cum igitur
id genus omnia in cōmentarijs, qui vndecim numero sunt, de simplicium medicamentorum
facultate definiuerimus, iam ad ipsam disciplinam vtilem descendemus, in qua exercitatus, etiã si
facultatibus, quas polypharmacos græci nominant, scriptiones minus attuleris, non desiderabis
cōmoda cuiusq; morbi auxilia: modò simplicium pharmacorū, vt diximus, materiæ non sis im-
peritus. Cæterum hic liber obiter ostendit & empiricorum medicorū contentionem, qui ad in-
somnia, fortunã, & casum medicamenta cōposita propè vniuersa referunt, si paucissima quædam
excipias, quæ cōmuni omnium hominū ratione, quæ epilogismū ipsi vocant, inuenisse se dicunt.
Quemadmodū, vbi eiusdem facultatis pharmaca inuicem miscuerimus, quæ alia in alio corpore
melius aut peius functionē suã obijisse vsu ac experimētis didicimus, rōni cōsonū certè nobis esse
videtur, Empiricorū aliqui dicunt, (non enim oēs,) componere plura huiusmodi, vt vel vnum ex
Beis corporis curadi naturæ idoneū inueniatur. Quod in hoc vtiq; recentissimo pharmaco, cui no-
men inditum est Cephalicū, quasi capitale dixeris, accidisse ferunt, mistis in eo omnibus ijs, quæ
vel per se vlcera carne implere cognoscuntur. Sed qua ratione erugo cerato simplici mista medi-
camen sarcoticum, i. ad gignendam carnem idoneum faciat, cum neutrum ex illis nutriendæ car-
nis vim habeat, non item exponunt: si quidem ærugo vlceratam carnem erodit, vtpotè acre, & ca-
lidum medicamentum: ceratum mite quidem est, nec mordax, verum nouæ carnis loco fordes pa-
rit vlceribus. Nos verò diximus in tertio methodi medendi libro, quomodo videlicet tū hoc, tum
alia quæ ex contrarijs eodem pacto constant, inuicem commisceantur: dicitur nunc quoq; parti-
cularis exercitatio, morbi cuiusq; appposito exemplo.

Quæ præscire conueniat eum, qui medicamenta probè compositurus sit. CAP. 2.

Expositum est alibi simplicium medicamentorū vires, non solū cuiusq; generatim noscēdas
esse, vt quidam scripserunt, dicētes ea vel calefacere, vel refrigerare, vel siccare, vel humectare:
verum distinctè, membratimq; & ex quo sint ordine singula, vt nos docuimus. Nam non nulla
quidem medicamina obscurè prorsus vnumquodq; prædictorum efficiunt, quædam manifestò,
aliqua validè, sicut alia absolūtè. Non satis est ergo nouisse pharmacū hoc calefaciendū, aut refri-
gerandi virtutem habere, sed quantā habeat, definire oportet. Calefaciunt. n. resinæ omnes, idq;
sibi cōmune habent, attamen maioris minorisq; rationem non exiguā in calore sortitæ sunt. Itē
succij plures non mediocriter ratione ad maius minusq; facta differentes, excalfaciunt. Nam si pa-
nacis succum cyrenæo & medico conferas, videbitur tibi hic nihil ceu ad illos esse. At quorsum
attinet sermonem ipsorū diuertere longius, cum eorū differentia, qbus in cibo vitumur quotidie,
possimus meminisse: Anethum igitur, & ruta, cepa q; omnia calefacientia magno inter se variant
discrimine. Quapropter in curationibus quoq; particulae admodū refrigeratae, medicamen quod
impensè calefaciat admouebimus: illi verò, quod paululū à naturali habitu recessit, modico calore
præditum: sicut & insigniter refrigerata vehementissimè calefaciens adhibebitur. Meritò igitur
quatuor nos excalfacientium ordines statuimus, separates è modicè calidis ea quæ euidenti eius-
modi qualitate præcellunt: tum quæ magna, tum quæ vehemēti adeo, vt vrere videantur. In sin-
gulis autem illis quatuor ordinibus diuersis quædam esse velut incipientis differentia, non nul-
la desinētis, & ei, quæ post hanc existit, propinqua, alia in medio constituta. Itaq; sunt ex ijs, quæ
propter caloris vim exulcerant, quæadmodum etiam ex illis, quæ exedētia seu putrifica latine, &
septica græcè nominantur, alia simulatq; corpora contigerint, potestatem suã ostendunt: quædam
Duabus tribusve, aut quatuor horis opus habent: nō nulla diem totū, vel etiam post eum noctem,
vel maius dein spatium requirunt. Hæc iam vt in calefacientibus, ita quoq; in refrigerantibus in-
telligere eum oportet, qui medicamen aliquod cōfecturus est. Pari modo & in ijs, quæ humectāt
exiccantq;. Cæterum materiæ medicaminum quædā à plantis, quædā à metallis, non nulla ab ani-
mantibus proueniunt: quas omnes in tractatu de simplicibus medicamentis definitè expressas di-
dicistis. Nam cū familiaribus hic mihi sermo potissimū est, qui precibus me adegerunt, hæc nunc
propter librorū interitum denuò perscribere. Iam verò vt simplicium medicaminū vniuersorum
facultates ad amussim vobis cognoscendæ sunt, quò vbiuis corporibus curationē desiderantibus
idonea ex ijs, quæ adsunt, facile possitis remediã cōponere, ita etiam omnium præter naturam affe-
ctuum differentias tenere expedit, quas primū quidem libro de morborum, altero de sympto-
matum differentijs, tertio post illos, in quo de causis morbos efficientibus dissero, comprehensas
habetis: ad hæc alijs tribus de symptomatum causis, vno insuper meo de plenitudine, nec non de
februm differentia commentario: postremò de medendi methodo, in quibus affectiones actionem
legendes didicistis: item curationem harum primam esse, (quæadmodum etiam præseruationem,) **Q**
causarum eas parientium. Docti pariter estis, primum curationis scopum à morboris dispositioni-
bus suggeriat: ac cum his vnâ patientis particulae naturam indicat. Præterea aeris nos ambientis
Quinta Classis. d d d d d ij tēperamētū,

temperamentum, constitutionem, aetatem, tempus, locum, vitæ propositum, & *lib. i.* consuetudines, plures egregij medici inspicunt: de quibus, vbi eorum vsus fuerit, aliqua simul & hic nobis dicentur. Hac itaq; in memoria vos omnia sic exprompta habere expedit, si quouis loco medicamentorum, tum simplicium, tum compositorum copiam habere desideratis. Insuper quod ab vno interim aliquo sponte nato medicamine ac simplici morbus curari possit, interim verò compositi vsus requiratur: ac quamobrem id agamus, rationem deinceps explicabimus.

Quis compositorum medicaminum vsus.

CAP. 3.

Solis simplicibus medicamentis vniuersos præter naturam affectus curare liceret, nullus vtriusq; compositi vnq; vsus foret. At hoc nunc ita comparatum non est, nam sæpe cum corpus aliquatenus calefacere volumus, simplex nullum, quod prestare id queat, habemus: medicamentum enim curans affectioni, cui adhibetur, proportionem nimirum respondere oportet. Ergo si dispositio sit frigida, quatuor numeris à naturali recedens, curaturum ipsam pharmacum totidē gradibus mediocri symmetrioue calidius esse oportere quis ignorat? Porro cum interim tale simplex nullum adsit, si duo habeamus, quorū hoc numeris quinque, illud tribus calidius sit, ea si miscuerimus, medium efficiemus, quatuor numeris symmetron exuperans. Iam quædam simplicia citra alterius mixturam ne in vsu quidem esse possunt, veluti cum emplastrum pharmanon apponere cuiuspiam volumus, quippe simplex nullum ad talem vsus idoneum est. Ergo neq; bitumē, neque cera, neq; resina, licet neq; pix, neq; propolis, ac ladanum, multo minus arugo, & cerussa, vel spuma argenti, vel molybdana, vel aliud quodpiam metallicū medicamen, simili modo nec herbae solæ emplastron pharmanon efficere possunt. Quare primi emplastrorum authores non temere ex oleo quoque metallicæ coquere excogitarunt, quæ liquefieri possint, liquefacere, ac siccas herbas contusas cribratasq; eis adijcere. Rursus in alijs affectibus vnum medicamentum solum ex ijs, quæ suapte natura proueniunt, vsurpamus. Cui tñ non nulla adijcimus, aliquando virium ipsius vehemētiæ obtundendæ, interim insuauitatis mitigandæ gratia, quemadmodum Hippocrates in libro de vitæ ratione in morbis acutis hisce verbis inquit: Si sub transuerso septo dolor sit, ad clauiculam verò non ascendat, emolliendus est venter vel nigro veratro, vel peplio: veratro quidem daucum, vel seseli, vel cuminum, vel anisum, vel aliud quid odoriferum miscendo: peplio autem silphij succum. Hac dictione manifesto Hippocrates vsus quidem pharmanon purgantis esse ostendit, sed in suauitatem eius in potu, moramq; in ventriculo, condimentum requirere: multa si quidē, quæ ibi buntur pharmaca, tam sunt assumentibus insuauia, vt stomachum subuertant, vomitumq; protinus cieant, quædam licet paululum in ventriculo manere possint, postea tñ euomantur, cū prauas eructationes mouerint. Quemadmodum vero purgantium ceu condimenta sunt eiusmodi medicamina, quorum Hippocrates meminit, ita dolorem leuantium quæ anodyna appellatur Græcis, alia vehementiam mitigant, vt cum papaueris succum, vel hyoscyami semen præbemus, vel mandragoræ radicis corticem. Quare et hic pharmacorum compositionis vsus est. Maximus autem in morbis, qui contrarias simul facultates desiderant, verbi gratia repellendi & digerendi, vel detergendi ac laeuigandi, vel in crassandi simul & attenuandi humores: ac veluti plurimi vsus medicamenta. (Græci polychrestota vocant, & optima,) diuersas in se potestates, vt indicabimus, continent. Verum is quoq; medicamentorum compositio vsus est, cum vnum aliquod illorū ad multas venenatas feras, vel exitialia pharmaca efficax habere volumus, qui vsus etiam theriacam, vt vocant, antidoton comparauit, item mithridation, aliasq; multas. Sunt porro & aliæ quædam vtilitates minores quidem prædictis, attamen quæ crebro nos ad medicaminum compositioem descendere cogunt, quas vniuersas hoc in opere docebimini. Nunc enim vbi primum emplastrum medicaminis & ad plura vtilissimi à me confecti mentionem fecero, iam institutum aggrediar.

De emplastro pharmanon dia chalcitico, id est ex chalcitide confecto, quod phœnicinum appellatur.

CAP. 4. H

Qua ratione seu industria composuerim emplastrum ex chalcitide, quod à palma quam phœnica Græci vocant, phœnicinum appello, medicamen glutinadīs vlcibus, cicatrice obducentis, & phlegmonis curandis accommodum, (vbi liquefactum humidū cerati crassitudinem obtinet) animum exercete, tum permissis Empiricis suam ipsorum fateri inscitiam, tum relictis quoq; Thessali sectatoribus, qui optima pharmaca à medicis inuenta contrarijs constare facultatibus ignorant. Exercete inquam ingenium, vt eisdem mecum vtentes methodis, medicamenta possitis conficere, ac sitis re ipsa persuasi vel ea, quæ à maioribus inuenta sunt, omnia ex ratione componi, nimirum quum Empiricorum incidentia (Græci vocant periptosin) nugatoria sit. Dicenda itaq; iam est propositi medicamenti compositionis ratio. Oleum vetus, & adeps digerendi vim obtinent. Chalcitis & palmæ succus repellendi, adstringendiq;. Ex his igitur pharmacum compositum, quo iam complures vt nouistis, ideo q; omnibus sui generis melius esse vsu & experientia probatum iudicarunt. Etenim ratio compositioem inuenit, experientia de inuentorū virtute decernit, vt etiā rationalium methodorum imperitis artificiose confecta fidē faciāt. Porro cum modo dictis medicamentis argenti spumam miscui, quæ nihil magni adeo momenti adferre potest, neq; repellentibus quod influit, neq; digerentibus, quod iam particulis phlegmone laborantibus

Atibus infixum est: quippe siccandi virtutem habet, sed non validam. Quare ipsam ceu aptum medicamen in emplastrum compositioem adiunxi: nam cum prædictis incoquitur, donec substantiam quæ non polluat, consequatur. Adipem verò infusum, & quammaximè fieri licet, vetustissimum esse conuenit, tum oleum vetus similiter, quod cū sulto adipe propinquam virtutem habere quoddammodo didicistis: licet adeps paulò maiorem emolliendi calefaciendiq; vim obtineat. Didicistis quoq; vetustate ipsa tenuiorum partium fieri, & digerere promptius: eoq; phlegmonis, quæ magnum dolorem inferunt, magis blanda ac mitia esse ipsa recentia: ijs verò, quæ tales non sunt, comodiore vetusta. Et quò phlegmone diuturnior, & contumacior, hoc magis vetera profunt, ac sola curare valent: modo præterea nihil afflictae parti influat. Quod si quidquam influxerit, mistam esse medicamentū quoq; virtutem oportet, cuiusmodi habet à me compositum pharmacum. Itaq; propterea chalcitidē & palmā digerentibus admiscui, non ignarus paucas omnino phlegmonas diuturnas existere, quibus nihil influat. Nam ob humores in eas confluentes diutina esse solent. Dum autem hæ incipiunt & accrescunt, adstringentiū refrigerantiumq; medicaminum virtus præpollere debet: ideoq; hoc emplastron pharmanon ad usq; humidū cerati spissitudinem liquefactum multis admodum vtile redditur: interim vino adiecto, vel aceto, vel aqua illiquefcēs: nō nunq; ex oleo immaturo, vel alio quopiam adstringente, quale est hispanum, & histricū: vel ex dulci aliquo astrictionis experite, vel etiam vetusto. Ego quoq; sæpe myrteo et melino, vbi validius adstringere res postulabat, medicamentum liquefecit. Hęc igitur compositio medicaminis tali symmetria conficitur. Vetusti adipis, quem infitores axungiam appellant, sint pondo duo, olei veteris pondo tria, argenti spumæ tantundem, chalcitidis pondo vnciæ, iij. Hęc autem ita coquere oportet. Adipis membranulæ oēs eximuntur, reliquum cōtūdatur, vt liquari facile possit: mox ad ignem liquefit, deinde per colum destillatur vt purū fiat, nihilq; membranæ habeat, pondo duo prædicta pendens: postea chalcitidis laeuigatæ pōdo triens cum olei tribus libris adipi miscetur, his & argenti spumæ pondo tria adijciuntur. Ac omnia vbi simul in mortario coferint, coniunguntur in cacabum, ac rudicula palmæ mouentur. Sufficit aut tibi ramus vnus maiusculus, vt solida ligni parte mouendo vtaris in modum spathæ dictæ. Vocant. n. sic id, quo confecturas mouent, & nos pspicuitatis gratia similiter nominabimus. Quod aut solidæ ramū parti continuum est, in orbem purgatum, ac tenellos ramusculos vtrinque procedentes abiectos decide, sed cortice prius exuto, vt segmenta iniecta pharmacum succo suo imbuant inficiantq;. Igitur statim ab initio spatha vtendum est, sed tenuia palmæ segmenta iniicere oportet, vbi medicamentū cerato similem consistentiam habuerit.

C Nam si à principio ea immittas, succus iniectorū, quem manere volumus, ex decoctione consume tur. Insuper spathæ, quæ medicamentum initio mouetur, pars in cacabo intincta postq; inaruerit, vt proprium succum non amplius seruet, amputatā reijce, reliqua vtere. Hęc rursus, cum medicamento intincta siccata fuerit, simili modo abscato. Constare aut vobis arbitror, q; palmæ ramum nō multis diebus antè abscissum arbore esse oportet, quippe tēporis intervallo arefcit, & succum amittit. Pridie igitur per hyemem auferatur: æstate, vel eodē ipso die, quo cocturus es pharmacū. Vbi aut sic coctum spissitudinem, vt non inquinat, acquisierit medicamen, ipso vteris emplastro ad vlcera, quæ cicatricem ægrè ducunt, dysepulota græcè vocantur: ad cruenta valet oleo liquefactū: benefacit phlegmonis, podagris, articulorum morbis, bubonibus, phymatis, ambustis, perionibus, fracturis ossium, contusionibus, omnibus deniq; affectibus, quos appellant rheumaticos. Iam verò & multi qui hernias abscant, post manus operam statim ipsum cum irrigationibus & cataplasmatibus præparatum imponunt. Si verò chalcitidis vnciæ sex immittatur, quæ est selibra, medicamen ad magna vulnera glutinanda promptius, atq; ad ea quæ cicatricem ægrè ducunt, efficacius fiet. Sunt quidem in hoc etiam alia eiusdem potentia medicamenta, ipsi tñ cū oleo liquefacto magis q; alijs omnibus in rheumaticis affectionibus fidendum est. Cū igitur plurima eiusmodi Romæ existerent, nullū tam celebre probatumq; fuit. Conducit, vt dixi, & podagricis, & articulorum vitio laborantibus quolibet tempore, cum dolores intensi non sunt, qui perfusiones et cataplasmata lenientia postulent. Incipientibus igitur atq; augefcntibus etiamnum id genus vitijs, liquefactum pharmacū refrigerari sinito, idq; spathomela deradens pilæ iniicito, cui vinum superfundito, quod vt recipiat, manibus ad pilam subigito. Erit aut vinum austerius, etate quidē medium, substantia non crassum, sed quammaximè fieri potest, dilucidius. Nam huiusmodi, vt potè substantiæ tenuioris in altū corpus penetrat: tantisper aut liquefacto medicamini ipsum infundito, manibus conterens, dū excipiatur, misceturq;, nec humidū adnatet, quod nō cōtrito ac emolito pharmacum mistū sit. Ad hæc etiā si nō prius refrigeratū medicamentū deraferis, liquefacto & adhuc calido vinum superfusum permiscere licet. Itaque in phlegmone principijs vim repulsoriam validiorē esse oportet. In incrementis verò hæc non nihil imminecda, quæ digerit virtus augenda est. Cū aut in statum proprium, seu vigorem phlegmones tumor peruenerit, pares in uicē esse potestates conuenit repellendi & digerendi: nisi quis vehemens dolor pharmacū leniens requirat. Cæterum inclinante phlegmone digerendi vim augebitis, vt prorsus nihil vini eo tempore miscatis. Præterea dum id liquefcit, si quando astrictionem qualitatem fatis excellere volumus, hispanum oleum, vel histricū, vel quod omphacinū seu omotribes, (latine immaturum seu crudum Quinta Classis, dddd iij appellant.)

* At contusos.

appellat, iniiciendum est. Vbi æquales vtraque facultates habere cupias, oleo dulci nec recenti, nec vetusto liquandum est. Si vt digerat expetis, vetus oleū, vel cicinum cōmodē sumitur. Emplastra autem medicaminis in liquefendo huiusmodi fiat symmetria: Oleum paulo copiosius quam medicamentū esto, magisq; æstate videlicet, vt librā vnā absoluat, medicamentū verò decē vncias iniicisse abundē suffecerit. Clarū est autē cuiuslibet hoc efficacius reddi emplastrum, quō plus medicamentū habuerit: tādē autē magis mitigare ac dolorē tollere, quātō liquidius fuerit ex rosaceo liquefactum. At ceratū, quod inungi possit, cōsistētiam recipit, dum medicaminis pōdo in olei selibra liquatum fuerit. Tale verò phlegmonā in inclinationibus ex vsu est. Item sedis, rectiq; intestini tumores phlegmonodas sponte obortos omnibus melius iuuat. Ipsum autē tunc liquefactū oportet cum oleo copiosiore, vt per cornu recti foraminis, cui vesica suis alligata sit, immittatur, velut in eiusmodi vsurpare consueuimus. Ad hæc frequenter ipsum in his ex rosaceo liquefecimus, caca bo vasi, in quo liquefit, prius subiecto, qui calidam cōtineat, prunis verò ardentibus incumbat, aut flāmā fumo carenti. Iam verò pro superioris symmetriæ modo liquatū, vt liquidū ceratū spissitudinē habeat, & pudēdi & podicis vlcera per sanat, immo & alia omnia vsq; ad vlceratos periones, & ambusta. Etenim vniuersa statim inflammatione liberat, puraq; reddit, & solida implet carne, præsertim vbi plus chalcitidis adiectum fuerit. Insuper nemo ignorat vinum quoque medicamento id effecturo admiscendū esse. Quod si acetū acceperit, ambustis optime facit & statim, & postea quolibet tēpore impostum, siue illa iam pustulas, siue non habeant. Constat autē, si quis in aqua feruenti vsus fuerit, hunc etiā affectū, pyricauton, id est ambustum igne, nominari. Porro si pharmacum ante imposueris quā phlegmone sit orta, nihil adeo ipsius generationem impedit prohibetq;. Quapropter, vt dictū est, nō nulli qui hernias fecāt, statim eo vitūtur, neq; prius vulnere madefacto. Ad hæc cōtusionibus, fracturis, & qualibuscunq; plagis, si liquidū imponitur, accommodatissimum est remedium. Ligamentis autē circumdatum fasciarum instar quibus rupturæ deligantur, catagnaticas Græci vocant, oedemata omnia & inflationes mirifice iuuat. Cū malo succo corpus abundat, vel admodum sentiens est, quāprimū contulis & percussis partibus illud impones, hyoscyamus recens adijciatur, qui si non est recens propter anni tempus aut locum, nihil magis ipsum desiderabis, si adiungas eum qui per æstatem repositus est, qualis etiā lingulis annis ex Creta vobis Romam apportatur. Hoc magis adhuc dolori sedando opportunum, id est anody non medicamen succus mandragoræ mistus efficiet. Non autē vos latet & hunc à Creta optimum fistilibus poculis afferri, cuius vnciā vnā libræ olei emplastrū liquefactū miscere sufficit. Atq; in terim amplius, interim minus impones, prout dispositio postulat. Conducit autē in eiusmodi corporibus & pharmacū ex rosaceo liquefactum esse. Cæterum ex casu contulis partibus, vel ligno ac lapide percussis, etli ecchymosis quædam contigerit, prorinus ab initio medicamen liquatum imponi oportet, vino, vt docui, misto. Quod vinū die tertio, aut certē quarto, si particula inflammatione careat, auferri oportet, oleo autē veteri emplastrū liquare. Nam si plus adstringantur ecchymomata, vix queant per halitū digeri. Hoc medicamento etiā vt or aduersus erysipelata, præfertim phlegmonode, & adhuc longē magis ad phlegmonas erysipelatodess. Principio igitur impono ipsum liquatum ex rosaceo, quod oleo omotribe, id est crudo & salis experte consistit. Tale n. erysipelatis est accommodatissimum. Ita iam liquefacto solani succus in mortario misceatur, qui totus per totum accuratē subigatur excipiatq;: qui si non adest, psyllij: si æstas fuerit, etiā vna acerba cum portulacæ, vel semperuiui succo. Etenim vna acerba liquor per se plus q; oportet adstringit. Tanta autē adstrictio erysipelata promouet, vt quæ calorem ipsorum cutē densando includat. Rursus portulacæ succus, neq; is solus præ lentore potest exprimi. Optimum igitur est qui ex vna acerba prius tunsa exprimitur, portulacæ in pila committere, & sic iterum contundere, de inde vbi ex ambobus mistum exactē vnitum fuerit, liquorem elicere. Simili modo etiā semper uiui succum exprimes. Nam seorsum neq; ex hoc, quemadmodum neq; ex cotyledone succum copiosum exprimere quisq; potest. At mandragoræ pomorum maturitate vigentium succus recens adiectus magis aptum medicamen efficiet, quem si tempus non admittat, illius quæ à Creta, vel alio quopiam loco aduehatur, miscere non dubitabis, quin & hyoscyami succū miscere ei consueuimus, interim meconium, qui papaueris succus appellatur. Satius autē est vnā cū hoc & glaucij quippiam superindere. At his multo imbecillior, sed acquisitū facilis lactucæ succus est, tum agrellis, tum hortensis, quam vniuersi Græci huius tempestatis non thridacinen, sed thridaca nominant, agrestem solam thridacinen appellantes. His rursus sereos, polygoni, trifolij, & auriculæ muris succi minus ad refrigerandū efficaces sunt, quāq; & ipsi refrigerant. Sed euidentius lentacula palustribus locis proueniens. Horum omnium penuria, misceris acetum & aquam. Porro medicamenta hæc vniuersa ascititias qualitates frigiditas habeant, vasis videlicet aquæ admodum frigida, aut niui insistentibus: atqui ipsum quoq; Phoenicinum medicamentum simili modo refrigeratum erysipelatis admoueat, donec vehemens ipsorum ardor subsidat. Liqueat autē subinde ea, quæ aduentitia qualitate frigida erysipelatos affectibus succurrunt, immutanda esse, maxime vbi exactum erysipelas citra phlegmonē fuerit. Posteaq; verò acris illa inflammatio quieuerit, aut nec perfectum planē erysipelas affligerit, sed vel erysipelatodes phlegmone, vel phlegmonodes

A nodes erysipelas, non adhuc externum frigus admolierimur, verum à succis etiam impensè frigidis abstinēbimus, eos medicamini liquefacto miscentes, qui mediocriter refrigerant. Atq; ab his iam & lini feminis & chamæmeli succū misceamus, ex eoq; solo postea medicamine liquato vtēmur, nihil aliud præterea immittentes. At si quando liquidū ex frigefacientū vi erysipelas euaserit, non tale amplius erysipelas appellandū est, sed tunc abstinere non à vini mistura modō, sed rosacei quoq; & adstringentium oleorū oportet. Nam solum Phoenicinū veteri oleo liquefactum, quod liuorē contraxit, per halitū discutere potest: & tunc affectæ partes aqua calida fouentur, & scarificantur. Vobis si fuerit visum hoc interdū facere, protinus Phoenicini liquefacti humidum medicamen, cui vinū adiectū sit, imponere cōuenit, altero die vinū auferendū. Quod si iam plus impendit erysipelas refrigeratū ab immodicè refrigeratibus medicis acceperimus, vt iam quoq; nigricet, perfusione & scarificatione magis vtēmur, atq; citra hæc calcis viua quippiam liquidū pharmaco immittemus. Si verò laborantes teneri sunt, lotam ipsam vsurpabimus. Tunc prodest etiā succus coriandri pharmaco inditus, qui sanè & cū cerato rosaceo iuuat non mediocriter. Ad hæc sanè similesq; affectus alia pleraq; medicamenta sequenti sermone dicentur, quædā pari virtute cū Phoenicino, nō nulla etiā efficaciorē pōdita. Aduersus autē rheumatū, id est fluxionum vitia, omnium optimū hoc medicamentū est, ac spe maiora frequenter præstitit. Cū itaque femur aliquādo prope inguen crudā phlegmone totū id affligente suppurasset, crus ita nobis figurabatur, vt sanies ad inguen confluere. Facto autē vlcere, dū hoc longiore intervallo contingeret, fluxio quæ in femur decubuerat, euacuata est: sed fistulosa quædā dispositio sub femoris totius cute orta est, vt ipsam, iuxta patellā, quæ genu pars epigonatis Græcis dicitur, diuidere cogitarem, quod sanies vtrinq; liber esset exitus, medicamentis autē liquidis inditis largius pertranseundi via promptior. Vbi autem femur soluisse postero die, quo incidere ipsum decreuerā, inuenta sunt omnia concōcta, arida, madorisq; expertia. Nemo igitur non nouit, q; rationi consentaneū erat & postero die, & sequentibus similiter vtī pharmaco, quandoquidē particula quotidie coloratior ac omnino sanior q; esset reddebatur. Curato itaq; hoc modo adolescente, postea multas rheumaticas affectiones hoc medicamine sanauit, quæ quidem osculum simplex haberent, sed vt glutinari non possent, & fistulosum intus essent. Non verò ab ipsius pharmaci vsu desistendum est, etiam si multis diebus euadēs nullū p̄sidiū afferre videatur, vt quod postea vno interim die simul vniuersam vtilitatē maximā ostēdat. Quare bono animo hoc semper in rheumaticis affectionibus vtāmini, in teneræ quidē carnis homine, vel puero aliquo, vel muliere, post prædictam symmetriam

C quatuor vncias chalcitidis immittentes: in valido ac duro corpore, ex proportione, vel vnciā vnā vel duas apponentes, vt quinq; vel sex chalcitidis vnciæ sint, tres libræ vtriuscq; nepe olei veteris, & argenti spumæ, duæ vtriq; adipis, quæ institores axungiam appellare diximus. Diluatur autem in rheumatū vitij oleo dulci nec nouo nec veteri, assumatq; vinū austerū ætatis mediæ. Hoc pharmacū coarguit Thessali nugacitatē, efficacissimū auxiliū ex contrarijs potētij cōpositum ostendens, quarū si alterā adimas, nihil faciet prædictorum. Nam neq; ex adstringentibus solum, sine laxantibus ad rheumaticos affectus præclarū quidq; perficiet, vel certē ad phlegmonas incipientes & auferentes, (neq; enim leniendū vim obtinebit) neque ex solis relaxantibus discussorium, line adstrictione cōfectū, quæ indurata habent emollire. Porro laxabit perfectē, & mediocriter emolliet, si non admodū vetus oleū & adipem receperit. Quod itaq; Mnaseus pharmacum condidit, æqualia inuicē continet tum oleū, tum argenti spumā, tum adipē, sed maximè phlegmonis incipientibus incrementibusq; est contrariū. Habet & nostrū videlicet hoc pharmacū eadem omnia, quæ Mnasei, & argenti spumā, & adipem, & oleum: verum si nihil ex ijs, quæ adstringunt acceperit, particulas effeminat, & robur earū dissoluit, ob quod etiā fluxioni fiunt obnoxia. Didicistis enim non semper ob calorem immodicū, vt quidā arbitrantur, corporis particulas fluxionibus laborare, sed hoc quidē ipsis raro accidere, ab imbecillitate verò illarū id genus vitij progigni, quæ vt plurimū ex intēperie frigida proficiscitur. Itaq; si humectet eas quippiam calefaciatq; medicamentis laxantibus, dissolutæ prorius & infirmæ fiunt. Rursus si tumores in rheumaticis affectionibus fortiter adstringat, initio quidē proficere videbitur, cæterum quod restat, cōtumax & scirrhum faciet: nam magna ex parte tales affectus ne quidē ferunt nimis adstringentiū impositionē, vt q; illis & dolore & tensione molestantur. Atqui omnis dolor inflammata exacuit, irritatq;, & fluxionibus occasionem præbet, quāuis rheumatica intemperie æger nō afficiatur. Sed miri nihil est Thessalum medicæ artis operū in expertum, & qui affectiones ratione inuenire nequeat, omnem phlegmonarum curationem ignorare. Vobis autem, qui crebrō tū Phoenicini huius, tum aliorum medicamentorum quæ contrarijs constant virtutibus, euidentissima in multis morbis auxilia videritis, conandum est ipsis quoq; vbi iam cōposita interim desiderantur, eadem methode ex illis, quæcunq; regio præbet, conficere: cū phlegmonem suspicamini futuram, vel incepisse modo, quæ magis adstringunt: in augmento ipso, quæ minus: in statu & inclinatione, q; magis relaxat & digerunt. Semper tamen vtraq; misceatur & repellendi & discutendi facultas, nisi quando fluxio prorius conspiterit, & corpus vacuum fuerit, tunc ad digerentē, sicut in primis incurribus ad repulsoriam virtutem, tuta est accessio.

* προσπεπτο
κόττα quidā hoc
i loco applica-
ta, nō nulli col-
lapla vertunt.

Quoniam in emplastro mei Phœnicini confectura adipem vetustam, & oleum digerendi potestatem habere dixi, chalcitidem verò & palmam colligendi repellendiq; hæc autem medicamentum emplastrum sine argenti spuma procreare non possunt: ob id visum mihi est de ipsius spumæ argenti vsu deinceps verba facere. Si quidem Phœnicini viribus nec eâ obesse quidq; nec conducere, sed materiæ ad emplastrum pharmaci cõpositionem tm̄ idoneæ rationem obtinere putandum est. Non absurdũ itaq; mihi apparet, si de eiusmodi medicamētis, exēpli gratia de spuma argenti disputationem instituerò. Sunt non pauca quæ potestatem aut nullam aut exiguam admodum pharmaco, quod præparatur, simul afferunt, cõmoditatem verò materiæ præbent, vt vel emplastrum, vel cerati speciem referat. Neq; n. argenti spuma manifestò calida est, sicut nec frigida, nec humida, sed exiguam siccandi habet virtutē in primo abscessu ab his, quæ ad amullim media sunt inter humida & licca. Non tm̄ vis eius est obstruere, sicut nec aperire, itē nec abstergere: quæ admodum nec inquinare euidenter, sed paulum à medijs ad crassius quodammodo recessit. Verũ hoc quoq; ex diuturna coctione deponit fusa per ignis potētiam, & alterata. Porro sola per se cruda femorum attritus ex itinere iuuat, quo etiam parum exiccare cognoscitur. At neq; acrem vel dulcem, neq; acidam vel amaram, vel austeram, vel acerbam, vel omnino adstringentē facultatē ipsam habere gustus abunde testis est. Quemadmodum etiã vlcera nec ab ea derodi, nec calefieri, nec refrigerari, nec purgari, nec carne impleri, nec cum caro supercreuerit, tolli percipimus. Licet itaque nobis in varium vsu administrare argenti spumam, interim ex oleo & aqua coctionem eius ad vsuq; emplastrum spissitudinem molientibus, interdum ex oleo & aceto, aliquando ex oleo & vino. Porro in quibuscunq; istorum coquatur, melius id medicamentum redditur, quod magis coctum fuerit, quod liquidum, quæ miscentur, copia cõtinget. Est. n. ex ijs pharmacis, quæ si quefieri possunt, etiam spuma argenti, dum tota funditur, sicut resina & cera, sed non statim vbi ignem contigerit. Vnde multis imponit, qui nullo modo ipsam fundi existimant. Igitur si cum oxelæo coquatur, liquefit citius, perinde ac cum ærugine, quæ & ipsa fundi natura solet, vt chalcitidis quoq; & misy. Ipsorum itaq; celerrimè chalcitidis funditur, tardissimè argenti spuma. At in horum medio sunt ærugo & misy, funditur & fori, sed longiore temporis intervallo, vt quod terrestre magis & saxum sit q̄ chalcitidis & misy, sed de his iterum dicitur. Argenti autem spumam per oxelæum coquens ocyus liquefacies, per hydrelæum tardius, tm̄ funditur sic quoq; si duplũ eius sit vterq; humor. Ego certè plus etiam q̄ duplum miscui frequēter, vt paulò post exponam. Atqui melius est statim ab initio hæc tria in mortario miscere, argenti spumam, aquam, & oleum. Quod si candidum medicamentum esse cures, oleum purius lucidiusq; inijcitur, atq; aquam similiter puram ac candidam, coquaturq; in loco sub dio soli exposito, quia nubilus aer pharmacum denigrat, sycerus magnum ad albedinem adiuuentum adfert, sicut aqua etiam in huiusmodi aere aspersa. Cæterum obseruato, ne coctionem lignis, aut carbonibus peruri incipientibus moliaris. Nam fumus ei facile nigredinem conciliat. Perustis igitur antea carbonibus, cum exactè ardent, tunc coctionem auspiciare. Quod si illam per hos absoluti non licuerit, in alio foco simili modo carbonibus præparatis cacabũ superponito. Quæ ergo medicaminis candidi faciendi gratia obseruanda sunt, abunde satis indicatum est. Iam verò hoc fit glutinantius, quo plus, vt demonstratum est, liquoris affuerit. Quemadmodum si singulorum trium pondo libram vnã inijcias, firmitus adhærebit. At si argenti spuma non illiquefcat, causa est potissimum, cur id facile decidat, sicut diutius adhæret cum argenti spuma cocta funditur, alteraturq;. Candidius sanè erit, citiusq; coquetur libris duabus aquæ in tres vtriusq; puta spumæ argenti & olei iniectis. Atq; hoc in paruis vlceribus vt confueuimus. Medicamentum quod aqua coquitur potestas nota est, si meminerimus eorum, quæ in commentario de simplicibus medicamentis dicta sunt.

De emplastro, quod ex argenti spuma & hydrelæo conficitur.

CAP. 6. H

Aqua peculiari substantia semper humectat & refrigerat. Ascititio autem calore assumpto, donec ipsum perferuat, exalfacit: frigida facta, refrigerat. Oleum verò si recens sit, pharmaco non renititur, permanet enim humidum & modicè frigidum, quali maximè tenera corpora & & vitiosis humoribus obnoxia indigent. Mulieres itaque & pueri, atque ex grandioribus mollè corporis habitum sortiti, (sunt autem hi & candidi cute,) eius generis medicamenta requirunt. Porro coctũ ostendimus ex oleo copiosiore & aqua reddi tam glutinã, vt ne quidem à lotis decidat. Et verò etiam vlceribus, quæ ad cicatricem veniunt, multis diebus subsequētib; pharmacum immanere expedit, quò melius & citius ita cicatrix ducatur. Notum est huiusmodi pharmacum pruritus, desquamata, & vt vno verbo expediã, parua vlcera per sanare, in quibus & subliquidum, vt vocat, ceratum, aliaq; id genus quædam vtiliora sunt ijs, quæ validam potestatem obtinent, qualia magnis vulneribus imponimus. De quorum omnium vniuersali virtute in tertio libro de morbis curandis dictum est, in quo generales communẽsq; sermones (vniuersales nuncupant) de quæq; vlceris differentia tradidit, ostendens quales medicamentorum, quibus illa curantur, vires esse cõueniat. Hic verò particulares materias recenseo, symmetrias miscendorum definiens, & modos, quibus si præparentur, reddantur optima, demonstrans. Ex hydrelæo itaque argenti

A argenti spuma, sicuti comprehensum est, præparata, emplastrum tactu blandissimũ simul & adherendo pertinax efficit: præterea aspectu album, refrigeratoriã vim habēs mediocrem, cuius auxilio, exulceratis partibus ne quid influat, impedit, & iam influxum denuo ad partes citriacẽtes retrudit, vt res fiat huiusmodi, qualis cum spongiam aqua frigida humentem particulæ cuiuspiam corporis imponimus. Nam illa rugosum contractumq; totum locum facit, non tantum repellens quod influit, sed etiam quod in eo continetur, ad vicina elidens. Atq; emplastrum modo commemoratum non ex prima facultate, sed per accidens exiccare dicitur. Nam propriè quidem & primario ea quæ digerunt, & temperamenta ad sicciorẽ statum perducunt, nominantur siccantia: ex accidẽti verò etiã ea, quæ frigoris causa, id quod influit, propulsant, quod cõtinetur expellunt. In summa nullum humectans vel primario, vel ex accidẽti vlceribus commodum est, vt in tertio methodi medendi libro demonstrauimus.

De emplastro, quod ex argenti spuma & oxelæo componitur.

CAP. 7.

De argenti spuma quæ ex hydrelæo præparatur, etiam hæc sufficiunt. Digrediendum modo est ad eam, quæ oxelæo constat. Itaq; mediocriter exiccans medicamentum fit, si vtriusque nempe olei & aceti duplo maior portio q̄ argenti spumæ miscatur. At si vetus quoq; oleum sit, adhuc etiam magis exiccatur. Copiosior verò q̄ duplum sit vtriusq; mensura, valentius facit pharmacum. Quapropter fistulas quæ nondum callum durum habent, curat. Cæterum spumæ argenti vna pars inijcitur, illorum singulorum duæ. & s. Quinetiam tripla vtriusq; parte nonnunq; mista, toto die coxi medicamentum. Vnde quidem reddebatur nigrum, sed perinde ac bitumen probũ splendescbat. Porro maxima siccandi potentia hoc pollet, curatq; vlcera difficilia, & fistulas, quales dixi, iungit, vulnera cruenta glutinat, vno verbo, exiccatur sine morfu. Huius rei gratia etiam alia vniuersa vlcera sanat, maiora minoraq; donec ad cicatricem perueniant. Aequum est & alia quædam eius opera commemorare, quæ forsitan ne quidem speraueris, quantum ad materiæ humilitatem attinet. Nam cum febris solutio ex parotide suppurata cuidam accidisset, parua relicta est fistula, quam post sex menses à principio in agro mihi ostenderunt. Erat enim puer filius agricolæ, annos natus circiter quindecim: huic cum ex emplastro illo, quanta tunc mihi copia aderat, imponendum dedissem, ipse in urbem reuersus sum, ac pluribus negocijs medicis occupatus, oblitus sum eius qui pharmacum acceperat, sed post duos certè menses præter animi mei expectationem venit incolumis. Immittentibus enim nobis suillum pilum per fistulam, ad articuli commissuram vsq; procedere videbatur. Non multos post dies, cum alius puer fortè fortuna eiusdem cum prioræ ætatis, eodemq; morbo laborans mihi esset ostensus, emplastrum hoc imposui, quo ille prater integræ sanati restitutus est. Ab eo tempore plurimos eodem vitio huius medicamenti virtute liberaui, tum pueros, tum adolescentes, tum mulieres. Igitur si vos quoq; vti eo ad huiusmodi affectus volueritis, vetustissimum oleum, & acetum q̄ acerrimum ex vino videlicet solo confectum inijcitur, non vt quidam aqua mista ipsum præparant, sed purum sit q̄ maximè licet, ac pellucidũ. Tale siquidem tenuius commodiusq; ijs erit, ad quæ ipsum requirimus. Hoc pharmaco etiam musculos induratos subinde curauit.

De emplastro, quod ex argenti spuma & œnelæo præparatur.

CAP. 8.

Reliquum est, vt de argenti spuma dicam, quæ ex œnelæo componitur, & eandem prædictis symmetriam ac virtutis excessus pro humorum copia respondentes habet. Etenim æquali portione tria mista præparauit, & duplo maiori vtriusque liquidi mensuræ quàm argenti spumæ, dimidium insuper, ac interdum & triplum addidit. Confeci autem nonnunq; ipsum & hoc modo. Per æstatem sole calido argenti spumam ex vino falerno conterebam singulis diebus quindecim continuis, vinum rursus, si forte primum euaporarat, infundens. Post dictos dies coctum medicamentum, exiccans abunde factũ est, quo in rheumaticis quoq; affectionibus perinde ac Palmeo, quod Phœnicinum appellauit, vsus sum, ex oleo liquefaciens, vt in illo prædictum est. Ac femur iam diu induratum, cruentaq; vulnera eo sanauimus, atque ad omnia fuit optimum. Itaque si falernum ad manum non habeas, aliud sumito colore fuluum, sed tenue substantia vt pelluceat, cuiusmodi est Ariusium, quod in Chio nascitur, & odorum vehementer Lesbium, in Mitylene paucum, in Eresso & Methymna copiosius meliusq; proueniens. Item, quod falerno simile est, Tmolite. Est et hoc tenuissimum, perlucidum, fuluum colore, dulce mediocriter, nimis quàm odoratum: potes inueteratum hoc vsurpare ad quæcunq; & falerno vteris. Est porro & aliud vinũ Tmolite huic tum colore, tum substantia simile, verum neque dulce, neque odoratum. Habet autem vim quandam adstringendi, sed dulcedine multo inferius est. Hæc itaque ex cocta spuma argenti fiunt medicamenta.

De cruda spumæ argenti vsu.

CAP. 9.

Non cocta quidem, per se, vt annotauimus, attritus emendat. Ex aceto autem seu vino trita siccataq; vlceribus medetur quæ ob humiditatem vix cicatricem recipiunt. Quod si mordacitatis expertem esse cupis, elota vitior.

Quomodo lauare oporteat argenti spumam, & reliqua metallica.

CAP. 10.

Facile eluitur, vt quæ statim propter innatam grauitatē liquoribus, in quibus laeuigatur, substat:

dati vnde totam mordacitatem in aqua lota exuit, acuti vero sensus corpora parum adeo mordacem percipiunt, si ex aceto vel vino eluatur. Porro conuenit diligenter toto die contritam, cum liquore per noctem relinquere: postero die mane illum auferre, alium mox superfundere: postea rursus terere similiter, iterumque sequenti aurora liquorem emittere. Quod faciendum est, donec simul cum humore argenti spumae velut tenuissima quaedam portio, (achnen hanc Graeci vocant) appareat, cuius nihil amplius innatat, nihil est magis effundendum est. Attamen conterere diebus pluribus, & si nihil ei inlisset, idque sole feruenti, satius est. Ita. n. accidit. vt medicamentum excicet valentius. Porro nouerunt omnes id aestate non solum in argenti spuma, verum in alijs et quae hoc modo preparantur, fieri commodius. Siquidem cadmia, aeris squama, aes vstum: ad haec item quod vocatur diphryges, cerussa, misy, fori, symmi, & oes lapides: praeterea calx perinde vt argenti spuma ex liquore aliquo praedicto eluuntur, leuiganturque. Interdum ex marina preparationem ipsorum molior, de quibus in sermone processu rursus agetur. Nunc. n. propositum mihi est emplastrum percensere, quae Graeci iuniores medici cum rho Graeca litera in vltima syllaba & scribunt, & enunciant. Quemadmodum in Centrio & Melotride facere oes consueuerunt. Siquidem in his prima nominum positio videtur sine rho facta fuisse a verbo quidem centren, quod est pungere, Centrio nominato, vltima syllaba rho non habente: Melotride vero composita ex mela & ote. i. specillo & aure. At cum hoc tempore prope oes ea cum rho efferant, non peccaueris cum si simili modo, illis pronuncies, praesertim in Centrio. Quippe ostendimus in opere, quod contra illos, qui solacismum committentes corripunt, prodidimus, & ipsos Atticos viros valescentem vsum & consuetudinem fecutos fuisse. Nam alij quoque ante me indicauerunt Atticorum linguam permultum a proprietate sua decidisse: ac oes, quorum eloquentiae laus ac gloria maxima apud Graecos extat, suae quaeque tempestatis morem imitatos fuisse. Et nos itaque cum oes inueniamus iam medicamentarios libros emplastris nomen cum rho scriptum habere, vsum praualentem sequemur.

De medicamentis, quae ex molybdena conficiuntur.

C. A. P. 11.

Relatum a me est superius quoque molybdenam & argenti spumam in eodem fere vsum adhiberi. Omnia enim quae ex argenti spuma componuntur, etiam ex molybdena fieri possunt: sed facultate inuicem differunt tantum, vt molybdena substantiae crassioris frigidiorisque sit: argenti spuma tenuioris, & inter calidam ac frigidam medicam. Ceterum colores medicamentorum, quae inde preparantur, molybdena non nihil euariat, quatenus fusiores ipsos efficit. Quare & alborum emplastrorum, quae non modo cerussam, sed argenti spumam quoque habent, nullum ex molybdena constat. Quippe ex huius mixtura color albus cinereus redditur. Potestas autem in albo emplastro, quod ex hydreleo componitur, melior etiam euadit, praecipue in teneris corporibus, tantum abest vt pereat. Cum discutere quid volumus, argenti spuma quam molybdena potior est. Pari modo & in reliquis medicaminibus cunctis, quae ex argenti spuma compositionis titulum sortita sunt, cum molybdenam adiicimus, color & virtus tantum immutantur medicaminis, quantum paulo ante indicauimus.

De emplastris Albis, quae ex argenti spuma & cerussa fiunt.

C. A. P. 12.

Vel coloris causa medici cerussam argenti spumae ad emplastra alba conficienda miscent: vel vt quandam adstringendi, ac refrigerandi vim medicamento conciliant. Videntes autem & huiusmodi nigrescere, cum largius coctum fuerit, praesertim lignis, & ijs quoque fortasse fumidis, nec in aere puro, mox ab igne tollere coguntur: ob quod ipsum nec aquam copiosam, nec oleum miscere. Merito igitur resinam ei adiungere excogitarunt, quo se quae ac sibi continuum fiat, viscosum quid assumens, maxime cum liquida resina immittitur. At ex tali mixtura deterius efficitur pharmaci, cum mordax quiddam resina representet, quod vero siccet, nihil admodum generosum: cuius vsum maxime vlcibus esse necessarium didicistis. Quaedam itaque vel insigniter mordaces sunt resinae, de quibus vniversis iterum sermo futurus est. Mitissimae vero duae inter eas sunt, prima terebinthina, larinx altera nuncupatur. Has igitur miscere satius est, vbi id genus emplastrum conficere cogitas. At multo leniora tactu omnia fiunt, tum quae resina constant, si cere quid adiectum sit: tum quae ex cera, si resinae non nihil admixtum habeant. Quamobrem cera quoque resinae immittenda est, vt autem color emplastrum albus seruetur, albam ceram esse congruit. Est sane alba, quae suapte natura prouenit, pontica. Sic enim nominari iam consuevit, licet aliunde veniat, quod plurima in Ponto alba nascatur, alijs in regionibus paucissima. Ac candida quae Tyrhenica nominata est, non sponte nascitur, quare nullam evidentem habet acrimoniam. Quae vero suo instinctu proueniunt, non nullae acres sunt, quas prius eluere oportet in hunc modum. Liqueantur primum ad ignem, deinde in aqua fontis pura demerguntur: vbi permouentur, expurganturque. Simili ratione & pix & resina, & quod phlegma dicitur, lauandum est. De quibus iterum exactius commentabimur. In praesentia, quoniam albi emplastrum compositionem tradimus, reliquum eorum, quae praecipua sunt, deinceps percensibimus. Posteaquam ergo cerussae, spumaeque argenti coctus prius, vsque dum medicamentum ad amissim non inficiat, cera simul cum resina fuerit adiecta, candidum iam emplastrum si placet, habebitis: interim aquam inficientes, interim oleum duntaxat: idque nunc recens, nunc vetus. Prius enim iam audiuistis, quam virtutem aqua, & oleum vetus habeat.

A habeat. Nouistis item quod omphacinum oleum, & id quod colitur in Iberia, quae nunc Hispania dicitur, adstringens quippiam pharmaco adicit. Histricum non modo exigua adstrictionem, sed amaritudinem quoque refert. Proinde different tamen ex adstringentibus confectione ab ijs, quae dulci oleo constant, quanto initio vlcis et fini potiora sunt omnia, quae non nihil adstringens continet: in medijs, dulcia. Nam in principio medicamenta repellentia profunt vlcibus, ne phlegmone corripit incipiant. Inde quae magis relaxent, si non phlegmone adsit, transpiratus gratia: quae si affuerit, etiam ob illam, vt citius dissoluatur. Enimvero clarum est de parua phlegmone verba fieri. Siquidem exigua vlcera, in quibus albis hisce emplastris vtimur, magna comitari phlegmone non potest, si error nullus accesserit. Ceterum & vlcibus, quae iam ad cicatricem veniunt, adstringendi qualitatem vtilem esse cui obscurum est: Tempus igitur iam postulat medicaminum, quae emplastrum album vtilissimum constitunt, symmetriam exponere.

Pondus emplastrum.

Aequa sit portio vtriusque metallici, cerussae & argenti spumae: & haec, si videatur, esto singulorum pondo libra, olei vero mensura amborum simul pondus absoluat, vel vt Romani dicunt, sint pondo librae duae, ceruae pondo selibra, terebinthinae, illius dimidium, hoc est pondo vnciae tres. Quod si & thus admisceas, primum dolori mitigando aptum magis erit, tum parua vlcera, quae phlegmone infestat, ocyus concoquet: sed ad cicatricem ducendam erit imbecillius. Nam carnem supercrescens promouet, quam thus carnem generat, vt in tertio quoque libro de morbis curandis legistis. Satius itaque est iniicere & aluminis paululum, tum ad cicatricem ducendam, tum alterius causa, quandoquidem laxantia medicamenta plethoricis & vitioso succo obnoxijis corporibus adhibita, affectus partibus fluxum concitant. Ex his autem omnibus compositum medicamentum tumores praeter naturam in molli corpore, qui nec magni adeo, nec dolorifici sunt, discutere poterit, praesertim cum thus abunde assumpserit. Erit itaque praedictis copiosum thus, si equale ipsi terebinthinae pondus accipiat: sin eius dimidium, minorem digerendi vim medicamentum habebit. Magis autem cicatricem ducendae erit idoneum, quod duplo copiosius id receperit. Iam si plenius adhuc digerere cupias, et piperis albi paucillum adijcitur, quod vlcis cicatrici obducendae nihil obesse poterit. Sit igitur aluminis pondo vncia, piperis vero semuncia. Ratio siquidem est, huius tres denarios, aluminis sex iniicere. Quam vero & alias praestat alumen quod scissile nominatur, & colore candidum est, id immittere expedit.

Album emplastrum ex pipere, vt Attalus Herasque composuerunt.

C. A. P. 13.

Iuat senum vlcera, & eorum, qui mollem habent cuticulam: denique omne vlcus curat quod & humidius est, & non facile cicatricem admittit. Ad haec abrafa, quae apolyrmata Graeci vocant, vt cutis suspensa sit, interim nigrescens in cubito, tibia, & genu: quibus neque caro, sed membrana sola os ambiens subiecta est. Hisce igitur, vt omnia ordine recenseam, medicamenti compositio constat: Argenti spumae, cerussae, vtriusque pondo libra, olei duarum librarum mensura: nuncupatur enim a Romanis aequiuoce ponderalis, vt ita dicam, libra solidorum corporum, & mensuralis libra liquidorum: quae copiosissima in tota vrbe ex materia cornea constat. Praeter haec cere pondo selibra, terebinthinae resinae pondo vnciarum trium, thuris vel dimidio ipsius resinae, vel aequali pondere, aluminis pondo denarium sex, piperis pondo denarium trium. Coctio manifesta est. Initio quidem metallica in sole coquantur, dum plane non inficiat, vel etiam paulo durius fiat: immittitur autem tunc cera & resina. Dein cum omnia in vnum coierint, thus primum, mox alumen & piper addentur. Iniicere autem conuenit cerussam, quam vocant rhodiaca, si emplastrum candidum exiti fieri cupias. Quinetiam in ciuitate Dicearchia olim, nunc Puteolia vocat non nulli, qui cerussam preparant, similem rhodiaca albam facere consueuerunt. Porro quod in sole conficiendum sit emplastrum, & aqua admiscenda, vt albius simul & magis refrigerans fiat, antea discussum est.

D At si maus ad cicatricem ducendam commodius ipsum reddere, ab aqua in totum abstinet: olei autem veteris pondo vncias duas ac dimidia, immo et tres immittito. Hoc medicamentum non ex eorum numero est, quae a me primo auctore composita sunt, sed iam annis multis ante a rege nostro Pergamenorum Attalo, viro omnigenorum medicaminum studioso. Constat ratione praedicta.

* Ac magis adhuc admiraremur, siquid eiusdem speciei potuisset confici. Meminit eiusdem Heras quoque in medicamentorum libro, quae non nulli nartheca, id est promptuarium medicamentorum inscribit, alij tonon dynamen. i. robur virium, censens oleum vetus attribuendum: eiusque parem aquae mensuram, vel dimidiam esse miscendam. Ceterum alia, quae ad symmetriam spectant, ita habent vt a me scripta sunt, nisi quod ille heminas, non libras tum aquae, tum olei posuerit: non indicans, quot vnciarum heminam siue ponderis, siue mensurae constituant. Etenim ponderales vnciae grauitate corporum, mensurales molem decernunt. Cum igitur pharmaci hoc senum vlcera & tenerorum curare dicit, verus est: cum vero omne vlcus sanare scribit, amplius quam par est, ei condonat & tribuit. Siquidem humidiora, eoque minus ad cicatricem venientia curat, cacoethes nullum, sicut nec vllum vlcus cruentum. Ille autem & haec omnia promittit, atque derafis ipsum mederi scribens non falsus est. Subinde. n. tam derafum os, vt cutis inde cum subiecta quadam carne dependeret, medicamento imposito cum ipsa coaluisset vidit: & quod hoc maus est, interdum iam nigricante. Rursus aliud quam hoc etiam

etiam admirabilis, in cubiti gibbero, tibia, & genu, quibus nulla caro, sed os conuestiens mēbra-
na, vel latus tendo solus subiectus est. Quare ad abrafā optimum hoc medicamentum habueritis,
ad sinus & abscessus, nec omnium optimū, nec bonitate optimorum secundum. Verum ad medio-
res hos affectus in teneris, mulieribus, pueris, et senibus commēdatur. Quare et hic plus, q̄ oportet
Herat medicamento detulit: multo autē magis, cum laudaret ipsum, scribens ad morfus vni
uersos esse remedio. Cur. n. sermoni appositum esse vult vniuersos: vtrum si ē ferarum morfus
fuerit, an hominum vniuersorum tm̄, dicit: Atqui falsum est vtrumq; in feris quidem clarum est,
quae. n. ab efficacibus pharmacis vix curantur, haec nemo ab illo sanari posse dixerit. Quod si de
hominibus dicat, & sic oratio incerta in dīctā q̄ est, adeo vt auditores magis offendat, q̄ iuuet.
Itaq; persuasit aliquis cuidam medico, vt emplastrum hoc adolescenti in p̄cratio digītū indicem
morfo imponeret: qui inde tam male habuit, vt in periculo esset, ne pars tota morfa cōputresceret
oborta iam putredine. Vix autē diuturna curatione glutinatus est. At cum non in neruū, sed car-
nem laesionem acceperit, nihil mirum est huiusmodi medicamento saluum euasisse. Etenim homi-
num morfus alijs vlceribus admodum similes sunt, nisi qui t̄ morsum acceperit, vitiōsis humo-
ribus abundet, aut diutius a cibo abstinerit, aut ira correptus sit, vt vniuersum corpus, et ēt dētes
bile madeant. Neq; in his tm̄ eiusmodi quicq; mentione dignum medicamen facere videbitur: atq;
ei qui subito fuerit vsus, satis erit, si nihil incōmodi acceperit prius, q̄ pharmacum aliquod talibus
curandis peculiariter dedicatum morfae particule imposuerit, de quibus mox disputabitur. Nunc
vero tm̄ dixisse sufficiet in ijs, quos siue homo qualē diximus, siue simia, siue canis, siue id genus
animantium aliud momorderit.

Attalici secundum Andromachum albi narratio & compositio, quod minus
ledit a rabiosis morfos, & neruos vulneratos.

CAP. 14.

Alba, quae oleo recenti & aqua citra piperis atq; thuris misturā conficiuntur, commorfas par-
tes vehementer offendunt: licet animantis salua quod momorderit, vel pauxillum adeo vi-
rus contineat. At minus illis omnibus Attalicum laedendi naturā obtinet, q̄ terebinthina, oleum
vetus, thus, & piper adiecta sint. Pari ēt modo in neruorum vulneribus reliqua alba magis nocēt,
sed multo minor offensa est ex hoc, quod quidē oleum vetus habet, aquam non item. Insuper hoc
magis eueniet, si tres vncias thuris integras, & non eius dimidium recipiat. Dicitum siquidem mi-
hi est & antea, quod si & hoc pacto preparamus, in huiusmodi albis alumen pharmaco male con-
gruere. Nā opus est hic non adstringentibus, sed abunde extrahentibus, quae in alto neruos pun-
ctos affligunt, & venenatam animalium saluam. Heras hoc emplastrum ex rhodino, vel myrteo,
vel myrrhino dilutū mederi & ambustis igne tradit: & si longē inferius sit ēt hic pharmacia, quae
ambusta commodē sanant, de quibus ip̄s quoq; rursus sermonem instituemus. Praestātorum enim
in his sunt alia candida, quae neq; thus, neq; resinam habent. Quin & haec non parum ab ijs supe-
rantur, quae ambustis igne proprie auxiliantur, quemadmodum a me compositum eadē sanare di-
xi, si acetum adiūgas. Illud siquidem nullo non tempore commodum est. Quod autē ex pipere al-
bum constat, excoctis adustionibus cum ad cicatricem perueniunt, vtile est. Ante, per se nihil cō-
ducit: dilutum verò ex oleo myrteo prodest, non tamen aequali cum ijs medicamentis virtute, quae
ad ambusta igne proprie faciunt. Heras morfus ēt ipsum conuenire scribit. Sed hic quoque distin-
ctiōe vtamur oportet, siquidem in duris & t̄ coctū difficilibus imbecillius est medicamentum: in
mediocribus, maxime in senibus, pueris, mulieribus, & vt breuiter dicam, molli carne praeditis
abunde sufficit. Insuper varis aptum est, quemadmodum & hoc verē prodidit Heras. At de pu-
stulis quae exanthemata Graecis dicuntur, indistinctē pnunciauit. Etenim ex harum numero me-
diocriter subduras per sanat. Quae vero plus caloris, aut phlegmonodes quippiam referunt, irri-
tat, praesertim initio. Post commemorata, deinceps in haec verba Heras disseruit: Fecit ēt ad duritiā
trimestrē, quae ex partu profecta erat, ac perspiratu discussit, non impossibilia dicēs. At conuenie-
bat ipsum praescripsisse, cuiusnam durities esset, totius ne vulua, an ceruicis solius, vel orificij, vel
cornuum, vel extranei cuiusdam corporis ei incumbentis. Iam verò id ipsum emplastrum impen-
sius, q̄ natura comparatum sit, laudat aduersus fistulas cum alias oēs, tm̄ maxime quae in dactylis,
id est podice oriuntur. Sic. n. appellauit ipse, cum illud curare adfirmaret. Simili modo ad poda-
grā, carbunculos, epinyctidas, condylomata, lepras, vitiligines, fugillata, propositum emplastrum
Herat extollit. Si itaq; tanq̄ meliorum penuria eo vsus quispiam mediocre praesidium attulerit, ve-
rē praedicat: sin autē vt medicamē ad haec optimum adducit, manifesti mendacij arguitur, cum mul-
ta alia praestantiora inueniantur. Caeterum post ipsius laudes his verbis praecipit: Vtere hoc maxi-
me, quum vlcus ab acerbis pharmacis, & ijs quae cruentis imponuntur vulneribus, (Graeci vocāt
enama) soluitur, & phlegmonem recipit: tum in abscessibus qui circa genu sunt. Hic quoq; fidei
illius erat apponere pro abscessu quidem ratione, tenera carne praeditos, pueros, mulieres, &
senes. In vlceribus autem, species eorum adscribere, vt nos faciemus in sermone de malignis vl-
ceribus. Nam istud, de quo nūc loquimur, emplastrum nulli tam cacoethi seu maligno cicatricem
obducit. Verum distinguenda sunt ea, quae cicatricem aegre ducūt, a cacoethibus. Neq; n. omnia
cacoethe difficultē cicatricem admittunt. At dicitur sermone procedenti de ipsorum differētia,
& medicaminum,

† momorderit

† Durities mor-
grace, sed forte
durities mor-
difficilibus ad
partē dī. hoc ē
magis quadra-
re videtur.

A & medicaminū, quae vtriusq; sanandis dicata sunt. Quin ex solis metallicis album emplastrum pre-
parare licet, vt paulo antē in sola argēti spuma cocta admonuimus. Si enim spuma argenti cerussae
committatur, deinde olei, & aquae vtriusq; duplum miscetur, & coctionem, vt nuper est praece-
ptum, carbonibus antea perustis in aere lucido peragas, tum glutinans, ac tenax, tum album colo-
re medicamentum erit: maiore autem refrigerandi virtute praeditum, q̄ quod est ex sola argenti
spuma confectum. Quemadmodum enim molybdæna frigidioris crassiorisq; naturae est, et si ar-
genteae spumae eam admisceas, sic ēt cerussa, vel magis adhuc q̄ molybdæna: q̄ si vetus oleum in-
datur, non parum lentoris & hoc medicamen habiturū est, ne videlicet a corpore facile decidat,
cuiuscq; fuerit impositum. Atqui si emplastrum candidū fieri postulas, oleum q̄ fieri potest pu-
rissimum simul & lucidissimū inijcitor: multa enim eius generis non sunt. Mitigans verò ac do-
lorem sedans erit pharmaciū, si & adipis aliquid inieceris, veluti ego facere confueui. Adeps ve-
rò anferinus sit, vel huius inopia gallinaeus. Si neq; hunc habemus, suillū inijciamus, non igna-
ri quidem magnam esse anferini ad reliquos eminentiam: vtentes autē peioribus etiam, si quando
optimi copia non conceditur: nam & cum cinnamomum desideratur, ad casiam optimam descen-
dimus. Verum in praedicta symmetria adipis pondus dimidio minus, q̄ vtriusq; metallici miscere
B sufficit: vt argenti spumae & cerussae singulorum pars vna ad sit, olei dupla, & aquae dupla, vel etiā
paulo amplior, adipis pars dimidia. Caeterum quomodo dicam ijs, qui lance metiuntur, dupla, di-
midia, & equalia, ante paulum ostensum est, dum Romanae librae ponderalis cū mensurali cogno-
minationem, quam vocant homonymiam seu aequiuocationem, interpretaret. Pharmacom hoc
varijs modis preparauit: siquidem quatuor pari portione mistis dimidiam adipis, interim quoq;
liquidorum vtriusq; vnam & dimidiam adiunximus. Porro fiet veluti exemplo symmetria talis,
argenti spumae pondo libra, cerussae pondo libra, olei, aquae, vtriusq; pondo libra. s. postremo adi-
pis pondo selibra. Est cum & pondo trientem adiecerim, sicut & aquae pondo libram integram.
Quod autē idiotae frequenter dicere solent, & medici ip̄s similes, obseruate ne interdum dicatis,
nempe medicamentum quodlibet generosius fieri, si adiectum hoc fuerit, quodcūq; s. nominatau-
rint. Non nulli ignorare se fatentur, rogantq; nos, qualisnam cōpositio praeparatioq; sit optima,
ignorantes aliam in alio affectu esse cōmodiorem, simpliciter verò & indefinitē ne vnam quidem
optimam. Huius itaq; rei gratia ego simplicium pharmacorū virtutes accuratē pernoscere opere
pretium esse vobis puto. Nam composito probe vtī non possitis illorum ignari. Nimirum igitur
in proposito hic albo emplastro recens adeps admistus medicamentum efficit, quod dolore ma-
C gis adeo leuat, vt si & inflammatione laboret vlcus, iuuet ipsum: at cicatrice obducenda minus red-
det accommodatum. Quod citra adipem conficitur, facilius quidem cicatricē inducit, verum nō
ex aequo sedat dolorem. Dicitū quoq; est prius, q̄ aqua admista euidentius refrigeret, sed oleo ve-
teri, magis discutiatur. Itaq; qui eam facultatem adsecutus est, vt quo potissimum vlcus indigeat, sci-
re possit, is optimē & ipse componet medicamenta, & iam cōpositis vtetur. Atq; vidistis me sub-
inde medicorum, qui me in cōsiliū aduocarunt, pharmacis multa curasse, a quibus illi sanitatis
spem abiecerant. Optimum igitur medicamen dicitum est non sermone simplici, sed inter ea quae
hoc aliquid facere pollicentur: quemadmodum ego Phoenicinum optimum esse retuli aduersus
rheumatica, si eo iuxta praedictas distinctiones vtamur.

De alijs emplastris albis.

CAP. 15.

Alba igitur antē cōmemorata, qua dixi ratione iam olim confecta sunt: post quae alia diuersa
medici posteri excogitarunt, quaedā adimētes, addentes, & immutantes: de quibus & ip̄s
praestat dicere, vt in varia medicamentorum cōpositione vos exerceamini. Scripsit itaq; Andro-
machus in libro, cui titulū fecit, Virtutes ad exteriora, hisce quodāmodo verbis. Albū, quo vtor.
Argentī spumae pondo mina, cerussae tantundem, ceræ pars quarta, resinæ pars quarta, olei hemi-
D nae tres, aquae heminae duae. Haecenus Andromachus, nec quibus conueniat adscripsit, nec co-
ctiōnis eius mentionem fecit. Non nulli viginti vncias minā continere tradunt, quidā sexdecim:
atq; medicamentum vtroq; modo preparari possit, non tamen rectē mihi parem modum resinæ
& ceræ inijcere videtur: nam Attalici cōpositio melior est, quae ceram resinæ duplo copiosiorē
accipit. Constat autē, si resinæ & ceræ aequalis portio adiecta sit, emplastrum fore glutinantius, non
tamen ex aequo suaue gratumq; vlceribus, sed acrimoniam habiturum. Quinetiam eo q̄ indicare
noluit, qualis immitti debeat resina, parum rectē fecit. Nos autem haud ignari esse meliorem per
omnia terebinthinam tum colophoniam, tm̄ eam, quae phryctē nominatur, illam inijciemus. At si
& laricem habeamus, quid vtī prohibet, cum sibi inuicem propemodum sint adsimiles? Olei he-
minas tres, atticas puto ipsum scribere, aut certe scripsisset libras. Atqui miretur quispiam, quo-
modo Romae degens pro libris heminas nominauerit: eius nēpē regionis illa sunt nomina, libra,
sextarius, vncia. Ex multis pharmacis quondam conscriptis, priusquam Romanorum res eo po-
tentiae accreuisent, conieci quam illi vocarent heminam, esse aequalem vncijs nouē librē Roma-
nae hodiernae. Nunquid igitur & Andromachus tres heminas censet adijciendas, tanquam singu-
lae vncijs nouem valeant: eademq; ratione & aquae duas? Vos ergo si simplicis cuiuscq; potestate
cognitam antē habeatis, quomodocūq; praeparato vtī potueritis ad ea, quae cōpositionis modus
promittit,

promittit, alijs permittentes inquirere, qualisnam confectio sit optima. Oēs.n. optime sunt & nō E
optima, quā admodū nobis prius ostēsum est. Postea Andromachus aliud subiungit huiusmodi.
C. *Album aliud.* Argenti spumae pondo denariū centum sexaginta, cerussae pondo denariū ducen-
torum, cerae pondo denariū quinquaginta, terebinthinae pondo denariū. xxiij. olei heminae dimi-
diū, aquae cyathos. vi. Hoc igitur emplastrum priori plus cerussae, q̄ argenti spumae habens, cā-
didius euadet, magisq̄ refrigerans quod ad hoc attinet, sed facile decidit, minusq̄ adherescit, licet
xvi. vnc. & duas partes heminam habere statuamus, quemadmodum non nulli aiunt. Iuuat sanē
ipsum ad hęc terebinthine mistura, ne friabile fiat pharmacum: quoniam omnino alipes, vt Gręci
dicunt, id est pinguis expers, & aridū esset, pauco oleo, & aqua addita. Neq̄ in hoc verō adscripsit
Andromachus, vel coctionem, vel quid promittat. *Aliud album.* Aliud post hoc ponit tertium,
quod eadem alia omnia cum Attalico ex pipere albo confectio continet. Adiecta autē sunt ei hęc
duo, orchis herbae pondo denariū octo, struthij pondo vnc. duarū: aquam verō nequaquā huic phar-
maco adiungit, sed thuris pondo denariū. xxv. iniiciendum censet, non adscribens vt Heras con-
fueuit. Non nulli autē. xxvi. † immittunt: olei tñ & hic ille heminas duas imponit, eandē nobis ob-
scuritatem relinquens, cuius supra memini. Accusauerit quis cum vehementer, quod pharmaco-
rum pollicita seu titulum non praefixerit, quippe secundum cum primo & tertio eandem poten-
tiam non obtinet. Herasq̄ sanē laudandus est, qui medicamentorum virtutes adscripsit, vt en-
diq̄ modos, quos Andromachus in emplastris albis prorsus omisit, raro ad quid valeat apponēs,
quin nec quo pacto coquendum medicamentum sit, indicauit. Atq̄ nemo forsā eum accusare
possit, q̄ iam exercitatis in re medica, non idiotis scribat. Verum q̄ titulum praeterijt, vel vniuer-
saliae potentias, nō mediocriter peccatum est. Quid. n. dicit, qui defensionem eius susceperit: forsā
q̄ peritis simplicium medicaminum virtutum hęc tradiderit. Atqui illorum nullus Androma-
chum desiderat, cum & ipse simili modo possit componere.

Album Heras aduersus rabiosos morsus.

CAP. 16.

R Vrsus ad Heram reuertamur, aliud candidum emplastrum post Attalicum iisdem hisce ver-
bis scribentem: Cādidum aduersus rabiosorum morsus, facit exacte et ad aquam expauescē
tes rabidi canis morsu, praeseruat. n. statim a periculo vulnere impositum: item deuictis valde ca-
tapotium nucis auellanae magnitudine ex eo dandum est, idq̄ diebus quadragita. Mutat tamen
colorem in splenijs, redditurq̄ nigrum, valet & contra morsus hominum canumq̄, abrasa, & vlce-
ra, quae cicatricem difficulter admittunt. Tollit etiā fugillata siliqua vna, vulnera conglutinat, au-
fert phymata, & rhagadas. Est & pessus emolliens. Oportet tñ post diem soluere, & nigredinem
vlceribus obortam spongia detergere. Idq̄ tantisper faciendum est, donec nigricies amplius nul-
la appareat. Iam quoq̄ idem cicatricem ducit, & ad omnia bonum est. Hęc praefatus Heras dein-
symmetriam emplastris his verbis enarrauit. C. *Album.* Cerę albę ponticae pondo lib. ij. argenti
spumae chrysidis pondo librā, cerussae tantundem, myrrhae pondo vnc. ij. medullae ceruinā tan-
tundem, thuris atomi, id est insecti pondo vnc. i. olei veteris sextariū. Hęc sane symmetria eorum
est, quę emplastrum constituunt, coquendi vero modum deinceps ita scripsit: Argenti spuma ex
oleo coquitur: vbi sordium crassitudinē habere videtur, cera, mox cerussa aspergitur, moueturq̄.
Vnita itā nec polluetia ab igne tolluntur, & medulla iniicitur: postq̄ refrixerit medicamentū, myr-
rha & thus miscetur, deinde emollitum, subactūq̄ manibus vsui est. In hoc igitur Heras commē-
dandus est, qui non reliquerit nobis, quomodo coquenda, lubet, emplastrum coquendum, sed ipse ap-
posuerit. Procliue. n. erat cerussam cum argenti spuma, vt in albis alijs statim ab initio coquere, &
nos id plerunq̄ facitare confueuimus, immo & ille ipse in alijs conscripsit. Verum in hoc ipsam
secundo iniicere praecipit, non apponens causam, c ur id agere praestiterit, etsi ostendat non vnum
coquendi modum in omnibus esse similiter vtilem, sed in quibusdam & duos & tres efficere lice-
re, non modo colorem, verū & facultatē immutantes medicaminum: quemadmodū in hoc nunc
proposito cerussam cū argenti spuma coquere noluit, sciēs ipsam & exactū cādorē ex coctione p-
dere, & astrictionē, quam habet cū refrigerādi virtute, deponere. Forsā igitur inquireret aliquis,
ecquid cū emplastris author primus, quicumq̄ fuerit, digeres id esse vellet, conatus tñ est cerussam
crudā in eo perferuare: Mihi sanē videtur huius gratia ad talem venisse confecturā, vt medicamē-
tum repulsorie quoq̄ virtutis quippiam habeat, etenim eiusmodi nullam habētia, plethoricis cor-
poribus nequaquā tuta sunt. Vt ergo conueniat & his, cerussam crudam mistam esse verisimile est.
Ceterum neminem latet magna de se propositum medicamen promittere, inde q̄ myrrham &
ceruinam medullam assumpserit, sicut & alia quoq̄ eadem cum communibus his emplastris cōti-
net. Didicimus autē myrrham valde siccas, tenuiumq̄ admodum partium esse medicamentū: medul-
lam rursus nullo inter ea, quae mollitia vocantur, inferiorē. De hac facultate, quemadmodū &
de alijs omnibus secundis in lib. v. simplicium pharmacorum dictum est. Videtur tamen non ijs
tantum medicamenti compositor, sed etiam albe cerę pontice, quę vim habet medicamentofam,
confidere, atq̄ ideo plurimum eius immittere. Ceterum sextarij (hoc est Xesti) Romani Heram
meminisse puto: nam apud Athenienses neque mensura, neque nomen hoc erat. Nunc ex quo
Romani imperare orbī cōeperunt, nomen sextarij apud omnes, quę Gręca lingua vtuntur, natio-
nes

† Gręci cōder,
q̄q̄: haud scio
q̄ recte, habet
de maduo xij.
et mox i. duode-
cim & xx.

Anes existit: ipsa verō mensura Romanae aequalis non est. Quippe alij aliam sextarij mensurā vsur-
pant. Apud Romanos sextarius libram vnam, semissem, & sextam illius partem pendet, vt oēs si-
mul iunctae vncie sint viginti, quas plurimum cornibus metiuntur, incisis extrinsecus lineis qui-
busdam orbicularibus. Non nulli falso Romanum sextarium opinati sunt octodecim mēsurales
vncias capere. Videtur igitur & Heras cum heminam scribit, sextarij dimidiū indicare: num ve-
ro nouem vncias ex liberali cornu, an decem innuant, etiamnum ignoratur: Item ad rabiosos mor-
sus ne aptum sit pharmacum siue bibitum, siue extrinsecus impositum, ratione cognoscere nem-
ni licet. Indicauimus. n. tota substantiae proprietate eiusmodi medicamenta efficaciam habere, &
ob id experientia iudicari. At experiri nunq̄ ausus sum hoc pharmacum, quam vim in rabidorum
morsibus ostenderet: q̄ certo sanans habere medicamentum ex cancris cōfectum. Cum autem
hoc non adest, alia quoq̄ non nulla, quae nunq̄ prospero successu nos frustantur. Quare in tam pe-
riculoso affectu certis medicaminibus relicta curiosa experientia causa morbi salutem prodere
graue, & iniquū mihi videbatur. Iam quidem de rabiosis morsibus hęc quoque dicta sufficiunt.
Reliqua vero, quae Heras de hoc emplastro retulit, vt in Attalico, partim sanē vera praedicari, par-
tim impendio magis ab eo extolli dixerim. Optimum enim est pharmacum, vt inter emplastra,
B quae fugillatis dictis admouentur: inter ea vero, quae cruenta vulnera glutinant, non in primis &
optimis est. Summatim permultos inuenio non modo huius tempestatis medicos, sed et veteres
qui libros posteritati reliquerunt, hoc genus emplastra supra veri fidē extulisse, de quibus sequen-
ti volumine agetur. In praesentiarum ad institutum reuerſi, iterum Heras dicta examinabimus.
Ait. n. phymatis medicamentum illud mederi, nulla distinctione eorū apposita, quae ego de Phoe-
nicino protuli. Quaedam siquidem calida sunt phymata, & cum vehementia quadam exiliūt: quę
dam frigida siccaq̄ sunt: permulta alia inter hęc consistunt, alia quidē exacte media illorum, quae
diximus, alia a medio in vtranque partē paulum inclinant: aliqua plus idem faciūt, non nulla sum-
mis vicina, vel a medijs quodammodo & summis pari spatio absunt. Quibus vniuersis emplastrū
hoc conuenire non potest. Inſi cū mollibus quibusdā id velit liquefacere, vt multi modi fiant, qui-
bus eo vtamur, quos explicasse ipsum, sicut in alijs facitauerit, oportebat. Proinde par esse puto, vt
hunc laudemus ob ea quae tradidit, Andromachum accusemus. Ceterum de eo, q̄ emplastrum
istud hominum, canumq̄ morsibus conferat, eisdem puta a me rationes audire, quas & de Atta-
lico pnunciaui. Similiter et de alijs, q̄ pharmacū cōmēdant, quē admodū illud, ita hoc quoq̄ bonū
esse medicamen dicens, sed multum ab ijs, quę optime ad vnumquodque illorum faciunt, infe-
rius esse, vt qs eo confiderent vtatur, vbi optima desint omnia. Hoc autem non paruum est in me-
dicamentis, quemadmodum nec in victus ratione, & omnibus quę circa artem versantur. Ego
cōtempli quidem id primum, vt neq̄ dignum esse iudicarem Hippocrate, qui adhortatur nos ita
omnia artis opera perficere, vt iuuent, vel non offendant. Postea verō cognoui magnam vim ha-
bere, cum scilicet viderem non nullos medicos in pharmacis se primum recte gessisse, vt in admi-
rationem sui alios perducerent, eosdem postea in alijs prospero euentu frustratos, vt risui essent.
Ideoq̄ semper conatus sum eiusmodi vt praesidijs, quę an profutura essent, non nunq̄ sanē dubi-
tabam, q̄ aut nihil afferrent incommodi, certo sciebam. Quae igitur in Attalico emplastro atq̄ hoc
laudauit Heras, non quidem, vt dixi, magna sunt: sed vbi desiderantur, quę id magnifice efficiant,
nemo his vtens manifestam lesionē inferret, etsi nihil iuuerit. Atqui si quis hoc pharmaco vt i-
let in phymatis, ab illis quę in Phoenicino docui, ipse intelliget, alias aliter ipsum liquefaciēs. Tra-
ctabitur autē vberius deinceps & phymatū tota curatio, vnde spero vos methodum exactā perfe-
ctamq̄ medicaminum, quę illa iuuare possunt, habituros. Vocetur autē vobis emplastrum hoc,
Album ad rabiosos morsus, sicut illud quod ex albo constat pipere, Attalicum. Subiungit mox et
aliud emplastrum Heras in hanc sententiā. A. L. B. V. M. Ariabarzanion, quo Xenocrates abscef-
D sum iam inalteratum circa tarsum, & ea pars est in pede, quę carpo seu brachiali proportionē respō-
det, & discussit. Deinde eorum, quę ipsi immittūtur symmetriam, & postea coquendi modum pre-
fatus, ad calcem hęc verba apponit: Maxime facit ad cacoethe, pascentia, contumacia, vniuersali-
ter ad omne vlcus. Porro cur eorum, quibus constat pharmacum, symmetrię tertiam partem reci-
tauerit, compertum non habeo, cum alij integram hoc modo tradiderint: Argenti spumę denariū
pondo ducentorum, cerę denariū pōdo quinquaginta, olei veteris heminas. iij. cerussę danarium
pondo octoginta, terebinthine denarium pondo triginta duū, cineris buccinorū denarium pōdo
decem, thuris denariū pondo decē & nouem, & aquę cyath. xij. Hęc omnia a me prolata pharma-
ca Heras ad tertiā partē imminuit, sic: Argenti spumae denariū pondo sexaginta sex, obolos. iij.
cerę denariū pondo sexdecim, obolos. iij. olei veteris hemina, cerussę denariū pondo vigintifex,
obolos. iij. terebinthine refinę denariū pondo decem, obolos. iij. cineris buccinorum denarium
pondo tria, obolos. ij. thuris denarium pondo sex, obolos duos, aquę cyathos quatuor. Postea co-
ctionem ita subdit: Argenti spumam, & cerussam cum aqua & oleo terito, deinde recēti olla igne
non acri coquito ferrea spatula sedulo mouēs, ne adurantur. Vbi semicocta fuerint, ceram immi-
tito, hac liquefacta, resnam & thus, ac tamdiu coquito, dum aliquatenus non inquinēt. Posteaq̄
bene habere propemodū videtur, buccinos iniectos reliquo tempore concoquito. Cum perfecte
coierint,

coierint, in mortarium demittito, aqua exigua prius subiecta, & subactio vitior. Hoc medicamentum, vt sine morfu discutiat, preparatum est: q̄ & cerussae parum ad argenti spumę portionem habeat, & cum hac ab initio coctū sit, valideq; exiccet ob buccinorum cinerem additum. Non dissimilis quodammodo facultas est & purpuris & ostris concrematis. Notū est autē sine carnibus horum animalium testas concremari. Ac Heras quidem vnū de facultatibus librum cōscripsit: Asclepiades cognomento Pharmacion, decem, præter theriacas & gynæcea: apponens & ipse cuiusque pharmaci titulum: in multis et coctionis, in quibusdam vtēdi modum. Porro Andromachus multas vires collegit, & fere non pauciores ijs, quæ in decem libris Pharmacionis Asclepiadis habentur, tribus ipsas libris comprehendens. Primo pharmaca docet, quæ extrinsecus imponuntur: altero quæ intro assumuntur, & tertio quæ oculis adhibentur. Reprehendere autē ipsum iure possis, vt admonuit, q̄ nec confectiones, nec vltus rationem, nec vires, nec quid promittant, adiecerit.

Quæ Asclepiades alba scripserit.

CAP. 17.

AD Asclepiadem igitur iā transgressus producam in medium, quæ ipse alba emplastra ad finem tertij libri exteriorum tradidit. Nā inscribit eorū primam Marcellā, secundam, tertiam, quartam, quintam, veluti alios interiorum quinq; primū Masonem, secundum, tertium, quartum, & quintum. Verū in tertia Marcella ad calcem alba emplastra adscripsit, prioris titulum esse ait, **F** ad ambusta igne, abrafa, cutem tenerā, quod emplastrum Acesin, id est medelam nominari dicit. Omnia verò simul quatuor, argenti spumam, cerussam, oleum, aquam pari pōdere incoqui oportere cōmemorat. Constatq; hoc pharmacum fragile & alipes effici, hoc est pinguis expers, vt cuti sine deligatura adhærere non possit. Nisi, n. vt præfatus sum ante, metallica plenius cocta fuerint, tale emplastrum fieri necesse est. Coquuntur largius, dum maiorem liquidorum mensuram in misura continēt. Huic aliud emplastrum Asclepiades subdit, eiusdem quidem tituli, sed non eiusdē confectionis: neq; n. æquale metallicorum pondus immittit, verum cerussam argenti spumę sesquiplam. Quin & seuum vitulinum adijcit, totam symmetriam sic faciens: Cerussae denarium pondocentum viginti, argenti spumę denarium pondocentum octoginta, adipis vitulini denarium pondocentum triginta, cere denarium pondoviginti quinq; olei heminas duas. Hoc pharmacum olei parum habet, ceu ad metallicorum proportionem, si quis heminam statuat valere vncijs nouem Romanis, quæ in cornibus consuetis libralibus descriptæ sunt. Quin verò cerussa in ipso superat, eoq; magis adstringensq; superius reddebatur, adipem autor admiscuit. Sciens autē bubulum adipem calidior rem esse suillo, & vehementius digerere, cauit perfecti bouis seuum indere. Quippe in omni animalium genere iuuenilia perfectis humidiora, minusq; calidum adipem habēt. Erit igitur & **G** hæc compositio difficilior quidē, ac simplicis albi emplastri quod ante scripsit, sed nihilo vtilior.

Ab his tertium aliud profert cicatricem ducens album, ex pari cum argenti spuma pondere, cere quarta illorum parte, & terebinthinæ rursus dimidio minore q̄ in cera. Oleū & aqua fere æqua portione metallicis mensuris vtriusque simul indita sunt. Voluit, n. medicamenti autor cerussę, & argenti spumę singulorum pondocentum denariū centum miscere, cere denarium pondoviginti quinq;, terebinthinæ denarium pondoduodecim, olei & aquæ cuiusq; heminas duas. Itaq; Attalici memores emplastri, quod metallica perinde ac istud cōtinet, sicut etiā oleum simul cum aqua, ceram dupla portione ad eam, quæ in hoc medicamento additur, terebinthinam similiter, scietis manifesto, quonam discrimine medicamenta inter se variant. Adiectum nanq; est illis & thus, alumen, ac piper. Quinetiam Asclepiades Attalici illius emplastri commemorat, nō vocans id Attalicum, immo nec piper admiscens. Alia verò omnia pariter ita scripsit ad verbum. **C** *Album, quod ad Mna seum refertur, facit & ad dururna ac difficilia.* Argenti spumę, cerussę, cuiusq; denariū pondocentum, cere denariū pondocinquaginta, terebinthinę, thuris, singulorum denariū pondoviginti quinq;, aluminis fissi denariū pondoduodecim, olei heminas duas. Porro ne putetis differre, si drachmas centū alicubi inueniatis loco vnus librę scriptas, sed illud potius considerate, vtrū **H** qui scripsit centum denarios, dimidium cere ipsi misceat, siue huius dimidium terebinthinę, vt sint cere quidem denarij quinquaginta, terebinthinę viginti quinq;, an aliā quandam symmetriā faciat. Si nāq; prædictam, nihil referet dicere libram, & selibrā, & tres vncias. Si quidē libra denarios sex habet ad nonaginta, selibra octo & quadraginta. Sic & huius rursus dimidium, iij. & xx. Quapropter eadem proportio seruat nulla insigni differentia, siue centum drachmis metallicorum, siue nonaginta sex heminæ duę olei misceantur. In hoc itaq; non variabunt pharmaca, siue libra nominetur, siue denarij cētum. Illa verò Asclepiadis scriptum pharmacum ab Attalico emplastro disiunxit, q̄ Attalicū sex quidē drachmas aluminis scissi, piperis verò albi tres habeat. Asclepiadis album piper non habeat, sed duplum pondus scissi aluminis. Porro validius adstringere quodammodo, ideoq; præoptius cicatricē ducere Asclepiadis pharmacum, Attali magis digerere oēs norunt. Vnde, quod dixi & prius, qui rogant, vtrum ipsorum præfret, medicamentis vti nesciunt. Etenim ad cicatricem ducendā Asclepiadis, ad digerendum Attalicum est melius. In vniuersum meminisse oportet, quod apud Hippocratem scriptum est in libro de Alimento, prauum videlicet, & non prauū, noxiū, & vtile relatione ad aliquid dici. Alia enim ratione pronunciaueris Attalicum hoc emplastro esse præstantius: alia ad multa vtilius illud esse. Deniq; & Asclepiades

† Additur antiquis, magis refrigerans.

Apiades ipse post hoc modò recitatum, scribens illud ipsum quod ex pipere fit, non vocat Attalicum sed Pamphilion, ignorans opinor primum ipsius inuentorem. Apponit autem nomen vten tis, ac vnde acceperit, tum quid valeat, his verbis præfixit. **C** *Aliud Pamphilion dictum pharmacum accommodatum.* Facit ad vetera, vix sanabilia, carbūculos, epinyctidas, achoras, psoricos affectus, sinus glutinat, facit ad abscessus, condylomata, & fere omnibus vtilius est. Constat ipsum tradit ex cerussa, argenti spuma, cera, terebinthina, duabus heminis olei, eodem modo sicut & Heras. Ad hæc item fisco alumine, & albo pipere: aquæ verò nō meminit in confectione, sed neq; thuris. Quidam nō quinq; & viginti, sed dimidium immittunt, quinetiam de aqua: cū enim olei veteris heminas duas infundi scripsisset, postea aquæ duas vel vnā adiecit. Ego & sine aqua medicamentum sæpius præparauī, & ad omnia alia melius fieri apparet, præterq; in teneris corporibus: nam in his aqua præstat adhibere, præsertim cū phlegmone tētatur vlcera. Inde aliud Asclepiades cum superioribus albis emplastris profert, quod rabiosos morfus sanare promittit, quemadmodū & quod apud Heram scriptū est, pollicebatur. Assumit & hoc p̄ter simplex albū, quod ex argenti spuma, cerussa, thure, cera constat, insuper medullam ceruinā & myrrham. Porro miscet ei argenti spumę denariū pondocinquaginta, cerussae denariū pondocinquaginta, thuris denariū pondocentum, myrrhæ tantundem, medullæ ceruinæ duobus pauciores q̄ decem, cere albæ denariū pondocinquaginta, olei veteris sextarium. Primum horum omnium, quæ recitauit, prodidit Asclepiades, quod vocat rhodiacū, ceu digerens & curans in mammis duritias, & ex his componitur, argenti spumę, cere ponticæ singulorum pondocentum, cerussae, adipis suilli elaborati, cuiusq; selibra, hoc est vncijs sex, myrrhæ pondocentum vncijs quatuor, ouorum tostorum vitellis duobus, olei hemina vna & semis. Istud etiā sedī benefacere confirmat, non apponens quonā liquefieri velit, sed nobis cōiectandum forsā relinquens, interim ex rosaceo {vnguento,} interim myrteo, aliās ex oleo quopiam liquandum esse.

Quomodo candida emplastra componenda sint aduersus vlcera cacoethe, id est maligna, & ea quæ cicatricem difficulter admittunt.

CAP. 18.

Quæ dysepulota, id est vix ad cicatricem venientia, quæ item cacoethe, id est maligna appellē distinguendum modò est: quia non solum in præsentem dispositionem, sed etiam in futuram commoda præfinitio est futura. Quæ itaq; ex humorum confluxu, vel multorum, vel acrimia oriuntur, sine eo q̄ locus affectus huiusmodi iam dispositionem habuerit, vt, licet bonum sit quod influit, tñ ipsū corruptat, dysepulota nomino. Quæ verò dictam dispositionem iam **C** obtinent, præcipuo vocabulo cacoethe appello. Nunc igitur, qm̄ priores me emplastra quædam alba, vt quæ dysepulotis cicatricem probe obducant, conicripserunt, propterea ego quoque alba scribo emplastra, quæ aduersus dysepulota omnia, & cacoethe non nulla, quæ nō prauum admodum habent statum, cōposui. Nam in illis denuò medicamenta accommodata dicuntur. Primum & hic methodum dicturus sum, qua id genus emplastra complura conficere discetis. Duplex porro eius scopus est, alter omnium, quæ ratione cōponuntur, medicamentorum cōmunis, alter peculiaris, colore ab his differens. Quæ igitur in commentario de simplicibus medicamentis cognouistis, sine rosione quidem ac morfu, valide tñ adeo exiccantia, hæc in memoriā reducite. Omnino autem conueniebat, præterq; q̄ non mordicent vel adstringunt manifestò, etiam detergere posse. Si quidem caua plurima eius generis vlcera, tanq̄ ab exesione humorum malignorum facta apparent, eiusq; rei gratia carne impleri desiderant. Ostendimus autem in tertio therapeutices methodi libro, omnia quæ carnem generant, medicamenta detergendi facultatem habere. Multa etiam alia siccam obtinent virtutem, huiusmodi vlceribus curandis accommodata. Sed agens repetamus ea, quæ aut cōpositi emplastri candorem tueri possint, aut non adeo lædere. Hoc ex genere est cadmia, pompholyx, calx, ostrea concremata, purpuræ, buccina, & sepia pars ossea: **D** rum officiet coloris & aris squama, & vltæ chalcitidis non fuluum, sed cineritium, vel subalbidū. Quomodo autem huiusmodi res præparanda sit, rursus in Theriacæ antidoti sermone dicemus. Porro dictorum quodq; si lauetur, totā mordicationem amittet, quemadmodū cera, quæ medica mini conficiendo admiscenda est, tum resina. Cæterum q̄ cera tyrrhenica vel pontica dicta ad cādidi emplastri præparationem sit idonea, prius explicatum est: resinæ verò & quæ laryx vocatur, & terebinthina, aduersus vlcera maligniora magis valent. Thuris quoq; partem aliquam indere non ab re fuerit, vt vlcerum maleficorum dispositio coquatur, & ad suppurationem veniat. At non solū ex prædictis medicamentis vnū quodq; lauandum venit, sed etiam metallica quæmaximè in loco soli exposito, cum aqua, vel aceto, vel marina, vel vino læuigare oportet. Pura autē, & candida, & perspicua singula hæc erunt, candoris cuiusdam medicamento conciliandi gratia. De cerussa, oleo, coctionis modo, aere circūfluo, & igne, quomodo quodq; eorum ad albedinem aliqd adferat, ante exposuimus. At quæadmodū in alijs, ita in his quoq; facultatis aquæ, acetii, marinæ, viniq; albilissimi peritum id in compositione miscere conuenit, quod maximè curando morbo profuturum est. Etenim in vlceribus prætumidis ac duris, (ochthode Græci appellant,) quæ oras crassas, callosas, multamq; attenuationem requirentes habent, ex aceto, & marina læuigata, magis, q̄ quæ per aquam, idonea sunt. In quibus autē acre & mordax est humidum, quod in vlcera

Quinta Classis.

eeeeee fertur,

fertur, ex aqua terere potius singula metallica necesse est. Quemadmodum rursus ex vino magis, ubi copiosus humor vlcibus influens apparet. Hac igitur singula que dixi, in vnoquoque tam nominato humore laetigata diebus pluribus, iniecti frequenter pharmacis, quae ex argenti spuma & cerussa consistunt, eaque expertus sum omnia cicatricem optime ducere. Verum scriptiones quaedam amicis quoque dedimus qui huiusmodi pharmaca desiderarent, a quibus ipsis quoque in usum ac experientiam producta, quod titulo permittunt, tueri videbatur. Itaque argenti spuma cum cerussa prius cocta, & medicamento prope ad non inquinatam consistentiam perueniente, iniicienda est laxy, vel terebinthina resina cum cera candida. His pulchre vnitae aude metallica, quae huiusmodi symmetriam habent. Argenti spuma & cerussa pro consuetudine singulorum pondo coquatur cum olei libris duabus, frequenter etiam aquae felibra addita. Liquefcit enim sic argenti spuma citius, & coctio aqua consumit, ut nihil ad humiditatem pharmaco aperte proflit, resinae pondo tres vnciae, cera duplum sufficit. Quamquam si duas resinas indideritis interim, quatuor cere, sic quoque compositiones non adeo differre inueniuntur. Thuris etiam pondo vncia semis satisfacit post ceram & resinam iniecta, deinde tres aliorum vnciae, quae drachmae quatuor sunt ad viginti. Impones aut duorum, trium, plurium, ac omnium que numeravi, quorum singulorum tibi copia contingat: ut si omnia habeas, aequam portionem cuiusque iniicias, cadmię dico, & pompholygis, buccinorum cineris, vel ostreorum, et aeris squame, singulorum denarii sex erunt, quae tres vnciae absolunt. Quod si & calcem lotam misceas, singulorum drachmae quinque ponentur. Si vltę chalcitidis, singulorum drachmae quatuor, ut ex omnibus sex cunctis tres vnciae fiant. Verum chalcitis vsta sit, elota, & colore cinereo, non quale multi ex ijs, qui vruunt eam, faciunt, veluti si dicas ex pallido flauam. Si duo quaedam ex his habeas solum, tres vnciae ex ambobus ponito, hoc est vtriusque vna ac semissem. Hac in praesentia ad alborum emplastrorum constitutionem vlcibus dysepulosis curandis cognoscere vobis sufficit. Atque subhumida cerata candida etiam ex ijs ipsis preparantur, differunt tamen ab emplastris, quae neque argenti spuma, nec cerussa coquatur: adeps vero vel asferinus, vel gallinaceus, vel suillus, vel vitulinus indatur. Quod si vinum interim habeas vel acetum, quae albissima lucidissimaque sint, aquae loco ipsa admiscebis.

Damocrates de albo emplastro.

CAP. 19.

Quoniam pharmacorum virtutes metris transcriptę facilius memoria tenentur, & exactam ipsorum symmetriam perferant, fatius mihi visum est & horum meminisse. Cum itaque Damocrates praeter alia alba emplastra, etiam candidum scripserit quod commendat, apponam scripturam ipsidem illius versibus, Iambico trimetro expressis.

At cum his habere emplastrum medicis conuenit

Album, efficacis aduersus abuulsam cutem,
Ambusta, ad vlcera, & per summa corporis
Occasionem citra manifestam aedita.

Ita confit, cerussę libra sumitur,

Lithargyri tryphere eodem simul modo,

Et portio praeterea librae tertia,

Cereque pure ponticae quinque vnciae,

Terebinthine pondo vncia purissime,

Thurisque manne, vel thuris quinque vnciae,

Candidi olei boni recentis selibra,

Aque superfundetur his sextarius.

Oleum, cerussa, argenti spuma aqua coquitur

Leni igne, agitur sedulo rudicula.

Cum tota pulchre desiccata sic aqua,

Et leue medicamentum apparet, candidum,

Et molle, inficiens nec, terebinthina inditur,

Deinde cera succedet, thus postea.

Ab igne cum depones ollulam moue.

Cum mediocriter est refrigeratum pharmacum,

Mortario superfundas, atque excipe

In mulieribus, vel delicatis puerulis,

In senibus, habitu aut prauo iuuenibus simul.

Huic tertiam partem immisceto aluminis,

Quod prodidimus emplastrum non multo antea:

Ac vitior ad omnia recentia vulnera.

Ipsi vero rhodion liquefacto immisceas,

Paulum ac cere, liparon habebis ac bonum:

Album vinum, parum austerum si affuderis.

Aluminis, cuius meminit, compositio in quinto huius operis commentario,

Galen

Exponuntur emplastra viridia, Melina, Gilua, ac ceteris coloribus praedita, tum quaedam quoque, quae Cephalica ac caragmarica appellantur.

Qui auctores scripserint de componendis medicamentis, ac de ratione ipsorum componendorum exemplo medicamenti ex cera, rosaceo, & erugine confecti.

CAP. I.



B Vm propositum opus huc quoque cum alijs scopum teneat, ut si quando librum, quo medicaminum, quibus vtimur, compositiones scriptas habemus, perdidimus, ipsi nos perditis similia possimus conficere, necessarium est primum nos in vniuersum formulam quandam viae didicisse, qua propositum inueniamus: de inde per hanc viam in multis particularibus exerceamur oportet, scientes citra talis studij exercitationem, nullum recte opus perfici. Et vero graue est, quod iam quibusdam accidit medicis duobus mihi cognitis, quorum alter dolore ex taliu

scriptionum interitu contabefactus perijt: alter ab operibus medicis destitit. Verum exercitatis, iudicio meo, praeterquam pharmaca vtilia componere, etiam a superioribus nobis medicis scriptorum arbitris esse licet, comodeque omnia ea, quae ab illis prodita sunt, vsurpare, atque illa, quae ipsi methodo inferius posita inuenierint. Melius igitur est experimentis iam comprobata sumere eum, qui vsus ipsorum rationem didicerit, licet, quod dixi, necessitas frequenter nos cogat, ut vel experientia incomperitis ex tempore vtamur. Itaque superiore libro quomodo ex argenti spuma sola emplastrum praepares docuimus, interim oleo tantum, interim aceto admixto, vel vino, vel huiusmodi alio: item ex quali ipsorum symmetria emplastrum fieri candidum possit, si probe coctum fuerit. Ceterum ex his emplastris quaedam ducende cicatrici accommodata fieri diximus, quaedam vlcibus vlcibus cruentis glutinandis quaedam phlegmonis exiguis curandis, quaedam vlcibus quae cicatricem aegre admittunt, sanandis, si non cacoethe sint: quaedam ad tumores praeter naturam, sed non magnos, neque duos, discutiendos. Scriptum simul in eo est non multo post initium, & emplastrum a me compositum, quod Phoenicium nomino. Praesentem autem hoc libro de viridibus, & melinis, & giluis, & fuscis, & rufis agetur emplastris, quibus etiam adnumeratur quae dichroma, i. coloris ambigua dicuntur. Inter haec alia quaedam sunt medio inter haec nomine, ut ex candido melina, & ex nigro viridia, & a similitudine sordium rhyppode graece appellata, quasi strigmentosa, adde quae aerem imitantur, & coerulea: quaedam vero nomine prorsus carentia. Itaque similia inuicem viribus deinceps scribere comodum est, ut qui in plura incidit, vel librum legit, id quod optimum corpori, eiusque curando affectui sit, eligat. At colore similia tradere, eorum est qui similitudinem non artificialem attendunt: verum quoniam potentes quidam viri interdum nos iubent emplastrum sibi melinum conficere, quod vlcera glutinet, vel cicatricem ducat, vel indurata emolliat, vel aliud huiusmodi facere possit, coacti sunt non nulli recentiorum medicorum, ubi similia colore seriatim conscriberent, proprias cuique professiones apponere. Quamobrem ego mistam quandam disciplinam conabor infringere, a magis artificiosa auspicatus. Scribo enim prius, quae

C caua vlcera carne implent, quorum plurima colore viridia sunt: adnotans, quot ex his glutinantia sint, quotque in maligna euadentibus medeantur, atque huiusmodi aliud quidquam possint perficere. Deinde glutinantia non modo recentium vlcum, sed etiam sinuum: ex his & plura sunt, quae ad vsque cicatricem vlcera perducant. Atque horum omnium vnam seriem facturus sum, melinorum aliam, barbarorum (ut vocant,) aliam, & fuscorum aliam: nec non in reliquis coloribus similiter. Produceam in alio quoque vno libro similitudines absque coloribus, quae vlcera cicatricem vix admittentia (dicuntur & chironia,) persanant. In alio rursus post istum, quae tum haec, tum alia quaedam curant, quae dicuntur & sunt vsus multiplicis, ac post haec omnia, quidquid emplastrorum facultatum reliquum fuit via ac ratione cognoscendum, per censere conabor. Haec igitur vice proemij cuiusdam omnium emplastrorum, quae commemorabuntur, communis praefati ad ea, quae hoc libro scripta sunt, digrediemur: oratione quadam generali eis praeposita, tanquam nihil etiam mihi iam praedicium sit. Compositiones medicamentorum complurium laudabilium primus omnium, quos nouerim, Mantias Herophileus scripsit, cuius discipulus factus Heraclides Tarentinus non solum in pharmacorum vsu videtur imitatus illum, sed etiam in ea artis parte, quae victus rationem docet. Post quos alij sane quidam non paucis voluminibus, sicut Mantias & Heraclides: sunt etiam qui vno aut altero tantum ea conscripserint, quemadmodum Cappadox Heras, qui nec impro-

Quinta Classis.

eeee ij batum

batum aliquod medicamen tradidit, nec confecturas ipsorum omisit, & vniuersos particulatim **E** vsus recensuit. Per multa pharmaca pluribus libris studiose scripserunt Musa, & Asclepiades, & Crito: verum Andromachus vniuo libro medicinalia medicamenta ad exteriora corporis vitia, altero, que interna curant, memoriae prodidit. Item tertio his minore, oculorum remedia. Paucissimi autem ipsorum tum preparandi modus, tum vtendi appositus est: neque verò horum quispiam, nec alius cuiusque pharmaci componendi rationem docuit. Ob quod Empirici confidentius, licet absurda, pronuntiant, vt qui pharmacorum compositionis inuentionem ad casum referunt: inde nimirum confidentia occasione fumentes, quod nemo ex dogmaticis medicis confectiois eorum regulam absolute scripserit. Nam cum dogmatici interrogati ratione, qua pharmaca singula composita sint, quibus vtuntur, nihil, quod dicant, habeant: perditisque illorum scriptionibus ipsi alia componere ex tempore non possunt, & ipsi merito contemnuntur, & Empiricis contradicendi maiorem præbent audaciam. Quod si affectus cuiuslibet eorum, quos curandos suscipiunt, naturam scirent, methodumque cognoscerent, qua & simplicium singulorum medicaminum vires, & scopum curationis inuenirent, non utique compositionis rationem ignorarent. Vt exempli gratia, cauum vlcus apertum, græce aperistaton, (nihil enim mali est, vt quidam vocant, breuioris disciplinae gratia sic nos quoque nominare.) quomodo quis sanare queat, consideremus: tanquam si nondum **F** aliquod ei curando aptum medicamen inuentum sit. Nam cum docti à ratione fuerimus cautorum vlcerum curationem subministrari, nascente alia carne loco perditæ, ex ea videlicet quæ subiecta est, cogitauimus fieri non posse hoc, si in vlcere sordes, aut copiosa humiditas insit. Verum sordes medicamina detergentia auferunt, humorem exiccantia discutunt. Conuenit igitur huiusmodi pharmacorum materias cognoscere non simpliciter secundum genus, vt Dioscorides alioqui scripsit, sed vt nos in commentarijs de simplicibus medicamentis fecimus, non tantum apponentes vel calefacere, vel refrigerare, vel huiusmodi aliquid aliud quoduis medicamentum facere: verum etiam quod prima distantia, vel secunda, vel tertia, vel quarta à medio tale existat. Frequenter etiam quod in horum media vnaquaque, vel incipiente, vel desinente sit, vt duodecim pharmacorum quæ per excellentiam quacunque proferuntur, ordines subsistant. Interdum enim vel medio criter calefaciens, vel exiccans: interdum quod vehementissime quoduis horum facere possit, requirimus. Qui autem simpliciter particulam calefactione indigere intelligit, non magis piper & sinapi quam thus accipiet. Hæc sanè & prius ostendimus, diximus verò & in tertio methodi Therapeutices commentario: quasi verò præscientes ea ex demonstratione conuenienti, ad reliqua deducam, hinc præsentis sermonis sumpto initio. Quoniam vlcera carne implenda, pharmaco **G** exiccante & detergente mediocriter sine morfu indigere demonstrauius, conuenit eiusmodi pharmacorum materiam quamnam sit in memoriam reducere. Indicata est autem in libro de simplicium medicamentorum facultatibus, insuper & conueniens singulorum ordo expositus est. Hoc etenim, sicut dixi, admodum vtile est, vt si quando fortiore quis pharmaco opus habeat, ad quod digrediat, cognoscat. Verum cum simplex nullum habemus, composito vtitur: atque primum singamus nos habere ceram & æruginem, aliud nihil, quod cauo vlceri manifeste conducatur: thus dico, irim, aristolochiam, farinam eruorum, radicem panacis, & quacunque ex hoc sunt genere. Cum igitur sciamus cera sola imposta fordidum vlcus euasurum, vt quod neque detergere, neque exicare possit: æruginem autem adiecta morfum & rosionem illatum iri atque phlegmonem excitandam: horum sanè vtrunque deutilabimus: medium autem ex ambobus aliud conficiemus, imbecillius quidem æruginem, valentius autem cera: sed quoniam hæc paululo inferior est eo, quod commodè queat adijci, ærugo autem multum præcellit, multæ ceræ parum æruginis admiscebimus. Quantam ergo quantæ hoc enim deinceps venit dicendum, exacte quidem quantitatem cuiusque ante experientiam inuenire nemo potest, conijcere tamen, & iudicare, & componere pharmacum prima potest experientia nullum insigniter improperum successum habiturum, **H** quemadmodum ego aliquando feci in quodam vico, vbi cum neque ipse medicamentum, quod me sequeretur, haberet, neque alius ex ijs, qui ibidem agebant, copiam mihi facere posset, repperi solum ad compositionem idonea æruginem & ceram, quibus acceptis, & ad ignem cera liquefacta cum oleo rosaceo, vt liquidum ceratum fieret, miscui cerati libra vnciam vnam æruginis, hoc est duodecimam partem: statui enim decimam, vel duodecimam miscere, suspicatus quidem maiorem, vt acriorem cera futuram: minorem, tanquam imbecilliolem. Expertis autem nobis compositionem visæ sunt partes & decima & duodecima recte pro corporum differentia commiste. Ostendimus enim, quod etiam vsus attestatur, valida corpora validiora sustinere medicamina, imbecilliora huiusmodi non ferre. Validiora dico corpora, quæ temperamento sicciora sunt, veluti agricolarum naturam, & venatorum: imbecilliora, molliora vel natura, vel victus consuetudine, cuiusmodi sunt mulierum, eunuchorum, puerorum, & qui naturali temperamento sunt humidi, candido mollique corpore præditi. Dura igitur corpora ex copiosiore æruginem cerato admista carnem recipiunt, molliora ex pauciore. Vnde, vt frequenter dictum est, vnum pharmacum omnibus nequaquam conuenire potest corporibus, sed oportet medium esse, ceu ad mediam temperaturam aptatum: duci vero ad vtrunque eius mediæ partem, dum quotidiano vsu & experientia probatur. Si, n. quod res potestulat

A stulat effecisse videat, in eo manere conuenit: si paulum deficiat, augere ipsius vires, quemadmodum etiam adimere, cum præter modum efficax fuerit: velut in ipso hoc proposito pharmaco quod cerato & æruginem constat, considerare prius oportet, vlcusne carne obductum sit an nondum, sed sordibus humoreque sit referum: vel præterquam carne impletum non est, mordicationis sensus aliquis laboranti ortus sit, & calidior, vel rubicunda magis pars vlcerata apparuerit. Si igitur imbecillius videatur, melle vel æruginem admistis potentiam eius adaugebis: si validius, oleum vel rosaceum misceris, molliens pharmacum, quod linamentis excipiendum est. Commodè quidem ceratum & ærugo sic miscentur, quemadmodum à me non nunquam esse mista retuli. Confectura autem medicantibus hæc esto emplastri compositi, (viride à colore vocant,) sanantis quidem & recentia vulnera, quacunque non magna sunt, sed quod ex rhodino simul ad mediocris pharmaci consistentiam potest liquefieri. Quin & resina, vel colophoniam, & frictam nominatam, vel terebinthinam non nihil ipsum habere oportebit. Ostendimus autem laricem vocatam terebinthinam quodammodo esse similem. Porro quantitas earum misturæ & hic coniecturalis est. Si, n. plus resinæ quam ex vsu sit admisceamus, donec manibus subigitur, molle apparet: in linteolum verò illitum, paulo post instat pellis durum erit, facile à corpore decidens. Sin minus iusto resinæ cum cera mistum sit, non habebit hoc **B** quod echecollon, id est glutinans Græcis appellatur, vt distrahendo eo, plurimum extedatur. Liqueat autem si alicui particulae imposueris, fore vt difficulter agglutinetur, & protinus ab ipsa delabatur. Quæ igitur mediocris mistura, ceu emplastri consistentia conueniens? Si quidem mihi fidem adhibes, par vtriusque portio. Nec verò cera, nec resina sicca vetusque esto. Optimum siquidem ita amborum mistionis coagmentum est, si ambo pinguis & mollia assumantur, si alterum excedat, semper resinam præpollere satius est: quare non nulli vel duplum huius pondus ceræ admiscunt.

Confectura simplicis emplastri viridis Andromachi, & virtutis ipsius explicatio. CAP. 2.

A C sanè viride non nulli, sic, n. ipsi nominant, ex dupla resinæ portione confecerunt: duas quidem eiusdem libras, vnam verò ceræ, & binos olei cyathos immiscentes. Æruginis autem alij duas, alij tres vncias huiusmodi ceræ & resinæ mistioni immittunt. Sed etiã in præparatione, liquefactis, quæ liquari possunt, æruginem inspergunt, quidam vbi refrigerauerint, mox raserint, in mortario misturam molliunt. Porro qui medicamentum cruentorum vlcerum glutinantius facere statuunt, æruginem in pila prius cum aceto laugatam iniiciunt, ceratum radentes. Proinde si quis vos roget, quale horum viridum emplastrorum sit præstantissimum, succurrat id, quod identidem à me prædicatur, respondere omnia esse optima ei, qui affectus, quibus singula offeruntur, cognoscatur, sicut & eos ignorati omnia pessima. Mei etenim officij est dicere, id exicare valentius, quod acetum assumit. Constat autem, quod plus æruginis continet, id tum validum esse, tum magis exiccans, tum sordida vlcera rectius purgare. Terminus ipsius est, vt hæc citra morsum efficiat. Nam adeo valens, vt iam puris vlceribus impositum morsum pariat, nec ea vnquam carne replebit, sed alio modo humida sordidaque reddet, sicuti illa, quæ parum integrè siccant detergentque. Iam verò ex acrioribus cauum magis vlcus euadit, & rubicundius calidiusque est, cum æger etiam ipse morsum eius percipit. Ne igitur quoduis medicamentum simpliciter laudate citra dispositionis, in qua commendatur, appositionem, nec in alio quoquam pharmaco, nec in ijs, quæ modo nobis proponuntur id agendum est. Quos igitur viridibus ordine suo descriptis affectus, quibus ea conueniunt, distinguere non piguit, minus peccant quam ij, qui ne hoc quidem fecerunt. Qui verò sine distinctionibus ac indefinitè scripserunt, cum ad alia transeunt, apponentes, Aliud viride, disciplinam reddunt prauissimam, si modo oportet omnino disciplinam vocare huiusmodi scriptiones. Igitur Andromachus in libro, quem externorum inscribit, paulo post principium primò fusca posuit, mox rufa, deinde nigra, postremò ad viridia conuersus disciplinam huiusmodi initium fecit, præfixo nomine, Viridia, ac quod principem locum habet, scripsit his verbis. *Viride Galli.* Resinæ strobilinae denarium **D** pondo trecentum, ceræ denarium pondo. c. æruginis rasæ denarium pondo. l. thuris denarium pondo xxv. acetum, quantum satis est. Conueniebat igitur ipsum non nihil forsitan & de confectura dixisse, nunc etiam thus simul cum æruginem in lauorem redigi aceto affuso velit, an solam æruginem. Vtrunque enim licet, atque in multis compositionibus non nulli hoc, quidam illo modo scripserunt. Verum in hoc mentem eius conijcere possumus, nempe ambo cum aceto velle conterere, thus puta & æruginem. Attamen in quibus nam affectibus medicamentum sit vtendum, significatum prorsus oportebat. Nunquid igitur, quoniam ante hoc duo quædam emplastra scripserat, quorum priori præposuit, Ad gangrenas, putredines, nomas vetustas & malignas secundo, Ad nomas quoque vtor, & alia pleraque, ideo viride istud sine appositione deinceps protulit, ostendens ipsum affectibus conuenire: Ceterum aliud rursus huic subiungens simpliciter dixit: Viride Potamonis. Deinde aliud tertium viride, & quartum quoque vtor. Ad hæc quintum aliud, sextum, septimum, octauum, nonum, decimum, vndecimum, duodecimum, decimum tertium, decimum quartum, decimum quintum, decimum sextum recensuit vno duntaxat hoc nomine, Aliud, singulis præposito, differentia quidem inter se omnia viribus comemorans, non tamen vniuersa ad putredines, nomas, & gangrenas idonea, quemadmodum ex ipsorum materia est cognoscere. Vnde etiam constat pro coloris, non virtutum similitudine simul inuicem hæc ipsum conscripsisse. Itaque nos cuiusque

eorum potestatem exponemus, à simplicium medicamentorum natura sumpto principio. Nam hoc longè utilissimum fuerit ijs, qui non solū in vniuersali compositionis methodum, ac vsum talium medicamentorum cupiant intelligere, sed etiam suo met ipsorum Marte conficere posse, & quæ à veteribus citra distinctionem tradita sunt, qualemnam potestatem habeant, dignoscere. Quod igitur primum Andromachus prodidit, inspiciamus proponentes considerantesq; simplicia singula, quibus confectum est. Primum igitur resina strobilina in eo meminit, quæ ut in cōmentarijs de simplicium medicamentorum facultatibus asserui, resinarū longè calidissima est, sicut terebinthina ambabus qualitatibus omnium moderatissima. Omnes siquidem resinae calefaciunt & exiccant, sed hæc magis, illæ minus. Validissima igitur est strobilina, moderatissima, ut dixi, terebinthina. Quinetiā liccat celerrimè strobilina, & quod peculiari appellatione pitynon phylema dicitur, resina quæ & ipsum genere, cæterū siccans, & calefaciens, siccando autē à strobilina nō superatur, calefaciendo plurimum. Hæc ergo exiccata pinguis expertes sunt, ideoq; emplastra bene adherentia conficere non habent, ut viscosa & liquida. Inter pitynon phylema, id est piceam, & strobilinam resina media calore abietina est, liquida tñ diutius perdurat, sicut etiam colophonía illa, quæ thus redolet, & quæ nō nullis sola vocatur colophonía odoratu suauitatem quandam referens, sicut abietina & colore mediocri prædita ut illa: nascitur autē admodū modica, atq; ob id pretiosa est. Humidissima tñ omnium est altera laricis appellata differentia, nam hæc quoque duplex quodammodo est, vna quidem similis in omnibus terebinthinæ: altera hac acrior, calidior, magis liquida, & odoratu grauior, & gustu amarior, calidiorq;. Porro humida resina quæ in continentibus pineam resina subsideat vasis fictilibus, consistentia & colore terebinthinæ ad amulsum similis, odore & gustu diuersa, ingratior quidem olfactu, sicut etiā acrior & gustu mordacior, Quare satius est terebinthinam omnibus medicamentis, quæ vlcera rectè curabunt, admiscere, quā primus præcipuusq; in eis scopus est, ut id, quod offertur, non mordeat. Igitur ad compositū emplastrum reuertamur, in quo Andromachus strobilinæ resinae denarium pondo trecentorum, cere denarijs centum mistis iubet iniicere, neq; consistentiam neq; virtutem exactè assecutus vel ipse, vel qui id cōposuit. Neq; enim glutinans erit, & acie fiet, auxiliū verò ei ad vtrumq; contulit thus admiscens, verūm pro illorum copia paucum adeo, præsertim cum æruginis denarios quinquaginta immittat, octauam partem quadringentorum ex cera resinaq; collectorum expleret. Atqui nemo hoc illi vitio verterit, ut potè cui consiliū fuerit medicamen conficere vehementer exiccans, cum & alioquin ipsum carni generanda, ac mediocribus glutinandis vulneribus aptum reddere volenti drachmæ quinquaginta misceri rectè possint, itaq; lenius, ad carnem producendam commodius, adherendo pertinacius, & ad multa vtilius fieri. Commendanda verò est thuris commissio, quæ emplastri coaugmentum iuuet, anodynon enim est, & concoquit. Quare si æqua ipsius portio ærugini fuisset coniuncta, hoc est denarium pondo quinquaginta, glutinantius, ut dixi, redditum fuisset, & mitius medicamentum. Quoniam verò viginti quinq; adiecit, sic cantem æruginis vim seruare curans, emplastrum ad glutinandum maiora vulnera, & vlceribus vix sanabilibus curandis idoneum factum est, quodq; tale ipsum fore in animo habuerit, acetū quoq; mistura innuit: penes nos itaque est & vehementius & lenius ipsum facere, vel plus acetū, vel minus miscens, sicut acrius, vel minus mordax. Etenim ex acrioris mistione, quemadmodum etiam copiosioris, medicamen exiccabit fortius, & cruentorum erit glutinantius, si vinosum acetum sit adiectum. Porro præstat in compositione plusculis diebus æruginem ex aceto acri, in sole calido allæuigare, quod enim in eo mordax est, mitescet, virtusq; nihilo fiet minor. Thus autē initio admiscere necessarium non est, verūm huic dies vnus satis est. Siquidē meminisse vos puto & huius quod toties repeto, fortium medicamentorum, cuiusmodi est ærugo, misy, chalcitis, fori, eris squama, vel chalcanthum, ex aceto diebus pluribus contritorum morsum obtundi, bonitatem augeri. Quoniam enim metallica, ut quæ crassioribus natura constant partibus, potestatem suam in altum vsq; corporis, quod curatur, non extendunt, ideo ut tenuiora fiant, ijs per triturationem & acetum adhibendus est cultus. Hæc enim curiosè ita attenuata ad intima vsq; penetrant. Accedit autem & aliud quoddam cōmodum in huiusmodi medicamentorum preparationibus, quæ diligenter elaborata corporis meatus nusquam inter eundem retenta pertranseunt, eiusq; rei gratia & si calidioris nature sint, sine morsu munere suo funguntur. Quin & inter humores ipsos in corpore generatos, tenues facile citra morsum perspirant: crassiores retenti, obstructiq; molestant, vbi mordaces fuerint. Eadem ratio est in metallicis medicamentis cōbustis, sed illa ex ignis cōmercio non nihil mordax perferunt, quod per lauaciones deponunt, ac lenia profus redduntur. Quibus autem simile quippiam vsioni ex tritura cum aceto in sole facta ignis loco accidit, ea neque ex igne genitum calorem consequuntur, si tamen & quæ combusta sunt, ex aceto læuigentur, multo præstantiora fiunt. Igitur tum hæc multorum medicamentorum communia, sunt cognita necessaria, tum vsus ipsorum similiter, alius quidem in alijs affectibus: in cauis verò vlceribus cum linamentis excepta imponuntur. Propositum itaq; emplastrum si ex rosaceo liquefaciens eo vtaris, prodest sordidis & humidis vlceribus: aperistata verò, id est aperta mordicat, cuius rei causa miscendum ei est ceratum liquidum ex cera & resina confectum, vel ex rosaceo, vel ex oleo

A ex oleo liquefactum. Poteris interim & myrteo vti, atq; horū mistionis methodum quandam intelligas oportet. Olei sanè nomen vnum est, qualitas & facultas diuersa. Nam omphacinum frigidius, ex maturis oleis pressum calidius est. Temporis autem processu calefaciendi vim auget, licet etiam quod saleem habet, quantum ex illo sumpsit, tãto calidius est, magisq; siccatur quod ipsius experts est. Quod sirculos oleæ, thallos Græci nominant, continet, valentius adstringit. Indicat autem tibi id quod est vtilius & vlceris forma, & corporis ægri natura: vlceris quidem sanandi cōtrarijs, corporis autem vlcerati similibus. Quapropter medicamentū, quod linamento exceptum immittendum est, myrteo liquefacies, cum generata caro flaccidior, quæ par est, apparet, præsertim vlcere ad cicatricem perueniente propemodum. Nam cum pauxillum quiddam phlegmones in ambientibus particulis relinquitur, optimum est pharmacum ex rosaceo liquare. Rosaceum vero præstantissimum esse nouisti, quod solis rosas pluribus in oleo citra saleem preparato diutius maceratis confectum est. Si ergo hæc quispiam in memoria prompta semper habeat, nec oblitus sit, ut præcepimus, omnium simplicium medicamentorum potentia, & varia ipse emplastra viridia componet, & singulis iam confectis optime vtetur. Emplastrum igitur hæcenus in sermone propositum, quod primum viridium scripsit Andromachus, multifariam licet adaptare, partim pro strobilina resina aliquam aliam adijciendo, partim thus augendo, vel cum eo siccum aliquod carne explens, vel ut irim, aristolochiam, erui farinam, atq; huius generis alia admiscendo. Quin etiam, quod ora vlceris indurata emolliat, miscendo, compositionem variare licet. Vnde non nulli guttam ammoniaci, & chabanum, non nulli medullam ceruinam, aut vitulinam, aut seum admiscuerunt: sicut rursus alij repellens aliquod, dum influxus conantur reprimere. Hæc ratione igitur alij sissum alumen, alij rotundum, alij gallam omphacinam, id est immaturam adiecerunt: quiddam ladanum vtraq; virtute præditum, molliendi videlicet & repellendi, ut labra emolliantur, & nihil ex superioribus influat. Insuper qui vix sanabilia curare studuerunt, ut multiplicis vsus medicamentum esset, adiunxerunt enumeratis chrysocollam, vel diphryges, vel æs combustum, vel squamam, aliqui eris, aliq; stomomatis ferri. Et propè omnia modo enarrata, viridium emplastrorū colorem seruant: alia verò iisdem facultatibus prædita mista corrumpunt. Quare nec ego omnium memini pro qualibet facultate, sed illorum dūtaxat, quæ emplastri compositi colorem tuebuntur. Non enim de glutinantibus, vel ijs, quæ carni alendæ sunt, emplastris simpliciter, verū de eisdem viridibus dicere etiam statuimus. Quamobrè hæc modo narrata, & atramentum sutorium, & chalcitis cruda, si breui mensura admisceantur, colorem pharmacorum in sermone præcedentium reseruant. Itaq; de taliū compositione abunde satis actum est. Vsum vero ipsorum quā Andromachus omisit, à quo traditum esse conueniebat, nos apponemus, communem vnum de talibus medicamentis vsurpandis sermone plane necessarium præfati, deinde vniuersalem methodum interpretati, particulares, eorum causa, qui illam didicerunt, conuenit effingamus. At huiusmodi opus ad dialecticos pertinet in omnibus particulares ipsis perscribere, sicut Heras, Crito, Asclepiades, alijsq; complures fecerunt. Atqui etiam tertia disciplina species est, quam nos tractamus, neq; in omnibus particularibus medicamentis vsum scribentes, immo nec vniuersim cōmuni methodi disciplinae soli totum concedentes, sed hanc quidem primam docentes, inde verò vnum vel alterum, vel etiam tertium exemplum claritatis & exercitiū discipulū gratia accommodantes. Quæ admodum sanè ea & nunc re ipsa ostendimus, ut iam in prioribus quoq; fecimus. Nam quatenus medicamentum exiccet detergatq;, cum ex simplicium facultate, quæ id constituunt, inuenimus, inde simul dispositionem, cui cōueniet, indispicemur. Vbi enim humiditas multa & copiosa sordes est, deliccans euidenter purgansq; medicamentum applicare oportet. Vbi apertum (Græci aperistaton vocant) vlcus est, carnis indigium, moderatissimum inter exiccantia detergentiaq; cōpetit. Verum minoris maiorisq; in eo rationem ab ægri natura sumere conducit. Siquidem durioribus vel ex temperamento naturali, vel ætate, vel loco, vel studijs corporibus magis exiccantia exhibenda sunt, humidioribus minus. Quapropter primus cuiusq; medicaminis linteolis excepti (emmoton Græcis appellatur) vsus ex prædictis nuper scopis coniecturali artificio sumitur. Secundus, ut etiam antea monuimus, ex signis in corpore curando apparentibus. Si namque cauum vlcus citra phlegmonē, & purum inueniatur, nihil nouum tentare oportet, si humidius vel sordidius, intendere desiccans, detergensq; pharmacum ratio postulat: si cauum magis quæ prius exiit fuit, soluere. Intenditur itaque mellis mistione, mitigatur ex oleo & cerato, vel oleoso quopiam, cuiusmodi est rosaceum, myrteum, & cyprinum, simpliciter præparata sine spissamentis, (stymmata Græci vocant), quæ addunt odoris gratia, vel ut cōfecta diutius ab iniurijs immunita permaneant. Jam vero si contentiosus quispiam nos increpet, tanq; præter id, quod ab initio instituimus, ad medicamentorum vsus orationem deducamus, pollicenti nos de eorum compositione verba facturōs, ille considerato, quod in vsu etiam confectura quædam sit, silentium sibi imponat. Prima enim pharmacorum, quæ cerato miscentur, in eo confectio est, altera rosaceo, vel myrteo, vel cyprino, vel lenticino oleo, vel melle apposito constat. Atque de his satis. Verum ad emplastra que iam per experientiam abunde probata sunt transeamus. Hæc igitur Andromachus memoratu digna medicamenta vsurpare ipsa scientibus præscripsit. Vnde cum talia sint, ea deligenda,

quæ ex paucioribus, paratu' ve facillimis simplicibus componuntur, tum quæ ad plura valent, & E proposito maxime scopo seruiunt. Res fiet exemplo ita dilucidior. Finge cauum vlcus apertum in sano corpore: tale vero ab emplastro viridi, quod Lite vocatur, liquefacto ex rosaceo curabitur. Appellatur autem Lite quod ex æruginis, cera, & resina conficitur. Ego sane, vt ostendi, æquam vtriusq; portionem misceo, æruginis decimam vel duodecimam, vel octauam. Est videlicet duo decima, si ceræ pondo, & resinæ tantundem, æruginis vncias duas miscuerimus: decima, si duabus æruginis vncijs, viginti ambarum resinæ & ceræ, hoc est vtriusq; decem adijciantur. Quin etiam si octauam æruginis partem cerato ex cera & resina confecto apponamus, etiam sic bene habebit. Nam acrius quidem magisq; detergens huiusmodi medicamentum erit, non tamen inutile. Duris enim corporibus percommode adhibebitur. Melior euadet compositio, vbi octauam portionem æruginis confecturæ ex cera resinâq; immiscuerimus, æruginis ex aceto quam acerrimo diebus plusculis antè in læuorem redacta. Præstantior erit, si etiam thuris partem dimidio maiorem, quam fuit i æruginis, indiderimus. Olei pares numero cyathos æruginis vncijs adiunges, cum sine aceto & thure medicamen conficis. Quando autem thus, acetumq; adijcis, si quæd fricta resina pinguior quodammodo molliorq; sit, ac æstate pharmacum præparas, miscebis nihil: si verò dura, idq; per hyemem conficis, cyathum vnum infundes. Quod si liquidarum quâ F ptiam resinarum ceræ misceas, oleo prorsus carere licet. Liquidissimæ quidem tertiam ceræ portionem addes, minus liquidæ dimidiam. Fiet autem videlicet huiusmodi quædam compositio. Ceram resinamq; liquatam, vbi refrigeraueris, æruginis parti nunc octauæ, nunc decimæ, aliàs duodecimæ commisceto: cognoscens duris corporibus primam symmetriam conuenire, molliibus tertiam, medijs mediam. Æruginem ex aceto læuigabis, si lenius medicamentum voles efficere, thuris pondus dimidium eius, quod ærugo continet, adiungens: sin hoc mitius, thus & æruginem equali modo committes. Atqui & resinam cum cera, vbi sine rasura refrigerauerimus, liquefactas, ærugini thurisq; in pila ex aceto tritis superfundimus. Hæ igitur primæ compositiones sunt viridis emplastri, quod cruenta quidem vulnera non adeo magna glutinat, & reliqua adusq; cicatricem sanare potest, & carnem in eis producere, ex humido quodam oleoso liquatum. Voco autem oleosa, rosaceum, quo maxime ad illum, quem retuli, modum confecto vtendum est. Et post hoc myrteo, cyprino, & lentiscino. Sed ipsum oleum, vbi medicamento liquefcenti calor is quippiam adijcere cordi est, commune hoc miscebis, in quibus refrigerare studes, id quod omotribes; hoc est immaturum appellatur: vbi adstringere, myrteum: vbi mistæ facultatis aliquid, concoquens puta & repellens, rosaceum: in quibus modicam adstringendi vim cum maiore caliditate desideras, cyprinum & lentiscinum. Porro & pleræq; aliæ vt dixi compositiones erunt, dum medicamentis simplicibus modo commemoratis vel carne explentia, vel emollientia, vel adstringentia, vel quæ difficilia vlcera curant, commiscetur. Non nulli verò digerentia miscuerunt, sicut etiam cicatricem ducentia. Alijs autem quibusdam omnia commiscantibus, vel confecturam inutilem; vel medicamentum varijs accõmodum præparare contigit, quorum materias cognoscens, tum iam inuentis vt, tum similia componere ipsi poteritis. Adscribam tamen & ego non nulla celebria, ab ijs denuo, quæ Andromachus tradidit auspiciatus. Sunt itaq; ordine a præcedenti triginta, quæ verò ab ipso commendantur duntaxat adijciam. Quartum ergo post primum ita expressum est. *Viride, quo vtor.* Æruginis rasæ denarium pondo nouem, chrysocollæ denarium pondo nouem, terebinthinæ pondo minam vnciarum sexdecim, ceræ minæ dimidium, acetum parum. Quid singula emplastra polliceatur, non (vt prius dixi,) præposuit Andromachus, sed ex simplicium medicamentorum materie, ex quibus propositum componit, nulli obscurum est vel ipsum per se, priusq; liquefiat, vlcibus mederi posse, ac liquatum linamento exceptum immitti. Minam verò sexdecim vnciarum iniicit, nam quæ viginti continet, ceu ad chrysocollæ & æruginis æquam mensuram magna est. Post hoc verò H alijs tribus seriatim productis, rursus aliud sic ad verbum subiungit. *Aliud, quo vtor.* Æruginis rasæ pondo, mannæ vncias decem, ego libram iniicio: ceræ, resinæ frictæ, resinæ liquidæ, singularum pondo quinq; olei cyathum, acetum quantum satis est: ego etiam guttæ ammoniaci pondo vncias decem pono. Post hæc Andromachus cessat. Liqueat autem, si prædictorum meminimus, etiam hoc ipsum emplastrum persimilem superiori facultatem obtinere. Deinde aliud scribens Andromachus, sic exorsus est. *Aliud molochinum.* Ac postea simplicium pharmacorum symmetriam, vnde ipsum conficit, his verbis subscribit. Æruginis rasæ pondo, picis pondo duo, mannæ pondo, ceræ pondo duo, resinæ pondo duo, olei pondo, acetum quantum sufficiat. Hoc itaque superioribus simile est. Manifestum verò est vtriusq; & æruginis, & mannæ partem portionem ex aceto læuigandam esse. Duplam horum, ceræ, picis, & resinæ, hoc est cuiusque pondo duo cum olei libra liquanda: & sic in læuorem ex aceto redactis admiscere oportet, vti frequenter nobis dictum est, refrigerantes magis & radentes quam infundentes, ne aere iam frigido encerides appellatas fieri contingat. Aliud ab hoc celebre emplastrum subnectit. *Viride hecatondrachmon.* Guttæ ammoniaci denarium pondo octo, squamæ denarium pondo duodecim, mannæ denarium pondo octo, resinæ siccæ denarium pondo duodecim,

*minorem.

† Iis ab Epigono.

† Chabbanum bis in hac compositione medofe ponitur.

A decim, æruginis denariorum pondo octo, seu vitulini denariorum pondo quatuordecim, resinæ terebinthinæ denariorum pondo octo, ceræ denariorum pondo triginta, olei quartam cyathi partem, acetum quantum satis est. Hoc & magna vulnera glutinare potest, & fordida vlcera purgare, vbi ceratum inter liquefendum adsumperit, carni producendæ est. Prius quam verò liquefactum sit, crassas vlcerum oras sanare, & sinus iungere: in totum digerere & repellere potest: nam ex contrarijs facultatibus mistum est. Quod succedit viride nunc commemorato similis & potentior & vsus, huiusmodi symmetriam obtinet. Terebinthinæ pondo minam, serapiadis herbæ denariorum pondo viginti quinque, æruginis rasæ denariorum pondo decem, seu vitulini denariorum pondo viginti quinque, ceræ denariorum pondo viginti quinque, thuris denariorum pondo duo decim, cyprinum aridis adijciatur. Ac emplastrum, quod ab alijs Iis nuncupatur, ipse citra hæc appellationem in hunc modum conscripsit. *Viride Epigoni.* Quum omnes eius meminerint, nihilominus & nunc simplicium in ipso medicamentorum symmetriam adducturus sum: quoniam non nulli in eis dissentiunt. Iubet enim immittere æris vsti, salis ammoniaci, æris squamæ, æruginis, guttæ ammoniaci, aristolochiæ, & thuris, singulorum denariorum pondo octo, hoc est vnciam: aloes autem, myrrhæ, chabani, singulorum sesquiplum, hoc est vnciam semissem, quod perinde B est, ac si dicas omnium vncias vnde decim & s. aluminis rotundi denariorum pondo sex. Miscet etiam resinæ colophoniæ denariorum pondo ducentorum, ceræ dimidium, hoc est centum, olei hemina dimidium. Quosdam ait quartam partem miscere, acetum quantum satis est, dracontii radicis vnciam dimidium, quod est denariorum pondo quatuor. In fine autem hoc adiecit, quod in Iis scriptura non continetur, nam Epigonus id apposuit, atque hac ratione {Epigoni Iis} differt. Iam vero post nuper relata addidit Andromachus viride Passonis hac symmetria. Resinæ colophoniæ denariorum pondo trecentorum, ceræ denariorum pondo centum quinquaginta, æruginis denariorum pondo octo, aluminis rotundi tantundem, æris squamæ denariorum pondo duodecim, thuris denariorum pondo sexdecim, æris combusti denariorum pondo octo, salis ammoniaci denariorum pondo octo, olei dimidium cyathi, acetum quantum sufficit. Hoc medicamentum, quia salem ammoniacum prius assumpsit, magis q; superiora extrahit, magisq; digerit, in alijs omnibus cum illis conuenit. Fortius autem magisq; ad multa vtile præscripto post mediu vnum recenset Andromachus, quod *Viride Alcimionis* nominauit in hac symmetria, Terebinthinæ denariorum pondo ducentorum, ceræ denarium pondo centum quinquaginta, æris squamæ denarium pondo decem & octo, æruginis rasæ denarium pondo sexdecim, aluminis rotundi denarium pondo sexdecim, {chabani denarium pondo sexdecim, } thuris denarium pondo decem, salis ammoniaci denarium pondo duodecim, æris combusti denarium pondo sexdecim, aristolochiæ denarium pondo decem, aloes Indicæ denarium pondo duodecim, myrrhæ denarium pondo sexdecim, guttæ ammoniaci denarium pondo decem & octo, chabani denarium pondo duodecim, alij octo, olei hemina dimidium, acetum tantundem. Aliud inde scribit, cui titulus *Athena*. id est *Minerua*, sicut ipse ad calcærefert. Porro simplicium eius medicaminum symmetria, vnde componitur, in hunc modum habet. Ceræ denarium pondo ducetorum quinquaginta, terebinthinæ denarium pondo ducentorum, frictæ denarium pondo centum, seu vitulini denarium pondo quinquaginta, chabani denarium pondo viginti quatuor, mannæ denarium pondo, viginti quatuor, salis ammoniaci denarium pondo duodecim, æris vsti denarium pondo duodecim, aloes denarium pondo duodecim, æris squamæ denarium pondo viginti quatuor, aluminis rotundi denarium pondo duodecim, & fissi denarium pondo octo, chalcanti denarium pondo octo, misyos denarium pondo octo, opopanax denarium pondo octo, æruginis rasæ denarium pondo sex, guttæ ammoniaci denarium pondo sex, minij sinopici denarium pondo trium, acetum heminas tres, olei heminas duas: minium initio inditur. *Athena*, hoc est *Minerua* vocatur hoc emplastrum, vtilissimum multis, vt indicauimus. Quomodo autem vsu erunt emplastra multis vtilia, in sermone de ijs futuro significabitur. Ab hoc deinceps aliud viride his verbis conscripsit. *Viride ex cyprino Aphrodæ.* Ceræ denarium pondo viginti quatuor, resinæ aridæ denarium pondo duodecim, æruginis rasæ denarium pondo octo: Aphrodas denarium pondo duodecim, mannæ denarium pondo octo, cyprini dimidium acetabuli: contunditur autem cum eo, & difficilibus curatu vlcibus potest conducere. Atque hæc causa est, cur ipsum scripserit, tum q; paucis constet, tum q; vtilissimum esse possit. Cum autem multa deinceps viridia alia multiplicis misturæ & vtilitatis adducat Andromachus, visum mihi est ea relinquere, & vt ipsi vocant, *Litas* duntaxat per censere. Is igitur sic ad verbum scribit. *Aliud viride Lite, quo vtor.* Resinæ pondo libras duodecim, ceræ pondo libras octo, æruginis rasæ pondo libras octo, seu vitulini pondo libras duas, acetum pondo libram. Ego autem mannæ libram iniicio. Liqueat igitur acetum cum duabus æruginis libris, & libra thuris esse læuigandum, sicut antea præcepi, deinde liquabilia his miscenda: dico autem seu libras octo cum ceræ octo, & resinæ duodecim. Emplastrum hoc Lite ad amussim foret, nisi adipem assumpsisset, et mannæ. Ita nanq; erugo decima amborum simul portio esset, resinæ videlicet & ceræ. Quod si resina dura fuerit, omnino etiam olei quid addendum putabis, vt prius expositum est. Quoniam vero seuum vitulinum recipit, nec amplius exacte est Lite, vt quod molliens, & concoquens medicamentum

camentum acceperit. Multo autem magis, si etiam manam assumpserit: quæ cōcoquit puriq; mo- **E**
uendo est, & carnis gignendæ quandam vim obtinet.

Communis sermo de emplastris colore similibus.

CAP. 3.

Quod sane medicamenta non secundum coloris, sed facultatis similitudinem vnâ scribi cō-
ueniat, manifestum planè est. Vt ergo Andromachus, sic alij quoq; nō nulli ordinè tradunt
emplastra, non solum viridia, sed etiam melina, fusca, & candida. Quo igitur modo fiant
candida, priori volumine dictum est. Viridium vero cōpositionis, licet antea exposita, nunc quo
que mentionem faciemus.

Quomodo viridia fiant.

CAP. 4.

Aerugo non pauca ijs immittitur, vt & aliorum colorem vincat, et omnia in suum permutet.
Porro conficere oportet eum, qui tale emplastrum conficit, præter æruginis quantitatem
etiam colorem illorum, quæ ipsi commiscuntur, ad hæc cōctionis rationem: in ijs quæ miscuntur
quidem, colores pertinaces vitare: cuiusmodi flaua & rufa, & nigra medicamenta obtinent. Dico
autem flaua & rufa, qualia sunt melitites, chalcitis combusta, auripigmentum, sandaracha. Nigra
vero, quod genus sunt pix, bitumē, terra ampelitis, lapis gagates. At inter coquendum non oportet
eruginem super ignem coeuntibus commutare, verum vbi in mortario vnitas facta est, admiscere, **E**
si colore viride medicamentum permanere desideras: sin autem melinum voles emplastrum
conficere, intelligito in cōctione æruginem primum in hunc colorem perducit: postea in giluum,
vt emplastrum, quod à duplici colore Græcè dichromon appellant, euadat. Etenim à cōctionis tē-
pore paucis diebus post, in summo quidem emplastri fuscus magis redditur color, in imum vero
giluus currit. Qm̄ vero de ipsorum colore quæ conueniebant diximus, rursus ad facultatis sermo-
nem reuertemur memoria repetentes, vnde primum hoc in libro exordium sumpserimus. Age-
re autē cœpimus, siquid meminimus, de medicamentis carnem generantibus: quorum potestatis
scopus est, vt mediocriter & sine morfu detergeant exsiccentq;. At speciales cōfecturæ pro diuer-
sa simplicium pharmacorum materie differunt. Caterum nemo ignorat ea, quæ proprie & prima-
rio sarcotica, id est carnem progignentiā nominantur, aperta vlcera carne implere. Hoc est, quæ
caua quidem sunt, non tamen sordes, aut inflammationem coniunctam habēt, magis verò etiam
nec prauorum humorum influxionem, neq; carnem in cauo vlcere intemperatam. Nam prædi-
ctorū aliquod cauitati si immistū est, prius illud curādū. Scopi verò curationis ipsorum sunt, sor-
didis quidē detergentia pharmaca adhibere, eis verò, quæ ex influxione humorū proueniūt, exsic-
cantia, atq; repellentia id, quod influit. At si multum & cōtumax existat, fluoris causa prius ampu-
tanda est. Constat autē & inflammatarū partium phlegmonē sanandam esse, carnē autē intemperatam
habētū hanc ad tēperie reducēdā. Porro intemperata illa cū fiat quatuor sanè modis, simplicibus,
quatuor item compositis, per contrarias qualitates succurretur. Sed de his & postea: nunc autem
de medicamentis vehementer detergentibus agemus.

De pharmacis vehementer abstergentibus.

CAP. 5.

Quod hæc ex prædictorum genere sint, quæ ob moderatam deterfionem cauis vlceribus, pu-
ris, apertis, sine omni morfu admouebantur, antea diximus. Intensam verò detergendi
virtutem obtinent, quæ copiosas sordes auferunt. Quare non nulla ex prædictis viridi-
bus medicamentis vnâ re solum, nempe æruginis copia ab ijs, quæ simpliciter carnem producūt,
euariant. Quædam & aliorum vehementer detergentium mistura, sicuti vocatum Ilis, & Machæ-
rionis emplastrum, quod nos pro more vsurpamus, oleosum ex vsu nuncupant. Vbi. n. sinum car-
ne implere proponimus, copiosiore oleo liquefacientes per cornu recti foraminis modo clyste-
ris porcine vesicæ cōiuncti ipsum infundimus. Quin & vocatis pyulcis, hoc est pus trahentibus,
in eo vtimur. Etenim horum et ijs, quibus latius foramen est, ad huiusmodi administrationem cō-
modi sunt. Cui verò nō est perspicuum sinus oppletos sordibus ex meraciore hoc medicamento **H**
purgari, id est oleo pauciore adhibito, rursus puriores ex humectato magis olei vbi oris mistura
Itaq; si parua adhuc phlegmone sinum instantis suspicio quepiam existat, medicamentum
ex rosaceo prorsus liquefiat. Sin à phlegmone fuerit liber, ex oleo: et si citra mordicationem vete-
ris misturam sustinuerit, illo pharmacum liquetur. Caterum in huiusmodi vsu non solum hoc,
sed Machæronis quoq; emplastrum & Ilis, atq; alia faciunt, quæ maiores nostri perscribere, cera
to mista, cauis vlceribus carnem inducere. Omnia nāq; hæc sine cerati mistura ex oleo & rosaceo
liquefacta sinibus immittuntur, eo q̄ consistentiā, quæ linamento excipitur, (emmoton systasin
Græci vocant) sinibus illini non potest. Pari modo & medicamentum siccū, quod combusta char-
ta constat, rosaceo copiosiore diluētis ijs infundimus. Quemadmodū verò sinus liquidioribus
pharmacis indigent, dum crassiora imponi nequeunt, ita quæ in summo caua vlcera affligūt, cras-
sius medicamentū desiderant, hac videlicet occasione, q̄ liquida statim ab eis decidunt, & linamē-
ta sicca relinquantur. Merito igitur in id genus vitij ceratum valide abstergentibus admiscemus,
in sinibus oleum, vel rosacei plurimum. At qui hæc in eū modum abstergentia pharmaca omnino
etiā digerunt, ideoq; vehementer exsiccant, ac cōmune quoddā ipsorum genus efficitur, quod Græci
polychrestum, id est multiplicis vsus appellāt. Accedunt huic generi emplastra admodum acria,
qualia

Aqualia sunt ea, q̄ di halon, id est ex salibus nominantur: quæ non offerēda sunt vbi carne quidq; ex-
plere cogitamus. Nam præter alia hoc quoq; sal eximum habet, vt adstringat magis q̄ purget: sic-
care vero nihilominus q̄ aphronitrum ac nitrum potest. Sed illa adstringendi facultatem non
agnoscunt, sicut nec Asie petre flos. Atq; huius rei gratia discutere, & ceratis admista vlcerum sor-
des tollere nata sunt. Sal propter adstringendi potestatem hoc efficere non potest. Proinde cum
hæc in memoria habeatis, & methodum cōpositionis vsusq; omnium eiufmodi medicamento-
rum audieritis, deinceps illa quæ à clarissimis medicis propter optimorum medicaminū cogni-
tionē vsu atque experimentis probata sunt, enumerabo. Primum sanè Mantia, atq; eius discipuli
Tarentini Heraclidis sectatoris permulta pharmaca, quæ subsequētib; annis per experientiam
probantes distinxerunt, & præstantissima eorum ipsi denuo literis mandarunt: quæ verò minus
efficaciæ habere videbantur, omiserunt. Iure igitur & ego maiorem facio mentionem eorum,
qui illis successerunt. Sunt autem inter eos, q̄ in medicaminum experientia rectissime se gessisse
videntur, Petronius, Musa, Heras, Andromachus, Asclepiades, & Crito. Iam verò Archigenis &
Philippi studiosi non pauca medicamenta prodidit. Quinetiam liber vnus est Menecratis, cui
nomen inditum est, Insignium pharmacorum autocrator hologrammatos, quasi dicas imperator
Bintegris litteris descriptus. Quæ ergo pulcherrima ijs tradita sunt medicamina, & commendan-
tur, quorūq; nos inter omnia relata experientiam habemus, & quibus præceptores nostri vsi sunt,
ad hæc si quod & nobis inuentum sit, deinceps adducam, quo singula genere contineantur, expo-
nens. Nunc autem viridibus relatis melina protinus subiungam.

Melina emplastra.

CAP. 6.

Quemadmodum viridium emplastrorum plurima propter æruginem præpollentem talia
sunt, præsertim quæ sunt ex ipsis coloratiora, ita quoq; melina. Sed viridia æruginem in-
coctā habēt: melina vero coctā quidem, sed mediocriter. Nā si amplius coquas, bicolora
(Græci dichroma) emplastra quibusdam appellata, quibusdam gilua efficiet. Solent medici viri-
dia simpliciter melina & rufa nominare, quæ non adeo magna vulnera glutinant, & vlceribus ci-
atricem obducunt: quæ mos est medicis appellare aperistata, quasi dicas aperta. Item ex rosaceo
liquefacta cauis carnem gignunt. Multiplicis vsus sunt inter ea quæ plura pollicentur. Quædam
multa non promittunt, sed vnum mentione dignum, videlicet vel vlcera cacoethe bene curare,
vel plus digerere, vel meliceridas, vel duritias emollire, vel huiusmodi quid non contemnēdum,
nec curatu facile. Andromachus itaq; quatuordecim melina cōscripsit, ex quorū numero quinque
Cæruginem habēt, reliqua sine hac cōfecta sunt. Porro ex his, quæ æruginem constant, vnum quidē
primum inter quatuordecim positū est, alterum verò quartum, post hoc aliud sextum, inde septi-
mum, & decimum. Quibus ergo nihil eximij apposuit, omnia simul & conglutinant vlcera, & ci-
atricem inducunt. Quæ si ex rosaceo liquefiant, carnem procreant. Quin & mediocribus phleg-
monis medentur, sicut mediocres etiam duritias emolliunt, atq; hoc faciunt euidentius, quæ guttā
ammoniaci continent. His adhuc ipsis magis, quæ copiosiore reliquorum proportione eam as-
sumpserunt: in quibusdam vero apposuit ipse, tenerum, hoc est teneræ cuti conueniens videlicet:
& cui præfixit epispasticum & exipoticum, id est attrahens & eruens, innuit membrorum dolori-
bus, synanchæ, & lateris cruciatui benefacere, vel interiores abscessus discutere: magis quoddam
testimonium his adferens, q̄ simplici sermone scriptis. Igitur omnia ipsa deinceps subiiciam.

Melina Andromachi.

CAP. 7.

Melinum quo vtor. Spumæ argenti denariorum pondo centum quatuor, olei hēminam,
hyeme tres cyathos, cera denariorum pondo quadraginta octo, colophonix denario-
rum pondo quadraginta octo, guttæ ammoniaci denariorum pondo viginti quatuor, æruginis ra-
sæ, chalbani, myrrhæ, singulorum denariorum pondo octo. *Aliud.* Spumæ argenti denariorum
pondo centum, olei tres cyathos, resine colophonix denariorum pondo sexaginta quatuor,
guttæ ammoniaci denariorum pondo quadraginta, cerussæ denariorum pondo viginti quatuor.
Aliud. Spumæ argenti denariorum pondo quadraginta, cerussæ denariorum pondo sex, cera tyr-
rhenicæ denariorum pondo sexdecim, resine pityinæ sicce denariorum pondo sexdecim, guttæ
ammoniaci denariorum pondo duorum, olei heminam. *Aliud.* Spumæ argenti denariorum pon-
do centum, colophonix denariorum pondo sexaginta quatuor, alij quadraginta octo, ceræ denariorum
pondo octoginta quatuor, chalbani, myrrhæ, æruginis, singul. denarium pondo octo, opopanax
denariū pondo sex, olei heminam æstate, per hyemem verò tres cyathos. *Aliud.* Spumæ argē-
ti denarium pondo centum, resine pityinæ, denariū pondo centum, ceræ denariū pondo duode-
cim, olei tres cyathos, vini falerni heminæ dimidium. Spuma argenti ex vino lauis fit, donec
siccata fuerit, deinde coquitur. *Aliud.* Spumæ argenti denarium pondo centum, olei veteris hemi-
nas, lxx. ceræ denariū pondo centum, æruginis scoleciæ denarium pondo viginti quinque, chamæ-
leontis nigri denarium pondo duodecim ac semissem, chrysolle denarium pondo quadragin-
ta. *Aliud.* Spumæ argenti denarium pondo ducentorum, olei veteris heminas tres, ceræ dena-
riorum pondo centum sexaginta octo, guttæ ammoniaci denarium pondo centum, myrrhæ dena-
riorum pondo quatuor, æruginis denarium pondo octo, resine colophonix denariorum pon-
do centum

† æstate videt
adjiendum.

* al. hemina. s.

† Al. hemina.

† Al. heminam

& s.

* al. l.

* al. hemina. s.

† al. heminam

† al. heminam

& s.

† al. duas.

*
† al. viginti.

do centum vigintiocto, chalbanī denariorum pondo viginti, chamaeleontis atrī denariorum pondo octo, alijs propoleos denariorū pōdo octo pro chamaeonte. *Aliud*, Olei veteris, in quo chamaeleon feruefactus sit q̄ copiosissimus, sextarium, spumæ argenti pondo. Vbi ebullierit, argenti spumam inspergito; & coquito. *Aliud ad nomas, id est vlcera depascencia*. Sandarachæ denariorum pondo trium, aluminis fissi denariorum pondo quatuor, thuris denariorum pōdo quatuor, myrrhæ denariorum pondo quatuor, guttæ ammoniaci denariorum pondo octodecim, ceræ denariorum pondo octodecim, terebinthinæ denariorum pondo sex, adipis suilli denariorum pondo duum, mellis decimam sextam heminæ portionem. *Aliud*, Spumæ argenti denariorum pondo centum octo, ceræ denariorum pondo centum octo, alibi centum inuenio, guttæ ammoniaci denariorum pondo quinquaginta, terebinthinæ denariorum pondo quadraginta, aristolochiæ denariorum pondo viginti quinque, zææ radices denariorum pondo octo, æruginis scolociæ denariorum pondo sexdecim, aluminis scissilis denariorum pondo sexdecim, olei veteris binas heminas. *Aliud simplex*. Spumæ argenti denariorum pondo centum, axungie denariorum pondo septuaginta quinque, olei veteris pondo denariorum. lxxv. Ad molli carne præditos facit, & digerit. *Aliud melinum emolliens, Diophrantis, Aphra nominatur, atrahens & eruens, quo artu culi curantur*. Visci elaborati pondo, ceræ pondo, resinæ terebinthinæ pondo, chalbanī vncias tres, liquefactis vitior. *Aliud Salome, ad omnem dolorem, & anginam synanchen cum cucurbitula, & ad lateris affectum*. Spumæ argenti pondo duo, olei veteris vncias octo, simul coquito. *Aliud melinum Heraclidis, interiores abscessus sine dolore discutiens*. Spumæ argenti denariorum pondo centum, cerussæ denariorum pondo centum, ceræ denariorum pondo octoginta, resinæ aridæ denariorum pondo sexaginta, guttæ ammoniaci denariorum pondo quinquaginta, galbanī denariorum pondo sexdecim, olei veteris heminas duas. Vt autem Rusticus ille familiaris Iudori, Spumæ argenti denariorum pondo quinquaginta, cerussæ denariorum pondo quinquaginta, guttæ ammoniaci denariorum pondo octo, ceræ denariorum pondo viginti quinque, resinæ aridæ denariorum pondo triginta, vlni in sacculis ex corio reconditæ denariorum pondo quindecim, galbanī denariorum pondo octo, olei tres cyathos. Inter hæc emplastra, nullius coctione scriptit Andromachus: ego verò ad colorem ipsorum pertinere dixi, scilicet neq; æruginem crudam esse oportere, vt in viridibus: neq; nimis coctam, sicut in ijs, quæ duplīcis coloris & gilua nominantur. Verum vbi iā cacabus ab igne auferendus propemodum est, inijsi erugo debet. Deinde cum mutat colorem, & melinum redditur, medicamentum tollere iam ab igne tempus est, si iam non inquinet. Sin minus, paululum super ignem lentissimum remorati sic tollemus. Nam in admodum vehementi facili in giluum degenerat. Cuius rei gratia quoq; duo insignia emplastra melina, alterū Menœti, alterum Serapionis subiungam: quorum coquendi rationem pleriq; tradidēre, & vos confecturæ eorum, quæ Andromachus scripsit, exemplum habebitis.

Menœti melinum.

CAP. 8.

Spumæ argenti pondo quatuor, olei pondo tria, terebinthinæ pellucidæ pondo duo, ceræ pondo sex, æruginis, thuris, chalbanī, singulorum pondo vncias quatuor, guttæ ammoniaci pōdo vncias sex. Argenti spuma ex oleo ad multam spissitudinem vsq; incoquitur, deinde resina, ceraq; iniicitur. Cum pulchrè soluta hæc fuerint, cacabus deponitur, & refrigerari bene sinitur. Post illa erugo immittitur, & vbi infra motum fuerit, denuò super ignem lenem coquitur, donec melinū colorem representet. Postremò chalbanum, & thus, leuia facta, ac in mortarium demissa, vbi ammoniacum ex aceto in leuorem redactum est, vt fordium imaginē habeat, statimq; manibus subtracta excipiuntur, & aceto modico affuso in sequentem diem vsque relinquuntur, ac tunc rursus emollita reponuntur.

Melinum Serapionis ad vulnera, & ad resoluendum, pugilibus vtilissimum.

CAP. 9.

Spumæ argenti denariorum pondo centum, guttæ ammoniaci denariorum pondo viginti octo, ceræ denariorum pondo quinquaginta sex, æruginis cypriæ denariorum pondo nouē, myrrhæ denarij pondo vnus, colophonie denariorum pondo quinquaginta sex, chalbanī denariorum pondo nouem, olei tres cyathos: estate cyathum & dimidium. Argenti spumam ac oleum coquito, cum inalterata sunt, ammoniacum, deinde cerā: postq̄ deposueris cacabum, chalbanum, æruginem, & reliqua addito, atq; molliter incoquito. Huiusmodi coquendi modos melinorum, quæ scripsimus, emplastrorum multi me priores tradidēre, iuxta quorum similitudinem etiā alia melina coquere poteritis. Argenti spumam sanè primū iniicere conuenit, mox resinas & ammoniacum, deinde chalbanum & æruginem, postea si vel thus, vel myrrham, vel aloë capiat, hæc immittenda sunt, cum medicamentum ab igne tollitur, quippe coctionem non ferentia. Prædiximus autem lentè coquenda esse, præsertim cum erugo indita fuerit. Quin & ipsam miscendam, vbi cacabum in terram deposueris, ac parum refrigeraueris, idq; magis, si vas paruum sit, in quo coquitur. Nam effervescenti immissa ærugo, frequenter ex ipso vase diffundi medicamentum cogit. Porro in Menœti primo melino, quod ideo pycnicon, id est pugillatorium, (vt ita dixerim) vocat, qm̄ pugiles potissimum medicamento eo vtatur, ammoniacū quoq; ex aceto læue in mortario fieri posse, alijs omnibus in cacabo mistis, deinde ex ipso defusis, prius instituti sumus.

Melina

Melina Herae emplastra.

CAP. 10.

Adstrumas Herae. Quæ ab Hera conscripta sunt, hunc in modum habent. Melinum ad veteres sinus, & si in vacua perforati sint. Idem etiā discutit strumas quæ in pueris nuper ortæ sunt. Facit etiam ad artus è loco motos. Argenti spumæ chrysididis denarium pondo centum, resinæ pityinæ sicca tantundem, ceræ ponticæ denarium pōdo duodecim & scrupulos duos, olei tres cyathos, vini falerni tantundem. Argenti spuma ex vino læuigatur, donec rursus siccescat. Post vna cum oleo sic coquitur, quousq; mutata fuerit, & tunc resina læuis additur, ac cera coquitur, donec nõ inqnet. *Menœti, coloris aurei, ad teneros, maxime eunuchos facit. Aprum est abrasis, & omni inueterato & recenti vlceri, itidem combustis. Est etiā malagma, discutit phymata, parotidas, strumas, et omnes duritias. Valer etiam ad rhagadas, & ad condylomata. Valde generosum est.* Argenti spumæ denarium pondo centum, olei veteris denarium pondo centum, resinæ pityinæ aridæ denarium pondo quinquaginta, vel centum, ceræ denarium pondo quinquaginta. Argenti spumam cum oleo coquito, donec vnitas fieri inceperit: mox resinam læuem indito: hac liquata ceram: vbi bene habuerit medicamen, in mortarium oleo prius inunctum demittito, & denuò tritum excipito. Est autem glutinans, nec polluit. *Hygini emplastrum ad multa boni coloris, curat vlcera vix cicatricè ducentia, & paronychia: hoc melius emplastrum non extat.* Argenti spumæ chrysididis minam, ceræ tantundem, chamaeleontis nigri radices denarium pondo triginta sex, æruginis rasæ denarium pondo octodecim, chryfocollæ denarium pōdo quadraginta, olei veteris heminas tres, Argenti spuma cum oleo igne non acri coquitur, vsquedum effervescere inceperit: deinde erugo inspergitur, cacabo deposita, atq; iterum reposito emplastrum permouetur, quousq; proprium colorem receperit: postea cera: quæ vbi bene se habuerint, chryfocollam & chamaeleonem assumunt. Demisso iam in mortarium acetum superfunditur. Itaq; prædictis affectibus bene facit etiam chryfocolla admista, attamen sine hac mitigantissimum est, & præcipue ad neruorum puncturas valet, itidem vbi à musculis vel neruis abluere quid oportet. Horum trium emplastrorum, quæ Heras conscripsit, primum ex vino & coctionem & titulum habet: multiq; nostri tam præceptores q̄ amici eo sine ærugine videlicet præparato vtuntur, scripto autem ab Andromacho & ferè omnibus, qui varia emplastra composuerunt. Proinde non pauci illorum incuriose ipsum conficientes, contemptum emplastrum pariunt. Optimum verò est, si vti tradidimus, ex vino falerno conficiatur, cuius penuria giluum vetus, tenue substantia, quatenus potest giluum hoc esse, immiscebimus. Nam candida hoc peculiariter habent, vt pelluceant. Porro præstantissima apud nos sunt in Asia tria, Tmolite vocatum, Lesbium, ac celebratissimum apud veteres Ariusium, in Chio proueniēs, quo omnes ad optima medicamenta, præsertim antidotos, sicut nunc falerno, vt ebantur. Huiusmodi igitur vinum si in argenti spumam sub caniculâ estu, vel sole alioquî calido mittamus, dein de teramus, vel sine sole etiam diu teramus, vt humor siccescat, ipsaq; argenti spuma relinquatur vel omnino madoris experta & sicca, vel propè fiat, medicamentum optimum euadit. Vnus sanè ex præceptoribus meis, postq̄ in vino falerno tritam excicasset, hoc modo ipsam preparabat. Oleū alio, vinum item alio vase calefaciens, paulatim argenti spumam superfundeat interim vino, in quo læuigata, probeq; permixta oleum adijciebat: interdum ab oleo auspiciatus ad vinum transibat. Alternis autem vicibus hoc sapius agendo vtrunque consumebat, & sic ex mortario in cacabum demittens, pityinam resinam, quam proprie physema Græci vocant, læuem ad amussim factam addebat, mox ceram, & sensim, quoad nõ inficeret, decoquebat. Vtebatur eo & ad sinus turgentibus illinens prius sanguine columbæ non domesticæ, sed ex eis, quæ in turribus nidum collocant, (boscadæ quidam nomināt,) quas apud nos in agris extruunt: non nulli has agrestes vocant. Pari modo magnis vulneribus, recentibus, huiusmodi sanguine columbino illinens, medicamentum imponebat non mediocri eius confidentia. Vini autem heminam & s. indebat, non vt Heras & Andromachus, semissem tatum. Atq; huius occasione medicamen longe melius factum est. Cæterum vbi ipsum volēs boni odoris efficere, opopanacis semunciam, quod est denarios quatuor miscebis. Coloris gratia ceram candidam ponticam adijcies. Hoc medicamentum vlcera vel ad vsq; cicatricem probe perducit.

Critonis melina medicamenta.

CAP. 11.

Quæ crito melina scripsit, Buxea nominat. Buxeam ad recentia vulnera: idem cicatricem obducit & extrahit. Spumæ argenti pondo quatuor, ceræ pondo totidem, terebinthinæ pondo vncias octo, æruginis tantundem, olei veteris sextarios duos, aceti sextarij dimidium. Spumam argenteam, oleum, æruginem, acetum, vna super ignem lentum incoquito. Vbi vero coitura sunt, resina ceraq; adiungatur, & in vnum redactis ad recentia vulnera potissimum vitior. Scripsit & aliud ante hoc Crito, quod Buxeam vocat: simplex quidem quantum ad mistorum numerum pertinet, magnum vero pollicitis. Scripsit igitur de ipso ad verbum hoc modo. *Emplastrum ex chamaeonte, eadem faciens quæ Tyria: cicatricem vlceribus difficillimis, callosis, & inueteratis maxime inducit. Medetur etiam rhagadys digitorum, condylomatibus, & duritijs.* Spumæ argenteæ pondo minam, ceræ pondo minas sex, æruginis pondo minas quatuor, chamaeleontis pondo minas octo, olei pondo minam. Oleo spumam argenteam coquito rudicula mouens, donec

*Af.xx.

† Af. centum viginti.

* Af. centum viginti.

† Af. viginti.

† Af. vnum.

† Af. quadraginta.

† Af. olei veteris heminam & s.

† Af. galbanum pinguisimū.

*

† Af. centū quinquaginta.

nec consistat, & fiat melinum. Post hoc æruginem inspergito, inde ceram adijcito. Porro vbi diligenter liquata ab igne tuleris, chamæleontem indito: cum vnitas facta est, in mortarium demittito, vbi subacta, excipito. Iam verò & alia quædam emplastra Crito tradidit in quarto medicamentorum volumine, Buxea quidem, vt ipse nūcupat: Melina verò, vt alij. Attamen non nulla ex ijs citra æruginem componuntur, non nulla æruginem quidem assumunt: sed in alio pharmacorum genere pro facultatis seu virium similitudine dicuntur, in Epuloticis, Epulotica: in ijs quæ succis constant, ex succis composita: in mollientibus, illa quæ mollire nata sunt: quemadmodum & Mnæfæi emplastrum multifariam ab eo in hoc opere conficitur. Nunc igitur ad glutinantia ire iam tēpus est, colore inuicem, & à melinis differentia.

De giluis emplastris, quæ & dichroma, id est duplicis coloris dicuntur.

CAP. 12.

Quædam ex eadem materia constant, qua æruginem habentia melina, sicut prius quoque diximus, hoc solo differentia, quod diutius coquantur. Omnia siquidem propter crudam æruginem viridia, fiunt melina, vbi mediocriter ipsa cocta fuerit: gilua, vbi liberalius. Manifestum igitur melina giluaque oleum copiosius quam viridia necessario habere, est si reliqua omnia eadem recipiant. Atque huius gratia primum spuma argenti cacabo iniicienda est, in quo tantisper coquetur, dum sordium crassitudinem consequatur: mox ærugo, deinde si metallicum aliquod, ceu æs combustum, eiusque squama, immittatur. Ac quando ipsius crassitudinem acceperint, tunc ceram & resinam, si hæc etiam medicamentum recipiat, indere conueniet: postremo thus, myrrham, aloen, aliaque id genus. Sicut celeberrimum giluum, quod ex dictamno vocatur, Sacrum & ipsum appellatum, velut liliis: quoniam aiunt ea ex sacris Ægypti locis esse allata. Vsum igitur hoc præstat multiplicem, proinde in sequenti sermone simul cum ijs, quæ ad plura valent, paulo post describetur. In præsentiarum de alijs giluis, tum omnino simplicibus, tum ijs quæ inter hæc & polychresta, id est multipliciter vtilia consistunt, verba facturi sumus. Vt igitur viridia emplastra simplicia ex cera, resina, oleo, & æruginem conficiebantur iuxta dictam illic symmetriam, sic gilua ex argenti spuma & oleo copiosiore, quam in viridibus, sumpto componuntur. Itaque si emplastrum largius voles coquere, augeasque oleum, medicamen habiturus es, quod magis siccet, ideoque vulnerum cruentorum glutinantius: sin autem mediocriter, tantam olei mensuram quantum argenti spumæ pondus esse sufficit. Libram enim olei mensuralem Romanorum in argenti spumæ libram ponderalem iniiciemus. Iam si pharmacum plenius incoquere placet, non solum vnâ librâ & s. sed etiam duas & plures immitemus. Porro inter hæc gilua emplastra sic preparata plus siccant quæ nec resinam, nec ceram omnino habent, sed ex solis, vt vocant, metallicis conficiuntur. Quemadmodum alij quoque non nulli ex prioribus talia scripserunt. Ceterum quo ego semper mea industria composito vtor, in hunc modum coquitur. *Giluum ex metallicis.* Argenti spumæ cum oleo prius coctæ metallicæ ex aceto læpigata immitto, & sic coquo, donec non inficiat. Addo his olei libras quatuor. Hoc autem quantum vetustius, tanto erit melius, magisque si id fuerit sabinum. Argentæ spumæ libras tres, aceti quam acerrimi libras duas. Horum trium metallicorum, squamæ æris nigri, æruginis, chalcitidis, singulorum aequale pondus, nimirum vncias duas, hoc est denariorum pondus sexdecim. At cum vetus oleum existit, crassumque ex vetustate, quatuor libras & s. immitto. Nos & quinque interim, idque per hyemem indidimus, non ignari hyeme plus olei, quam per æstatem immiscendum. At argenti spumam prius videlicet coques donec sordium crassitudinem recipiat. Quod si & oleum cicinum habeas, id pro veteri usurpato. Medicamentum hoc cruenta vulnera facile glutinat, magisque in duris corporibus quam mollibus, cuiusmodi sunt mulierum, puerorum, & eunuchorum: dilutum quoque ex oleo cicino vel veteri, ac linteo exceptum impositumque, mirum est, quam vlcera curatu difficillima concoquat, quæ pus nequaquam faciunt. Ad hæc linus coglutinat, & fistulas adstringit, excicat, & prorsus claudit. Atque vbi iam ipsum hæc pulchre velis efficere, metallicæ pluribus diebus aceto longè acerrimo conterito, ac potius in sole: pari modo argenti spumam tritam excicatamque, & oleo postea mistam eo, quo dixi, modo incoquito. Attamen ad vlcera, quibus cicatrix difficulter induci potest, metallicæ sic elaborari, & argenti spumam ita conterere non est necessarium. Etenim sine his quoque epuloticoteron, quasi dicas cicatrici ducendæ promptius illud euadit. Adijciatur autem tunc ei diphrygis, & chryfocollæ, singulorum vncia. At hæc non simul cum squama & æruginem committuntur, vt nec vbi iam coctum medicamentum fuerit omnino, sed eo, quod intercedit, tempore. Tantam enim huiusmodi pharmaca coctionem requirunt, vt exactè cum prioribus in vnum coeant: quod mediocri intervallo accidit, neque multò antè, nec paulò minus, quam cacabus ab igne tollatur. Solum itaque hoc emplastrum fistulas, linus, & magna vulnera glutinare potest. Iuuat ipsum spongia recens, nõ dura, veteri vino respersa. Deligatura in sinibus ab imo fiat, ligamento ad orificium perueniente, sicut in sermone de fistulis clarius ostendetur.

De ijs, quæ cicatricem obducunt.

CAP. 13.

Emplastra cicatricem inducentia, siue synulotica, siue epulotica nominare velis, sicut etiam alia medicamenta epipasta, id est quæ insperguntur, & quæ linamentorum vsu apponuntur, nihil

A nihil vt ad curationes eorum, differentie adfert, si qualis quodque facultatis medicamentum huiusmodi esse debeat memineris: quam simul cum reliquis omnibus in Therapeutices methodi libris explicauimus. Quanto enim glutinantia sarcoticis, id est carnem generantibus liccare magis ostensa sunt, tanto glutinantibus epulotica. Nam ipsorum beneficio carnem cauis vlceribus generatam cutem reddere statuimus, ob quod etiam tale pharmacorum genus, siue inslinendum, siue inspergendum sit, adstringere oportet. Hæc autem illorum duntaxat emplastrorum mentionem facere cogitamus, siquidem ea quæ linamentis excepta imponuntur pharmaca, ex his, rosaceo vel myrteo liquatis fiunt. Atque myrteum rosaceo hoc magis conducit, quo vehementius adstringit: at si neutrum habeas, ex cyprino, lentiscino, & melino liquanda sunt: si his quoque careas, ex omphacino, vel eo quod ab Hispania portatur, Hispanum nominant: vbi nec huius copia adfit, teneros olivarum furculos contusos alij cuiuspiam vulgari oleo admiscebis. Quod si hos etiam desideres, præstat oleo veteri liquefacere. Hinc enim medicamentum siccandi virtute augetur. Proinde plerique medicorum à pharmacis, quæ optimi quique medici longi temporis experientia satis probant, eoque nobilia reddiderunt, hac ratione solum abstinēt, vt ipsi melius quippiam præter maiores habere videantur. Atque sciendum est his ipsis celeberrimis medicamentis, quæ ab omnibus laudantur, haud facile aliorum vllū reperiri, quod sit præstantius. Ab antiquo igitur laudata sunt, tum quod ex cadmia, tum quod ex ladano inscribitur, ad cicatricem ducendam vtrique esse præstantissimum. Quæquæ apud omnes mixturæ simplicium pharmacorum symmetriam eandem nõ sit inuenire. Quapropter visum mihi est eas, quæ cuique scriptori placet, describere, auspiciati à proditis ab Asclepiade in tertio de exterioribus commentario, quæ Marcellæ inscribit.

De epuloticis emplastris Asclepiades sic memoria prodidit.

CAP. 14.

Posteaquam vlcera particularia sine alia dispositione ad cicatricem iam tendunt, vt edum est ijs compositionibus, quæ infra scribuntur. *Emplastrum ex cadmia, ad cicatricem ducendam.* Hoc Lucius Carhegetes, id est præceptor vsus est. Cadmiæ vitæ & ex vino preparatæ, chalcitidis tostæ, singulorum denariorum pondus sexdecim, ceræ denariorum pondus octoginta, picis colophoniacæ pondus vncias octo, vini Italici quod satis est, Chalcitidis, & cadmiæ ex vino terantur, vt humidæ cerati spissitudinem habeant, ceram & resinam perfractam in vas fictile immittito, atque his olei myrteum pondus libram adijcito, deinde carbonibus superposito mouens sine requie: cum soluta fuerint, ab igne tollito, vbi refrigerint, radito, læuigatisque indito, ac mista excipito, in vsu oleo myrteo subigito: temperatura dispositioni respondeat. *Aliud ex cadmia.* Cadmiæ tostæ, chalcitidis tostæ, diphrygis, singulorum denariorum pondus sexdecim, ceræ, resinæ frictæ, olei myrteum, singulorum pondus ielibrum, vini Italici quantum satis est. Præpara quomodo dictum est, ac vitior nunc diluto, nunc mero pharmaco. *Aliud.* Argenti spumæ, cerussæ, cadmiæ, diphrygis, resinæ, singulorum denariorum pondus octo, chalcitidis denariorum pondus duorum, ceræ denariorum pondus octo, myrteum olei quod sufficit, vini aminæ quod satis est. *Aliud Euphranoris.* Diphrygis, misyos tostæ, singulorum denariorum pondus octo, chalcitidis tostæ, molybdanæ, singulorum denariorum pondus duorum, cadmiæ denarij pondus vnus, ceræ denariorum pondus sex, colophoniacæ pondus vncias tres, myrteum libras tres, vini Italici quod satis est. *Aliud ex ladano accommodatum medicamentum, non solum cicatricem ducens, sed etiam callos excindens, et male curata instaurans.* Chalcitidis, argenti spumæ, ladani, singulorum denariorum pondus viginti quatuor, bituminis denariorum pondus octo, ceræ denariorum pondus septuaginta duum, myrteum heminam, alij drach. decem & octo, vini heminam. Præparato in modum predictum, cum res exigit, & splenio, & diluto vitior. *Aliud.* Argenti spumæ denariorum pondus centum, picis denariorum pondus quinquaginta, ladani denariorum pondus viginti quinque, æruginis rasæ, æris combusti, singulorum denariorum pondus octo, olei myrteum libras duas, æris squamæ denariorum pondus quatuor, D conficito ac vitior. *Aliud quod pyricauton dicitur, ex atralicis viriuribus medicamentum accommodatum.* Olei heminam, aluminis fylli, manne thuris, argenti spumæ, chalbanij, singulorum denarij pondus vnus, ceræ denariorum pondus viginti quatuor, anchusæ denariorum pondus octo, medullæ ceruinæ, adipis suillæ, æruginis, cerussæ, singulorum denariorum pondus duum, ouorum trium lutea. Quæ liquari possunt, siccis immiscetur. Hoc pharmaco alias diluto, alias mero vitior. *Aliud medicamentum accommodatum, facit ad vetera, ac sanatu difficilia.* Cerussæ, argenti spumæ, aluminis fylli, manne, chalbanij, thuris, medullæ ceruinæ & vitulinæ, singulorum denarium pondus quatuor, ceræ, anchusæ, ouorum luteorum, singulorum denarium pondus octo, olei heminas quatuor. Medullas diligenter tundito, & liquato cum his quæ liquefieri possunt, mouens anchusæ, ex qua possint ea colorari, deinde ab igne sublata, & in aliud vas coniecta refrigerari finito, derasa siccis immisceto, deinde in vsu excipito. *Candidum, quod magnum dicitur, medicamentum accommodatum. Valer & ad diuturna vulnera, & quæ vix cicatricem recipiunt: ut scabiosos affectus, benefacit & sedis vitis rosaceo dilutum.* Argenti spumæ denarium pondus centum, ceræ denarij pondus quinquaginta, cerussæ denarij pondus centum, terebinthine denariorum pondus viginti quinque, thuris denariorum pondus viginti quinque, aluminis fylli denariorum pondus duodecim, olei heminas duas. Componito simili modo, & vitior interim emplastro, interim diluto medicamine. *Aliud, cui nomen est paphilion, ad idem,*

† Al. myrti.

ad idem: in super sinus conglutinat, & fistulis callum exterit. Valet ad vlcera fluxiones, tum ad diuturna, et dys-
puloa, scabiemq; sanat, tollit suillata, benefacit caput dolentibus, & oculorum epiphoris fronti impostum, nec mi-
nus sedi conuenit, dilutum rosaceo vel myrteo. Ceterum in hunc modum componitur. Argenti spumę denariū
pondo centum, cerę denariū pōdo quinquaginta, terebinthine denariū pōdo viginti quin-
que, thuris denariū pōdo viginti quinque, cerussę denariū pōdo centum, aluminis fisci denariū
pondo sexdecim, pipēris albi denariū pōdo trium, olei veteris heminas duas. Liqua-
to, vt dictum est, nunc diluto medicamine, nunc emplastri modo vtens. Nam in capitis mananti-
bus vlcēribus, quę achores Gręcis dicuntur, & oculorum asperitatibus, vel in ijs quas epinycti-
das vocant, vel ani vitij dilutum pharmacum myrteo, vel lentiscino illinitur. **C. Aliud Telamonis**
pharmacum accommodatum. Facit & ad carbunculos, sinus exiccat immisum vel instillatum. Ad hęc cicatri-
cem probe inducit. Pitying, cerę, calcis viuę, argenti spumę, singulorū denariū pōdo quinquaginta,
cerussę denariū pōdo viginti quinque, olei tres cyathos. Argenti spumam oleumq; dum
in vnum coeant, incoquito, mox ceram, inde refinam. Porro calci & cerussę in leuorem redactis
liquabilia indito. Dum vtēris, oleo cineri calido superposito medicamen confringendo inijcito.
Vbi incaluerit, mortario superfundito, & diligenter subigito, donec sordium spissitudo fiat. Ab
igne deposito vtitor tanq̄ maximo pharmaco, aliās pennis illinens, aliās instillans. Ceterum carb-
bunculis vocatis linteolo illitum adhibeto. **C. Aliud Moschionis, celebre ad quolibet a callo vindicanda,**
& cicatrice obducenda. Idem & sedi prodest insigniter. Argenti spumę, cerussę, calcis viuę, singulorū
denariū pōdo octo, medullę ceruinę, cerę, vtriusque denariū pōdo sexdecim, olei myrtei
quantum satis est. Quę liquari possunt, aridis immiscetur, & mollita curiosē in pastillos digerū-
tur, cum vti voles, prius aqua vel lacte diluetur quantum lubet, vt sordium crassitudinem habeat.
Deinde rosacei quod sufficit, immittitur, vel myrtei. Contusum diligēter in plumbeam pyxidem
reponitur: vsui est, quemadmodum prædiximus.

Epulotica Andromachi.

CAP. 15.

C Admię pōdo libram, chalcitidis vstę pōdo libram, cerę pōdo libram, refinę aridę pō-
do libras tres, myrtei pōdo libras tres, vinum siccis immiscetur. **C. Aliud ex ladano.** Ar-
genti spumę denariū pōdo quadraginta, ladani denariorū pōdo triginta duum, chalcantii
denariū pōdo octo, aluminis scissilis denariū pōdo duodecim, cerę denariū pōdo cen-
tum, squamę denariū pōdo octo, bituminis denariorū pōdo triginta duum, myrtei quartam
hemina partem. Vinum falernum siccis adijcitur. **C. Alter, vt Alcimion, quod preparauit.** Ladani
denariū pōdo octo, hyssopi denariū pōdo quatuor, propoleos denariū pōdo octo, bitu-
minis denariū pōdo octo, argenti spumę denariū pōdo quatuor, aris squamę denariū
pondo quatuor, misyos crudi denariū pōdo quatuor, cerę denariū pōdo viginti quatuor,
myrtei octauam minę portionem. **C. Aliud ex hordeis.** Cerussę denariū pōdo quinquagin-
ta, argenti spumę denariū pōdo quinquaginta, hordei combusti nō triti sextarium, cerę dena-
riū pōdo quinquaginta, olei sextarium: postremum hordeum adijcitur. **C. Aliud ad duendam**
cicatricem. Cadmię pōdo vncias duas, chalcitidis, cerę, terebinthine, singulorum pōdo vncias
quatuor, hyssopi pōdo vnciam, myrtei pōdo vncias quatuor, chalcantii pōdo vncias qua-
tuor, vinum siccis affunditur. **C. Aliud ad idem.** Resinę aridę denariū pōdo xvij. diphy-
gis denariū pōdo quatuor, argenti spumę denariū pōdo sexdecim, cerę denariū pōdo
decem, olei heminas quatuor. Post hęc Andromachus alia emplastra sex percensuit cicatricem
egre ducentibus accommoda, quę sanē hęc nunc adscribere visum non est. Dicentur. n. simul cum
illis quę vlcera curatu difficilia sanant, in quarto huius operis volumine. Cum autem Androma-
chus ibidem ante prædicta modo epulotica alia quædam tradiderit, non præponens, quod aper-
tis vlcēribus cicatricem inducerent, præsertim in pueris, mulieribus, & eunuchis, summam in
omnibus qui teneram habent carnem, statui hęc quoque huc adijcere. Titulum ipsi a colore An-
dromachus indidit, vt qui de ijs hunc in modum ad verbum scripserit. **C. Candida Andromachi epu-**
lotica. Album quo vtor. Argenti spumę pōdo minam, cerussę tantundem, cerę, resinę, singulorum
quatuor, olei heminas tres, aquę heminam. **C. Aliud.** Argenti spumę denariū pōdo cen-
tum sexaginta, cerussę denariū pōdo ducentorum, cerę drachmas quinquaginta, terebinthi-
nę denariū pōdo viginti quatuor, olei veteris heminę dimidium, aquę cyathos sex. **C. Aliud,**
Argenti spumę denariū pōdo centum, cerussę, cerę, singulorum denariū pōdo quinquaginta,
terebinthinę denariorū pōdo viginti quinque, aluminis fisci denariū pōdo sex, pipēris
albi denariū pōdo trium, orcheos herbę denariorū pōdo octo, olei veteris cyathos duos,
aliter denariorū pōdo duum, aquę heminas duas. **C. Aliud.** Argenti spumę denariū pō-
do viginti quinque, cerę denariorū pōdo quinquaginta septem, adipis suilli denariū pōdo
triginta septem, myrthę denariorū pōdo duum, ouorum coctorum vitellos quatuor, alij cru-
dorū. **C. Medicamen virtus appellatum.** Strigmenti puri heminas duodecim, argenti spumę pō-
do minas tres, squamę denariorū pōdo sex, alij denariorū pōdo sexdecim, resinę colopho-
nię pōdo minas sex, alij denariū pōdo quinquaginta, cerę pōdo minā, quidam minas qua-
draginta quinque, marine aquę heminas tres.

Andromachi

Andromachi panacea. i. vniuersale remedium.

A Argenti spumę denariū pōdo centum quinquaginta, cerę denariū pōdo quadraginta, te-
rebinthine denariū pōdo quinquaginta trium, aquę marinę veteris heminas duas, strigmen-
ti heminas sex, squamę denariū pōdo sexdecim, ricini heminas duas, cerussę denariū pōdo
octoginta, guttę ammoniaci denariū pōdo viginti quatuor, seui vitulini denariū pōdo octo-
ginta, calcis viuę denariū viginti quatuor, aristolochię denariū pōdo viginti quinque. Coquito
vt didicisti. **C. Candidum Telephanis.** Argenti spumę denariū pōdo octoginta, cerussę dena-
riū pōdo centum viginti, myrthę denariū pōdo trium, obolos duos, sagapeni denariū pōdo
quinque, thuris denariū pōdo sex, obolos quatuor, olei heminas duas, & s. omnia simul incoquito.
Aliud, Cerę candidę pōdo libram, myrthę pōdo vnciam, thuris tantundem, medullę cer-
uinę pōdo vncias duas, adipis hyenę pōdo vncias duas, coagulę cerui vel hęcidi pōdo vncias
duas, nitri pōdo vncias duas, chalbani pōdo vnciam, guttę ammoniaci pōdo vncias quatuor,
argenti spumę libram. s. cerussę denariū pōdo sex, olei veteris heminam. s. marinę aquę tres
cyathos. Cauniace dicitur. Aliud, Argenti spumę denariū pōdo ducentorum, cerę dena-
riū pōdo quinquaginta duum, olei heminas tres, cerussę denariū pōdo octoginta, terebin-
thine denariū pōdo triginta duum, buccinorū cineris denariū pōdo decem, thuris dena-
riū pōdo nouemdecim, aquę sextarium. Aliud, Adipis suilli recentis denariū pōdo octo-
ginta octo, cerę candidę denariū pōdo quadraginta octo, cerussę denariū pōdo duodecim,
argenti spumę denariū pōdo duodecim. Facit ad herpetas, carbunculos, condylomata, rhaga-
das, phlegmonē prorsus arcet, vt Heras Cappadox meminit. In hoc igitur rectę fecit, quod non
simpliciter cerę scripserit, sed candidę adiecit. Nam sic fieri possit, vt vult, colore candidum.
Post hęc autem aliud commemorans, neq; cerę, neq; vini candorem apposuit, sed nos adiungere
oportet, si emplastrum candidum reddere statuimus. Porro compositio eius his verbis ab ipso
Andromacho tradita est. **C. Aliud ex vino, Publij.** Cadmię pōdo libram, vncias nouem, argen-
ti spumę pōdo libras duas, cerussę tantundem, vini gręci sextarios duos, rosacei pōdo libras
quinque, cerę pōdo libras tres, oua cruda numero duodecim, thuris pōdo vncias tres. Hęc in-
coquito. Candidorum emplastrorum coquendi rationes in priori commentario percensui,
simulq; methodum non coquendi modō, sed etiam eorum compositionis ostendi. Et fortasse ni-
hil amplius eiusmodi emplastrorum doctrinę adijciendum restat, sed quia hęc liber non solum
de carnis generantibus emplastris, quę quidem vt plurimum viridia sunt, verum etiam de glu-
tinantium, & epuloticorum omnium ratione egit, quę vlcera malignitate carentia cicatrice ob-
ducunt, quoniamq; melina ac gilua percurri, ideo candida quoq; emplastra, quorum in illo libro
mentionem nullam fecimus, in hoc producere visum est. Ceterum vt nihil præsentis commenta-
rio desit, non pigebit adijcere emplastra, quę ab ipsis cephalica, & catagmatica, id est capiti, fra-
cturisq; medentia nominantur, & magna vulnera, sinusq; glutinant: cum verō diluta fuerint, li-
namentis excipiuntur, & fiunt narcotica. i. carnem progignentia.

De catagmaticis & cephalicis. i. ad fracturas & caput accommodatis emplastris. CAP. 16.

Q Vi plurima ac optima pharmaca prodiderūt, (antea omnes nominatim citauimus.) genus
quoddam emplastrorum cephalicum & catagmaticum vocant, a caluarie fracturis potissi-
mum nomen eis imponentes. Sunt autem talia abstergendi, digerendi, & siccandi pote-
state prædita. Pleriq; paululum ex adstringentibus pharmacis eis admiscuerūt, idq; duplicis vsus
gratia sicut diximus, nempe vt id, quod affectis partibus influuit, repelleretur, et abstergentium fa-
cultatem in profundum vsq; deduceret. Porro docuimus nos antea, nisi adstringentia elaboren-
tur tritura, quoad vsq; in puluerem redigantur, noxam magis q̄ præsidium esse allatura ijs, quę tra-
hendū vim obtinent. At optimē elaborari ostendimus ea, si ex aceto acri læuia fiant. Itaq; huius-
modi pharmacorum seriem ab ijs, quę Asclepiades tradidit, iam auspicabimur.

De emplastris ad fracturas idoneis ab Asclepiade traditis.

CAP. 17.

P Rimum in tertio extrariorum medicamentorū his verbis perscripsit. **Nigrum Ariston. i. opti-**
imum catagmaticum. Hoc pharmaco vsus sum in fracturis ossium multorum, ita vt eorum
plura mouerentur ac innarent, omnesq; hortarentur innatantia illa ossa auferri. At hoc Aristū
id fecit, quod præter omnium opinionem est visum. Nam fluitantia & ab alijs ossibus separata
ita copulauit, vt alijs conferruinauerit. Hęc recipit, Argenti spumę, bituminis, singulorum
denariū pōdo ducentorum, picis aridę, cerę, singulorum denariū pōdo centum, resinę te-
rebinthine, denariū pōdo quinquaginta, aluminis scissilis, propoleos, singulorum denariū pon-
do triginta, guttę ammoniaci denariū pōdo viginti quatuor, æruginis denariū pōdo decem,
olei sextarios quatuor, præparato vt prædictum est. Alia præposito generi similia in eodem libro
Asclepiades conscripsit in hęc verba. **C. Aliud Pithionis ad fracturas quo Helenus vsus est.** Valet etiā
ad vulnera ex icu, cum exhibebis, spongia calida madefacta spleniū relaxare oportet. Nam me-
dicamentum validē glutinat, benefacit idem ad strumas & fistulas: in sinibus autē & fistulis sple-
nium excindere conuenit, hoc est in orificio, vt humor, qui excernitur locum habeat. Item simul
cum medicamento lauandum est, præparatur hoc pacto. Bituminis iudaici pōdo libras quinque
Quinta Classis. fffff vnc. iij.

Vnc. iij. picis brutiæ siccae pares portiones, resinae frictæ pondo libras octo, cere pondo libras qua-
 tuor, thuris libras quatuor, squamæ rubræ pondo libram vnc. iij. olei per æstatem pondo libram,
 hyeme pondo libram & s. acetii heminam. Quæ liquari possunt, liquefacito, thus & squamam ex
 aceto trita reliquis admisceto, attendens ne ebulliant, mouensq; in mortarium demittito, contu-
 fa & subacta excipito, ac vititor. In alio exemplari squamæ rubræ pondo libram. s. offendi. Lique-
 autem efficacius esse, quod copiosiore squamam receperit. *Moschionis pharmacum*, ad fractu-
 ras, recentia vulnera, & nervos præcisos confectum: item ad diuisa cum contusione, bene facit
 etiam fracturis cum vulnere. Etenim vulneribus succurrit, & ossa cum deligatura convenienti
 impositum ad callum perducit, nec minus incipientibus hydropicis, & testium contusionibus
 prodest, eminentias circa anum reprimat, & rhagadas butyro dilutum sanat, & faucium tumores,
 quos Græci bronchocelas appellant: dissoluit omnem duriciam, insuper valet ad luxatum & per-
 uersum articulamentum, itidem ad callosos excessus in manibus, pedibusq; quos clauos appella-
 mus, ita valet, vt sine exulceratione auferat. In summa pharmacum est longè utilissimū. Hoc mo-
 do conficitur. Argenti spumæ pondo minam, (Mina verò in hoc pharmaco habet denarios cen-
 tum, sexaginta.) picis denariū pōdo centum sexaginta, seui vitulini denariū pōdo centum sexa-
 ginta, resinae terebinthinæ denariū pōdo octoginta, mannae thuris denarium pōdo octoginta, F
 ceræ denariū pōdo quadraginta, æruginis denarium pōdo octo, opopanacis denarium pōdo
 octo, chalbanī denarium pōdo octo, olei cicini heminam, acetii tantūdem, liquoris sycamini he-
 minam, picis liquidæ heminae dimidium. Argenti spuma læuissima & cicinum oleum in vas ficti
 le æreum ue iniecta, & super ignem posita incoquantur. Posteaq; ebullierint, seuum & manna thur-
 ris adduntur, mouenturq; continue: cum coierint, pix, cera, resina admiscuntur, & coctis quoad
 vsq; non polluant, chalbanum aspergitur, deinde ærugo, & opopanax ex aceto resoluta: liquor
 verò siccomori, & pix liquida in alterum vas transfusa coquantur, vbi coierint, priorum pharmaco
 admiscuntur, rursusq; supra ignem posita, vsq; dum non inquinant, coquantur, & in vinum de-
 mersa relinquuntur triduum, inde subactis vitimur in linteolum illinentes. Oportet autem post
 medicamenti impositionem vitam resperfam vino exprimere, & tunc pharmaco circumdare.
 Quemadmodum verò Lucius præceptor noster preparauit, ita habet. Adeps & oleum prius li-
 quantur, vbi dissoluta fuerint, manna thuris læuissima, & argenti spuma inspergitur. His in vnum
 coactis sequentia facimus. Atq; tum in hoc pharmaco, tum in eo, quod proximè subscribitur, mi-
 nam denarijs centum sexaginta valere ait. Vnde clarum est Alexandriae minam ipsū intellige-
 re, quæ vncias viginti pendet, & singulæ vnciæ denarios octo habent. Sic enim accidet minam G
 centum sexaginta denarios continere. *Aliud Claudij Philoxeni apelum* (forte quasi hiulcis conueniens)
 inscriptum, ad cruenta, & fracturas, facit etiam ad prædicta vitia. Argenti spumæ mina, quæ valet drach-
 mas centum sexaginta, seui vitulini drach. centum sexaginta, thuris drach. octoginta, opopanacis,
 resinae terebinthinæ drach. lxxx. ceræ drach. xl. æruginis, aluminis scissilis, chryfocollæ, chalbanī,
 singulorum drach. xij. olei cicini heminam, acetii quantum sit satis. Postremum thus, & ærugine,
 & opopanaxem, & alumen, & chryfocollam, & id genus reliqua prius aceto dissoluta & curiose
 læuigata inijcitur. In alia scriptura sic habet, Argenti spumæ drach. centum sexaginta, picis drach.
 centum sexaginta, seui vitulini drach. centum sexaginta, resinae terebinthinæ drach. octoginta,
 mannae thuris drach. octoginta, ceræ drach. quadraginta, opopanacis, æruginis rafa, vtriusque
 drach. sexdecim, chryfocollæ, aluminis scissilis vtriusq; drach. duodecim, guttæ ammoniaci drach.
 sex, ciceos heminam, acetii tantūdem, vt catagmatica componito. *Oenanthe catagmaticum ac-*
commodatum, pharmacum ad idem. Argenti spumæ denarium pōdo centum sexaginta, picis vinarie
 denarium pōdo centum sexaginta, hanc ex Italicis dolijs defluentem capimus, resinae terebin-
 thinæ denarium pōdo octoginta, thuris denarium pōdo octoginta, seui vitulini elaborati dena-
 rium pōdo octoginta, medullæ ceruinæ elaboratæ denarium pōdo octoginta, ceræ denarium H
 pōdo. xxxix. oenanthæ siccae, symphyti radicis, centaurij comæ, singulorum pōdo libram, eru-
 ginis rafe, opopanacis, singulorum denarium pōdo octo, papaueris succi, myrrhæ, aloes, chalba-
 ni, singulorum denariū pōdo octo, acetii heminas tres, olei cicini heminam. Symphyton, oenan-
 the, centaurion, non minutim contusa, ac in acetum iniecta ad tertias coquimus, & humore ex
 presso ad pharmaci confecturam vitimur. Prodest medicamentum etiam podagricis. Alibi sic scri-
 ptum est. Argenti spumæ, picis vinarie, singulorum denarium pōdo centum sexaginta, medul-
 læ ceruinæ, resine terebinthinæ, seui vitulini, thuris, symphyti radicis, succi sycamini, singulorum
 denarium pōdo octoginta, oenanthæ aridæ, centaurij, singulorum pōdo, ceræ denarium pōdo
 quadraginta, æruginis, opopanacis, styracis, papaueris succi, mandragoræ succi, myrrhæ, aloes,
 chalbanī, chryfocollæ, aluminis scissilis, singulorum denarium pōdo duodecim, acetii sextarios tres,
 olei cicini libram. Præparato quemadmodum prædiximus, & in vinum italicum demergito, vt in
 catagmatico Moschionis fecimus.

De emplastris, quæ proprie cephalica nominantur. C. A. P. 18.

Capitis fracturarum, quæ ad crassè membranæ duplicaturam vsq; peruenere, emplastra ce-
 phalica dici consueuerunt. Eorum virtus est, vt ossiū squamas sursum attrahant ac in pristini-
 um

Anum locum reuocent, & fragmenta tum in capite tum in alijs corporis ossibus educant. Non nul-
 li communi genere hæc etiam vocant catagmatica, proprie verò nuncupatis fortiora sunt. Siqui-
 dem catagmatica ab eis dicta purgandi, siccandiq; facultatem habet: hæc autem acrimoniā etiam
 quandam sortita sunt, vt ex alto in superficiē extimam non ossa modò, sed his multò magis quoq;
 humorem crassum aliqueum, & viscosum, vel omnino deprauatum attrahant. Meminit huiusmo-
 di emplastrorum Asclepiades in tertio libro de exteriorum medicamentis, quæ sanè in quarto hu-
 ius operis libro tractamus. Quoniam verò ad cacoethe vlcera, & chironia quædam ipsorum con-
 uenire dixit, tum q; ad Deileontem autorem refert cephalicum, tum hoc sequens ex nigro viride
 cephalicum, tum post hæc Philotæ cephalicum, tum deinde Ilin, quod & ipsum cephalicum ap-
 pellant, aliaq; non nulla huiusmodi, huius generis esse putandum est: ideo nunc quoq; ipsa non ap-
 posui, sed ad catagmatica & cephalica ab alijs medicis memoriæ mandata transgrediar, vbi gene-
 ralem vtriusq; potentiam exposuerim. Quæ verò & antea, & in hoc libro protulimus, & in ope-
 re de simplicium medicamentorum facultate, in memoriā reducentes cognoscere vos expedit,
 cephalica catagmaticis esse valentiora, eoq; cum cerato carnem producere natura sunt apta: Qua
 propter & sarcoticis alio quodammodo genere similia sunt. Nam vbi ex cerato vim remiserint,
B sarcotica fiunt, quæ linamentis excipiuntur, adiectione videlicet interm oleo, aliàs rosaceo, non nunq;
 alio quodam huiusmodi.

De quibus Heras catagmaticis & cephalicis scripsit. C. A. P. 19.

Primum id genus emplastrorum Ilin vocatum Heras scripsit, medicamentum ad fatis multa
 idoneum, deinde quod ex herbis appellant, quod & ipsum multiplicis esse vsus attestatur id,
 nempe q; cephalicum existat. Quin & quod confectum ex scylla scriptum deinceps est, cum mul-
 ti satis vsus pharmacum existat, idem pollicetur. Insuper post hæc omnia aliud emplastrum mani-
 festò his verbis exposuit. *Aliud cephalicū*. Ad capitis fracturas facit, ossa facilem reducit, & squa-
 mas separat, reliquaq; omnia facit, quæ & ante ipsum passillus. Squamæ aris rubri denarium
 pōdo. xxv. aluminis denarium pōdo viginti, aristolochiæ dactylitidis denariū pōdo viginti,
 guttæ ammoniaci denariū pōdo viginti quinque, thuris denarium pōdo viginti quinque, myrrhæ
 denarium pōdo duodecim, seui taupini pōdo libras quatuor, ceræ libras quatuor, terebinthinæ
 pōdo libras. iij. pityinæ siccae pōdo libras quatuor, olei heminam, acetii quantum satis est. Sic-
 ca ad læuorem terito, quot sufficiat, diebus sub æstu caniculæ: ammoniacum madefactum prius
 aceto infundito, demum quæ liquari possunt rafa, ac in vnum coactis vititor. In quibusdam exem-
Cplaribus adscriptum est, olei veteris. At cum hoc ipsum emplastrum dixerit efficere, quæ & ante
 ipsum passillus, visum mihi est illius quoq; compositionem subscribere, quæ secundum Heræ
 ipsius verba ita habet. *Pastillus cephalicus triplici mistura constans*. Facit ad capitis fracturas, item
 ad phymata, fistulas, podagras, callos, coxædices. Terræ erithriadis pōdo minas duodecim, squa-
 mæ aris rubri pōdo minas quatuor, sychtyocollæ ponticæ pōdo minas quatuor. Erithria & squa-
 ma seorsum teruntur, deinde simul acetum acre affunditur, vt mellis crassitudinem habeant, &
 læuigantur, reliccatæ acetum rursus admouetur, hoc fit diebus viginti sub caniculæ æstibus: post
 sychtyocolla ex acetii hemina confringitur, & lento igne liquatur, mox terra squamaq; addit, quæ
 in vas aris rubri coniecta soli octo diebus exponuntur, bis quotidie mouentur, donec coierint:
 post hæc exempta paulatim in mortario conteruntur aceto affuso, vsquedum confiterint: inde
 passilli finguntur, & collyria, tum longitudine, tum crassitie inæqualia, & refrigerata reponun-
 tur. In vsu ad vnam medicamenti partem ex aceto læuissimam factam tres cerati rosacei portio-
 nes admisceto, vititor platysmate primū, mox splenio in capitis fractura, desuper lanis succidis
 ex aceto adiectis. Porro collyrio fistulis imposito, splenium ex hoc cum cerato superdandū est.
Aliud eiusdem ad multa valens. Posuit aliud quoq; multiplicis vsus emplastrū ad fracturas quoq;
Dconueniens, de quo sic ad verbū inquit: Emplastrū ad fracturas artuū cū vulnere, & sine vulnere,
 item ad malè curata, & sinus. Picis aridæ pōdo minā, argenti spumæ tantūdem, mānæ, † eius di-
 midium, seui vitulini pōdo minam, ceræ tyrrhenicæ pōdo minas quatuor, opopanacis dena-
 rium pōdo octo, æruginis rafe pōdo minas sexdecim, aris cyprii decimam sextam minæ por-
 tionem, chalbanī denarij pōdo vnus, terebinthinæ minæ dimidium, ricini, vel olei veteris hemi-
 nam, acetii hemina dimidium. Argenti spumam, oleum & seuum lento igne incoquito, vbi colo-
 rem mutauerint, picem, resinam, chalbanum adijcitur: postea coquito donec coeant: & tunc sub-
 tracto igne sinens paululum refrigerari, mannam, mox opopanaxem, & æruginem ex aceto tri-
 tam in ollam fundito, ac vbi tantillum incoxeris, dum bene habet, tollito. Vitimur facultate, frigi-
 dam affundentes æstate, hyeme gelu adimentis. Cæterum vbi medicamentum tenerius facere
 animus est, vel vt os maturius abicadat, medulla cerui ipsū diluimus. Iam verò in hoc pharma-
 co Heras minam sexdecim vnciarum esse velle planè ostenditur, aliàs enim decimam sextam mi-
 næ partem non scripsisset. *Aliud*. Huic deinceps aliud ad eadem hisce verbis Heras subdidit,
Emplastrum phlegmonas arcens. Ad puncturas neruorum, ac fracturas, item in contorsione tali, vel genu: discutit hu-
 mores incoctos circa genua summè se attollentes, præsertim si partes affectæ duobus vel tribus

Quinta Classis. fffff ij diebus

*A.P. ii.
† A.P. in libro
Hære reperitur
mina vna.

† A.P. pōdo
minam.

† A.P. heminas

diebus ante, erui farina oxymelite madefacta illita sint. Summatim ad omnem conuulsionem, & E rupturam valet, nam mirificè phlegmonè arcet. Argenti spumæ denarium pondo viginti quinque, bituminis aridi denariū pondo centum, picis aridæ denariū pondo quinquaginta, ceræ denarium pondo quinquaginta, resinæ pityinæ denarium pondo viginti quinque, guttæ ammoniaci denariū pondo quindecim, aluminis fissi denariū pondo quindecim, æruginis denarium pondo quindecim, propoleos denarium pondo quindecim, olei veteris libras tres. Argenti spuma cum oleo coquitur, & vbi confluere cœperint, bitumen adijcitur, vsq; dum prè bè liquefactum fuerit incoquitur, (liquatur enim pedetentim.) dein pix, postea resina, cera, ammoniacum, propolis adduntur, singula autem adhibe contorquendo, ignemq; subtrahendo, quibus sic spissatis, vt non amplius inquinent, æruginem, ac scissile alumen adiungito: tum feruore remisso, in ollam, in qua frigida sit, transfundito. Hoc, postquam fractura reliqua callum cepit frustulis pluribus innatantibus, vsi sumus, idq; paucis diebus eò rem perduxit, vt callus etiam dum frustula comprehenderet. Valdè est in multis vsui. Inde aliud quoq; deinceps eiusdem generis cum prædictis emplastris in hūc modum Heras recensuit. **Emplastrum ad fracturas, & ad hydropicos.** Picis aridæ pondo minam, picis liquidæ hemina dimidium, liquoris sycomorî heminam, argenti spumæ pondo minam, thuris pondo minam, chalbanî denarium pondo octo, terebinthinæ minæ dimidium, adipis vitulinæ **F** pondo minam, ceræ pondo minam, opopanacis denariū pondo octo, æruginis rasæ denariū pondo octo, ricini non adulterati heminas quatuor, aceti acris heminam. Argenti spuma, & thus cum ricino, & seuo leniter incoquantur, deinde pix adijcitur, cera, resina, chalbanum purgatū & pauco aceto dilutum. Reliqui aceti tertia pars ærugini, duæ opopanaci admiscuntur, & hæc immittuntur. In alia autem ollula picis liquidæ, sycomorî, & ricini liquoris pars octaua, ne ærugo densetur: deinde mediocriter coquantur, vt vnitas fiat, cum bene vnita videbuntur, in vino reponitur pharmacum. Hoc multis hydropicis succurrimus, inijcientes ipsum, ac moroso minus victu regentes, solumq; vt bene concoquerent, prouidentes. Cum verò profecisse se multum ægri sentiunt, descendimus ad emplastrum ei subiunctum, quod ex salibus dicitur.

Catagmaticum Andromachi.

CAP. 20.

Primum Catagmaticum Andromachus ita scripsit. **Catagmaticum, quo continet vror.** Argenti spumæ pondo minam, picis pondo minam, ceræ pondo minam, seui taurini pondo minam, thuris pondo minam, picis liquidæ hemina dimidium, liquoris sycamini heminam, terebinthinæ pondo minam, opopanacis denariū pondo octo, chalbanî, denariū pondo octo, æruginis denarium pondo octo, ricini heminam. Non nulli etiam butyri pondo minam addunt, guttæ **G** ammoniaci denarium pondo viginti quinque, ex vino austero diluitur. Mox post hoc aliud hæc sententia scribit. **Aliud catagmaticum** Argenti spumæ pondo minam, ceræ minæ dimidium, alij quartam partem, picis pondo minam, terebinthinæ pondo minam, seui vitulini pondo minam, opopanacis denarium pondo octo, æruginis denariū pondo octo, chalbanî denariū pondo octo, alij sex, ricini heminam, aceti tantundem, Gallus iniecit scissilis denarium pondo duodecim, chrysocollæ denarium pondo duodecim. Aliud superioribus catagmaticum hoc modo Andromachus subneçit. **Nigrum catagmaticum.** Argenti spumæ denarium pondo ducentorum, bituminis denarium pondo ducentorum, picis denarium pondo centum, ceræ denariū pondo centum, scissilis denariū pondo triginta, propoleos denariū pondo triginta, terebinthinæ denariū pondo quinquaginta, guttæ ammoniaci denariū pondo viginti quatuor, æruginis rasæ denarium pondo decem, olei sextar. iij. alij duos adijciunt. Veteres etiam lapidis pyritæ denariū pondo sexaginta. Hæc igitur ab Andromacho ordine scripta sunt, seorsim verò inter viridia postremum emplastrum quoddam his verbis expressum inuenio. **Aliud viride cephalicum ex collectaneis Aphrodæ.** Squamæ denarium pondo quadraginta, terræ erethriadis denariū pondo viginti, aristolochiæ denarium pondo triginta, ichtyocollæ denariū pondo sexdecim, salis ammoniaci denarium pondo **H** duodecim, misyos denarium pondo duodecim, myrrhæ denarium pondo duodecim, thuris denarium pondo triginta sex, æris vsti denarium pondo sexdecim, aluminis fissi denariū pondo duodecim, rotundi denarium pondo sexdecim, bryoniæ denariū pondo duodecim, chamaeleontis nigri denarium pondo duodecim, resinæ vstæ denarium pondo octodecim, guttæ ammoniaci denarium pondo octodecim, argenti spumæ denarium pondo duodecim, illyrii denariū pondo duodecim, chalcanti denarium pondo duodecim, fellis taurini tres cyathos, aceti congiūm. Sub caniculæ æstu pastillos fingito, qui singuli denarios quatuor pendant, ceræ quartam partem misce, aceti heminas sex, olei tantundem.

De Emplastris glutinantibus.

CAP. 21.

Quidam hæc sanguinaria & vulneraria, id est cruentis & vulneribus adhibenda nuncupant. Opus eorum est coniungere diuisas partes, & conglutinare, vt in pristinam vnitatem particula reducatur. Verum non modò cruenta protinus glutinantur, vbi sanguinem ex diuisione profluentem adhuc spongia deterferimus, deinde futuris aut fibulis coarctauerimus: sed etiam sinus veteres, cum ab omni inflammatione immunes, & puros medicamentis appositis effecerimus, committuntur, coeuntq;. Dicitur est in Therapeutices methodi libris medicamentum

* Af. xx.
* Af. xx.

* Af. legitur, & ΑΑω ευρω της αρωεπου, id est in alio inueni sulfuris ignem non experti.
* Af. hemina dimidium.

A medicamentum primariò, atq; ex sese, sordis deterforium appellari, secundaria verò ratione carnem producens & glutinans. Non enim tanquam ipsum carnem generet aut vniat, neq; tanquã hæc naturæ solius opera non sint, sed quòd talibus impositis medicamentis vlcera carne replentur ac coeunt, appellationem hanc sortita sunt. Opus ipsorum proprium est affectam partem recrementis vacuare, ne videlicet sanies carnis generationem, glutinationemq; impediât. Indicatū porrò est glutinatoria carne expletibus esse sicciora, item quæ carne explet detergendi vim omnis morfus expertem referre. Glutinantibus autem non absterforijs profus, verum desiccantibus solum esse licet. At cum cicatricem quoq; ducentia pharmaca multò his, (præterquã q; abudè adstringunt,) sicciora sint, statuamus demum & quæ glutinant & quæ coniungunt, moderatius istis exicare. Finis autem glutinantium est nullam inter coitura subnasci humiditatem permittere. Cicatricem verò contrahentium non hæc tantum impedire, sed etiam num cõsistentem in ijs, quæ mox cicatricem ducent, consumere, adhæc callum obducere, & adstringendo indurare. Quæ carne implent, sanguinem ad refectionem idoneum, tum pro quantitate tum pro qualitate tuentur, ac tantum talemq;, quanto natura & quali ad carnis generationem indiget. Caterum mordicationis profus experts medicamen purum vlcus seruat, si quidem tale acceperit: si verò sordidū, **B** necesse est tantum pro sua ipsius potestate detergens sit, quantum crassitudinis sordes habuerit, quin etiam carnem recens iunctam morderi & exedere debeat. Vnde palam colligitur id, cum tale existat, vlceri carnem nõ esse inducturum, nec cauitatem carnis repleturum, sed quòd potius colliquabit imminuetq;. Atq; huius rei causa medicamentum, quod sordibus copiosis repurgandis est, quo de antea dixi, non semper carnem potest gignere, nisi vel ex vberiore oleo, vel rosaceo liquatum, sicut quod oleofum & quod ex charta inscribitur, deterforionis vehementiam remittat, vel ex cerati mistura mordicationem deponat. Huiusmodi sunt plures multiplicis vsus medicamenta, quemadmodum Machæronis emplastrum, & Iliis. Scopus igitur singulorum id genus in Therapeutica methodi libris declaratus est, simplex facultatum materia in alio opere priori, cõposita in præsentia tractatur. Ac primùm sanè in eo meminisse oportet naturæ corporum, quæ cõranda susceperis. Nam humida, eoq; mollia, quemadmodum mulierum, puerorum, eunuchorū, & qui muliebriter degunt, imbecillioribus medicamentis indigent: virorum corpora, potissimū qui ex virilibus munijs & sole durunt corporis habitum conciliarunt, ab imbecillibus nihil præsidij sentiunt. Quapropter nec glutinantia vtrorūq; corporum communia sunt, sed quæ ex argenti spuma, oleo, & aceto præparantur (in priori libro de ipsis egimus,) imbecillam mollemq; carnem glutinant. Quæ bitumine, ærugine, squama, aloë, & myrrha constant, robustam & duram. Itaq; bitumen ipsum per se in harum virtutum scopo continetur. At nulla ratione solum ex oleo liquatū vsurpare poteris, vt quod friabilius sit, q̃ medicamento emplastri forma faciendo conueniat. Vt igitur emplastrum fiat, ceram & resinam ei admiscemus, à quibus denuò virtutem eius solutã iri scientes, interdum æs, vel eius squamam, sæpe aloen vel myrrham, vel in summa siccans aliquod medicamentum non ineptè adijcimus.

Ex bitumine Barbara.

CAP. 22.

Prima hic quoq; ab Andromacho scripta apponam ipsis illius verbis.

Barbara Andromachi.

Barbarum, quo vror. Ceræ, picis, resinæ, bituminis, singulorum denarium pondo ducentorum thuris drach. viginti quatuor, olei heminam. Aliud, Picis pondo lib. ij. bituminis, ceræ, singulorum pondo libram, guttæ ammoniaci, manna, singulorum pondo vnc. sex, cerussæ pondo vnc. iij. olei hemina dimidium, aceti heminas quatuor, hoc Aphrodas admiratus est. **Aliud nigrum.** Picis aridæ, resinæ aridæ, bituminis, singulorum pondo libram, cerussæ pondo vnc. vi. manna, atramenti futuri, æruginis rasæ, singulorum pondo vnc. iij. olei hemina dimidium, aceti tantundem. **D** **Aliud ex emplastris Galli.** Seuî caprini denarium pondo triginta, æruginis denarium pondo octo, ceræ denarium pondo quinquaginta, aristolochiæ, bituminis, picis, singulorum denarium pondo viginti quinque, guttæ ammoniaci denarium pondo duodecim, chalbanî denarium pondo duodecim. s. silphij denarium pondo octo, mænæ denariū pondo duodecim, preparato. **Aliud, quod inuictum dicitur.** Ceræ denarium pondo centum, seui taurini denariū pondo triginta, bituminis denariū pondo viginti quinque, picis denariū pondo viginti quinque, terebinthinæ denarium pondo viginti quinque, niri denariū pondo viginti duu. s. aristolochiæ denariū pondo duodecim, chalbanî denariū pondo octo, myrrhæ denariū pondo octodecim, thuris denariū pondo duodecim, s. ammoniaci denarium pondo octo, amomi drach. octo, cardamomi denarium pondo duodecim, opopanacis denarium pondo octo, medullæ ceruinæ denarium pondo quindecim, æruginis denarium pondo duodecim, aloes denariū pondo octo, bdelliij denariū pondo sexdecim, olei heminas duas. Ego verò adieci propoleos denarium pondo duodecim. **Aliud, quod cruentis vulneribus imponitur, Iuliani.** Argenti spumæ, bituminis, ceræ, picis brutiæ, singulorum denarium pondo quinquaginta, resinæ frictæ denarium pondo quindecim, eris squamæ denarium pondo duodecim, thuris denariū pondo quatuordecim, chalbanî denarium pondo octo, chalcitidis denariū pondo quatuor, aloes denarium pondo sex, gallæ denariū pondo quatuor, myrrhæ denarium pondo Quinta Classis. fffff iij quatuor,

non conuenit
leniber sal
tere ridum

quatuor, aristolochiæ longe denarium pondo sex, aristolochiæ rotundæ denarium pondo quatuor, E olei veteris heminas quatuor, nos olei heminas tres.

Barbara Hera.

Quod Heras conscripsit barbarum, sic habet. **C** Nigrum emplastrum. Ad cruenta vulnera, ad diuisiones notatu dignas, maxime capitis, ad fistulas, sinus, fracturas. Conuenit etiam hepaticis, & lienosis, citra inflammationem glutinat, benefacit etiam neruis, cartilaginibus, & ossibus præcis. Cohibet etiam mirifice sanguinem erumpentem. Insuper valet ad tubos & sinus, glutinat enim insigniter. Item in abscessibus humore ablato hoc imponitur. Est etiam ad sanguinem cohibendum præstantissimū, præsertim in ijs, qui sanguinē reijciunt: duas verò in pelles illinito, & vnam pectori & lateribus imposito, alteram dorso, præter opinionem sanguinem sistit, valet insuper ad canum hominumque morsus, in totum phlegmonem arceat. Idem ea, quæ vulneribus adhibentur, superat, vt experientia indicauit. Hyeme diebus septem soluitur, per æstatem quinque, si vero necessitas vrgeat, tribus. Cera, picis, bituminis, pityinæ, singulorum pondo libram, mannae pondo vncias sex, cerussæ pondo vncias quatuor, chalcanthi pondo vncias quatuor, opopanax pondo vnc. ij, olei semini, alij selibram, aceti heminas duas. Ceram, bitumen, oleum, acetum paululum relinquens, in olla recenti liquato, deinde picem & resinam adijcito, in minima frusta diligenter concidito. Vbi semicoctum fuerit, tollito ollam, & aliquandiu refrigerato, atramentum futorium percolatum, leuigatumque ex duabus aceti heminis paulatim inspergito, ne effuerescat: quando autem effundis, leuiter ignem subministrato mouens, cum non inquinat, cacabum depolito, opopanax in reliqui aceti parte pridie madefactum infundito, vt dissoluatur: mox cerusam mannamque vnâ pariter trita inspergito, & paululum tepescens, vt in vnum coeant, obserua ne opopanax, & manna adurantur: resusa in mortarium ibi refrigerari finito, ac rursus subacta reponito, atque vitior. Porro manifestum est etiam alia barbara, quæ tum Andromachus, tum reliqui tradiderunt, eodem modo confici oportere. Quidam opopanax cacabo non iniiciunt, sed læu ex aceto facta liquata in mortario superfundunt. Cum eo non nulli miscent mannam & cerusam, quemadmodum ego quoque sæpius feci in mortario terens ex aceto, & quæ liquari possunt, liquefacta infundens. Subinde verò atramentum futorium duntaxat cum opopanax leue factum cacabo indidi, mannam cerusamque inspergens. **C** Aliud barbarum, Hera. Heras soli huic præscripsit, barbarum, ego verò antecedens etiam similiter appellauit, etiam nigrum ab ipso nuncupatum: quoniam plerique ex recentioribus medicis emplastra ex bitumine, barbara nominare consueverunt. Heras de ipso sic ad verbum. **C** Barbarum ad recentia vulnera, sinus, canum hominumque morsus, condylomata, inflammata, ad articularum vitia omnia in principio, & podagram. Cera, picis, resina, bituminis iudaici, singulorum pondo minam, argenti spumæ denarium pondo decem, cerussæ denarium pondo quinque, æruginis denarium pondo. v. j. opopanax denarium pondo quatuor, olei heminam, aceti cyathum. Cera, pix, bitumen, resina incoquuntur, donec illiquata fuerint. De inde reliqua ex oleo trita iniiciuntur. His ablatis ab igne, & aliquantulum refrigeratis acetum paulatim instillatur. Talis sanè barbarorum emplastrorum formula est. Ego vbi paucis exposuero quomodo ipse vtar, sermonem de eis finiam. Sunt autem duo, vnum ad maxima vulnera, alterum ad minora. Quod itaque ad maxima adhibetur, hæc recipit.

Barbarum Galeni.

Picis pondo libras octo, cere pondo libras sex & vncias octo, pityinæ pondo libras quinque & vncias quatuor, bituminis pondo libras quatuor, olei pondo libram & vncias sex, argenti spumæ, cerussæ, æruginis, singulorum denarium pondo viginti quatuor, thuris pondo selibram, aluminis liquidum denarium pondo duodecim, fissi pondo vncias quatuor, opopanax, squamæ, chalbanii, singulorum denarium pondo duodecim, aloes, opij, myrrha, singulorum denarium pondo quatuor, terebinthinæ pondo vncias viginti quatuor, mandragoræ succi denarium pondo sex, aceti heminas sex, quæ valent libras quinque. **C** Simplicioris Barbari symmetria est talis. Picis, cere, resinae pityinæ, resinæ frictæ, bituminis, horum quinque, singulorum pondo libram, argenti spumæ denarium pondo decem, cerussæ denarium pondo quinque, æruginis denarium pondo quinque, opopanax denarium pondo trium, olei hyeme pondo vncias nouem, æstate pondo vncias sex. Quæ liquari possunt, siccis in mortario aceto acti leuigatis affunduntur. Quod si sedando dolori aptius volles medicamentum reddere, hyoscyami succi denarij pondo vnius. s. ite opij tantundem admisceto.

*A.P. semini

*A.P. hemini.

De medicamentis, quæ ad vulneratos, punctos, confusos, ac quocumque pacto affectos neruos adhibentur.

De vulneribus neruorum.

CAP. I.



Ethec amici cōmentaria vobis paro, qui iam ex ipsis medicinæ operibus comperitis, quæ efficax sit nostra neruorum vulneratorum curatio, nempe ex qua oēs seruati sint, non autem manci, nec claudi redditi, quæ aliter curatis accidere cōspexistis, quem admodum etiam non nullos conuulsione correptos, vel cum dolore, vel putredine, vel febre mortuos. Par autem est hocce libros ad aliorum quoque manus peruenturos, qui scriptis bene vti non possunt, vel quia a præceptore medicæ artis speculationem non didicerunt, sed omnino rudes, quasi vix initiati & prorsus in exercitatu permanent, aut quia perperam edocti, adheferunt ijs, qui cōposita medicamenta solo vsu citra rationem esse inuenta asserunt. Etenim si manifesto contentione sua errant. Altero modo non minus prædictis errant ijs, qui nullum pharmacum ex simplicibus facultate contrarijs confici oportere arbitratur. Verum hos medicamenta superiore libro citata coarguunt, vt quæ magnas ipsorum vires ex contrarijs inuicem simplicibus compositis ostentent, immo etiam in libris hunc subsecutus præstantissima pharmaca ex contrarijs virtutibus composita indicabuntur. Nunc de nostra curandi ratione, quam in neruorum vulneribus excogitauimus, toto hoc libro differemus, ostendentes quantam eiusdem facultatis medicaminum copiam, tum ex generalis sanandi scopi indeptione, tum ex simplicium virtutis cognitione inuenerimus.

Quis communis vulneratorum neruorum curationis modus, & quæ medicamenta specialia. CAP. 2.

Spectauimus omnes præceptores præsidio, quod iam recentiores medici sanguinarium, seu scruentis opitulans, (Græcis enaimon dicitur,) & glutinatorium appellare solent, vti. Nam initio medicamentum aliquod ex enemis imponentes, vulneris oras cōmittere seu glutinare moliebantur. Si vero phlegmone eas obsederat, calida aqua liberaliter fouebant oleum affundentes, ac tritici farinam ex hydrelæo decoctam, epiplasma applicabant. Quin etiam gladiatores in patella vulneratos, supraque hanc in lato tenuisque tendine, pari modo ab ipsis curatos vidi, forsan melius dicas non curatos, sed perditos. Paucissimi enim illorum, & ijs claudi superuixerunt. Et verò etiā permultos in manu summa tendones, per quos digiti flectuntur extendunturque, vel confusos, vel minimo punctu læsos, putrescentes adeo conspexi, vt coctis præsertim diutius in aqua similes apparerent. Non enim secus exoluuntur, & consistentia emollescunt, qui superiorem sanandi modum experiuntur. Itaque ipsum reprobaui, vt qui partem vulneratam putrefaceret. Quoniã verò putrescentia omnia ab humiditate ac caliditate id pati prenoscebam, curationem per siccantia refrigerantiaque moliendam esse deprendi. Rursum apud me contemplatus frigidum verè ab Hippocrate neruis inimicum dici, optimum fore neruorum vulneribus medicamentum intellexi, quod & siccaret, & inter calidum esset ac frigidum, vel non multum a medio ad calorem recederet, calidum verò etiam esse satis posse, modo siccandi potestate polleat. Etenim calor citra humiditatem putrefacere nihil habet. Insuper illud quoque cum cogitatio adinuenissem multum referre, nudæ parti affectæ medicamentum offeras, an per alia corpora ei præposita, conuenire aduerti alijs in nudato neruo vti pharmacis, alijs cum punctus fuerit, partibus, quæ ipsi præiacet, illæsis. Vbi etenim nudo neruo medicamentum adferas, ibi prædictam auxiliorum integrã indicationem assumi cōuenit: præpositis autem partibus saluis, tenuius pharmacum inueniendum est, cuius virtus interiacentes particulas permeando non dissoluatur, sed in altum penetret. Hoc autem efficere tale pharmacum posse, si validè siccet, & si non calore & frigiditate medium sit ac symmetron, neque offendere, dum efficacia ipsius calefaciendi vel refrigerandi in particulis, quæ neruoso corpori præpositæ sunt, penetrandis imbecillior est reddita. Atqui inuento iam præsidiorum scopo in substantiæ eorum tenuitate, deinceps materiæ mentionem facere oportet. Plurima igitur, quæ calefaciunt, tenuiorum esse partium, permulta rursus, quæ refrigerant, crassiorum in simplicium medicamentorum speculatione didicimus. Quippe vna solum inter ea qualitas acidum tenui substantia non nunquam fit, eoque inter omnia, quæ refrigerandi vim obtinent, tenuiorum partium acetum est accerrimum, quod etiam caloris exigui particeps esse demonstrauimus. Calefacientium verò liquores prohi tenuissimam habent substantiam, & apud omnes iam homi-

Quinta Classis.

fffff iij nes

nes cyrenæus primas tenere cognoscitur, qui si non adlit, etiam medico utimur, & ijs, quæ cum E
 ipsis ab orientibus plagis afferuntur, cuiusmodi est, quod sagapenum appellamus. Hoc genere
 comprehenditur & liquor euphorbij in occidentis orbis regionibus natus, siue liquorem ipsum,
 siue aliud quid nominare velis, nobis in toto commentario euphorbium hoc medicamentum vo
 care sufficit, quemadmodum iam omnes consueverunt. Quinimmo & inter ea, quæ in nostra
 regione proueniunt, & panacis, & thymallorum liquores subtili facultate præditi sunt. Et verò
 etiam omnes nominati liquores generose calefaciunt, opobalsami verò, qui subtilis & ipse est, nõ
 admodum calefacit. Ex terrestribus autem nitri spuma tenuem substantiam habet, item quod ex
 aqua facile soluitur aphronitrum, si ad corpora terrestria videlicet relationem fieri inaudiamus.
 Subsequitur nitrum nomine berenicium, & asia petra, cuius flos etiam omnium terrestrium est
 subtilissimus. Porro ex metallis auripigmentum & sulfur, tum subtilia, tum calida sunt, quibus suc
 cedit misy, æris squama, & chalcitis, paululum simul adstringentia. Quare vsta quoque chalciti
 de frequenter in subtiliorum medicamentorum compositionibus utimur. Citra calorem verò
 manifestum tenuium partium metallica sunt spodium & pompholyx, adde quod vocatur pfori
 cum, subtilis abunde est & chrysocolla. Cæterum inter succos laurinum simul cum eo q̄ valide
 calefacit vt ad sensum, tenuem eē dicimus. Nihil enim minus eo calefacit facultate cedrinus, ca
 lore tamen qui sensibus subicitur, propter substantiæ suæ tenuitatem, illi cedit. Eiusdem cum
 cedrino generis est lixiuua, quæ stacte, id est stillatitia dicitur, atque inter hanc ipsam, ea quæ ex
 materia subtili vsta fit, cedrinum oleum virtute superat. Ex malo igitur & ficu, eaq̄ magis agre
 sti, quam vocant caprificum, item ex thymallis combustis huiusmodi lixiuiam conficimus. Pre
 stantissimus est ex thymallis, qui characias nuncupatur. Cæterum ex seminibus frumētarijs, vt
 nominant, subtilissimum est eruum, sine insigni calefacendi potestate: lolium verò cum insigni,
 hordeum nequaquā calefacit. Mediam inter ea materiam obtinent, qualitatibus amara, quæ multū
 tenuibus substantia cedunt, crassi licet nihil habentia. Non nulla ipsorum à medijs tantum decli
 narunt, alia ad calorem, alia ad frigiditatem, quorum omnium materias in opere de simplicibus
 medicamentis executus sum, quemadmodum etiam omnium nucū, (Græcis acrodrya dicuntur,) G
 in quarum numero sunt amygdalæ amaræ & pistacia. At stirpium materia in præsentia non me
 mini, redire enim ad principium cogito, atq̄ exponere quando, quoq̄ modo singula per rationē
 nobis inuenta usurpauerimus. Hinc enim puto bonæ indolis iuuenes incitatum iri, vt medica
 mentorum materiam cognoscant ipsimet inspicientes, non semel aut bis, sed frequenter. Quā sen
 sibilium rerum cognitio sedula inspectione confirmatur: cuius rei indicium est euidentissimum, G
 q̄ gemini per omnia similes esse nobis videantur: differentes autem ijs, qui ipsos inspicere con
 sueverunt. Itaq̄ herbarum, fructuum, & arborum materiam prius, q̄ è terra eximantur, contempla
 ri pulcherrimum est, dum fructus videlicet futuri sunt, dum eduntur, dum auferunt, & dum vi
 gent. Hæc siquidem continua corū speculatione docebit te, quando potissimum ipsos commode de
 cerpas, ac in siccis domunculis repositos custodias, ne à solis radijs exurantur, neq̄ ab humiditate
 ex tecto vel muris madefiant. Id optime fiet, si domus neq̄ subterranea sint, neque alijs vicine,
 neq̄ sub tegulis, sed ostia ad meridiem spectantia habeant, prope quæ tamen medicamenta repo
 ni non debent. Amici vos admonéo, vt in hoc quoq̄ me sequamini, si artis opera pulchre obire
 velitis: nouissis enim, quomodo ex omni natione præstantissima quotannis medicamenta mihi
 adferantur, eo q̄ perditis illi omnigenarum rerum coemptores, (græcè rhopopolas vocant,) va
 rijs modis ea contaminant. Præstitit forsan non hos solū, sed multo magis etiam mercatores
 qui illa aduehant incusare, atque his multo magis ipsos herbarios, item nihil minus eos, qui radi
 cum liquores, succos, fructus, flores, & germina ex montibus in vrbes conferunt: hi siquidem om
 nium primi in eis dolum exercent. Quisquis igitur auxiliorum vndiq̄ copiam habere volet, om
 nis stirpium materiæ, animalium, metallorum, & absque metallica natura terrestrium corpo
 rum, quæ ad medicinæ vsum ducimus, expertus esto, vt ex eis & exquisita, & notha cognoscat. H
 deinde in commentario meo, quem de simplicium medicamentorum virtute prodidi, sese exer
 ceat. Nisi enim hoc modo instructus ad præsentis operis præsidia veniat, verbo tenus quidem
 medendi modum sciet, opus verò nullum ipsa dignum perficiet. Fingat nanque ipsa, quæ de ner
 uorum vulneribus prædixi, quædam aliquis cognoscere, adulterata verò medicamenta per igno
 rantiam compositioni iniicere, vel neque omnino exacte facultates ipsorum intelligere; an non
 erit necessarium frequentius hunc errare, quam recte agere? mihi quidem vel admodum vi
 detur. Iam verò accuratè virtutes cognoscere ab eo multum differt, quod est cognoscere.
 Etenim solum cognoscere, scire est, an medicamentum siccare, vel humectare, vel refrigera
 re, vel calefacere suapte natura nos possit: accuratè verò cognoscere præter hoc etiam virtutis
 quantitatem sciuisse est. Quædam enim pharmaca calorem tepidum generant corporibus no
 stris admota, quædam moderatum, quemadmodum alia hoc paulò validiorem, non nulla iam sic
 feruentem, vt vrere possint. Conuenit igitur medicum non modò affectus qualitatem, sed etiam
 ipsius, vt ita dicam, quantitatem coniectasse. Nam hæc ita proprie quantitas in qualitate dicitur,
 quanquam dicatur tamen, vt febris magna & parua. Ac tantus vsum est eorum, quæ sic di
 cuntur,

A cuntur, vt iam proprij vim obtineant ipsa, perinde ac pycxis, excusor, picior, quercus incisor. In to
 tum quæ ex vocato à grammaticis abusu inceperunt, deinde vero propria dici credita sunt. Hæc
 quidem attulimus propter eos, qui parum opportuno tempore de sermonis proprietate argutan
 tur. Quod autem dicere desit, tale est, nempe quod exiccari desiderat, non simpliciter siccante
 indiget medicamento, sed conuenienti mēsurā. Copiosa quidem humiditate auctum, insigniter
 exiccante: parua, parum hoc faciente: quæadmodum multa, admodum resiccante, non tamen ex
 tremè, neq̄ in summo. Siccitatis enim quantitatem, humiditatis copię respondere conuenit. Ego
 itaq̄ dum communem neruorum vulnerum curationis modum immutare primum ausus sum,
 conteci in quantam humiditatem caliditatemq̄ affecta pars recidisset. Et cum adolescens quidā
 mihi ostensus esset in primo articulo medij dextræ manus digiti, totum circa neruum locum hu
 mentem adeo ex confusione habens, vt iam computresceret: partem sanè putrescentem cataplas
 mate ex lixiuua stillatitia & hordei farina (sicut enim nosti me omen lycin Græcis dictam nominare)
 foui: non putrescentem vero, sed tenam dolentemq̄ oleo calente liberaliter perfudi: inde cum la
 na sicca madorem exhauxissem, ceratum tam humidum inleui: quàm in fracturis utimur, cui eu
 phorbium sit admixtum. Confectum autem mihi fuerat hoc quoq̄ mea industria huiusmodi oc
 B calione. Profectus ad me quispiam hyeme vehementi, ostendensq̄ genu facile dicebat rigore id
 affici, statim verò calefacientibus iuari. Rogabat igitur huiusmodi aliquod medicamentum da
 rem, vt qui profectus in frigore in algeret doleretq̄ vehementius quàm alijs. Nunc igitur, inquit,
 loturus discedo, mittam autem ex balneo qui medicamentum accipiat. Hæc cum dixisset abiit, at
 ego cum tale nullum medicamen ad manus haberem, euphorbium cum oleo triui, et ceram liqua
 tam immiscui, paulo post cum amicus pharmaco ferendo puerum misisset, exhibui. Dolore pro
 tinus cessante, inde in alijs particulis similiter affectis vti præcepimus, de quibus mox dicitur.
 Nunc ad nerui vulnerati sermonem redeo propter eos, qui nihil, quod ego nunc dico, intelligunt:
 vitio autem vertunt dictiunculas: quos inuenire auguror neurotrotos (quali neruis faucios dicas)
 perperam eos nominari, qui in tendonibus vulnerati non ferunt. Tendones enim ipsis puto voca
 ri, qui extra manum toti carpo, id est brachiali, & digitis supertensi sunt. Quam sanè non ignorè
 manifestius, magisq̄ proprie tenontotrotos (id est in tendonibus vulneratos) ipsos nominari. Ta
 men cum omnes in neruis faucios nuncupare soleant, & ego ne quis innouare me appellatio
 nem dicat, consuetam pro vera suscepi, et si nec illa sine ratione abire in consuetudinem potuerit
 plerisque medicis tendones etiam neruorum nomine iam vocitantibus. Verum siue in neruis,
 C siue in tendonibus vulneratos appellasse maus, neq̄ ob has voces incolumes erunt, neq̄ conuul
 sione laborabunt, quemadmodum neq̄ manci fiunt, nec moriuntur. Appellatio siquidem nec ser
 uauit hominem vnquam, nec perdidit, sed medicamentorum facultas vtrunq̄ efficit. Atq̄ ego
 hæc immutans, putrescentes, conuulsos, mancos, non nullos etiam pereuntes, sanos viuosq̄ red
 do. Nam neruos contusos habentes sicut ille habuerat, neurotrotos, (id est in neruis vulneratos)
 non neurothlastos (id est in neruis contusos) nuncupare anticiparunt. Cæterum curatio cōis est,
 & periculum æquale amborū, nempe contusorum & vulneratorū vel neruis, vel tendonibus. Itaq̄
 homo ille putredine iam circa primū medij digiti articulum orta, cū superiacentiu tentione dolo
 req̄ infestaretur, multo melius habere cepit die postero, quo vice hordei farina, erorum farina
 stactæ lixiuua cōmiscuimus. Ac tertio sanè cū similiter et curaretur, iam quidem in alijs particulis
 dolorem omnino non percepit, ex cōfusione verò neruorum quoddam corpus crassæ membrane
 persimile exortum est: quod mediocriter me commouente facile totum semiputridum excidit. Vi
 debatur omnibus contēplantibus hoc corpus neruus totus esse qui computruisset, vt qui ignora
 rent, quo pacto tendones hi neruosis mēbris conuelati per brachiale procedunt, & super totos
 digitos extenduntur. Mihi verò putridū ex cōfusione attollenti tendo saluus apparuit. Cū igitur
 D vel pastillo vno, vel trochisco, vel vtrunque vocasse libet, quorum in numero est et ille Polyide, so
 luto ex hepsenate, vel siræo, id est sapa, (nā & hoc pro arbitrio nominare liceat) apparentem ner
 ui particulam prius iunxissem: rursus eodem modo & cataplasmate, & vntione ex euphorbio in
 istis locis sicut prius, vtroque vsum sum. Quarto iam die omnia cōposita circa contusum qui
 dem antea, vlcera vero tunc primū digiti articulum intuitus cōsiderabam, quorsum à cataplas
 mate transgrededer. Vsum igitur est si neruus inflammatione prorsus vacaret, ad cicatricem ducen
 tia transire: si vero phlegmones ipsius scirrhosum quiddam remaneret, aliquod ex abunde sicanti
 bus exhibere. Quā igitur non nihil ex ea reliquum esse videbatur, medicamentum ex dracunculi
 radice confectum prius usurpauit, quod alia eadē cum ægyptio pharmaco, quæ lisis vocatur, conti
 net: assumpsit autē dracunculi radicem. Ab hoc verò deinceps Minerua dicta vsum: inde ad ea, q̄
 cicatricē ducit, perrexi. At cū alium curarem pastillo sapa diluto nudatas vulneris partes illinēs,
 euphorbiū extrinsecus imponebā, tū ceræ ac resinæ miscens, vnde emplastrum crassitudo simul fie
 ret, & euphorbij vires conseruarentur. Cæterū quō ad hos scopos respiciens medicamentū cōpo
 nas, deinceps declarabimus. Etenim aliud quoq̄ ex aceto pharmacū cōfecimus, hoc spectantes, vt
 ipsius ipsilitudo, & subtilis aceti virtus cū refrigerantis facultatis exolutione incolumis pmaneat.
 De his sane, quō cōposita sint, post paulū tractabitur. Nūc quia neruis vulneratis medendi modū
 ex

ex rationali indicatione nugatorio illo empiricorum casu repudiato inueni, totam cogito ipsam **E** dicere, ita ut nullam distinctionem præteream, sermonem ab initio rursus repetens. Quando igitur vulneratum aliquem protinus suscipio, interim per liquida pharmaca curationem molior, interim emplastris, lanam extrinsecus quam mollissimam oleo calente imbutam applicans. Quod si medicamentum ex aceto vsurpem, aceti parum oleo admisceo, ac bis ter ue quotidie soluo, et oleo calente foueo. Si noctes longæ fuerint, etiam in his soluere consueui, idque magis facio, dum vlcus à medicamentis mordetur. Nam ubi initio tali medicamento videnti æger nec se morderi, nec dolere, nec tensionem percipere mihi dicat, die soluo & foueo mane semel, & vesperi iterum. Oleum vero quo fouemus, satis calens esto, verum ita, ne vulneratam partem offendant. Sicut enim frigidum huiusmodi affectibus maxime est contrarium, sic tepens non omnino vtile. Namque in primo de simplicibus medicamentis volumine didicimus, ut aqua in eo, quod calens aut frigida sit, maxime contraria facere nata est: ita quoque oleum. Nam frigidum corpori admotum, perspiratum quodammodo ipsius obstruit, immo prohibet: calidum vero digerit ac extenuat. Quod tibi etiam ex carnis in eo coctis licet condiscere: similiter enim ut præncidas friabiles efficit, etiam protinus cum animans maceratum est, in eo coquas, aut sartagine frigas: propter quod & ego fomentum ex oleo satis calente vsurpare malui, tepidum semper vitans, adhuc autem magis frigidum. Porro ab aquæ vsu in tota curatione ita tempero, ut ne attingat quidem vlcus: proinde cum sanguis initio statim à vulnerata parte eluendus est, ex oleo id facere expedit. Vbi autem iam ægri mediocriter habentes lauacro vtuntur, neque tunc affectum locum in aquam demergere ipsis concedendum. Magna siquidem ex parte nerui in manibus vulnerantur. Memini cuiusdam ex huiusmodi vulneratis, qui cum diem quartum citra omnem dolorem ageret, partemque affectam absque phlegmone videret, multo in frigore domo egressus ad opus quoddam necessarium, eiusque diu immoratus domum rediit membro vniuerso ad ceruicem vsque tenso, idque cum ingenti ipsius dolore, Postquam verò quodam me accersente profectus ad eum, vidi quibus in malis esset, oleum ex itinere refrigeratum à particula auferri iussi, calente vero totum membrum fovi: deinde ceruicis partem aduersam lanis oleo respersis, & medicamento liquido ex euphorbio simul cum castorio hominem statim mitigavi, & somno accedente vsque ad vesperam omnia cessarunt symptomata. Præ omnibus igitur danda opera est, ut lana permaneat calida, siue oleo tantum, siue oxelæo, hoc est aceto & oleo quoque imbuta fuerit: fiet hoc si aliæ lanæ sicca extrinsecus circumponantur, & æger intra tectum, cum hyems fuerit, ad quintum vsque vel septimum morbi diem sese contineat. Nam si eousque nec phlegmone aliqua tentetur, vacetque prorsus dolore, & nullam sentiat tensionem, in posterum tutus erit. Curabis autem ne in aceto vinosum aliquid appareat, quemadmodum oleum quoque ut omni astrictione vacet. Neque igitur quod crudum vel immaturum dicitur, adhibebis: neque id quod ab Hispania vehitur, ac vocant Hispanum: immo nec aliud quodlibet ex his quæ oleæ furculos habent. Optimum oleum est tenue, quale in Italia fabinum. Alibi vero in nationibus Romano Imperio subiectis, quæ nullam adstringendi vim obtinent. Iam vero qualis res sit rationalis indicatio, & quanto ditior quam nuda experientia citra methodum, vel hinc condiscas. Cum permultis neruorum vulneribus saepe in itinere, in nauigio, in agro, vel in ciuitate, sed procul à meis adibus incidissem, nec medicamenti ex euphorbio copia adesset, nec illius, quod ex aceto conficitur, nec alterius, pharmaca, quorum forte fortuna eo loco facultas erat, vulneri imponentes propositum semper sumus assecuti. Noui etenim me ipsum in agro propolim recentem, liquidam & pinguem, quam agricola habebat, vulneri imposuisse: interim fermentum solum, interim ambo commista. At fermentum quam uetustissimum esse, propolim vero contra habere conuenit, quantum ad tempus attinet. Sin autem uetustior sit, ex oleo iuxta ignem, vel in sole emollitur. Rursus in alio quodam rustico succum tithymalli fermento mistum imposui, quem prope ipsius cortem succreuisse conspexeram. Quippe **H** fermentum ut recens contemnebam. Non nunquam & propolim ex oleo liquefactam fermento subegi, sed prius aceto quam acerrimo dissoluto. Præstat oleum esse vetus in huiusmodi mitionibus puta ex oxymelite & fabarum farina, vel eruorum, vel lolij, vel ciceris, vel lupinorum amarorum, vel tenuiori polentæ puluere, vel hordeacea farina: quibus in urbibus vsus sum cataplasmatibus, non solum in his, quos iam phlegmone prehenderat, sed etiam protinus ab initio. In agro cum & picem liquidam apud fabrum inuenissem, fermento mistam imposui. Item apud alium eruorum farinam illo subactam: cuius penuria etiam prædictarum quæuis misceri potest. Quinetiam oxelæum solū, quod caleret, lana exceptum statim, dum aliud nihil haberem, obtuli, confusus aceto abunde acris & vetusto. In alio refrigerato, quod ante horam vnam, vel longius etiam tempus neruus cotusus esset, quousque mihi quoddam idoneum medicamen adferretur, expectaui, partem oleo foueri præcipiens: interim aceto prius admisto, quoniam aer per æstatem calidissimus erat, mistura ex viroque diutissime fovi, donec aliud medicamentum allatum fuit. Singulis autem prædictis farinis permistam quoque statim saepe illeui, & mox à principio, & postea, cum homo medicamine quodam, quod cruentis imponitur, non probe vsus esset. Hæc itaque omnia, quomodocunque applices, medicamina calida qualitatibus offeras. Et **ve** **ro** etiam

Aro etiam cum domo mea egredi festinans aliquando, medicamentum nullum in promptu cõpositum haberem, dedi cuidam familiari vetus euphorbium: iniunxiq; læue factum ex oleo veteri, donec humidum cerati spissitudinem haberet, tẽdinis puncturæ in manu admoueret. Reuerfus igitur interrogauit vulneratum, multum ne calor in parte affecta sentiret: ille mediocrem quandam respondit se percipere. Rursus igitur quasiui, an mordicationem à medicamento in vulnere sentiret: ille cum se non morderi, sed veluti pruriturum quẽdam sentire dixisset, pharmacum ad noctem vsq; adherere permisi. Quoniam vero cum imposta abstulissem, calor in affecto loco mediocris mihi apparuit, neq; punctura hians, satius mihi visum est eodem uti medicamento: & vero cum vulneratus altero die prospere haberet, item tertio, et quarto, ad finem vsq; idẽ pharmacum vsurpauit: quod contemplatus quidam, in alio vulnerato similiter recẽti euphorbio in eundem modum vsus est. Quare necessario calor ægrum multus, & commorsus, & dolor in vlcere subsecutus est, adeo ut homo ad me deductus sit, tanq; hoc præter omnium opinionem accidisset. Atque ego statim re intellecta, quod impositum erat abiecti: foru aut per oleum ipsi adhibito medicamentum ex aceto imposui, quod si non in prociuctu fuisset, pharmacum ex euphorbio copiosioris ceræ participes admouissem. Quapropter non oportet, ut paulo ante diximus, probatorum medicaminum **B** facultates ac species ignorare, nec quæ celeriter virtutem mutant: tum quæ rursus diutino tempore conseruant. Nam ex his, quæ caducum ac statim euanescentem calorem habent, euphorbium est. Id aut cognosces, et si non manduces, colorem cõtemplatus: quippe non ut ab initio cinereũ, verum suppallidum & subflauum redditur inueterascens. Statim etiam siccum abunde videtur tunc, & vix inter læuigandum ex oleo recentis protinus imbibito dissoluitur. At subito ipsum oleo miscendum non est, sed prius in mortario sensim terendum, ne dilatescat. Quid itẽ opus est exiguam efficiat caliditate? Iam alijs quoque multis pharmacis euanidam potentiam pauculis annis habere contingit, attamen euphorbium post thapsiam: hæc enim anno admodum imbecillis redditur, ut bimula prorsus expiret: euphorbium vero cum principio bonum fuerit, & probe repositum asseruatumq; etiam anno tertio adhuc vim aliquam retinet, interim & quarto: quinto autẽ & sexto iam exoluitur, deinde procedente tempore in totum elanguescit. Porro id, quo me aliquando inueterato oleo sine cera vsus esse dixi, quinque annorum aut sex erat euphorbium. Vnde vsus ipsius mensura comprehendere nemo potest. Nam recens oleo decuplo cũ cera tripla commiscetur, veterascens copiosius ei immittẽdum est: trimum vero & quadrimum, vel duplicatum **C** prioris pondus, vel æquale ceræ. Cum igitur pharmacum consistentia simile ac opis dictis vnctionibus habere volueris, quæ spissitudo liquidum est cerati est: oleum ceræ quadruplum esse curabis. Vbi verò ad emplastri speciem fiet, ceram omnino æqualem oleo miscere oportet, maxime si sicca fuerit, & vetusta: sicut recens & pinguis pauciore oleo indiget, ut ceratum in emplastri modum efficiat, idque magis adhuc per æstatem. Itaque si ceratum emplastri formula facere statueris, ceræ ex oleo liquefactæ, qua dixi symmetria, sextam recentis euphorbij partem amiscebis, ut illius vna sit drachma, ceræ sex, olei item sex vel quinque. Sed quoniam cera glutinans ac viscosa non est, quẽ admodum resina & pix: ideo hanc vel illam, vel vtriusque partem cerato admisceo. Clarum igitur est, dum hæc miscentur, non amplius oleum pari illis portione affundendum. Etenim cera ad liquiditatem multo pingui indiget: at resina quæ quidem arida prorsus sunt, pauco: liquidẽ & sicca quandam substantiam ad emplastri crassitudinem assumere postulant. In ceris igitur non magna humiditatis ac siccitatis differentia est: in resinis, sicut etiam in picis genere, contra, arida ab humidis per multum differunt. Omnium ergo resinarum siccissima est, quam non nulli frictam, alij colophoniam appellant. Huic succedit, quæ ex ficilibus impura, nec fricta sumitur: quam si purges, in frictam mutabitur. His ambabus siccior est, quæ dicitur pitynon physema, (ac si dicas picea germinatio.) Hanc sane ceu squalidam, in præsentis emplastri compositionem non esse idoneam ratus abiecti. Vfus aut sum fricta & liquidis. Iam vero ex his quoque non nullæ diutius liquidẽ permanent, quemadmodum terebinthina: alia cito inarescunt, sicut strobilina: media vtriusque est abietina. Quinetiam facultate calidior est quidem strobilina, mox vero abietina, deinde terebinthina: cupressi resinam miscere non ausus sum, ut quæ non nihil adstringeret. Putabit forsã aliquis non hiscendum dissentire Dioscoridem Anazarbeum in sermone de resinis hæc verba scribentẽ primo de medica materia commentario. Ex omnibus resinis principatus terebinthinae datur, post eam lentiscina, tum ei quæ de picea raditur, & abiete: post quas pinea, strobilinaq; numeratur. In his enim Dioscorides tanquam de infima strobilina, optima vero terebinthina sentire videtur. Verum ego ex his tribus resinis strobilina, abietina, terebinthina, principem certe strobilinam calore, secundam abietinam, postremam terebinthinam esse dixi. Quemadmodum igitur, qui inter Italiae vina austeram optimum ponit vinum Italicum, alius ad qualitatem vnam sermonem referens, alius absolute de tota ipsorum substantia pronuncians, verus deprehenditur. Eadem ratione etiam inter resinas optimam, tanquam medicamentum in multiplices vsus accommodatum, merito terebinthinam affirmaueris, non tamen caliditate primas obtinere. Itaque ut aiebam, licet tibi quamlibet resinam ceræ miscenti simplex ceratum glutinantius efficere, quod ex oleo

ex oleo & cera dumtaxat componimus. Hic vero experientia quoque utilitas est, quae de coniectura nostra decernat. Potes enim ubi triplicatam ceram terebinthinam commiscueris, intelligere, emplastrum ne spissitudinem iam medicamentum acceperit, an adhuc ficius sit, ac copiosius in super resinam desideret. Quapropter ubi hunc in modum experienti tibi mediocriter habere visum fuerit, miscebis tunc medicamento, quod conficis, duodecimam partem euphorbij. At si ignores euphorbium exacte sit calidum, an non nihil a tali discedat, post confectionem lintea paululum illius medicamenti illitum tuae ipsius tibiae vel cubito horis aliquot imponi: postea si modice calefacere deprehendis, bene temperatum esse medicamentum arbitraberis. Quod si vel nullum sensibilem calorem dat, vel iusto feruentiorem, integrum est aut pharmacum remittere, aut intendere: remittere quidem mistura cerati, intendere appolito euphorbio. Atqui si propolis pinguem habeas, eam omnibus resinis aptiorem fore tibi intelligito, ut quae vaporosam spiritus crassitiam, humoresque superfluos elicere, ac ex alto foras ductitare suapte queat natura. Siquidem resina cum cera emplastrum spissitudinis gratia, non tanquam curationis consilio assumuntur, propolis autem curationis ipsius scopo continetur: atque haec aliquando sola, ut dixi, recet, quantum ad humiditatem attinet, usus sum in agricola quodam duro corpore: ac mirum est, quomodo sola ad usque finem adhibita adiuuerit, adeo ut nullius pharmaci praeterea venerit necessitas. Alteri qui puncturam profundior rem haberet, tithymalli cuiusdam exiguum quid liquoris admiscui: mollioribus vero corporibus medicamentum tactu durius apparet, nisi olei mistura vehementer ipsum molliat. Quin & alia medicamenta omnia quae nervorum vulneribus adhibentur, liquida & mollia esse conveniunt. Molliam igitur quodvis oleum conciliare, robur vero medicamenti vetus oleum tueri potest. Ut autem propolis in agro non nunquam accommodavi, tanquam melius pharmacum ipsae quae tum affuerant eligens, ita fermentum rursus in alio admovi medicamento inopia, quam hoc quoque in alto fixa extrahere & discutere sciebam. Quanto autem vetustius fermentum, tanto est praestantius. Porro huiusmodi res non solum facile in agris reperiuntur, sed etiam sulphur vivum, quo non nunquam & ipso sum usus miscens cum tetrapharmaco. Huic igitur & aphronithrum, & berenicium litrum, & aphrolitram non lapidosum, sed vere aphrolitram, quod spumae consistentiam habet, adiciens frequenter usurpavi, non modo in agris aliorum penuria, sed etiam praesentibus enumeratis medicamentis hoc nomine, ut animi sensum experientia explorarem, probaremque: ac vulneratus talis rei solo usu conualuit, foris videlicet oleo. Hoc enim commune tibi esto in omnibus medicamentis, quae hic dicuntur, nervorum vulneribus conducere. Iam vero & quod a medicis vocatur arsenicum, ab ipsis autem, qui attice omnia volunt proferre, arrhenicum adiunxi tetrapharmaco, quod animo conceperam experientia volens pertentare: rursus cum id non adesset, sandaracham, uti vocant, sicut calcem restinctam & vivam, lotam & illotam, minus autem vivam, plus restinctam, & plus adhuc lotam adieci. Caeterum de exacta cuiusque componendae quantitate paulo post dicemus, ubi haec simplicia omnia, ususque ipsorum distinctiones retulerimus. In hoc enim sermone propter empiricos, qui ex periprosi (id est incidentia seu casu) plurima compositorum medicaminum inuenta esse putant, visum mihi est commemorare nervorum vulnera curandi rationem a me citra casum repertam inde, quae sanationis ipsorum scopum, & simplicium pharmacorum facultates cognoscere. Etenim ex casu vnum aliquod simplex medicamentum inuenitur, rationalis autem methodus plurima simul inuenit, & varias ipsorum compositiones. Quae igitur ex alto humores educere digerereque natura possunt, nervorum vulneribus ex usu sunt. Quandoquidem vero non nulla caliditatem immoderatam, vel mordacem vehementer acrimoniam, vel acidam qualitatem coniunctas habent: alia ipsis pharmaca admisceri ratio est, quae praedictos excessus sine virtutis offensa temperare queant. At hoc fieri recte non potest, nisi cuiusque medicamenti non modo qualitatis genus, sed etiam quantitatem in eo cognoscas. Quaedam namque, ut ostendimus in commentario de simplicibus medicamentis, in primo calefacientium ordine collocantur, a temperatis paululum abscedentia, alia in secundo magis inde declinantia, alia tertio, non nulla quarto, quae vrere iam queant. Igitur pro vehementer virtutis cuiusque pharmaci proportione, miscendorum facultas inuenitur, modo simplicium omnium temperamenta intelligas. Empiricorum haereticorum sola genere consimilia propter vniuscuiusque medicamenti naturae ignorantiam miscet: & qui hanc nouerunt, sola eadem miscet, quia excessus quantitatem certo non cognoscunt. Quod itaque ipse primum praeparavi medicamentum, ex multis eiusdem generis compositum est, quoniam nondum cuiusque virtutis quantitatem exacte pernoscebam. Inteci etenim non nihil arsenici, sulfuris, misyos, calcis lotae & illotae, & pompholygis, similiter spodij, item squamae aeris, chalcitidis vstae, lotae & illotae, ad haec non vstae. Haec igitur prius in aceto quam acerrimo diebus multis, sole aestiuo laeua reddidi. Quae superfundi his debebant, cera erat necessario, & mellis non nihil prius expurgati: resinae propemodum omnes, propolis, pix, & ladanum. Liquida cyprinum, susinum, opobalsamum, amaracinum, gleucinum, cedrinum, & oleum ricinum & vetustum. Ex singulis autem liquoribus, quos non multo ante recensui, paulum aliquid: postremo aliam aliud auferens experientiae gratia, nihilo simpliciora singula, quibus in hunc diem utrorumque inferiora esse animaduerti: ipsorum autem symmetriae mox nonentur. Itaque ex aceto, & liquoribus talia confeci, ceram, resinarum, propoleos,

* Az. spumam nitri

A propoleos, & picis non nihil adiungens, pari modo ex columbarum stercore & herbis tenuium partium. Minus ergo molesta sunt liquida pharmaca cum alijs, tum nervorum maxime vulneribus: utimur etiam emplastrum modo compositis propter eos, qui se lauare volunt. Lanis enim ablati ac tali pharmaco solo adharente minore cum molestia lauant. Praedictum enim est neque tunc vulnere affectam partem aquis respergendam, si in manu id contigerit, pes vero, si is laesus sit, non madefieri qui potest: Sed tunc a balneo primis quatuor diebus abstinendum est. Quoniam vero omnium huius tempestatis hominum, & eorum iam etiam, qui ruri degunt, fortitudo perijt, qui lauare se quotidie consueuerunt, equidem qui non adeo delictis affluunt, (sunt hi maxime pauperes.) ut plurimum obtemperantes nobis habemus: diuites vero & praesertim potentes admodum illos, vel aegre obtemperantes, vel prorsus immorigeros experimur. Optimum igitur fuerit nec ipsis mederi: verum cum, nescio quo modo, alius ob aliam causam quidam nostrum inuiti, quidam vltro ipsorum molliam tolerare coguntur, tale quippiam facitare consuevit: vulnere parti pharmacum aliquod in emplastrum modum imponens, extrinsecus iterum multiplices pannos oleo tinctos plures superinjicit: quibus rursus extrinsecus fasciam ex linteis accommodo, quam deinde in ipso rursus balneo, cum aeger in solium est ingressurus, oleo prius perfundo: & loto videlicet iam omnia imposita aufero, utrorumque praedictio totius curationis genere. At vero patet omnibus eum, qui pulchre nervorum vulneribus prospiciunt, etiam particularum naturam peritum esse oportere. Nam antea comprehensum est tendines pariter, in quos musculi plurimi desinunt, non mediocriter condescere, primum quidem conuulsionem generantes, deinde putrescentes & ipsos vicinas simul partes vniuersas inficere. Non nulli autem eorum ceu membranae, tenues latius sunt, quales in femorum terminis ad genua spectantibus, tum intra manus, infraque pedes subtenfi sunt. Omnes enim qui in manibus pedibusque sunt, satis quidem coeuntes cutem contingunt: qui vero in patellam perueniunt, a circumposita cute cata darlin (id est per excoriationem) abscedunt. Mihi etiam hoc forte fortuna contigit: etenim nervorum vulnerum curationem iuuenis adhuc, cum primum ex Alexandria in patriam reuerterer, annos vigintiocto natus excogitavi. Quia vero singula pharmaca, quae adiuueneram, medicis amicis non solum ciuibus sed et vicinis exhibueram, ut omnia visu ac experimentis firmarentur, visumque erat, haud noui quomodo, ciuitatis nostrae pontifici gladiatorum vulnerum curationem mihi soli tradere, quibus iuueni adhuc, (vigesimalium nonum enim tum primum attingebam.) tunc vulneratos in priore infernaque femoris parte inuento praedidio curavi: in ipsis sane, qui per transversum percussii erant, reliquum tendinis ipse amputans, ut tuta esset mihi curatio: qui vero paruum vel per directum vulnus acceperant, cum securitate simul & metu totam sanandi deductionem exercens. Nam cum omnes ante nos medici plurimum aqua calente ipsos fouerent, & triticea farina ex hydrelao modice decocta illinirent, ego sane aquam omnino non obtuli: oleo autem frequenter respergens simul cum praedictis pharmacis statim omnes sanitati restitui. Quandoquidem vero multi superioribus annis fortuito perierunt, mihi tamen ne quidem vnus vel ex nervorum vulnere, vel alio mortuus est, aliter pontifex succedens illi, qui mihi tum medendi officium commiserat, similiter & ipse a septem mensium interuallo gladiatorum curationem fidei meae concedidit. Siquidem primus autumnali solstitio, secundus vigente vere pontificatum gessit. Rursus post hunc, omnibus a me seruatis tertius, quartus, & quintus pari modo gladiatores mihi curandos tradiderunt, ut iam permultum illam medendi curationem exploratam habeam. Quinetiam hoc tempore tale quid industria inuenimus, cui animum aduertere maxime illos medicos conuenit, qui vulnerum curationem recte administrare cupiunt. Contemplatus enim gladiatorem quendam ex his quos equites nominant, transversam diuisionem in priore ac inferiore femoris parte habentem, eamque satis altam: ac vulneris labrum intuitus, sursum alterum reuulsum, infra alterum quasi ad patellam detrahitum, non dubitavi distantes inuicem musculorum partes futuris contrahere, curatione illa, quae cata platos. i. per latitudinem dicitur, neglecta. Itaque veritus tendines ipsis consuevere, denudatis prius illis sic altioribus futuris visum sum haud ignarus carnosam ipsam musculorum partem periculo vacare, tendines vero non item: quamuis hoc nullum ex praceptoribus facientem viderim. Quidam siquidem ipsorum in huiusmodi vulneribus solas cutis oras consuebant, non nulli in carnosis partibus musculos ipsos suere auri id in superficie ipsorum facere solebant: proinde si quando vulnus insigniter altum, non secundum membri longitudinem contigerit, summam quidem musculi partem glutinabant, reliquam vero totam inglutinatam relinquebant. Etenim in vulneribus iuxta membri longitudinem factis deligatura vulnerati musculi partibus inuicem contrahendis sufficit. Per transversum vulnere accepto cum deligatura nihil prodesse possit, ex sola futura totum absoluitur. Has igitur nisi quis altas faciat, musculi in profundo partes inglutinatae permanent. Caeterum non nulli opus a me confectum imitantes, anatomes imperiti, ab omnibus musculis subiectas membranas auellunt nescientes has simul cum musculis tuto consuevere: tendines autem similiter ipsi dilatatos non mediocriter cum periculo. Verum quomodocumque illi dilatati fuerint, tamen crassiores adhuc durioresque membranas sunt: tenues abunde illos videbis, & in omnibus iuxta abdomen musculis, praeterquam duobus rectis, quibus obliquorum membranosae aponeuroses,

roses (si sunt nervosi ex musculis exortus,) incumbunt. Alius tendo nullus præter enumeratos membranae modo dilatatur. Quippe seruant oēs, qui dilatantur, crassitudinem magnam satis, vt neminem latere queant. Atqui sympathia, id est consensus superpositarum partium vsq; ad ipsum nervorum principium, non minus est his, qui iuxta femoris articulum, musculis, tum in cubiti gibberum, quæ Græci ancona vocant, tum in calcaneum insertis accidit. Dilatatur itaq; vtriusq; tendines, sed ita vt crassitudinem notandam retineant: calcis tendo ex supra descendens magis adhuc robustus crassusq; ceu ex tribus nervosis exporrectionibus compositus apparet. Latuit autem hoc ætate nobis maiores anatomicos, sicut & pleraq; alia in totis musculis, ac multo et magis in venis, arterijs, & nervis. Multi verò iam ex meis sodalibus etiamnum hæc omnia nouerunt, & discipulis ostendunt, libris meis anatomicis perlectis. Memini sane ex anatome euidetium, nihil, vt quis putauerit, eum cum opere de medicamentis componendis habentium, timens ne ex huiusmodi incertis errantes vel vniuersam curandi rationem suspectam haberent, vel frustra membranas auellerent fugientes inde, sicut falso existimant, noxam futuram. Quemadmodum alij quidam, cum non valeant ligamenta cognoscere, ea tanquam nervos & tendines vulneratos suspecta habent à periculo alioquin remota, quomodo cumq; afficiantur, vtpote insensilia, & ex ossibus non ex musculis sicut tendines orta, vel ex cerebro spinaliq; medulla, vt nervi. Optime igitur, velut alia pleraq; et in his permulti medici clarissimi dixerunt, medicinae partes mutam oportet requirere: tum quæ manu, tum quæ medicamentis, tum quæ victu medetur, (primam græci chirurgicam, alteram pharmaceuticam, tertiam dieteticam nominant.) ac sanè maxime illam quæ manu curat, reliquis duabus indigere. Itaq; si frequenter in simijs cuiusq; tendinis, & nervi positum ac magnitudinem contempleris, exacte poteris et si humani corporis incidendi copia tibi vnquam suppetet, singula, vt vidisti, celeriter inuenire. Quod si in exercitatus omnino facias, nihil inde promouebis. Quemadmodum nec medici bello germanico, barbarorum corporum infectionis potestatem habentes, amplius quippiam didicerunt ijs, quæ coqui intelligunt. Etenim empiricorum anatome casu contingens prolixum nugamentum est simile capris, quæ iuncis manualibus compunguntur. Hac nugacior est ex libris anatomicis institutio, non ab similibus ijs, qui secundum parœmiam ex libro gubernare dicuntur. Quando qui dem enim contemplantur palam à præceptore ostensos in corpore nervos, & tendines ipsorum, nisi denuo eos videant, & tertium, & sæpius deinceps, loci accurate, in quo positi sunt non meminere, multo minus ex lectione poterunt addiscere. Itaq; huius tempestatis empiricorum optimus, cum libros oēs anatomicorum perlegisset, puerum stilo in interiore brachij regione, supra medias ipsius partes in schola quandoque punctum pharmaco emplastico curare aggressus est, cuius experientiam ex nervi vulnere curato paulo ante acceperat, puerumq; ob id ab inflammatione ac dolore immunem videns in totum curatum putabat, verum repetente septimo die conuulsus perijt. Ille igitur cum factum, quasi cuius ratio, aut causa dari non facile posset, nobis recenseret: ego verò medicamenti compositionis scripturam recitaret postulassem, ei, cum id statim egisset, hæc protinus subieci, nunquid recensendo, quæ puero nervum vulnerato nuper contigerunt, plus aliquid narrationi adiecisti, quam quod medicamentum mirifice puerum recens vulneratum curantis experimentum habueras? Vt autem ille confessus est nil se aliud sermoni addidisse: rursus igitur, inquam, audi à me quid gestum sit. Norabile vulnus erat nervi percussis, quod medicamento hoc curatum esse dicis: & quidem audacter in id genus vulneribus iterum eo vitor: puncturas autem nervorum angustam cutis diuisionem habentes tale pharmacum sanare non potest. Sicut nec id, quod puncturis medendis dictum est, ipsi nervo nudo adhibetur. Quippe multo calidius est, magisque mordet, quam vt nudus nervus mordicationem eius, & ardorem sustineat. Vbi verò & cutis, & membrana super ipso, item caro præposita est, mordax medicamentum, si tenuium etiam partium sit, eadem ratione nervo medetur, qua pharmacum tuum, quando ipsum solum nudum nervum affectum contigerit. Præcipua autem danda opera est, vt oræ angustiorum punctuum aperta sint, vt calidum medicamen extrinsecus applicatum per eas vapores educat, attrahens humiditatem circa affectum locum in alto latentem. Ob quam rem in id genus puncturis orificium duabus in cutis sectionibus secundum rectos angulos diuidere oportet. Atq; tum hæc, tum alia multa prius relata dixi ei, qui in pueri nervo vulnerati curatione errauerat adeo, vt ex prava medendi ratione ipse conuulsus interierit. Itaq; omnes norunt etiam puncturæ partis naturam indicare nonnunquam vulnus absque periculo, nonnunquam suspectum esse, cum nervum subiectum viderimus, vt in puero ad brachium puncto: non enim sermone locus potest exprimi, vbi, quæ per alam in totam manum pertendunt, brachio inferuntur. Et sanè hinc quoque demirari est empiricorum litigandi studium, qui quidem in alijs omnibus medicinae opus quodlibet subinde contemplatum melius ipsum imitari concedunt, quam si raro viderit: itidem melius eum quolibet opere perfungi, si frequenter illi adfuerit. Sola verò, quæ ex corporum incisione cognoscuntur, posse quempiam firmiter assequi, modo anatomicorum virorum historiam perlegerit: cum vel ex ijs, qui à præceptore ostensas corporis partes conspexerunt, nemo semel vel iterum speculatus ad amulsum memoria tenere possit, sed frequenter illum conspiciere conuenit. Nervus autem non modo magni in alto particulas multas corporis permeant, sed in cutem quoque solam distributorum tanquam radices

A radices quædam sunt: in quibus vulnerati nisi probe curentur, subiacentium nervorum magnorum affectum consensorem obtinet, unde hi prodeunt, quos in anatomicis administrationibus accurate pertractauimus, ab omnibus, qui me præcesserunt, omissos. Atq; has radices nisi crebro in simijs fueris intuitus, fieri non potest, vt cum humanum corpus in confectionem nactus fueris, exacte deprehendas. Quemadmodum multo minus in anatome fortuita, quam & speculatione vulneraria nominant, loci ex sola lectione inuenire queas: quanquam nec aliquis permulta vulnera ipsemet inspicere poterit, si ea excipias quæ in bello contingunt, in quibus & ipsis nemo dum saucium cito curare studet, contemplantur, vbi vulneratis partibus nervi, vbi arteria, venæq; subiaceant. Videntur itaq; in huiusmodi affectuum curationibus anatomes imperiti similes ijs, qui iter in lectica cæci faciunt, eoq; vehementer errant. Verum qui inter ipsos & partium experientiam ex incisione cognitam, & methodum confectionis vsusq; medicamentorum coniunxerit, is semper nervorum vulnera, vt nos, sine omni periculo curaturus est, vt nec principalior vlla pars condoleat, nec vulneratus nervus, aut contusus inflammatione laboret: vbi iam hæc sunt, multo minus vel putredo, vel claudicatio, vel conuulsio, vel ipsa mors comitabitur.

Confectiones medicamentorum ex metallicis, ad nervorum vulnera. C. A. P. 3.

Ex metallicis medicamentis adstringentia vitare consilium est, præsertim vbi compositi pharmaci vsus in punctura eueniat: quæ verò detergendi vim obtinent, sicut æris squama, ex vsu sunt. Cæterum omnia metallica cum crassiorum partium existant, (multum enim terrestris substantiæ in se continet,) artificij non nihil in præparando requirunt, quod tenuiora fiant. Hoc igitur ex aceto facere quam acerrimo excogitavi, præsertim quod ex vino non austero confectionem est. Ac si ex tali non sit, sed admodum vetus, eo vitor. Attende tamen diligenter in gustu, ne tibi vel minimam vini qualitatem referre videatur, tale quippe acetum validam exedendi, secandiq; vicina potestatem non habet. Iam verò metallica ex acerrimo, & quam fieri potest vetustissimo, substantiaq; tenuissimo lauigare oportet eum, qui consistentie crassitudinem deuigat. Præstat autem id in sole æstiuo perficere. Sunt quidem ex metallicis, quæ nec comminui nec cribrari postulant, cum facile ab aceto, quemadmodum æris squama. Cum igitur primum præpararem medicamentum, immiscui ei & arsenicum, postea superfluu esse putavi. Etenim ex æris squama & misy, & chalcitide, medicamæ compositum iri abunde mihi satis videbatur. Miscui autem prima confectione et æruginem combustam: nam quæ ignem experta non erat, tanquam iusto mordacioris suspicatus sum: deinde tamen non vltæ paucillum simul adieci, quantum aliorum portio ferebat. Pari modo chalcitidem sanè paucissimam, vltam verò equalem misy & æris squamæ indidi. Præstantius autem omnibus compositis fore speravi, immo et vsu deprehendis, in quo plurima æris squama inesset, dein chalcitidis combusta, postea misy. Quæcunque igitur miscebis pharmaca, ad solem, vt dixi, verno tempore, multis deinceps diebus in puluerem ex aceto quam acerrimo redigantur. Quanto enim longiori tempore trita fuerint, hoc tenuiorem substantiam consequentur: ideoq; angustis vulneribus aptiora, sicut in nervis denudatis, admodum tenuia exedentiaq; cauenda sunt: ob quod prædicti pastilli omnibus id genus conueniunt, siquidem non nulla adstringentia quoque assumpserunt. Porro celebres ex illis sunt, qui ad Andronem, Polydam, & Pasionem autores referuntur. Sunt & alij quidam quartus, & quintus illis valentiores, quibus ego subinde vitor. Symmetrie verò ipsorum perfecte sermonis processu dicuntur. Nunc de eorundem vsu tantum explicasse sufficiat, quod tritos ipsos aridos, postea rursus siccis, id est sapa, adiecto ita terere conuenit, donec sordium spissitudinem recipiat medicamentum, & aequaliter leue fiat. Vocant autem nunc omnes apud nos & siron, ex musto decocto natum: id autem nihil vinosum habeat, quale non ex austularum vuarum, sed quam maxime dulcium multo preparatur, neque ex primo fluente, sed postremo. Si igitur tale mustum extiterit, coquendum est, dum ad dimidiam partem mensuræ consumatur. Sin minus tale, ad tertias coquendum est. Huiusmodi quidem decocto pastillos soluere expedit, vt mellis crassitudine linamentis excepti, nervis denudatis imponantur, maximeq; ex ipsis temperatioribus, qualis Polyidæ est. Ac multo sanè magis, si corpus sit tenerum ac molliusculum: in quo & prorsus a pastillorum vsu te abstinere tutius est, alijs vtentem pharmacis, de quibus iam sermo factus est, iterumq; fiet. Nervus autem nudo linamentis cooperto, extrinsecus vnum aliquod ex ijs, quæ ad angusta vulnera conueniunt, superdandum est. Quorum sunt quatuor genera, vnum hoc quod ex metallicis conficitur, alterum quod ex liquoribus, inter quæ refertur & illud, quod ex euphorbio constat: tertium ex columbarum stercore: & quartum praon, id est mite, à me appellatum, quo et adneruos tenerorum corporum omnino denudatos vitor. Ex his quatuor vnum quoddam toti affectu particule circundandum est ita, vt sanarum quoque partium multum vnà comprehendat, præsertim superpositarum: quas bis die, vel ter, si necessitas incidit, perfusione fouere oportet. Quinetiam nocte interim, linamentis quidem denudato nervo impositis cæterum eo, quod extrinsecus admotum erat, ablato. Porro cum permagna humanorum corporum sit differentia, tum in naturis ipsorum temperamentis, tum ætatum mutationibus, insuper vite studijs, nulla ratione, quod componitur medicamentum, omnibus conuenire potest. Quæobrem duo in promptu

† Ac si ex tali sit admodumq; vetus sit.

* æstiuo

promptu habeto, alterum valētius eiusdem generis reliquis, alterum mitius, quibus inuicem mif-
 ftis, dum vſus poſtulat, permulta inter hæc mediâ iuxta miſturâ quantitatem conſtituas. Si nanq;
 parem vtriuſq; portionem confuderis, miſtum exacte mediû amborum erit: q; ſi alterius plus
 adijcias, tñ a mediô ad illud ſummum recedet, quanto miſtura ſuperauerit. Eſto igitur valentiſſi-
 mum metallicum ex his conſtructum vnam partem crudæ chalcitidis habens, duas miſyos ſimili-
 ter crudi, tres æris ſquamæ: inualidiſſimum vnam itidem miſyos & chalcitidis, ſed vtriuſq; cõbu-
 ſti, ſquamæ quatuor. At verò amborum mediû, quo ſubinde vſus ſum, tale eſto. Miſyos, chalcitidis,
 æruginis, cuiusq; vſti pars vna, æris ſquamæ partes tres. His, ſicut prædixi, contritis, ceræ in
 valentiſſimo duplum, in altero duæ partes & .s. miſcentur: in mediô, quod intra hæc conſiſtit, par-
 tes duæ, & quarta, ſicut in primo trium, quod valentiſſimum eſſe dixi, oēs partes numero ſex ex
 miſy, chalcitide, & ſquamâ collectæ naſcuntur. His ergo duodecim ceræ partes adijciuntur. At in
 medicamento inualidiſſimo ſi metallicorum ſex partes exiſtant, ceræ duodecim ¶ apponas: in me-
 diocri amborum mediû. Sunt aut̄ inter octodecim & duodecim mediâ quinq; & decem. Siue
 igitur denarium vnum ſtatuas vnam eſſe partem, omnium videlicet, tot denarios adijcito, quot
 partes, ſiue vnciam, ſiue libram. Sic. n. apud Romanos conſuetudo eſt nominari tot vncias vel li-
 bras. Porro menſura quidem apud ipſos eſt, qua oleum metiuntur, inſectâ diſcretaq; lineis totam
 in duodecim partes diuidentibus: atq; integra menſura ab eis libra nominatur: duodecima verò
 eius portio, vncia. Metallica igitur & cera in lance alijs vncijs ponderantur, oleum cornu metiun-
 tur. Itaq; prædictis pharmacis omnibus iuxta ceræ proportionem oleum immittatur, ſuperetq;
 in ſingulis ipſis dimidio: vt ſi cera vncias octo compleat, oleû duodecim, hoc eſt integram libram
 pendat. Eſto autem id ſabino ſimile, partium tenuiorum minimeq; adſtringens: at etiam ſi vetus
 ſit, præſtat. Acerbum verò, & quod ex oleæ ſurculis conſectum eſt, nequaquam conuenit. Cate-
 rûm omnibus medicamentis commemoratis, vbi metallica ex aceto pluribus diebus in mortario
 trita fuerint, thus cãdidiffimum & pingue admiſceatur: deinde rursus vnâ cum metallicis diebus
 aliquot læuigetur, priuſquam ceratum eis immiſceas. Quanta verò ex omnibus metallicis copia
 colligitur, huius partem dimidiam thus contineat. Quod ſi mollius medicamentum facere poſtu-
 las, amplius quàm dimidiam: ſicut vbi acrius expetis, minus dimidio adiungas. Et verò etiam ce-
 ræ cum oleo liquatæ refinam quandam ex ijs, quas recenſuimus, miſceas licet, ſciens acrius ipſum
 adiecta ſtrobilina fieri, mollius terebinthina, mediû vtriuſq; abietina. Ex harum genere larix
 quoq; eſt, prædictis planæ humidior: conſiſtentia verò ſimilis liquidæ piceæ, quam loco terebin-
 thina inſtitores vendunt ignorantibus eas diſcernere: eſt autem talis refinâ odore, gultu, & facultate
 quàm terebinthina acrior. Cum hac igitur, & terebinthina, perſimilem potentiam larix ob-
 tineat, ſed tenuioribus partibus maioreq; diſcutiendi virtute prædita eſt. Miſcebis igitur ceræ ſextam
 ſuperiorum refinaram partem, volens medicamentum emplaſtri figuram induere. Nam vni
 ceræ pondo refinæ vncias duas adijcias: ſi autem liquida inſigniter fuerit, vel vnam tantum mi-
 ſcere ſatis eſt. Attamen ſi, vt in modum emplaſtri pharmacum fiat, nihil curas, refinam addere nõ
 admodum opus eſt: & chalbanî verò æquale thuri pondus indes, vbi mitiſſimum reddere medi-
 camentum ſtatuis: dum valentius, dimidium: quando ipſorum mediû, id quod inter æquale &
 dimidium eſt. Verbi gratia, ſi quatuor thuris denarij fuerint, duos chalbanî impones, validû per-
 manere medicamen poſtulans: mite, quatuor: mediû, tres. Vt enim molle & dolorem leuans
 quippiam habet, ita quoq; putrificum, quod fanè & plurimis mollientibus accidit. Quare cum
 neruo denudato pharmacum adhibes, non adeo chalbanum eſſe commiſtum oportet. Quod ſi
 nudus ille non eſt, haud mediocriter ipſius admiſtio dolori auferendo cõuenit: ideoq; tale etiam
 medicamētum acuto ſenſu præditis, teneris & cacochymis paratum habere expedit: in quo plus
 chalbanî adiectum ſit. Omnia ſiquidem metallica exaſperant, doloremq; concitant, & ex liqui-
 dis acetum: vnde merito ex illis conſecta pharmaca aſpera videntur, & dolorifica, ob quam rem
 & focus ex oleo, & chalbanî miſtura ſimiliter ipſis idonea eſt: nihilo autem minus tenuium partiû
 adeps chalbano dolorem ſedat. Quare velim te aliud quoq; medicamen ex his aliquod præpara-
 tum habere, quod ex metallicis compoſito miſcere poſſis tum in dictis corporibus, tum in ijs que
 aſperum & dolorificum quandoq; medicamentum perceperint: deligendus autem adeps, qui
 tenuiorum partiû exiſtat, cuiuſmodi ſunt agreſtium animantium, maximè leonis, pardî, hyenæ,
 & vſi: ad hæc volatiliû, maximè anferum: horum inopia agreſtium gallorum gallinarumq;, ita
 verò anferum quoq; ſylueſtrium. Nam animalium, quæ in vrbibus aluntur, & tanquã in ocio con-
 cluſa ſunt, humidior eſt adeps & craſſior. ¶ Cæterum qñ pharmaci cõſiſtentia cerati ſpiffitudinẽ
 habebit, ceræ tertia vel quarta pars admiſceatur, vel ſi adeps humidus nimîũ eſſe tibi videatur, li-
 cet & ceræ dimidium adijcere: quemadmodum & vbi ſicca fuerit, quartam: cū mediocriter habet,
 tertiã. Porro huiuſmodi ceratû quod vtile nobis futurũ eſt, dialſteaton. i. ex ſeuis nominetur.

De medicamento, quod ex euphorbio componitur.

C. A. P. 4.

Dictum mihi eſt & antea vetus euphorbiû recentiori multò inferius. Si igitur anniculum
 ſit et Cyrenæo magis ſucco excaſcit: præſertim eo, quem nũc habemus: ex quo per aquæ
 irrigationem ſtirpes auget, & ad liquoris copiam generandã præparat. Nam poſt annum vnum
 abunde

A abundè calidum eſt, deficit autem iam non mediocriter à recentî, binum adhuc magis à nouo de-
 generat, quemadmodum trium aut quatuor annorũ, etiã hoc magis. Veruſtioris virtus omni-
 no reſoluitur. Cognosces autẽ, vt dixi, quàm ætatem, quàmq; vim obtineat, & colorem & con-
 ſiſtentiam eius reſpiciens. Colore quidem vetus nouo flauidius pallidiuſq; apparet, conſiſtentia
 durius & ſiccior. Iam ſi gultu voles diſcernere non coniecturalem eius dignotionẽ, ſed firmam
 habiturus eſ: quod verò dixi caſtoriam vnctionem ex eo me conſeciſſe extemporalî vſu exigẽ-
 te, exactiſſime pharmaci facultatem tibi indicabit. Conſtat autem hac ſymmetria. Vna pars eſt
 euphorbi, tres ceræ, olei duodecim: ceram quidem euphorbio triplo copioſiorem, oleum verò q̄
 ipſa cera quadruplo eſſe conuenit. Vbi igitur in hunc modum medicamentum compoſueris, fri-
 cata eo parte aliqua manifeſtò licebit dignoſcas, quãtam virtutem obtineat, maximè autem in bal-
 neo innotefeit. Siquidem ab aere quodum mordentur, ſed magis adhuc validè ab aqua, cùm eu-
 phorbium ſit calidum, recens, & forte. Tale igitur conſecutus, & hæc ipſam commemoratam vn-
 ctionẽ audacter puncturis imponito, vbi oras conuiere metus eſt. Si imbecillius fuerit, auge mē
 ſuram euphorbi pro imbecillitatis ratione, interim partem vnam ac dimidiam inijciens, interim
 duas, non nunquã etiam pares ceræ, & plures, ſi vetus nimium extiterit. Primus fanè vſus in pun-
 ctio neruorum, vel tendonem, ad ſecundum te deducet. Si nanq; & vulneratus ipſe mordicationem
 ſenſiſſe dicat, tibiq; ipſi partes puncturam ambiens calidæ appareant, tum ipſa punctura magis,
 ac par eſt, elata, & orã inſtimatione ſubſufficiatur, vel olei copioſioris miſtura vim medicamē
 ti remittes, vel compones aliud ad priorem ſymmetriam, aut euphorbio vetuſtiore moderatum
 ita efficies. Quod ſi e contrario, q̄ dixi eueniat, virtutem pharmaci adaugebis. Sin mediocriter
 omnia habere videbuntur, ſeruabis. Itaq; conſectura ceram triplo euphorbio copioſiorem con-
 tinens alarum eſt valentiſſima, cū illud (quemadmodum diximus) recens additur: quincuplo
 autẽ habens inualidiſſima: quadruplo capiens mediô inter vtraſq; ordine conſiſtit. At ſi vnguen-
 ta proponis efficere, qualia à medicis a copia. i. ſaſtitudinem leuantia nuncupantur, oleû ceræ qua-
 druplum immiſcebis. Si verò vt in fracturis liquidum ceratum parare, duplum: quando cera &
 ſicca & pinguitudinis expers fuerit, etiam amplius q̄ duplum: plerunq; verò ſufficit vnus partis
 dimidium duplo apponere, vt tota ceræ menſura duarum partiû & .s. fiat. Atqui in modum
 emplaſtri medicamen cupiens componere, oleum pari menſura ceræ miſcebis, ſiquidẽ ambiens
 fuerit calore temperatus: ſi cera vetus & arida, & ille frigidus ſit, paulò amplius: ſicut cūm cera
 eſt pinguis, ambiens calidus, paulò minus. Id autem minus duodecima vtroq; verſum mediij por-
 tio eſt, etenim & vndecim & tredecim non nunquam olei vncias ceræ libræ miſcui, tum pro eius
 conſiſtentia quantitate, tum aeris circũfluũ caloris frigoriſq;. Rarò autem paulò plus, vel minus,
 verum vt colligationem, pinguitudinem, viſcoſitatemq; haberet, nec friabile eſſet, aut facile diſ-
 ſolueretur, aut à cute decideret, adiunxi refinam ei, potiſſimum, ſi aderat, terebinthinam veram,
 ſi minus, paratiſſimam vbiq;, quam frictam & colophoniam appellant, eamq; pari cū cera pon-
 dere. Conſeruat enim medicamentis, quibus iniecta eſt, priorem conſiſtentiam, vbi & ipſa me-
 diocriter habeat. Quippe notũ eſt vt in omnibus alijs, ſic in refinâ quoq; maioris minorisq; ratio
 nem conſiſtere. Itaque ſi pinguior, liquidiorq; non nunquam appareat, ſciendum eſt ceratum,
 quod ex cera cum oleo liquata proveniet, liquidius multo, q̄ fuſſet, euaturum. Summatim in ner-
 uorum vulneribus, quum interim ab exacta, mediãq; medicamentorum emplaſtri modo confe-
 ctorum conſiſtentia erratum fuerit, ad molliorem potius tendere, ſi inquinaturũ quoq; ſit quod
 conſectum eſt: ſimili ratione, & quod conſiſtentia mediocri eſt. Pix autem cerati conſiſtentiam
 ſeruat, optima verò ſicut dictum eſt, in talẽ miſturam pinguis exiſtit, quemadmodum & refinâ.
 Si liquidam refinam inijcias, quali conſiſtentia eſt terebinthina, tertiam ipſius partem ceræ eſſe
 oportet. Atq; ipſa terebinthina recens, veteri longè eſt liquidior. Memento igitur, quod de ce-
 ra & refinâ audiuiſtis, id in omnibus obſeruare: nec enim ex ſiccis, & aridis vel tempore, vel ex
 primaria natura, verum ex mediocribus conſiſtentia tantum cuiuſq; miſcendum eſt in medica-
 mentorum compoſitione, quantum à me ſcriptum inueniatur. Eſto igitur quod vim & ſubſtan-
 tiam prædicti medicamenti mediocrem habet, ceræ, refinæ frictæ, & olei pares portiones conti-
 nere, ipſius euphorbi sextam, vt ſingulorum ſit illorũ libra, euphorbi vnciæ duæ. Quod ſi mol-
 lius ipſum reddere voluerimus, octauam euphorbi partem inijcere ſufficit, hoc eſt vnciã & .s. in
 recente & calidiſſimo, velut præcenſui, euphorbio ſymmetria hac definita: nam ſi vetuſtius ſit,
 eoq; imbecillius, copioſius hoc aliorum portione eſſe debere prius indicauiſmus. At ſi non resi-
 nam dũtaxat, immo etiam picem inijcere eſt animus, ſe libram vtriuſque miſcebis, vt modus
 ceræ ſit æqualis, quanquam multo præſtat medicamentum, ſi refinæ picisq; loco propolim ceræ
 parem adiungas. Quod ſi ipſa pinguitudinem non habeat ſimiliter resinis, ſi adhærens pharma-
 cum, vt faſcijs ligari non opus ſit, eſſe curemus, terebinthinam, vel laricem nominatam, vel etiam
 ſyncomiſten pineam indemus: voco ſyncomiſten, quam in alueis & dolijs cõportant ligna multa,
 ac lapidoſa corpora in ſe habentem, quæ liquata, dum percolatur, pura tunc, ſicut colophoniam,
 & fricta dicta redditur. Quin & resinas autorrhytus, id eſt quali ſpontè fluentes admifcere licet:
 nominant ipſas in Lacedæmone, ac alijs regionibus non nullis protorrhytus, quali primifluus
 Quinta Classis. ggggg dixeris,

† A. Y. octode-
 cim

† A. Y. ex antiq;
 cæterũ vt phar-
 maci cõſiſtentia
 cerati ſpiffitudi-
 nem habeat.

* d. m. a.

dixeris, in Cilicia verò nuncupant talem resinam capnelæon, liquidis omnibus resinis tum liqui- E
diorem, tum calidiorē, tum partibus tenuioribus præditam: quare potentia quidem hæc medica-
menti quod cõponis conferet, ac maxime iniicienda, cū euphorbiū roboris expers fuerit. Porro
& inter alias resinas odoratior est, sicut terebinthina, & abietina. Enimvero dictum est antea te-
rebinthina abietinā esse calidiorē, hæc verò strobilinam. Differt autem à prædictis resinis quod
vocalur strobilinum phylæma, et pityinum, adeo siccum, pinguedinis expers, arefcentisq; vtrūq; ce-
leriter, vt in pila contundatur, & cribro secernatur: quare ad propositi medicamenti cõpositionē
neutiquā hæc conueniunt. Vfus tamen sum frequentissimē, cū euphorbium anniculū existeret.
Porro dum cõponitur, olei, cera, resinæ frictæ, singulorum pondo librā misceo, picis pinguis fe-
libram, & his liquefacti euphorbij pondo vncias duas, si imbecillius sit, tres, si terebinthinam cere
adij cere voles, vnam. Mediocre pharmacum consistentiā facies, si cera terebinthinam liquidam et
recentem triplo superet. Huius verò exiccatae temporis spatia resinæ dimidium pondus oleo
adequato. Totum autē ex tribus mistum, oleo in quā, cera, & terebinthina, cum sit libræ vnius ac
semillies, euphorbij anniculi vnc. i. accipiet: si tale non extiterit, vnam & semissem. Vnde sicut iam
subinde dictauimus, euphorbium pro tēporis ratione augere nobis est integrum. Quinetiam, si
vulnere impositum pharmacū primo vsu videtur quodāmodo imbecillius, euphorbium oleo læ- F
uigatum medicamini emplastro manibus ante subactō licet admiscere. Sic. n. nobis faciētibus
promptē vnitate accipit. Cæterum in prima pharmaci cõpositione satius est ceratum rasum, seor-
sum vbi preparaueris, ita læui factō euphorbio ex oleo admiscere. Quippe ijs, quæ liquata sunt,
ipsi superfluis in mortario plerunq; sunt encerides nominatæ, præsertim ambiente frigido. Aquā
verò ceræ liquefactæ cum resina cõmittere non est necessarium, sicut ego ab initio factitabam, tū
ei admiscens, quantum in ipsa cõctiōne consumendum erat.

Medicamentum ex liquabilibus confectum.

C. A. P. 5.

Liquabilia voco medicamenta, tum quæ ignis commertio colliquantur, tum quæ ex humidis
quibuscūq; velut aqua, aceto, & vino. Ex aceto itaq; citra ignem liquefcit gutta ammoniaci,
sagapeni liquor, & panacis similiter, quæ appellatiōne cõposita opopanacem vocant. Igne verò
liquefcunt propolis, cera, resina, ladanum, seuum, chalbanū, verum hoc in duplici vase colliquare
melius est. Nominamus autē sic, cū in cacabo, qui aquā calidam habeat, (prunis. n. incumbit,) vas
alterum consistit, præter liquabilia etiam chalbanum continens. Habeto autē tale quoddam con-
fectum medicamentū saltem vnum, & si duo habere præstaret. Quorum validius erit huiusmo-
di. Opopanacē ex aceto dissolutū diutius conterito, huic postea liquefacta super igne propolim, G
chalbanum, resinā terebinthinam misceo: singulorum itaq; aliorum pars vna esto, propolis verò
recentis pinguisq; sex, q; si sicca vetusq; contigerit, præstat omnino tali non vti. At si aliam non
habes, duas portiones, non vnam miscebis: sin absit propolis, eius loco picem pinguem immitte,
qualis est brutia, & quæ ex regionibus circa Pontum apportatur, pinguis simul, & odorata, quam
in nigrum amaracinum iniiciunt, quale prius omne conficiebatur: nunc. n. & sine ea subalbidum
amaracinū componunt: q; si tali etiam careas, alia vtitor terebinthina, sicut prædiximus, duplica-
ta. Ego non nunquā vel solum medicamentum ex pingui pice confectum imposui, quo etiam ad
canū morsus vtor. Hoc nanq; solam picē pingue ex aceto acri cõctā huiusmodi symmetria con-
tinet. Sextarium vnum Romanum aceti, libram vnam picis, opopanacis quadrantem, quod est
vncias tres. Hoc pharmacum vlcus ex rabiosi morsu cicatricem ducere non sinit, sed punctis in
neruosa aliqua particula idoneum est, quippe q; puncturæ oras conuiere nequaquā permittit.
Quoniam verò durum est, in duris solum corporibus eo vtetur, qualia sunt foliorum, & mello-
rum. Sin autem puero, vel muliere, vel molliore corpore puncto, hoc tantum quispiam vestrum
præfens habeat, idē cū vnguento aliquo discussorio, amaracino maxime & opobalsamo colliqua-
re licet, deinde cū irino & comageno. Hæc si non adsint, gleucino, fusino, & cyprino: his quoque H
desideratis, oleo veteri liquefaciat, vel si in Alexandria fortē fuerit, ricinino & raphanino: hæc
siquidem copiosissima in illa ciuitate habentur, sicut etiam in vniuersa Ægypto. Atqui in illis re-
gionibus sinapinum oleum haud agrè reperiri potest, cuius & ipsius parte aliquando mista phar-
macum acerrimum fore nemo ambigit, vt ad puncturas conuiuentes aperiendas conducat.
Patere autem cuiuslibet arbitror ex prædictis, si & loco opopanacis sagapeno prius in pila ex ace-
to trito liquefactam resinam, propolim & adipem quampiam acriorem adijcias, eiusdem generis
medicamen futurū. Alterum verò mollius est genus pharmacorum liquabilium, sed acetum non
habet, quod resinis & propoli & seuis tantum preparatur: cera quoq; propter spissitudinem adie-
cta, ex cuius mistura pharmacū tactu cõmodius redditur. Adeps porro tenuium partium acrisq;
esto, sicut leoninus, & pardalinus, & post hos hyæna & vrsi. Sed de anserino quid attinet dice-
re, præsertim cū anseres rustica fuerint. Quin & tauri vetustus adeps & hircinus huc conue-
nit. Nam cū mistæ naturæ ac facultatis existant, temporis intervallo (quia terrestres acresq;
sunt,) ad maiorem acrimoniam declinant, similiter videlicet plurimis quæ vetustescunt, sic nanq;
& ipse porcineus adeps omnium cū sit mollissimus, temporis processu acrimoniam acquirit.
Idem vino, aceto, et mellis accidit. In horum autem medicamentorum genere sunt etiam medulle,
longē

A longē verò præstat ceruina, & vitulina. Horum acrius coagulū, & iam vehementiori pharma-
corum generi propinquum existit. Itaque & huiusmodi aliquod pharmacum habere te consulo,
vt cū a forti aliquo medicamento supra modum morsam partem vulneratam indignatā offen-
deris, oleo prius fotam huiusmodi quopiam contegas, sic nanque placata ea rursus ad acrem cu-
randi modum redire poteris. Ego itaq; dum partem in neruo vulneratam quandoq; soluissem,
vulnus irritatum contemplatus, pharmacū liquidū forte fortuna præfens, quod ex adipe cõstat,
Ad aures inscriptum, in vase duplici calfactum affectū particula illeui, ac subito inde auxilium
ipso ægrotatis sensu accessisse percepi: quippe statim omnis dolor quieuit, atq; deinde a nobis so-
luta secundum naturam habere visa est.

De pharmaco ex columbarum stercore confecto.

C. A. P. 6.

Columbarum in rusticorum turribus agentium sterco acre est, quo interim ruri vsus sum
in adolescente nerui vulnere affecto. Atq; hoc agricola cū vidisset, qui fundi curam gere-
bat, (erat. n. non imprudens,) imitatus semper vsurpat, & neruis vulneratis medetur. Porro com-
positio, & vsus idem est medicamini ex euphorbio, alijs nimirum eodem modo habentibus, sed
euphorbij loco stercore indito. Verum sterco hoc subtilitate euphorbio cedit, eoq; duris corpo-
ribus in agris ex vsu est. Misceui aliquando ipsum & metallicis experiundi gratia, statim à princí-
pio cum eis terens ex aceto ad solem, sicut nuper docui, multoq; acrius medicamentum euallit, quē
admodum & cū æruginem viuam, id est non combustam, acceperit.

De pharmaco diabotanum. i. ex herbis composito.

C. A. P. 7.

INsuper ex herbis tenuium partium ad neruos vulneratos medicamentum composui, initio
quidem ex dictamno, amaraco & aristolochia tantum, postea verò & ex alijs; mei ipsius peri-
culum faciens, an rectē cõpositionem ipsorum coniectura assequeretur: atq; omnia, quod volebam
perduxi. Idoneæ verò ad id herbæ amaritudinem sine adstrictiōne gustu referant, vel acrimoniam
quidem, non tamen immodicam: tales sunt præter prædictas, maron, amaracum, polium, arge-
mone, chamapitys, centaurium, quæq; eius notē in simplicium medicamentorum doctrina com-
memoratae sunt, quemadmodum etiam radices omnium aristolochiarum, dracunculi, cucume-
ris agrestis, bryoniae, altheæ, iridis, acori, mei, asari, phy, gentiane, & panacis. Omnium. n. id genus
materiam in simplicium pharmacorum commentarijs exposui. At radices herbasq; totas nō mo-
dò scire oportet accurate confusas tenuibus cribris secernere, sed etiam denuò exactē læuigare, vt
arida collyria, quoq; vsq; in puluerem redigantur. Nam quod crassis constat partibus, neruos vul-
neratos nihil iuuat, qui subilia, vt diximus, pharmaca requirunt. Ceterum concisum medicamē,
læuigatumq; liquido aliquo excipiatur cerati speciem habente ea symmetria, quæ in euphorbio
prius indicata est. Quantum. n. in illo bimuli euphorbij, tantum ijs dictamni, mei, & acori iniici-
dum est, & quæ his similiter calida gustu percipiuntur: quantum verò illis trimuli, tantum his
aristolochiæ, iridis, dracunculi, gentiane, aliorumq; id genus, quæ perinde atque hæc amara sunt,
immitteremus.

De sumptuosius pharmacorum confecturis, ad neruos vulneratos.

C. A. P. 8.

NON ab re fuerit etiam eiusmodi pharmaca cognoscere. Vfus enim ipsorum quandoq; sed
rarius incidit, quemadmodum simpliciorum frequenter. Vbi enim quispiam pharmaco-
rum, medicinaq; studiosus non plura quingentis myriadibus habens, vilo simpliciore vti dedi-
gnabatur: multo magis vel diues aliquis, vel monarcha odoratum simul, & quod multa constet
pecunia, volet habere pharmacum. Porro diuitis citati, cuius in primo de præcognitione ex pul-
sibus suppresso nomine memini, quemadmodum & nunc, qualis erat, ex duabus ipsius actioni-
bus huiusmodi condisces. Vlcus famuli malignū ipse sanare conabatur, vbi autem nihil promo-
uit, mihi hominem tradidit, ac cū videret curatum, medicamenti scripturam postulabat, ne-
D sciens multas quidem malignorum vlcum esse differentias, multas item medicamentorum, sed
arbitratus vnum pharmacum omnibus posse mederi. Cū igitur, qui applicabat, neq; artificiosē
ipso vteretur, postquā audiuit, quibus constaret, essentq; omnia vilis pretij, hoc, inquit, mendicis
serua, me autem sumptuosius aliquod doceto. Quinetiam puellū diu ex auribus laborantē, vbi
ipse multis, quibus vsus erat medicaminibus citra methodum, nihil attulisset præsidij, nobis quo-
que curandum adduci præcepit, posteaq; audiens re quadam vili puerum sanatum, non postu-
lauit à me pharmaci scripturā. Hic igitur ipse contemplatus multis, quibus nerui vulnerati erant,
digitos & abscisos, & putrefactos, quosdam verò perijisse, vel mancos redditos, deinde intelli-
gens nullum ex eis, qui à me curati essent, periclitatum, omnes verò celeriter sanos euallisse, phar-
macum cupiebat aliquod à me accipere odoratum simul & sumptuosum, quo neruorum vulne-
ra posset sanare. Ego sanē multas iam sæpe tum familiaribus, tum amicis medicis scripturas iuxta
prædictam methodum ex tempore compositas tradideram, vt experimentis cõpositionis ipso-
rum ratio confirmaretur: sumptuosum verò, cuiusmodi ille volebat, pauperculis hominibus nul-
lum vtiq; dedi, ratus melius esse remedia ex paratu facilissimis cõponi. Cū igitur diues ille odori
sumptuosiq; medicamini cõpositionem aliquam sibi dari petijset, plures ei scripturas dona-
ui prædicta methodo facta, quas ille cum experiri festinaret, tum liberis, tum seruis neruis vulne-

Quinta Classis.

ggggg ij ratos

ratos sibi conquirere inuinxit: medicamentis autem supra omnem spem operatis primū sanē me laudauit, ut qui citra inuidiā ac liberaliter scripturas ei cōmunicauerim, postea etiā donis profecutus est. Etenim ad huiusmodi quoq; officia promptus erat. Porro medicaminū, quæ ei dederam, confectura est talis. Cinnamomi, dictamni, mari, singulorum denariū pondo quadraginta, hæc nanq; odorata sunt & subtilia. At amaracum quasi non boni odoris nequaquam miscere cogitauit, deinde quoniam Romæ ægrè poterat inueniri, sicut & marum: videbā autem illum ægrè parabilibus gaudere, quemadmodum & sumptuosus, apposui scripturæ etiā illius pauillū quiddam partis vnius, ut puto quartam vel quintam portiunculam. Hæc contusa, cribroq; subtilissimo secreta miscere iussi cerato ex opobalsamo optimo, & cera tyrrhenica facto: cōmodum verò esse conieci, si ceræ partes octo, opobalsami decem receperit. At ne friabile medicamentum foret, sed sibi cohærens vnitumq; etiā resinæ terebinthinæ, quæ & ipsa est odorata, modò sit optima, partem vnam adieci. Verū si generosius, ut dixi, medicamentum facere proponas, non vnā cuiusq; herbæ cōmemorata partem immittas, sed amplius, ut vna & semissis fiat. Hoc igitur ab experientia pbatū est medicamen. Alterū p̄terea ex eodē cerato, & liquore cyrenæo cōpositū, mistura pro portione euphorbiæ facta. Tertiumq; aliud ex ambobus mistis confectum. Quartum deinde, quod staten myrrham accepit. In quibus autem nervus nudus est, sibi ceratum ex cera, quæ myrepsice id est vnguentaria vocatur, & vnguentis apud Romanos dictis spicato & foliato cōposui, duodecimā partem pompholygis ei admiscens siue eloti masculino genere, siue elotæ fœminino malis dicere. Nihil enim, quomodo cūq; dicas, vel præsidij vel nocementi pharmaco adferes: licet autem tibi & ex tyrrhenica cera ipsum præparare. Nec prohibet quicquam, sine prædictis vnguentis tyrrhenicā cerā ex narodo proba liquefacere, in duplici nempe vasculo, quod in omnibus vnguentis cōmune est. At raso cerato, spicæ nardi, amomi, folij malabathri, & pompholygis eloti, pares singulorum portiones miscebis. Etenim in puncturis, sicut prædictum est, acrioribus pharmacis est opus, quæ vulnus apertū perpetuò seruent: denudatis autem, mediocri adstrictione cū digerēdi virtute absq; morfu prædita asferre conuenit. Quāq; & amomū adstrictionis sit aliquatenus particeps, magis autem ipso nardi spica, & malabathri folium.

De medicamentis ab alijs medicis aduersus neruorum vulnera proditis. CAP. 9.

Vniuersam neruorum vulnera curandi rationē, quam ego deorū quadam prouidentia composui, nullus ante me conscripsit: medicamenta tamen, quæ neruorum vulnera quædam curare promitterent, cōposuerunt sine distinctione, & vario vtendi modo, neq; in angustis punctibus sanandi rationem, qualis futura esset, indicantes: neq; in latioribus vulneribus, vel denudato neruo, vel tendine, vel contuso: multò minus si pars affecta phlegmone infestaretur, vel etiā gangræna propemodū. Porro vnum quendā nostræ ætatis medicū pharmaco vtentem vidi, perinde ac meis ex metallicis præparatis, indistinctē quidem & ipsum: quoniā vero ex paucis sponte nascentibus ipsum cōponi audieram, quod autem multis constat, ego illo tempore præparaueram, cogitauit pluribus adeptis aliud rursus ex paucis compositum inspiciere, ac experientia inquirere multo ne ab eo, quod varia mistura paratur, inferius esse videretur, an paulo. Quouis igitur modo curauit etiā medicaminis, quod medicus nostræ ætatis habebat, scripturā accipere, & statim simile præparatū eadē & ipsum polliceri & præstare, q̄ variū illud comperi. Huius igitur cōpositio in hunc modum scripta erat. Ceræ pondo vncias sex, olei vncias nouem, misyos pondo drachmas sex, chalcitidis denarij pondo vnius, squamæ aris pondo vncias duas. s. thuris pondo vnciam & s. chalbanij pondo vnciā. Quæ liquari possunt, hoc est cera & chalbanum, liquefacta metallicis in aceto acri prius accuratè tritis superfunduntur. Hoc pharmacū haud scio quis cōposuerit, neq; enim apud Asclepiadem Pharmacionem scripturam inueni, nec apud Petronam, nec Andromachum, etsi omnes antiquiores medici optima medicamenta conscripserint. Planè autē constat nec apud Heram Cappadocem, nec Mantiam, nec Heraclidem Tarentinum reperiri, qui magnam pharmacorum experientia habuerunt: immo nec apud Archigenē, aut Philippum, aut apud aliquem eius discipulum: insuper Sorani libris de medicamentis perfectis omnibus, item Menecratis, Critonis, Damocratis, & aliorum, qui medicaminum cognitione claruerunt, apud nullum hoc modo citatum pharmacum comperi. Quæ verò apud viros iam dictos habetur, deinceps scripta indicabo, ac initium à Pharmacione Asclepiade facturus sum, qui in tertio interiorum medicaminum, quas etiā Marcellas inscribit, hunc in modum docet. *Andromachi Aegyptia ad vulnera cruenta, ut Asclepiades prescribit, facit ad neruos, musculosq; præciosos: itē ad punctus, contusiones, attritus, artus fractos, valet etiā ad abscessus, est item lippientibus collyrium, inuat capite dolentes, & ad multas dispositiones vtile est remedium.* Argenti spumæ, ceræ, singulorum denarium pondo centum quadraginta quatuor, guttæ ammoniaci denarium pondo septuaginta duum, terebinthinæ denarium pondo triginta sex, lanæ succidæ combustæ denarium pondo duodecim, squamæ aris, squamæ stomomatis, thuris, aristolochiæ rotundæ, singulorum denarium pondo octo, olei ricinini heminas tres. Argenti spuma & oleum incoquantur, ac vbi mutata fuerint, cera resināq; adijcitur: cū non inquinant, ammoniacum indas dilatando, & tunc lanas succidas, ac reliqua. Hoc medicamentum quantò vtilius ex stomomatis squama euasit, tantò deterius ad neruorum vulnera factum est: si

A est: si nanq; punctus solū fuerit, etiā aris squama superuacua est. Quippe nullum metallicum his conducit, nisi prius ex aceto acri pluribus diebus læue factum fuerit, quāq; in nudis neruis et tendonibus bonum fuerit remedium: at si iam phlegmone coniuncta est, liquare ea ex rosaceo cōuenit, & sic emoto, hoc est in linteolos illito vti. Vbi verò non adest phlegmone, molliora humidioraq; statim ab initio potiora sunt medicamentis durioribus ac siccioribus, præstatq; liquata ipsa in digerente quodam, vel mitigatorio medicamine vsurpare. Voco digerentia quidem vetus oleum, & ricininum, & sicyonium: mitigatoria autem rosaceum, chamæmelinum, & quod ex althea conficitur. His fortiora, eoq; durioribus corporibus magis idonea sunt, quod ex cucumeris agrestis radice in oleo decocta, & quod ex iride, bryonia, & aro paratur. His valentius est ex dracunculo, aristolochia, & panace factum. Porro nos frequenter etiā ex abietis semine, oleo, item ex populi flore confecto vti sumus, nam hæc diutius sabino oleo intingimus. Quæ igitur de eiusmodi medicamentorū vsu dicta sunt, vos memoriter seruantes ad alia, quæ explicanda veniunt, traducere operæpretium esse arbitror. Quod autem nobis institutum erat facere, aggrediemur. Apponemus enim & alia eiusdem facultatis medicamina, quale est & quod ab Asclepia de post prædictum his verbis scriptum est. *Claudij Philoxeni chirurgi Aegyptium ad prædicta vicia.*

B Argenti spumæ, ceræ, singulorum denarium pondo centum sexaginta, guttæ ammoniaci denarium pondo octoginta, propoleos denarium pondo quadraginta, resinæ sicce, terebinthinæ, squamæ aris, thuris denarium pondo sexdecim, lanæ succidæ combustæ, squamæ stomomatis, singulorum denarium pondo octo, opopanacis denariū pondo quatuor, ricini heminas tres. Hoc igitur pharmacum superiori esse simile omnibus apparet, & vtendi modū eundem cum nuper à me citato habebit: quin etiā ad hæc duo emplastra aliud tertium Asclepiades sic ad verbum inquitens tradidit. *Gilium Haliei.* Facit ad cruenta vulnera, & neruos præciosos, item ad vetera cicatricem egrè ducentia & fluentia vlcera: quin & probe emollit duritias, maxime in mammis oborientes, vitium eo ad canum hominumq; morsus, summè facit ad pastinacæ, draconis, aliorumq; seuorum piscium ictus, in totum virtutem habet mirabilem. Argenti spumæ, ceræ, singulorum denariū pondo centū, terebinthinæ, mannae thuris, chalbanij, minij synopici, singulorū denariū pondo octo, olei sextarium. Nec ipse ergo Asclepiades hoc pharmacū ad punctus tendinum ac neruorum, sed ipsi præciosi vtile esse promittit, cū videlicet maius vulnus extiterit, & neruus nudus appareat. Quippe aptiora tunc sunt medicamenta, quæ mitigatoriam & medio crem vim obtinēt, cuius generis est nuper ab ipso citatum. Itaq; hæc tria emplastra in medio ferē

C libro Asclepiades produxit, superius etiā aliud multiplicis quidem vsus emplastrum, melius autem ijs tribus ceti ad neruos præciosos, corruptosq; tradidit. Verba Asclepiadis ita habent. *Moschionis catagmaticū, valet ad recētia vulnera, neruos præciosos, & cū cōrisione diuisiones. Facit et ad fracturas cū vulnere, etenim vulneribus auxiliatur, et ossa callo obducit cōuenienti deligatura impōsitū. Prodest hydropticis incipientibus, item facit ad testiculorū contusiones, tollit circa anum eminentias, sanat rhagadas burreo dilutū: ad hæc gutturis tumores quas Graeci brōchoceles appellant, soluit omnem duriciē, curat attritus, & fractos articulos, itē pedum, manuumq; callosas excrescentias, quos clauos vocamus, ut eos etiam citra exulcerationem auferat. Summatim, medicamen est vtilissimum. Confectio hæc recipit.* Argenti spumæ pondo minam, quæ continet denarios centum sexaginta, picis aridæ denarium pondo centum sexaginta, seui vitulini denarium pondo centum sexaginta, resinæ terebinthinæ denarium pondo octoginta, mannae thuris denarium pondo octoginta, ceræ denariū pondo quadraginta, eruginis, opopanacis, chalbanij, singulorum denarium pondo octo, olei ricinini heminam, aceti parem mensuram, liquoris sycamini heminam, picis liquidæ tres cyathos. Argenti spuma tenuissima & cicinum oleum in vas fictile vel æreum confecta, igniq; supraposita coquantur: cū efferbuerint, seuum & manna thuris adijciuntur, mouenturq; assidue: vbi confluerint, pix, cera, resina induntur, & donec non am-

D plius inquinent, incoquantur: deinde chalbanum, post erugo, & opopanax ex aceto soluta inspergantur: liquor sycamini, & pix liquida in aliud vas transfusa coquantur, & cū commista fuerint, seu confluerint, priori pharmaco immittuntur, & rursus supra ignem posita, quousq; non inquinent, incoquantur, ac in vinum demissa triduo relinquuntur, postea subactis manu, in linteolumq; illitis vtimur. Oportet autem post medicamen impōsitum linteum vino madefactū exprimere, & tunc medicamento circundare. Porro nostri præceptoris Lucij confectio sic habet. Seuum ac oleum prius liquefacimus, ac vbi soluta fuerint, mannam leuissimam factā, & spumam argenti inspergimus. Postquam confluerint, reliqua facimus. Caterum laude dignus est hic quoq; Asclepiades, qui confecturæ medicaminum modum adscribat, non vt Andromachus, omittat, qui nec, quam virtutem habeat, apponit. Deniq; primum è tribus ab Asclepiade traditis, à me scriptum emplastrum aegyptium, quod & ipse Andromachi esse confirmat, neque cuius sit virtutis, nec quomodo preparandum sit, aut vtendum, Andromachus indicauit. Verum simpliciter tãquam vulgare quoddam pharmacum libro de exterioribus facultatibus, quem ipse secundum inscripsit, proiecit. Primum enim omnium scripsit, quod ipse nominat Pantagathum, quasi dicas ad omnia valens: deinde hoc aegyptium, aliud vt dixi nihil adiungens. Habet enim eius dictio in hunc modum. *Aegyptium.* Argenti spumæ denarium pondo centum quadra-

Quinta Classis.

ggggg iij gintaquatuor,

gintaquatuor, ricini heminas sex †, cera denarium pondo centum quadragintaquatuor, guttae ammoniaci denarium pondo septuagintaduū, terebinthinae denarium pondo xxxvi, lanae combustae denarium pondo octodecim, squamae stomomatis denarium pondo octo, squamae aeris denarium pondo octo, aristolochiae denarium pondo octo. Non nulli myrrhae denarium pondo quatuor, opopanax denarium pondo duum. His ad finem adscripta sunt, marinae aquae ad irrigandam ceram heminas octo. Quid sibi velit, cum dicat, ad irrigationem cere, manifestum non scimus, intelligere enim plura licet. Mirandum verò, quomodo in alijs omnibus cum Andromacho conueniat, mensuram ricini parem non ponat, Andromachus enim heminas s. x, Asclepiades tres scripsit. Neque verò etiam apposuit, quod in fine scripturae ab Andromacho adiectum est. Non nulli myrrhae denarium pondo quatuor, opopanax denarium pondo duū, Rursus adiunxit ipse, in combustis lanis succidis, quod in Andromachi scriptura non habetur. Post dictum aegyptium theriaca emplastrum quinq; retulit Andromachus. Deinde aliud fuscum, quod ad Eubulum auctorem refert: postea rursus aliud fuscum, quod Mineruam nominat. Post haec iterum alia fusca simpliciter duo, quibus subnectit aliud, ubi sic ad verbum scriptum est. *¶ Fuscum nygmaticum, hoc est ad nervorum punctus vitale, Andromachi.* Guttae ammoniaci denarium pondo octo, cere noue denarium pondo octo, terebinthinae denarium pondo octo, eris combusti denarium pondo octo, picis aridae denarium pondo quadraginta, ut autem Zeno ait, minae dimidium, & quartam partem: argenti spumae denarium pondo quatuor, aloes indicae denarium pondo duum, aristolochiae denarium pondo duum, chalbanum denarium pondo duum, eruginis denarii pondo vnus, alij denarium pondo duū, thuris denarium pondo duum, olei hyeme quartam heminae partem, astate octauam, acetum tres cyathos, quibus ammoniacum dissoluatur. Hoc verisimile est ab ipso nominari nygmaticum, ut quod nervorum puncturis ex usu esse queat.

GAL. DE COMPOSITIONE MEDICAMENTORVM

PER GENERA LIBER QVARTVS.

ARGVMENTVM LIBRI.

Docet medicamenta, quae faciunt ad putrida, ac maligna vlcera, ad nomas, & reliqua, quae vix ad cicatricem perueniunt.

De methodo parandorum medicamentorum ad maligna vlcera & egre cicatricem admittentia.

CAP. I.



Drimus sane liber in alborum emplastrorum confecturis, tum alijs, tum eorum quae vlcibus cicatricem egre ducentibus conueniunt, finitus est: ubi distinximus communiter appellata dysepulota, id est cicatricem difficulter admittentia ab ijs, quae proprie cacoethe, hoc est maligna dicuntur, & ipsa nimirum dysepulota. Quoniam verò quaedam sanie humorumque vlcibus partibus influentium vitio cicatricem egre admittunt, quaedam ipsa affecta sede influentem succum quilibet probum corrumpente, vlcera secundo modo habentia, dysepulota & cacoethe proprie nominant: in quibus interim totam partem affectam excindere, vel adurere non nulli coguntur, aut medicamentis crustam inducentibus, aut igne vtentes. At cum ampla sit latitudo vtrinque in eo, quod alterum altero magis minusve dysepulotum, malignumque est, tum medicantium pharmacorum esse numerum oportet, quantum ipsorum quoque vlcum extiterit. Merito igitur oēs, qui vnum duntaxat medicamentum vlcibus malignis cicatricem inducere promittens habent, successu crebro frustrantur. Nam duo minimū, quae idem pollicentur, eandemque facultatem ostendunt, diuersa alioquin inter se non simpliciter maioris, minorisque, verum ut apertissime dicam, maxime ac minimi ratione, in promptu adesse illi conuenit, qui omnia id genus vitia curare proposuerit. Quae admodum igitur commentario Therapeutices methodi, in vniuersis affectibus primam omnium communem auxiliorum potentiam inueniri docebamus, dein materias, quibus illa continetur, ita nunc quoque in vlcibus dysepulotis generalem pharmacorum, quibus illa curabuntur facultatem, quae tandem sit, prius inuenta esse oportet. Indicata verò mihi est & haec in illo opere, cum quidem nullus vitiosus habitus vlceras partes infestat, duos scopos habens: vnum, ut id quod influit, repellat: alterum, ut quod affectae parti inhaeret, infixumque est, discutiat. Haec autem contrariae vires praestant. Siquidem influxum reprimunt, quae sunt adstringentia pharmaca. Digerunt impacta iam exceptaque, trahendi potestate praedita. Porro quae adstringunt ut plurimum exasperant, atque hac occasione molesta sunt. Trahentia verò, ac digerentia ex alto humiditates, non citra acrimoniam id efficiunt.

Aid efficiunt. At acrimoniam dolor quidam necessario sequitur vlceratam partem mordens. Atque sic propter dolorem, quem exasperantia mordentiaque concitant, humores vlcis partibus influentes irritari contingit: Vnde quoque vlcus phlegmone obfideri exeditur. Ex quibus dictis colligitur vlcibus dysepulotis praedia inueniri difficulter posse: multo magis adhuc malignis. Quare talis pharmacorum materia, quo ad eius fieri possit, inuenienda est, vnde vlcus citra dolorem siccescat: quod accurate fieri nulla ratione licet medico ignorante, quem effectum medicamentum exhibitum ostenderit. Quippe ambobus componentibus mordente puta & adstringente, necessario validum existit. Verum sordes & humiditatis copia id genus vlcibus incumbens, veluti propugnacula quaedam vlcis particulis facta mordicationem valentibus pharmacis exoluunt. Itaque attendendum est, quantum primus vsus humiditatis in vlcere desiccauerit: vel si etiam sordes habeat, quantum harum quoque absterferit. Ac ita secundum, tertiumque vti illo debemus, donec purum & siccum vlcus apparuerit. Vbi verò primum id tale conspexeris, ad aliud medicamentum te conferes, eiusdem quidem speciei, sed priore imbecillius. Nam validiora, dum medendo vlcus dolorem inferunt, fluores mouent, & phlegmonas concitant. Quod si rursus multo imbecillius priore pharmacum adhibeas, vlcus humidum sordidumque euadet. Hac igitur parte artificiosum vtens medicus, eo qui solo experimento innititur, melior est, quod sciat vlcus non alia medicamentorum virtute curari, quam dum affecta pars eam siccitatem consequatur, quam in naturali statu sita possidebat. Quod factum intelligimus, ubi neque tenuis amplius sanies influat, neque pus producat. Haec dispositionem vlcera nascuntur, quo dixi modo, siccescentia, hoc est adstricta, discussaque: dein ubi sicca quidem fuerint, verum sordida adhuc appareant, deterforijs pharmacis repurgantur, de quibus ipsis quoque non nihil in opere de simplicibus medicamentis commemorauimus. Omnis autem absolutissima ratio ac via est tractatu de morbis curandis prescripta, in quo prius exercitatum esse conuenit, qui hinc perfecte frugem reportaturus est. Hoc vobis amici, quibus ista scribuntur, constare manifesto admodum noui: itidem rationem sine exploratioe in operibus facta probabile non esse, quae nunc a me dicuntur, demonstrat. Etenim vidistis subinde illis ipsis pharmacis, quibus sine methodo medici quidam vtentes nihil proficiebant, multa me eius generis vlcera per sanasse. Quamobrem in memoriam reducite medicamenta citra demorsum exiccantia: sunt autem ipsorum plerumque metallica. Atque hoc etiam meminertis, quod combustis elotisque mordicatio, quae prius adfuit, edomatur ac interit. His igitur in praesentiarum vti vobis licet: elotis quidem in pueris, eunuchis, mulieribus, & qui molli natura carne sunt praediti: item qui ad sentiendum habiles admodum sunt, & vitioso succo laborant. In alijs corporibus etiam illota vsurpare potueritis, manne primum ipsa ijs, qui curantur, ubi probe concocerint, adhibentes. Si verò & corpus totum praeparationem quandam requirat, & hanc prius factam esse oportet: praecipimus de his in commentario de morbis curandis. Non nullis siquidem vel purgatio sola sufficit, quibusdam sanguinis de tractio, alijs vtraque haec adhibere profuerit. Sunt in quibus superiacentem varicem excindere opus est, vel lieni, vel iocinori prospicere: aliquibus ambientes vlcus partes scarificare, quemadmodum interim laborum callos amputare. Si horum nullo egemus, humoris copia simul cum sordibus inspicienda est: atque ita ad idoneum medicamentum veniemus, rursus simplicium singulorum memores, quae desiccant, non tamen vlcis sordes abstergunt: item quae abstergunt quidem, non tamen probe desiccant. Quae verò vtrinque possunt efficere, prospiciemus ex quoquo ordine existat, quod maximum inter ea cenfeo, quae ad curationem pertinent, neglectum tamen medicinalis materiae scriptoribus. Nam hi soli omnes ipsius vires dicere studuerunt, sicut etiam Dioscorides, quem nulli eorum, qui in ea quasi arena defudarunt, secundum esse quisque dixerit. Ego igitur deinceps omnia pharmaca recensendo, quae vlcera citra mordicationem exasperationemque manifestam excicare possunt. Incipiam a metallicis, quibus etiam terrae species adnumerantur. Porro cum varicem inter se differant in eo, quod magis minusque siccant, a medijs orsus ad vehementius, vel obscurius exiccantia me conferam. Siccant igitur modice lemnia sphragis, & cadmia, atque hac magis ea, quae sua sponte nascitur, nec mutatur, in torrentibus aut riuis ac in cypriorum montibus alijsque in locis inuenitur, praecipue verò ubi metalla sunt. Porro consueui eam magis siccantem reddere, per astatem in sole, pluribus deinceps diebus terens ex aceto, aut vino colore giluo, substantia pellucida. Cuiusmodi est in Italia falernum, in Asia Tmolite, quod vinorum maxime siccare natum est. Hoc genere compreheditur & Ariusium in Chio natum: item odoratum lesbium in Bresso & Mithymna. His succedunt omnia vetera, cum ex albis & adstringentibus inueterata sunt, in Italia signinum, tiburinum, & marsum, in Sicilia vocatum ab incolis aminaeum: in Asia aphrodisieum, & misyrum. Sufficit enim mihi facultatum vniuersalium veluti exempla exposuisse. Iam verò cadmia ex aceto acri similiter multis per astatem diebus in sole praeparo, siccantemque repono, ut vlcibus malignitatem assumptibus inspergi possit. Valentius hoc pharmacum est chalcitis combusta eodem modo prius in puluerem redacta: per se autem ignem non experta tam valens medicamentum est, ut crustas faciat. Lotam igitur ipsam, deinde siccantem habere satius est. Minus enim lota, quam vltima desiccata, ac longe mitior est minusque mordax. Per simile huic medicamentum est etiam erugo combusta: quae verò ignem non experta est, fortissimum medicamentum est, sicut etiam chalcitis. Verum

Quinta Classis.

ggggg iij hac

hæc non nihil etiam adstringit, & ea multo magis chalcanthum, quod inter metallica maxime siccat. At ærugo huius potentie omnino particeps non est. Misy autem & fori, ut didicistis, chalcitidi genere cognata sunt, ex vna, ut ita dicam, radice producta: tenuius tamen misy apparet, ac minus mordax & vrens: crassius fori est, & utroque siccat imbecillius: quemadmodum & sibi maiore adstringendi, siccandi que vim ac fori possidet. Porro diphryges appellatum pharmacum vlcibus ægre humiditatis vitio ad cicatricem venientibus, aptissimum est: valide namque siccat, etsi modice mordeat. Enimvero id quoque præter acrem tum qualitatem, tum potentiam, vim habet adstringentiam: quas tamen ambas fortiores & chalcitis cruda, & chalcanthum representat, siue id masculino genere, siue foemino, siue netro appellasse quis malit. Nam hoc vobis semper succurrat, de nominibus contendendum non esse, vbi speculationem ipsius artis vsui necessariam ediscere statueritis. Quin & alumen quodlibet vlcera satis exiccat, generose adstringens. Vnde nemo solis his ad vlcera vtetur, sicut nec cruda chalcitide, & æruginè: vsta verò & hæc & misy vtilia sunt: vt elota morsum quidem remittunt, verum minus siccant. Itaque lotis ipsis vti tutius est: quoniam permulta corpora, quibus mederi cogimur, vnam quandam dispositionem habent, qua vehementem commorsum ferendo non sunt. Audiuistis autem ipsa frequenter, sed & nunc iterum commemorabo, atque ad omnem sequentem sermonem memoriter teneri operæpretium esse arbitror. Quæ igitur plethora vitio quoque succo laborant corpora, ad hæc quæ tenera carne prædita, & ad sentiendum insigniter habilia sunt, facile ex morsu phlegmonem recipiunt. In carne molli præditorum numero continentur mulieres videlicet candidæ, pueri, eunuchi, viri cute alba: insuper qui regionem frigidam incolunt, humidi hi quoque & pituitosi, eo que molles & albi: quemadmodum hi, qui calidum tractum inhabitant, vt Ægyptum, & Arabiam, duos corporum habitus, & siccis fortuntur. Itaque horum vobis veluti memoribus appositurus sum quandam & aliam pharmacorum simplicium materiem, quæ malignis vlcibus curandis sit idonea. Sarcocolla igitur & ichtyo colla, & his magis adhuc chryso colla tali facultate prædita est. Huc optime facit & plumbum combustum: post hoc fori, sibi que, hæc quoque combusta: insuper plumbi recrementum probe siccat: quemadmodum & ferri squama, euidentius tamen stomomatis. Porro aeris squama, præter quæ siccat, etiam abstergit purgat que, vnde pura quoque vlcera efficit: quod reliquæ squamæ non possunt. Quare si hæc omnia medicamenta arida vlcibus malignis ac contumacibus inspergis, mirifice videbis citra mordicationem ea desiccari, sicut vbi buccinorum testas concrematas, purpurarum, ostreorum, aliorum que id genus adhibueris. Quin & quod græcè diaphanes, Romanis lapis dicitur specularis, ex ijs est, quæ leniter ac sine morsu exiccat: qui vsus vlcibus ægre cicatricem admittentibus non item malignis ac rebellibus conducit. Quippe minus exiccat, quam illa requirant. Idem potest vitrum vstum, ac ignitum illud, quod in calfactorijs ærariorum fabricarum officinis consistit. Cæterum ægyptiæ spinæ fructus, galla omphacitis, hoc est immatura, theon, malicorium, radices herbæ que, non pauca vltra siccandi, etiam adstringendi potestatem habent. Nam & aristolochia, iris, acorum, artemisia, panacis radix, argemone, chamæleontis nigri radix, cyperum, dracunculus, gladiolus, affatim exiccant. His euidentius adhuc centaurium, & polium: quibus paulo imbecillior est terra nomine erethrias, vti valentior est ampelitis. Talis sane medicamentorum simplicium ad vlcera maligna ac contumacia materies existit, extrinsecus autem nonnulla ipsis apponuntur, quæ quidem per se vehementis potentie gratia non admoueri, sed alijs misceri solent, veluti ærugo ignem nodum experta, calx viua, & illota, & molle apholitrum, quod re vera apholitrum est. Quanto enim spumantius, tanto præstantius est vtraque facultate, tum qua minus mordet, tum qua magis digerit. Didicistis enim & in opere de simplicibus medicamentis subtiliora crassioribus hac virtute inter omnia, quæ simili specie comprehenduntur, præcellere. Porro nihil tam nobis euitandum est, quam pharmaca generis oleosi, quæ Hippocrates maltha code, id est mollicina nominat: cuiusmodi sunt omnes adipēs, præsertim porcorum, dein resinæ, postea cera: Alia verò ratione & quæ indurata remolliunt, malactica Græcis dicuntur, non conueniunt, chalbanum, bdellium, gutta ammoniaci, styrax, medullæ: Item alio modo acria, piper, zingiber, sinapi, canchri, multa que eius generis alia.

Quomodo medicamentis siccis modo commemoratis in vlcibus ad cicatricem ægre venientibus, & malignis vtendum sit.

C. A. P. 2.

Huiusmodi vlcera vitio plena humore necessario existunt, pleraque verò ipsorum etiam fordes copiosas continent. Quoniam ergo siccum aliquod pharmacum ipsis sumis inspergatur, conuenit prius ea linteolo molli, puro, & sicco extergere. Vbi vlcis cavitatem medicamentum impleueris, platysma emplastri labris attenuandis accommodati extrinsecus superdandum est, atque huic rursus linamentum vndique æquale foris iniiciendum, cui spongiam ex aqua, aut vino tinctam applicabimus. At in primis curandum est, vt spongia frigida permaneat: quod ex facili fiet, si frigida ipsam continue citra deligaturæ solutionem foueas: sed fasciam ei iniicere ac circumdare debes, vt Hippocrates in commentario de fracturis edocuit, maximam offensam fore ratus ex deligatura, quæ ad elegantem formam, non vsu conducit. Si igitur fascia vna fuerit, inferne sursum tribuenda est, si se tibia, siue genu, siue talus, siue cubitus, siue manus summa, siue

alia

Alia quæuis pars laborauerit. Quod si duabus vti velis vt in fracturis, altera à parte affecta sursum feretur duntaxat, altera deorsum prius, mox in superiore parte desinet, eodemque cū priore perueniet. Quamobrem hæc fascias ex linteis, non panniculos esse, vt oēs nouistis, expedit. Tertio autem quoque die non singulis soluendum membrum est, sic vt aqua non adhibita, quo dixi modo nuper, molli, puro, & sicco linteolo saniem vlcis abstergas. At si ambientes vlcus partes phlegmonodes quippiam repræsentent, humidum medicamen latum extrinsecus platysmati superaccommo dandum est ex meo Phœnicino, non simpliciter liquefacto, sed cui plurimum, quo ad fieri potest, vini adstringentis adiectum sit. Neque tamen obuio quouis oleo liquare ipsum conuenit, verum si rubor quispiam, vel omnino calor in circumpositis vlcis partibus exuperet, adstringente, & refrigerante aliquo id faciendum est. Sunt huiusmodi myrteum & melinum, si hæc non adint, adhibeto, quod omphacinum, & omotribes nominant. Si durities maior extiterit, oleo veteri, vel ricinino ipsum Phœnicinum liquefacies. Sed tutius fuerit, si nihil in ambiente vlcus loco vitiosi appareat, superpositæ regioni liquidum medicamentum admouere, quod repellat, siquid prius vel prauum, vel plus, quæ par est, in fluat, maxime cū in crure vlcus obortum superpositam venam varicosam habeat. Quæ dum magna est, ac colore nec rubrum, nec probum sanguinem, sed atrio rem, magisque melancholicum continere videtur, excidenda venit. Interim verò contingit, vt vena tali excisa vlcus statim ad cicatricem veniret, etsi iam annum durarat, verum ipsius loco iuxta diuisionem, vbi vena erat excisa, vlcus malignum ac contumax oriretur, cui cicatrix induci non potuerit. Igitur id genus vitis præstat, viribus ægri consultis, à venæ incisione auspicari, deinde pharmaco purgare melancholicum humorem, vel cū hoc est pituitosum educente, quæ is quoque vna non nunquam cum melancholico influit, dum varices generantur. Postea ipsam venam vlcis suprapositam in longum scarificare commodum est. Vbi abunde vacuaris, ei ipsi venæ sectæ prius medendum: postquam exactè iam cicatricem ducere videtur, tunc maligni vlcis curationem, vt prædictum est, aggredere. Iam verò lien interdum male affectus, vitiosi talis humoris author est, sicut & iecur. Quibus vbi prospexeris, sic tandem ad vlcus curandum venire oportet. Pari modo, si vniuersum corpus cacochymum vel plethoricum existat, prius expurgare vacuare que ipsum expedit, quam medicamentum vlcis admoueas. Porro intra vlcis per arida medicamenta curationem, quotiescunque solueris, aduertendum est, qualem nam in particula effectum ediderint. Sciendumque, ac in memoria habendum, quod quæ desiccare, non autem detergere valent, cuiusmodi sunt illa quæ adstringendi qualitatem obtinent, vlcus purum non efficiunt. At quæ præterquam quæ siccant, adhuc etiam detergant, ea non modo siccant, sed puram quoque totam partem exulceratam efficiunt. Præterea notandum venit pura vlcera ab ijs medicamentis, vnde prius, cum essent sordida, nihil mordicationis percipiunt, nunc morderi. Quæ causa est, vt à valentioribus absterforijs pharmacis ad mitiora, minusque mordacia digrediamur, vbi vlcus ad amissum purum inuenerimus. Quemadmodum rursus in sordidis ad magis abstergentia transimus, nisi ex mordicatione sordida apparuerint. Hoc siquidem medicis etiam bonis existimatis non nunquam imposuit, vt ad absterforium valentius acriusque se conferret, vnde iterum vlcus erosum, ex æquo sordidum, vel etiam magis adhuc altera solutione visum fuerit carne à medicamento colliquata ipsum foedat: nam in prauam saniem degenerat colliquefcens caro. Cæterum quicquid ex his ipsis tenuioris consistentie est, à pharmaco difflatur, reliquum ibidem circa vlcera concretum fordes ipsis redditur. Quare animum attendere oportet, vtrum vlcus carne, quæ subest, exesa, ac colliquefcente sordidum euaserit, an quia medicamen sordibus auferendis aptum requiratur, impositum vero tale non sit. Indicat autem vlcis maior facta cavitatis, tum ora rubentiores calidioresque, cum medicamenti acrimonia sordidatur. Forfan igitur superuacaneum fuerit in præsentis commentario compositorum medicaminum vsus rationem, modumque adscribere, quippe in methodo curandi explicatum. At quæ necessaria sunt, & magnam noxam adferunt neglecta satius est bis terue, vt fidelius memorie inhæreant, repetere. Ponamus igitur & hoc etiam in talium vlcis curatione, si quidem citra totius corporis offensam fieri poterit, ægro à balneo abstinere, perfricari linteis largiter, mox oleo, deinde halteribus, (hoc est saluatorijs pondusculis) exerceri, si crura fuerit affectum: vel cursu, si partes superiores male habeant. Quod si à balneo temperare sine totius corporis noxa non poterit, soluere deligaturam non oportet, verum vt ligatum est, membrum lauare, & aquam calidam ex spongia exprimere, aliamque mox frigidam infundere, vt nullus in deligatura calor sit reliquus. Iam si curatio succedere videatur, etiam absque spongia alligata sanari potest, si Phœnicinum liquefactum, vt dixi, extrinsecus imponas, & citra spongiam, quæ fascijs comprehensa velut in fracturis, ægrotae corporis parti orbiculatim circumdatur.

Compositio medicamentorum, quæ in modum emplastri fiunt.

C. A. P. 3.

Quoniam malignorum, & difficulter cicatricem recipientium vlcis curationis summus est scopus, vt medicamentum citra morsum exiccet, aqua verò & oleum maxime omnium humectant, ab eis abstinendum est ita, vt nec per se adhibeantur, nec siccis quæ recessimus miscantur medicamentis. Itaque cera deligenda est, neque natura, neque vetustate sicca, verum recens & pinguis natura, qua in sole emollita, arida medicamina dicta, excipere poteris: sin autem sol absit, apud

apud ignem calefacta subigatur, & in calidam aquam demergatur. Non enim aqua per totam mi
scetur, sed statim ab ea emollescente defluit, antequam vlceri fuerit imposita. Symmetria vero mixtu
rae est talis. *Mediocre medicamentum hoc modo efficitur.* Quarta pars metallicorum cere adijciuntur:
valentius erit, si tertia sumatur. Porro cum ipsa metallica minus magisque immordacia siccaque existat,
virtus in ijs, quae magis siccant, intenditur: quae minus, remittitur: quemadmodum rursus tutior
leniorum usus est, mordaciorum periculosior. Dicitur namque frequenter est, non nullas naturas
corporum, tum cutem, tum carnes magis sensorias habere: quibusdam has ambas minus esse sen
sorias. Item pro maioris minorisque sensus ratione doloris etiam affectus sequitur, ut & phlegmo
nes. Accedit huc non mediocris differentia, quae quis molli sit carne, vel duriore, boni malique succi,
vel plethoricus, vel vacuus, vel medio quodam modo inter enumeratos affectus. Unde colligo
vnum omnibus idoneum medicamentum preparari non posse, sed qualecunque ex similibus spe
cie confectum fuerit, hoc vti sciet ille, qui methodum isto libro traditam artificiose didicerit. Exem
pli gratia in subiecta materie si pares vtriusque arguini, & aeris combusti partes misceas, aluminis
scissili partis vnius dimidium, ut totum tribus, vel duobus denarijs, s. vel vncijs totidem constet,
sufficiet decem cere denarios adijcere denarijs, decem vero vncias vncijs, in temperati & medi
facultate pharmaci compositione: Melius fiet, minusque mordebit, si loco aluminis scissilis diphry
ges accipiat, cuius vno denario integro iniecto, quemadmodum aeris quoque & arguini, medica
men erit praestantius: quae si arguinem mordacius facturam suspicati lene prorsus ipsum fieri postu
lemus, combustam apponimus. Insuper si expurgare fordes statuerimus, aeris squamae denarij di
midium addetur, ut tota medicamenti symmetria talis euadat: Aeris, arguini vsta, diphrygis, sin
gulorum partes aequales, hoc est cuiusque denarij pondo vnius, aeris squamae denarij dimidium.
Haec pinguis cera, ut dixi, mollita excipiantur: vbi sicior paulo fuerit, quae vt commemorata excipiat,
miscendum est myrteum molliendo, vel melinum, vel lentiscinum, vel ricininum, vel cyprinum,
vel omotribes oleum vetus, vel recens hispanum, vel quod apud nos ex olea surculis preparatur.
Aut si omnino nihil oleosum medicamento adhibere placet, laricem refinam admisceto, cuius si
copia non est, terebinthina eius loco vtendum. Caeterum hoc semper in memoria tenendum est
ijs, qui haec legunt, maxime ad primum, quod dictum est, tanquam praestantissimum veniendum
esse, mox ad secundum, & tertium: deinde ad alia, quae post tertium sunt, ceu pro pharmacorum
virtutis & potentiae proportione, sermonis ordinem nobis vsurpantibus. His igitur auditis quis
piam, & simplicium medicamentorum viribus intellectis diiudicare poterit, quae maiores nostri
ad vlcera cacoethe pharmaca conscripserunt. Sicut verbi gratia Asclepiades cognomento Pharma
cion in tertio exteriorum in hunc modum tradidit.

Quae medicamenta memoriae prodiderit Asclepiades.

C.A.P. 4.

Ad chironia & curatu difficilia vlcera medicamentum accommodatum. Aeris squamae podo
vncia, arguini rasea pondo vncia, cere selibram, resinae laricis pondo vncia. s. Ea quae liqua
ri possunt, aridis affunduntur, quibus exceptis, ac curiose mollitis vtitor: item platysma exiguum
soli affectae parti, ut vlcus tamen comprehendat, inijcito. Caeterum ambientes particulas pharmaca, quae
phlegmonem arceat, circumdare oportet. Inter curandū tertio quoque die soluere, deinde fomentis
mitigare, idemque emplastrum, quod a latitudine platysma vocatur, abluendo emollire, ac rursus
imponere, donec cicatricem inducere incipiat. Haec est medicamenti scriptura. Pulchre vero author
ipse adiunxit, ad chironia. Nominant. n. sic vlcera, non mediocriter sed maxime maligna contu
maciaque. Generosum hoc medicamen est, ut quod ex tertia cere parte metallica contineat, arguini
nem sane pharmacu valentius, aeris squama multo illa moderatius, attamen & ipsum generosum.
Mediam ac symmetram habet temperiem, ut et modice maligna curet, si non triplex, sed quadrupla
cere portio alijs commista fuerit: Moderatius adhuc extiterit, si quincupla adijciatur, ut nodum ca
coethe, sed aegre cicatricem ducentia perferat: Quemadmodum et si metallicorum sex partes cera ca
piat, ut sit arguini, & squamae vtriusque denarius, cere duodecim, laricis, quot exigit proportio, quae
erit, si tres ipsius denarij imponantur. At vbi cera pinguis est, et si minus resinae addatur, spissitudi
ne, quae sufficit, medicamentum habebit. Si quidem huiusmodi pharmacis resina ob consistentiam
inditur, veluti & myrteum, vel lentiscinum. Ego certe attico non nunquam cesypo ceram emollitam mi
scui. Ac vsu didici, vel nihil, vel parum adeo medicamentum ab illis, quae sine hoc preparata sunt, superari.
Manifestum autem est me haec ad futuri medicaminis robur referre. Nam auxilium ad aliquid spectat,
quippe mollius pharmacum ad moderatiora cacoethe, id est minus malefica, magis, quae vehemen
tius conducit. Vbi igitur vlcus ipsum minus malignum est, ora vero praetumida ac dura, Graeci
ochthodes appellant, potior in his est cesypus. Benefacit et his cerui, vituli que medulla, quae lauem
ante facta cere prius admiscere oportet. Dein sic in vnitatem coactis ijs metallica trita, ut in pulue
re redigantur, excipienda sunt, ut quae mordicatione pariant. Omnia vero sicca, ac terrestria pharma
ca, quantum satis est, antea leuigentur, ut est galla, cytinus, malicorium, aegyptiae spinae fructus, quoniam id ge
nus omnia aegre sunt laeua. Sicut facile, quae ex succis & liquoribus reliccatis pueniunt, myrrha, aloe,
acacia, & quae his sunt genere finitima. Caeterum recte Asclepiades ad finem superioris medicamenti scripti
haec verba adiecit: Et haec triduo soluito, fomentisque mitigato, idemque emplastrum ablutum emollitum, rursus
susque

A susque apponito. Nisi. n. diutius cuti pharmacu adhaerit, nihil efficit. Quod & plerosque medicos
latuit arbitrantes, si ter die sanie ab vlcere deterferint, melius se facturos ijs, quae bis idem faciunt. Qui ve
ro semel soluunt, ab ipsis quoque egris tam negligentes male audiunt. Conuenit hic quoque vos meminif
se, quod in plerisque nostris commentarijs dictum est, qualitates videlicet omnium vicinorum corporum mu
tuo in se quicquam agere, et si alterum ipsorum multo sit validius. Hac namque ratione specie quodammodo
inter se similes sunt spatia raris, tamen si permultum differant. Vbi autem qualitas medicamenti curando
corpori similis specie fuerit, vtilitas maior sequitur. His igitur rationibus, quae primus emplastro an
imposito vti statuit, laude dignus est, & nos ipsum sequi multo magis decet, cum quod ratione inue
nit, experientia comprobatur cognouerimus. Nec temere triduo quoque ipsum foueri singulis vi
delicet solutionibus praecipit. Nam, quae valens medicamentum est, merito lenitionem desiderat. Satis
igitur est in vlceribus non ita malignis, cere quadruplam, vel quincuplam amborum simul metalli
corum esse. Post hoc pharmacu aliud Asclepiades deinceps tradidit, quod his constat. Arguini pon
do vncijs duabus, squamae pondo vncijs duabus, diphrygis pondo vncia, cere pondo libra, laricis
pondo vncijs tribus. Haec rursus symmetria simplicium medicamentorum eadem est, quae superioris,
solo diphryge superas, alia certe omnia priorum duplicata sunt. In illa. n. scriptura arguini & squa
mae vtriusque pondo vncia adijciebat, cere modum ambabus triplo maiorem, si quidem omnes vncias
sex eius admiscendas censuit, resinae vero semunciam, supra vtriusque metallici portionem. Secunda
scriptura, illius quidem loco vnciae semissis, resinae imponendas iubet: metallicorum vero pro vna vnc.
singulorum duas, cere libram, cum in priore scriptura selibra immittat. Clarum itaque est diphryges solum
in secunda esse appositum. Ac si vncia ipsius immittenda alijs duplicatis praecipit, modo simplicibus
vniuersis in priore scriptura mistis diphrygis semunciam addideris, tale medicamenti confecturam
habiturus es: Squamae pondo vncia, arguini pondo vncia, cere selibra, resinae laricis pondo vncia. s.
diphrygis semunciam. Eadem omnino & haec est prior, si diphryges excipias, quod tam moderatum est
pharmacu, ut et solum in vlceribus, quae cicatricem difficulter admittunt, medeatur: similiter
& res coibulum, valentior autem longae rugo, ut vel fordida admodum & humida curandi terminos
excesserit, si sola eam inspergas, exedit. n. & mordet insigniter. Porro in chironijs vlceribus, alijs
mista pharmacis tantum de vehementia quidem virtutis suae remittit, auget autem illorum, ut copo
sitis ex omnibus pharmacu fiat praestantissimum. Qua vero ratione praedictis medicaminibus rugo
mista fuerit, hac & vna calx, exigua proportione aliorum multis a quibusdam adiecta. Exincta me
diocre est pharmacu, elota prorsus leue, & mordacitatis expertis. Hoc igitur emplastrum exempli gra
tia adscripsi, quae iuuenes in particularibus exerceri velim, nec vniuersalibus solis esse contentos.
Rursus autem reuocato ad initium sermone ad Andromachi medicamenta digrediar.

De scriptis ab Andromacho emplastris ad vlcera maligna.

C.A.P. 5.

Apponatur igitur causa exempli, quae ex copositis medicamentis ad cacoethe vlcera conuenire
vsu probata sunt, ab ijs exorsus, quae scripsit Andromachus, quae non iniuria queas accusare,
quae citra distinctionem pharmaca tradiderit. Haec. n. omnia permultos medicos male ipsis vti cotin
git, ideoque non nunquam scopum mirifice adsequi, interim ab illo errare, permultum delabentes. Cum
igitur par esset, ut ipse diceret, Hoc ipsum validissimum est, ab hoc rursus aliud moderatissimum, hoc
vero imbecillissimum: ille oia subinde scripsit nulla distinctione apposita. Auspicatur igitur ea ipsa
hoc titulo: Cicatricem inducentia. Mox ita subdit: Cadmiae tostae pondo libra, chalcitidis vsta pon
do libra, cere pondo libras quatuor, resinae aride pondo libras. iij. myrteum pondo libras. iij. vinum
aridis miscetur. Ab his vero deinceps in hunc modum scribit ad verbum. *Medicamentum ex ladano.*
Et symmetria apposita, iterum deinceps ait: Aliter vt Alcimion. Deinde hic quoque symmetrijs ex
positis infert: Pharmacu, inquit, ex hordeo. Post huius compositionem in hanc sententiam iterum scri
bit. *Aliud cicatricem inducens.* Resinae siccae denarij pondo octodecim, diphrygis denarij po
do quatuor, spumae argenti denarij pondo sexdecim, cere denarij pondo. x. olei cyathum & di
midium. ut hoc sit ei medicamentum ab initio sextum. His subiungit iterum alia sex, vnicuique praepone
s, Aliud, volens nimirum cicatricem inducens nos inaudire. Quinque igitur sunt epulotica, quibus vti
mos est, nec malignis, nec aegre cicatricem ducentibus idoneis. Sextum ad vlcera quidem dysepulota,
id est quae cicatricem difficulter recipiunt, non tamen iam ad cacoethe, quae nobis maligna dicuntur, valet.
Reliqua vero sex adiecta malignis profunt, virtute inuicem diuersa: quibus alterutrum oportebat, nem
pe vel rationalem ac methodicam disciplinam conficiendo adscripsisse in eorum vehementia diffe
rentiam, tanquam nobis intellecturis ad maligniora vlcera valentioribus vtendum remedijs, ad
mediocria imbecillioribus: vel empiricorum more posuisse quaedam ex horum medicaminum
phagedaenicis, in summaque exelis, ac pastis esse vtilia, quaedam cauis, quaedam vehementer for
didis: ijs vero, qui phlegmonodem simul aut scirrhosum affectum habent, aut labra vlceris dura,
vel praetumida, vel nigra, vel alterius cuiusquam coloris, singulis propria. Horum autem nihil
ille effecit. Postea sex facultates cicatricem inducendi ordine retulit, quarum ego composi
tionem cum proprijs distinctionibus narraturus sum. Primum itaque ab eo scriptum, quod tam
e a principio septimum est, satis validum, ut quod aequale habeat pondus arguini & squamae:
remittit autem minuitque vim ipsius cere mixtura, quae octo partes vtriusque lingillatim, qua
tuor

tutor amborum ſimul explet. Etenim æruginis, & ſquamæ, cuiusq; vnciã miſcere præcipit; cere vncias viij. admodumq; comode cauit, qui idcõpoſuit, miſcere aliquod mollicinum, Græcè malthacodes dicitur: oleum dico, & ſeuũ, & ceſypum, & butyrũ, & reſinã. At ſi pinguis cera nõ adlit, metallica agrè miſcebuntur. Ac ſi iuxta ignem vel in ſole calido miſcere ipſa cogamur, paulo poſt phamacum indureſcet. Quapropter cũ vlceri fuerit impoſitum, ſagũ ſuum æger durum contingere putabit. Quippè eiufmodi medicamenta omnia talẽ habent uſum. Si verò calidis manibus tractetur, tñ ex ipſis recipit magnitudinis, vt emollitũ dilatatumq; toti vlceri imponatur, atq; et oras cõtegat. Cũ autem vlceris extiterit, totum ipſius cauum medicamine indito replebitur. Poſtq; hoc rurfus aliud platyſma ſuper accõmodabitur, quod & labra comprehẽdat. Huic deinde rurfus lintheus pannus frigida madens tantum vndiq; obijciatur, vt medicamentũ occultet. Poſtremò extrinfecus ſpongia mollis facia ex lintheo excepta, vel ſemel, vel bis adfectam partem orbiculatim ambiente tãtã magnitudinis, quò totũ vlceris cũ labris, ac ſuperpoſitorum ipſis aliquid ſubiectorũq; cõplectatur. Deligatio à duobus principijs fiat. Vocant ſic quoties tota pars media vinculi affecto loco incumbat, crũs aut vtrunq; in oppoſitum deducatur. Poſtremo ſi pannus tã ſit validus, vt ſemel iniectis ſpongiã tuto contineat, illic terminis conſuetur, eo, quod ſuperfluit, forſice adempto: ſi imbecillis, rurfus vtrũq; crũs ducetur, ſimili robore ad id, quod affectũ eſt, attractum, F quod in primis obſeruare conuenit, cũ in primo facia traiectu, tũ vel maxime in ſecundo. Quin nec illius obliuiſci te oportet, cuius primus, quorũ ad nos memoria peruenit, Hippocrates inuentor extitit, oliũ ab omnibus ante ipſum medicis, nũc ab his, qui artem parum legitime didicerũt, cõmiſſi. Putant. n. fatius eſſe partem exulceratã incõpreſſã ſeruare, vtrinq; verò ligamentum ei circumponere: quod q̄ ſit incõmodum ac noxiũ, Hippocrates demonſtrauit. Igitur vbi hæc primo die peregeris, altero aqua frigida ſpõgiã perrigato. Si ambiens aer calidus, & ſiccus fuerit, bis hoc ter ve in dies ſingulos faciendũ eſt, ac deligatura tertio quoq; die ſoluenda, per hyemẽ et quarto. Ceterũ inſpicienda eſt, à medicamẽti virtute facta inalteratio, tũ in vlceris cauitate, tum in labris, tũ in locis ea ambientibus. Porrò vnde hæc diſcas, libri de tẽperamentis ſupeditabunt: nec non in opere Therapeutices methodi de his vlceribus tractatum eſt: vel. n. ſiccus, vel humidus, vel calidus, vel frigidus, q̄ prius, & totũ membrũ affectũ, & ſingule eius partes apparuere. Inſuper cõſiderabimus, nũ quid ex oris ademptũ ſit, vel emollitẽ quodãmodo vel attenuatã ſint: itẽ color ne mutatus, & an ſordidũ copia eadẽ remãſerit. Vnde cognoſces vtrũ fortius, vel mollius, vel ſimile priori medicamen imponendũ veniat. Poteris ſanẽ & primũ ipſum ex facili immutare, ſi mollius voles reddere, miſto inter molliendũ paululo cuiusdã olei adſtringẽtis, aut myrtei, aut roſacei, aut melini, aut lentifcini, aut maſtichini, aut cyprini: ſi validius, aut ſquamã, aut erugine, ex quibus vtriũq; paulũ ad amuſſim leue reddes, vt ſubigendo adijcias: nos, vt nouiſtis, vel mite aliquod phamacũ vlceri inſpergimus, eiq; medicamẽ emplastrodes ſuperimponimus. Nulli dubiũ eſt mitia phamacã mihi dici, diphryges, ſarcocollã, chalcitidẽ vſtã: itẽ cõbuſtũ & æs, & ærugine, & chalcãthũ: quã ignẽ non experta, acria omnia ſunt: cõbuſta, moderata: lota poſt combuſtionẽ, lenia mordacitatĩq; ſiunt experta. Præſtat autẽ ſicut pdiximus, & emplãſtrũ miſtionĩ adaptare, aliquodq; ex alijs medicamentis imponere, quorũ deinceps meminit Andromachus: idq; non mō ſimpliciũ vires, ſed meſurã quoq; inſpicientes, vt in eo quod iã cõmemorauiſmus. Quatuor enim partes cere, cũ eruginis & ſquamæ, vtriũq; vna miſcentur: tres fortius ipſum efficiunt, ſicut quinq; imbecillius. Eodem mō in alijs agendũ eſt, puta in eo, quod prædictũ ſequitur octauũ ordine, tali ſymmetria. Chryſocollæ denariũ pondo duũ, ſquamæ denariũ pondo octo, roſacei, vel myrtei parũ. In hoc phamacõ chryſocollã & diphryges ipſa per ſe inſperſa malignis vlceribus curandis ſufficiunt. Squama validius, aſperius, mordaciusq; medicamentum eſt, eoq; argẽti ſpumã autor admifcuit, ſubueritus ſquamẽ violentiã, cupiensq; ipſam mollioris phamacũ miſtura mitigare, ac exoluere. Sin abſq; cera quatuor illa iuxta dictã tẽperaturã miſceas, medicamẽ aridũ inſpille, Græci vocant epĩpaſton, habiturus es, ad malignorũ vlcerũ curationẽ non inefficax. At vbi emplãſtrũ facere conaris, cera miſcẽda eſt. Et pp metallicorũ copiã, neceſſariò et liquidorũ in præſenti facultate meminit Andromachus, roſacei nẽpẽ, & myrtei: cera nãq; modica nimis eſt, p metallicorũ mō. Cũ igitur chryſocollẽ, ſquamẽ, & diphrygis binos denarios, argẽti ſpumẽ octo miſceri iubet, quatuordecim videlicet vniuerſos efficiens, vel cerã pingũẽ permultã, vel oleoſum aliquod phamacõ affundere debebat. In ſuperiore medicamẽto cera quadruplo metallica ſupabat. Vnde ſpuma argenti ablata, ex alijs licet phamacũ cõponere, quẽadmodũ ego non nunq; factitaui. Quod ſi fiat, myrteo non opus erit, cera, vt dixi, pingui adhibita: ſi dura ſit, liquidũ aliquod miſcere oportebit. Quãobrẽ non nulli in id genus phamacis cere appoſuiſſe vidẽtur, alijs nouẽ, alijs recentis, non p louẽ ipſius atãtẽ, ſicut in alijs medicaminibus, ſed humiditatem requirentes. Eſt etenim re vera melior noua, ſed non iã vt bimulã, trimulã ve reijcias. Ceterũ ad ſequens emplãſtrũ ire tps eſt, quod habet in hunc modum. Diphrygis denariũ pondo octogintaquatuor, argẽti ſpumã denariũ pondo ducentorum quadraginta, cere denariũ pondo trecentorũ octodecim, olei heminas ſex. Poterit autẽ hoc phamacũ vlceribus nondũ malignis, verũ cicatricem egrẽ recipientibus

* A.P. caput.

† A.P. trecentorũ viginti.
* A.P. s. l. qnque, ſunt q̄ legendũ putent. s. id eſt hemina dimidium.

ipientibus eam obducere, qm̄ exicat, ſed non valide, vt quod poſt ipſum ſcribitur, minori tamen ſymmetria conſiciendum eſt: idem enim ei hoc eſt. Diphrygis denariũ pondo quatuordecim, argenti ſpumã denariũ pondo quadraginta, cere denariũ pondo quinquagintatrium, olei myrtei pondo vncias decem. Nam Andromachi phamacã horum ſeſcupla ſunt. Hoc igitur cicatricẽ obducendã re vera eſt reſpondens ex cadmia conſecto, & glyceã nominatã, de quibus ſequenti ſermone dicemus. Huic ſubſcriptum validius quidem eſt, non tamen primo ex hiſce ſex, verum ſeptimo à primordio ſinitimum, in quo ſquamã & æruginem cere quadruplã commiſcuit. Diphrygis enim adhuc denariorum pondo ſexdecim, argenti ſpumã denariorum pondo quadraginta octo, cere denariorum pondo ſexagintaſex adijcit. Inde horum copiã gratia coactus eſt, & myrtei olei hemina. s. affundere. Numeretur ergo hoc quoq; inter ea, quã cicatricẽ generant. Quod ſtatim ſubiungitur, eiufdem generis eſt, mitiſſimum verò, minimeq; mordax ex plumbo combuſto & eloro, ſpodio, cadmia, diphryge, & terebinthina compoſitum. Zenonẽ aiunt chalbãnum quoque miſcere, quod mihi prædictis videtur ſuperfluum. Scribit igitur ipſius ſymmetriã talem. Eloti plumbi denariorum pondo duorum, ſpodij denariorum pondo quatuor, cadmiã tantundem, diphrygis † {denarij pondo vnius.} Excipit ea terebinthine denarijs ſex. Zenonẽ dicit chalbãni addere † {denarij dimidium}. Si quidem ceu molliendũ labris calloſis, ac duris, eoq; Græcè ochthodeſi, id eſt verrucolis appellatis id facit, probẽ admifcet: ſi ad vlceris malignitatem & contumaciã, nõ item. Tameſi enim chalbãnum quoq; receperit, etiam ſic à malignorum vlcerum prauitate vincetur. Magis autem veriſimile videtur duodecim hæc ordine ſe confequentia phamacã ad cicatricẽ ducendam idonea ſcripſiſſe. Etenim præter duo ex ipſis, puta ſeptimum à principio, & octauum, alia omnia vlceribus quidem ægre ad cicatricẽ venientibus, ſed nondum malignis medẽtur. Item duodecimum inter ea ſimiliter quidem cicatricẽ obducit, imbecillius autem eſt, q̄ vt cacoethẽ perſanet. Compoſitio quoq; huius hæc capit, molybdenã denariũ pondo cẽtum, diphrygis denariũ pondo ſexdecim, ſoreos denariũ pondo decem, miſyos cyprij toſti denariũ pondo octo, reſinẽ terebinthine denariũ pondo octo, cere denariũ pondo quadraginta, myrtei denariũ pondo quadraginta. Porrò minoris ſymmetriã, quã huic proportione reſpondeat, omnia eiufmodi phamacã conſicere oportet ſcientem ipſa conſeſtim duram ac ſaxeã duritiẽ acquirere. Tantum igitur cuiuſq; præparare fatius eſt, quanti uſus fuerit, præſertim ſi hyems uſum ipſorum excipiat. At ſi quartã ſingulorum partem capias, molybdenã quinq; & viginti denarij erunt, quatuor diphrygis, duo & ſemiſſis ſoreos, toſti miſyos duo, terebinthina duo, & cere & myrtei pares portiones, vtriuſq; decem, amborum ſimul videlicet viginti. Porrò in omnibus eius notã phamacis, illa que liquari poſſunt, liquefacta & refrigerata, deinde raſa ſiccis diligenter in puluerem redactis admifceto. Nam ſi liquida ipſis affundas, ſæpe ſient grumi cere modo, (enceridas Græci vocant,) maxime cum frigus fuerit. In ſole feruenti ſi miſtura fiat, licet ea ſuperfundere, mouendo vehementer rudicula primum, deinde cochleario: præſtat autem in hiſce omnibus rudicula palmã eſſe ramuſculum. Hæc Andromachus indiſtinctẽ, ſicut diximus, duo decim phamacã tradidit hoc ipſis tantum communiter præponens, Epulotica, hoc eſt ad cicatricẽ ducendam idonea. Ego vero differentiam ipſorum manifeſto (vt arbitror,) expoſui, que cor datum vitum ad dextrum particularium uſum veluti manu ducere queat. Inſuper aliorum polychreſtan, id eſt multiplicis uſus medicamentorum meminit, vt ad alios pleroſq; affectus, ita ad vlcerã dyſepulota, id eſt ægrẽ cicatricẽ ducentia aptorum, quã nos ſermone procedente perſenſimus, vbi phamacã propter variã vtilitatem polychreſta Græcis dictã, aggrediemur. In præſentiarum peculiariter de ijs ſermo nobis eſt, quã ad malignã, & dyſepulota faciunt, eãq; potius malignã, quã chironia non nullis appellantur, quemadmodum & ipſi Andromacho. Ordine itaque ex duodecim medicamentis modo relatis, cum duo ad carbunculos prodiderit, vnum ad herpetas, quartum aliud poſt tria hiſce verbis conſcripſit. *Epuloticum ad chironia, Dioſcoridis.* Magis varium quidem medicamentum componens, non tamen ſeptimo illo ſupraſcripto valentius, in quo cerã quadruplo copioſiorem, q̄ vtriuſq; nempe ſquamã & æruginis miſcebat. At in nunc propoſito pauciore cera metallicorum proportione iniecta liquari ipſam pauco myrteo iubet aut roſaceo, quantitate eorum non adſcripta. Iam verò vniuerſam eius ſententiã ex Andromachi verbis apponam. *Cicatricẽ obducens, ad chironia, Dioſcoridis.* Chryſocollæ denariorum pondo duorũ, æruginis raſe denariorum pondo duorũ, cere denariũ pondo ſex, diphrygis denariũ pondo duum, ſpumẽ argenti denariũ pondo octo, roſacei, vel myrtei modicum, vt liqueſcat. Hoc phamacum ad amuſſim ſuperiori illi conuenit, quod inter cicatricẽ obducentia locum, vt dixi, octauum obtinet poſt id poſitum, quod ſquamã atq; ærugine conſtat, ſola illud ærugine nimirum ſuperans. Ideoq; cicatricẽ illud inducentibus adſcripſit. Maiora tñ de ipſo pollicetur, ad chironia conuenire id dicens. Et vero poſt hoc quoque optimi medicaminis mentionem facit in iſtum modum. *Medicamentum obducens cicatricibus ex colle ſtaneis Primionis, ad deſperata.* Hoc nomẽ, Deſperata, vlcerã illa, quorũ curationem pleriq; aggreſſi non abſoluerunt, ſed tanq̄ ab inſanabilibus deſtitere, ei ſignificat. Fidendum huic medicamento, quod præter alia uſu quoque probatum eſt. Hanc autẽ eius compoſitionẽ ſcribit. Soreos denariũ pondo vigintiquatuor, aluminis ſciſſilis denarium

narium pondo sexdecim, malicorij denarium pondo sexdecim, calcis viuae denarium pondo sexdecim, thuris denarium pondo triginta duum, gallae denarium pondo triginta duum, ceræ denarium pondo centum viginti, seu vitulini denarium pondo † centum sexaginta, olei veteris he minam. Hæc est simplicium medicamentorum symmetria ad præsentis compositi præparationem. At quomodo illud præparandum sit, omisit: vt in alijs et multis, quæ confecturæ narrationem requirunt, nam in hoc quidem vel admodum facilius est, vt paulo post dicemus. Cæterum vos scire in primis volo, vt siquædo vitulinum pingue desideretur, eius loco vetus suillum, quod nominat axugiam, admiscendum: verum salis expers, & non multorum tumis annorū. Vetus itaq; oleum abunde satis digerit, sic adeps quoq; idq; citra mordicationem ambo efficiunt: bubulus similiter quidem digerit, sed non æquæ morfu caret, medium locum obtinet vitulinus, quo porcino acrior, hoc bubulo mollior. Itaq; pharmacum, quo de sermo institutus est, validissima continet, fori, alumen scissile, malicorium, gallam, non digerendi facultate eximia, sed adstringendi, vt vocant, prædita. Clarum est aut gallam semper adijciendā esse, quæ vocatur omphacitis, id est immatura: alumen verò Aegyptium, & scissile: cuius penuria rotundum, quod scissili quidem est crassius, sed non minus adstringens. Quod aut malicoriū putamen mali granati vocatur, oēs nouerūt. Breui adeo tempore viget, si velis aridum contundere, & in puluerem redigere, seu laeuigare. Nanq; dum are scit malicorium, imbecillior quoq; vim sortitur, cum humore eius discussio pereuntem. Quare tutius est succofum prius ex vino decoquere, donec optime laeuigari possit. Vinum autē austerū prorsus, sed neq; recens esse oportet, (nam austera nisi vetera sint, crassarum partium existunt,) neque vetustum adeo vt iam acre existat. Etenim recens penitiora corporis non permeat, vetus acre & mordax est. Ergo ætate medium potius est, quod plurimum intra quinque, & decem annos consistit. Postulat locus hic in memoriam reducere, quod multi sæpe dicunt, de austeris, acerbis, in totum de adstringentibus vinis, cibis, & pharmacis: ac primum de harum vocum significationibus agendum est. Austerum enim græcis idem sibi vult, quod mediocriter adstringens: acerbū, quod valde ac vehementer id facit, genus vtriusq; commune adstrictionis vocabulo signatur, non etiam vtrum valde an obscure ea fiat, declarante. Omnia igitur adstringentia cōtrahunt, ac defiant meatus: adhæc vincunt, ac continent partium sibi inuicem coherentium substantiam: atq; minus magisq; hoc pro adstrictionis quantitate efficiunt. Cæterum stringendo ac densando summa corporis, quod adstringitur, virtus illorum excluditur, & in altum ire prohibetur. Ob quam rationem pulchre non nulli medicorum huiusmodi pharmacis alia subtilium partium, & acri potestate prædita indere cogitarunt: à quibus veluti ductæ adstringentium vires in profundum corpus perueniant. Hoc igitur pharmaci propositi autor considerauit, qui calcem viuā ei addiderit. At in Andromachi libro calcis vox omissa est, viuæ nomen adscriptum, medicis compendij gratia & plera que alia sic interpretantibus. Nimirum igitur in ipsis medicamentis ad vlcera vix cicatricem recipientia & maligna compositis, squama simpliciter apposita, citra adscriptionem aris: & scissile, sine vocabulo aluminis: & terebinthina, absq; adiectione resinæ, subaudimus, quæ ipsi sic in dictio ne omiserunt, quemadmodum & nunc in vocabulo, viua, calcem: nuncupant enim per excellentiam ipsam, restinctam, & viuam, appellatione non minus & alijs, quæ vruntur, accommodata. Itaq; viua calce mista emplastri huius author acerbis medicaminibus validum compositum reddidit, vt virtus eius in imum vsq; penetret. Quæ verò ex valentissimis confectura est, ac nullum mitigatorium, nec leniens, nec concoquens aliquod continet, merito thus ei, quod puri mouendo pharmacum est, admiscuit. Si igitur sicco composito vtereris vlceri ipsum inpergens, sic vehemens admodum esset, mordax, asperum, & exedens. At quia emplastrum id facere proposuimus, perspicuum est vnicuiq; resinam, vel ceram, vel adhuc adipem, vel medullam miscendam fuisse: ac si nondum ex his emplastri spissitudinem acceperit, oleum aliquod affundendum: cum aut addo aliquod, inaudiendum est tibi præterq; quod proprie, & simpliciter oleum dicitur, et quod cum adiectione rosaceum nominatur oleum, vel myrteum, vel cyprinum, vel eius generis aliquod. Distinctum nanq; est iam sapius, quid discriminis sit, rosaceum vnguentum dicas, an oleum rosaceum: & vnguentum cyprinum, an cyprinum oleum, aliaq; similia. Merito igitur eiusmodi pharmacorum mixturam non eandem oēs fecerunt, qui id genus emplastra composuere. Nam q; plures huius differentiae causæ existant, non ratione, sed mea ipsis experientia deprehendi. Non nunq; enim ex paucis numero simplicibus medicamentum subito præparauit, interim ex pluribus, alias ex plurimis, vel omnibus eiusdem generis. Insuper quia non nulla apud nos abūde copiosa, quædā ex toto non essent, aut paucissima eo tempore, ex ijs quæ habebam medicamentum composui vsu ita postulante: deinde cum experimento id probatum inuenissem, ita semper vsurpauit. Sæpe fortiora quædam pharmaca composita, quædā imbecilliora vltro facere instituens, vt varijs affectibus accommodata haberem, diuersas cōpositiones aggressus sum. Præterea hac ratione motus, q; pars exulceratione laborans plures requirat facultates: vt cū simul & caua est, & fluida, & sordida, & oris prætumida ac dura, & fluxionem ex superioribus recipit. Si nanq; pharmacum ad omnia, quæ sic exulceratis partibus acciderunt, valere cupias, diuersarum viriū materias miscere necessarium est. At si vnum aliquod primū, quod vrget, sanare studeas, alijs neglectis non est quod

pharmacorum

A pharmacorum varietatem requiras. Clarum est igitur & illos, qui ante me eiusmodi medicamēta confecerunt, ob prædictam rationē dissensisse: veluti verbi gratia in proposito pharmaco, vitulinum pingue autor cepit, q; oras induratas emolliat. Proin duplicem ei vsum adhibere debebat, vnū vt mollisculo medicamini (malthacodes appellauimus), ad vnitate siccorum faciendā, quæ primum erant vtilia: alterum, vt & ipsum aliqua partis affectæ symptomata seu accidētia persanaret. Verū multo vtilius medulla ceruina induratis oris adhibet, quæ si non addit, vitulina: sin vtraq; desideratur, humida aliqua & non acris resina. Nam oēs resinæ humiditatis gratia simul & viscositatis, quæ habent cognatam, sicca medicamenta veluti colligant. Quia vero non euidentem habent acrimoniā, vlceris nequaquā irritant. Quapropter non nulli merito talibus medicaminū confecturis admiscuerunt vel terebinthinam vel laricem nominatam resinam. Meminisse autē eos inter componendum oportet illius et, quod à plerisq; medicorum negligitur, à quibusdam per ignorantiam committitur. Credunt enim institoribus, vetus oleum dare se affirmantibus, ignari, quō ipsius loco vendant adipem suillum veterem, ex oleo communi liquatum temperatumq; sed mē branulis prius diligenter exemptis. Apparet enim sic, crassum inspicientibus: si odoreres, vetustatis graueolentiam repræsentat. Similitudo igitur est foetoris: qui vero vtriusque ad vnguentū meminit, manifesto alterum ab altero discernit. Alia siquidem est odoris adipis, alia veteris olei proprietates. Accedit huc, q; crassitudo ipsius adulterati continua non est, nec similis, quemadmodū olei veri. Quin & crassius in vasis fundo, tenuius in summo euadit: ob quod etiā id adulterantes permouent, dum emptoribus tradunt. At si re vera quoq; sit oleum sine tali astu sua sponte natū, nomen quidem hoc obtinet vetus: vis aut trimuli non est propinqua trigenario, aut quod annorum quatuor est, nullam constantem cum quinquagenario habet: siquidem temporis spatium, cum inueterarunt tum oleum, tum adeps, mordacitatem quandam acquirunt. Sed hæc quidem sunt maxima, maxima vero & facultatis permutatio. Maximā enim digerēdi facultatem tum oleum, tum adeps, quando inueterata sunt, habent. Atq; hoc ego expertus sum ideo, q; oleum ac adipem vetustissima forte quadam haberem à patre multis annis obseruata: quæ ipse rursum ambo admodū iuuenis adhuc, copiosa reposui, vt iam inueteratis eis vti possem, vbi patris essent cōsumpta. Sed et post hæc iterū ambo sæpe recondi, vt vetustelcerent, tantaq; mihi nunc illorum copia est, quæta vel centum annis victuro sufficiat. Propterea pharmacū, de quo sermo est, oleum & adipem quadraginta annorum recipiens, semper apud me vlcera diuturna præter modum maligna, q; opinio ferret, melius sanauit. Sunt huiusmodi vlcera, in quibus ipsa affecta pars in tā vitioso habitu cōsistit, vt quis sanguis nutriendi causa ad eam perueniēs probe sit cōcoctus, tñ mutet ipsum, corrūpatq; siue, id quod influit, adeo prauo succo præditum est, vt et si pars nihil passa fuerit, ab illo certe ipso solo erodatur. Mirificè igitur medicamenti compositor adstringentia pharmaca repellēdi facultate prædita assumpsit, vt nihil parti affectæ, dum curetur, influat: quædam digerentia, vt sanies in laborante particula contentę per halitum digerantur, vacuenturq;. Symmetria vero ipsorum ita habet. Aluminis scissilis, & malicorij, vt quæ validissime adstringant, minus iniecit vtriusq; denariū pondo sexdecim in idem miscens: foreos sequi plurimum vtriusq;, hoc est denariū pondo viginti quatuor: minus quidem adstringentis, non minus autem siccantis: scissilis quoq; & malicorij equalēs vtriusq; portiones indidit, gallæ ad triginta denarios, duos apponens, vt oēs ex pharmacis denarij octoginta octo colligerentur. His opposuit valde digerens & siccans medicamentum calcem viuam, contentus sexdecim denarijs, qui adstringentium vires sufficiunt deducere. Centū igitur & quatuor denarijs ex metallicis medicaminibus collectis, plus quoq; thuris adijcere conueniebat: & hoc mitius euasisset pharmacū, quo copiosius illud recepisset. Cæterū vehemens ipsum seruare curans, minus adiecit: tibi aut licet bifariam ipsum componere: nā vbi priora quinque cōtriuēris, omniaq; simul commiseris, acruo in duas portiones diuiso, alteri parti sexdecim thuris denarios, alteri duplum indito: deinde liquato, & postq; refrigeraueris, radito ceratum ex liquabilibus medicamentis confectum: quod & ipsum in duas partes seiungito, alteram ei, quod plus thuris habet, alteram reliquo admiscens. Atq; de ceræ & adipis symmetria prima coniectura latitudinem magnam satis obtinet, nobis haud planè intelligentibus, quale tandem crassitudine medicamentum futurum sit. At postq; omnia mista fuerint, clarum fit, tenerius an durius æquo sit redditum. Quare in altera compositione diligentius nobis coniectandum est & de his ipsis, & simul cum ijs de oleo. Sicut enim citra rationalem methodum medicamenta componere, ita vim illorum certo & accurate cognoscere sine experientia nemo potest. Hoc itaq; medicamentum Andromachus ipse desperatis auxiliari dixit: Ab hoc vero deinceps quoddam ad paronychias tradidit, ac post hoc rursum sic ad verbum scripsit: Ad cacoethe vlcera in Valeria Secunda. Subaudiendum nimirum est, vsus sum. Materia sanè pharmaci innuit curatione quidem se à vehementibus relinquere, sed posse ea quæ vehementium medicaminum adhibitione irritantur, mitigare. Compositio itaque eius hæc capit. Tyrrhenicę denarium pondo octo, subaudi videlicet cere, seu taurini denarium pondo quatuor, terebinthinæ denarium pondo quatuor, plumbi vsti denarium pondo quatuor. Linamentis excepto vti tor. Hæc ipsius verba sunt. Malè aut fecit, q; ad quæ cacoethe seu maligna conuenire id dicat, non declarauit: nec quod vehemens sit, aut mitigatorium adiecerit. Diuersa nanq;

nanq; sunt mitigatoria pharmaca. Nam quaedam tantillum etiam affectus iuuant, non nulla vero vel paululum offendunt, aliqua nec iuuant, nec offendunt, sed dolores tantum leniunt, de quibus alias agemus, multa eius generis longo vsu explorata scripturi. Ac quaedam mirifice adeo symmetrijs composita, vt omnino iuuent: interim etiam ipsos tantum affectus agrestium, vt ita dicam, vlcereum persanent. Verum ex illorum materie est cera tyrrhenica & plumbum vstum, non tamen terebinthina, & taurinum seuu. Verum de eiusmodi vlcerebus ac pharmacis sermo, vt dictu est, peculiaris in posterum nos expectat: nunc de curatu difficilibus, vel chironijs, vel quomodocumq; appellasse velis, differere propositum est: ex quoru numero sunt & hec quinq; vniuersa in quarto Critonis libro conscripta.

Quae medicamenta Crito scripserit. Medicamentum ex ladano. CAP. 6.

Optimum medicamen Epuloticum, ex ladano: conuenit praetumidis cum duritia vlcerebus, & cauis: deligatum vero membrum in diem quartum continendum est. Picis aridae denarium pondo centum, aeruginis rase denarium pondo vigintiquatuor, aeris combusti denarium pondo quindecim, squamae rubrae denarium pondo vigintiquatuor, ladani pondo vncias nouem, argentae spumae pondo libras tres, olei sextarium vnum, s. vini optimi sextarium vnum, s. Hoc emplastrum praeparauit & ego materia recepta, quae nullum malthacodes, hoc est mollicinum pharmacum contineret. Sic enim vocat Hippocrates omne genus medicaminum, quae connatam humiditatem habent, qualis in pingui est, singulisq; oleosis medicamentis, & quidem in ipso oleo, et aqua. Quin & resina, ceraq; mollicinum quippiam obtinet. In medio ipsorum, dico autem siccorum temperamento & mollicinorum, pix consistit: eoque ambobus generibus citra offensam admiscetur: quemadmodum tum argenti spuma, tum arida pharmaca, quae circa mediam temperiem versantur, etiam si non nihil ad vtrius excessum interim declinent. Hoc genere comprehenditur pix quoq; quae secundum siccitatis, ac humiditatis oppositionem manifeste iam a medijs recessit: secundum alteram oppositionem calefacientium & refrigerantium, non item. Calefacit enim modice, atq; ideo medicamentis quae pus mouent, admiscetur. Quamobrem in proposito medicamine arida pix medijs attribuitur, atque hac magis argenti spuma, & alia quae siccandi vim obtinet. Porro cum & hic error committi possit, disputationem de ipsa institutam, theoremate primum ad multa vtili in memoriam reuocato: quod id in alijs operibus, maxime de simplici medicina, et therapeutice satis abunde sim executus. Calidum enim & frigidum, humidum & siccum medicamen appellamus, quod corpus nostrum calefacere, vel refrigerare, vel siccare, vel humectare queat, ad optimum hominis temperamentum collatione facta. Medium vero quoddam hoc est inter alia temperamenta vitiosa, quae etiam calida, vel frigida, vel humida, vel sicca nominamus, a praepolente in ipsis siue qualitate, siue facultate, siue substantia, siue temperie malis dicere, denominationem facientes. Eadem ratione neq; si a superante in mistura elemento vniuersam temperiem denominare velis, rerum scientiam offendes. Ostensum enim est in medendi methode praesidia per indicationem, ab ipsis quidem affectibus, contrariae illis temperaturae inueniri: a tota vero animae tuis cuiusq; natura, atq; a singularum rursus partium, propriae & similis. Vnde si & vlcus simplex cauum habeat quis, ab iisdem quidem genere, sed quae non mediocrem differentiam in particularium speciebus habent, curatio sumetur: atque ob id demonstrauimus vlcerebus omnino similibus quaedam medicamentis, quae admodum siccant, persanari, puta, radice panacis, aristolochia, aco-ro, iride: non nulla solo thure, licet hoc carnem non inducat, sed illas naturas ad suppurationem perducatur, quas aristolochia carne replet. Sicut autem in corporibus curandis differentia particularis permagna est, ita quoq; in vlcerebus. Nam simplex, cauum, et purum vlcus a mediocriter siccantibus curatur: fordidum vero, & malignum, & oris praetumidis ac duris quidem, sed carne iuxta cutem fluida, validissime siccantia requirit. In his igitur vlcerebus, quoniam & de ipsis verba facimus, thus est imbecillum medicamen, vt ne pus quidem concoquere, vel mouere possit. Argenti spuma hoc est validius, sed medijs tamen & ipsum inferius. At pix arida mediorum gregi annumeratur, quemadmodum haec superat exiccando aes combustum, chrysololla, & diphryges. Porro euidenter siccatur chalcitis combusta, aerugo, misy, atramentum futorium, eris squama: atque altero modo acerba, galla omphacitis, id est immatura, malicorium, alumen. Exedunt autem non vltima, chalcitis, aerugo, misy, & calx. Quae iam fortissimas facultates habent, in omnibus corporibus eandem actionem ostendere videntur. Imbecillia manifestam differentiam indicant: At si mentem adhibeas, neque minus in valentibus pharmacis magnum actionis discrimen deprehendes, quam in mollibus & duris corporibus obeunt. Etenim mollia citius accedunt, vehementius molestatur, & maiores phlegmonas concitant. Cum igitur haec non modo ad praesentia, sed ad alia quoq; multa, quae hoc commentario continentur, vtilia dixerim, rursus ad propositum pharmacum reuertar, in quo picis aridae denarium pondo centum a Critone scriptum fuisse retulimus, argenti spumae pondo libras tres, cum neutrum propria facultate vlcus cacoethes persanare queat: verum vt medicamen, quod componitur, emplastri speciem induat, recte praesidijs admista sunt. Quantitas autem ipsorum artificiali coniectura sumpta dicto nuper pondere statuta est: cauete hoc illo, qui composuit, ne tant exiguum vtriusq; validis medicamentis miscetur, vt mordacia erodentiaque fiant,

A fiant, agris molesta: vel tam multa mole, & pondere, vt ipsorum virtutem dissoluant. Nam aeris squama admodum siccatur abstergitq; atq; hac etiam magis aerugo: quae ambo efficacia sunt, & carnem exedunt. Aes combustum nec a quoquam intendi, nec resoluti postulat, mediocri facultate praesentibus comodum. Constat autem olei mensuram ex his, quibus cum miscetur, & coctionis quantitate conijci. Nam quae metallica praeparas ad siccandum sine vlllo morfu, coquere diutius oportet. Atq; haec ratio est, cur Crito coctionem quoq; ipsis hisce verbis apposuerit: Argenti spumam & oleum coquito, donec aliquatenus coierint. Deinde spumam aeris, aeruginem, dum confluerint & colorem bonum acquirant, mox picem adjicito. Posteaquam refrigeratum fuerit, ladanium ex vino tritum: obseruans ne ex hoc adiecto efferuescat. Postremo supra ignem leuiter adiecto diutius coquere primum argenti spumam: deinde his iniectam aeruginem, squamam, & aes. Etenim vbi diutius coquuntur, duplicem in huiusmodi vlcerebus potentiam consequuntur. Quippe magis siccant, & minus mordent. Itaq; de alijs simplicibus pharmacis, quae in proposito emplastro Crito percensuit, satis mihi dictum est. Ladani autem sermonem vitauit, quod etiam solum ex vino tritum vlcerebus aegre ad cicatricem venientibus conducatur, non quia vini potentiam requirat, sed quia durius est quam vt emplastro conueniat. Sed si oleo admisto id coquas, pharmaci vim obtundas. Adeo autem validum non est, vt obtundi desideret, quemadmodum aerugo, vel chalcitis, vel squama, vel tale quippiam, & propter id mollius. Est autem tale recens. Nam vlcerebus difficulter cicatricem ducentibus accommodatissimum est. In Cypro igitur, vbi plurimum nascitur, medicus quidam recens adhuc & molle, id genus vlcerebus ipsum molliens imponebat: quod si paulum induruisse, ex myrteo emolliebat: huius inopia ex cyprino, vel rosaceo. Aliud autem medicamentum non multo post hoc in quarto volumine Crito hisce verbis conscripsit. *Pharmacum ex chamaleonte, facit ad eadem, quae Tyria, inducit egregie cicatricem vlcerebus curatu difficilibus, callosis, & veteribus: medetur itidem ani rhagadijs, condylomatibus, & duritijs.* Argenti spumae mina, cerae minae dimidium, aeruginis minae pars quarta, chamaleontis octaua, olei mina. Oleum & argenti spumam incoquito, rudicula mouens, donec crassitudinem accipiat, & fiat melinum. Quod vbi feceris, aeruginem inspergito: deinde ceram diligenter liquata adjicito, & ab igne sublato chamaleonte indito. Cum in vnitatem coierint, in mortarium fundito, ibiq; subactum excipito. Hoc medicamen vice ladani, chamaleontem eiusdem sane virtutis accepit. Ambo nanq; vlcerebus vix sanabilibus cicatricem inducunt. Differunt tamen, quod illud aes combustum habeat, minimè vero cera: hoc ceram quidem, sed aes non contineat. Atq; hic recte auctor fecit, qui in illo ceram loco ladanium ad siccorum medicaminum vnitatem faciendam vsurpauerit: hic vero nihil tale habens ceram miscuit, quae sane remollit mediocriter, non tamen cicatricem generat: potuisset autem & hic plus olei infundere, sicut vetus, vel ricininum. Ego vero huiusmodi pharmacis lentiscinum quoq; iniicio, quod plurimum facultatum est particeps. Siquidem emollit non nihil, digerit, & adstringit: quibus omnibus difficultia cicatrici obducenda vlcera cum oris induratis indigent.

Quae medicamenta produerit Heraclides. CAP. 7.

Oportunum iam est etiam pharmacorum ab Heraclide Tarentino in tertio libro ad Atydamantem scriptorum meminisse. Vir nanq; fide dignus est, si quisquam alius, qui sola experimentis suis probata commemorat. Is igitur vir hunc in modum conscripsit ad verbum. *Aduersus vlcera vetera.* Squamae pars vna, aeruginis rase partes quatuor cerati myrteae partibus octo excipiuntur. Heraclides itaq; tanquam medicis commentarium scribens adiecit cerato myrteae quendam medicum acquisierint, huiusmodi libris confidentes optimis pharmacis citra methodum vtantur: ideoq; frequenter de prospero successu frustreretur. Iam vero myrteae cerati plus minusue adijcientem, nunc humidioris & mollioris medicamento, nunc durioris & siccioris vt licet: in primo quidem vsu latiore coniectura, sicut dictum est, in secundo propius accedente. Nam vlcus intuentes, si minus quod par est exiccatum sit, vehementius pharmacum reddemus, vt magis siccet: sin plus ac conuenit, mollius ipsum copiosioris myrteae cerati mistura faciemus. Quia metallicorum vis non solum ab hoc, sed etiam quouis cerato resoluitur. Ab hoc cum deinceps scripsisset alia, (inaudire autem videlicet oportet virtus) ista subiunxit: Squamae laeuigatae acetum effundito, ac sub canicula laeuigato, mellis spissitudinem faciens, vel incoquito. Postquam siccum fuerit, in pulucrem redactum, cerati partes octo misceto, ac vtitor ad recentia vulnera, & vetera vlcera, & rafa, & attritus, & perniones non nimis vlcerosos. Haec vobis de hoc pharmaco sunt intelligenda. Ad alia quidem, mediocriter, octo partes cerati squamae adieceris: ad vetera nimium, hoc est curatu difficilia, si partes sex, aut quinq; illius apponas, nihil peccabis. Valentioribus enim inde hanc de medicamento narrationem sic scripsit Heraclides dicens: Potes in super squama super ignem resiccata vti. Illius autem sermo innuit, si alio quopiam tempore medicamentum conficiamus, loco caloris ex sole, igne vtendum esse: quanquam huiusmodi omnia aestiuo sole meliora fiant multis diebus trita, quaedam ex vino, quaedam ex aceto. Subtiliora igitur fiunt, quae ex aceto laeuigantur. Atq; ob id melius detrahunt, attenuant, siccantq;. Verum ad cicatrices ducentur

das ex vino trita meliora. In vsu sunt hæc prius exiccatis, deinde præpuratis vlcerebus, quæ cicatricem ægrè recipiunt. Siccabuntur itaq; ijs quæ validè siccant, purgabuntur per detergentia, cicatricem ducent adstringentibus. *Aliud.* Deinceps aliud pharmacum scripsit Heraclides, eiusdem quidem materiæ, sed non validum: quia argenti spumæ multum cum diphryge mistum est. Etenim argenti spumæ triginta quinque denarios, diphrygis octo in id coniiciendas esse consulit. Atq; hæc cerato excipit, quod ceræ denarios quadraginta, olei tres heminas capiat. Ego subinde vsus sum solo diphryge cum tali cerato, non quidè ad phagedænicæ, & chironiæ, & putridæ, (multum enim virtute abest ab ijs, quæ talia curant) sed ad illa quæ ultra magnam malignitatem ægrè cicatricem ducunt. Quare si & argenti spumam ipsi admisceas, eamq; copiosam, medicamentum redes imbecillum. Post hoc, aliud ad eadem ita scriptum est. Ceræ denariū pondo duodecim, resinæ terebinthinæ denariū pondo trium, squamæ denariū pondo quatuor, ladanii denariū pondo quatuor, bituminis denariū pondo trium. Ladanum & squama separatim teruntur, deinde alia liquefacta ex myrteo oleo miscentur. Quod si molle ladanū fuerit, liquefacito. Hac scriptura palam indicauit Heraclides ladanum durum mortario solum ipsum esse laeuigandum, humidum simul & molle super ignem liquandum, vel solum, vel cum oleo modico: quod me non modò in hoc, verum in gutta ammoniaci quoq; facientem subinde vidistis. Est verò &, quod post hoc sequitur, medicamentum à Tarentino conscriptum ad eadem, hac symmetria cõpositum. Chalcitidis denariū pondo viginti quinque, cadmiæ denariū pondo duodecim & s. seorsum teruntur: vinum originale, quod Græcis dicitur aparachyton, miscetur: vbi efferbuerint, superfunditur, vt hæc modicè irrigentur: postea laeuigantur, donec siccescant. Ad hæc liquatorum ceræ denariorū quinquaginta, resinæ terebinthinæ denariorū triginta, myrtei hemina partis octauæ, cerato è siccis confecto denarij viginti miscentur. Hoc quoq; medicamentum nihil habet ex ijs quæ malthacode, hoc est mollicina nominauimus. Verum in mitione ad ceratum, qui exercitatus est methodis rationalibus à me propositis, is conuenientem in singulis vlcerebus mitionis quãtãtatem cõmodè faciet. Pulchrè autem vinum aparachyton, hoc est cui marina non addita est, calidū chalcitidi, & cadmiæ affundit: vt qui chalcitidis acrimoniam caloris ipsius beneficio auferre studeat. Aliud huic proximum insigne pharmacum scriptum est, ex tot & talibus simplicibus cõpositū. Squamæ stomomatis denarij quatuor, æruginis rasæ denariū pondo duū, (in quibusdam exemplaribus scriptum est denarij pondo vnius.) chrysocollæ denariū pondo quindecim, ceræ denariū pondo. xxv. in quibusdam verò exemplaribus nec ceram nec æruginem inuenimus. Laeuigatis alijs ceram cum resinâ modica liquefacito, ne pharmacum durecat, vbi commiscueris, vtitor: desuper autem spongiam aceto expressam imponito. Demetrius Bithynus aiebat ipsam chrysocollam solam calente admodum cera exceptam se vsurpare. Ostendit item Heraclides hoc in medicamine resinam non primo vsu eiusmodi pharmacis misceri, sed vt lentorem quandam ad emplastrum spissitudinem conciliandam ipsis exhibeat, præsertim cum cera nec natura pinguis, nec recens, sed dura atq; arida fuerit: & quidem stomomatis squama præterquã quod adstringendi vim habet, etiam validè exiccet. Demetrius autem Bitynum dixit chrysocolla sola cera excepta vti, quod nimirum rectè faciens Demetrius in hunc modum vsurpauit: quemadmodum ego quoq; sæpe non chrysocollam duntaxat, sed alia quoq; singula ipsa per se molli cera resoluens ad huiusmodi vtor. Nemini verò dubium est me alia singula dixisse, nimirum ea, quæ id genus vlcerebus prodesse supra recensui, & tẽrere in singulis, quæ curo, ægrè sanabilibus vlcerebus talia medicamenta cum cera componentem. Interdum enim chrysocollam cera excipio, non nunquã æs combustum, vel squamam, eamq; vel stomomatis, vel ferri, vel æris: interim æruginem viuam, vel cõbustam, sicut etiam misy & chalcitidem. Aliquando ex austeris aliquid miscemus, quorum supra meminimus, quoties id quod influit, repellere conamur: ex quorum numero est alumen, malicorium, galla, cytini, balaustium, aliaq; his similia. Itaq; fide mihi adhibita nullum hætenus cõmhoratum medicamen repudiandum esse, exercete vsus eorum methodum, qua voti compotes fiatis, quemadmodum ego. Ceterum cum alia quoq; duo haudquaquã contemnenda medicamina deinceps à Tarentino scripta sint, non ab re mihi visum est ea quoq; addidisse. Eorum itaq; prius sic tradidit. Squamæ denariū pondo quatuor, manne denariū pondo quatuor, aluminis scissi denariū pondo duū, misyos denariū pondo duū. Trita ex aceto in pastillos digerito, qui singuli pendant denarios duos, & reponito. Cum vsus poscet, ceræ denariū pondo quatuor, resinæ pityinæ denariū pondo duū, seui taurini denariū pondo quatuor. Liquata refrigerare sinito, paulilloq; misceto, vtitor ad vulnera tanquã glutinatorio, & quod inflammationẽ arceat. Hęc quidem Tarentinus. Nos verò sic tẽperato ad vlcera cõmodè vsurpari dicimus, verum ad cacoethe tale ceratum miscendum non est. Quippe cera sola, veluti in prioribus declaratum est, hic sufficit. Ac si ex mollicinis quippiã miscere oportebit, id exiguum myrteum, vel cyprinum, vel rosaceum esto. Nihil item lædes, si resinam laticem appellatam adiungas: nec si terebinthinam, quæ licet minus idonea sit aduersus hoc genus vlcera, non tamen renscienda est. Alias vero resinas nisi prædictarum magna sit inopia, miscere non oportet. Sic de seuo intelligendum venit. Neq; enim hoc apponere debemus, nisi vlcere oras emollire cupiamus. Porro q; taurinum pingue inter

* Ap. viii. & s.
* Ap. xxv.

* Ap. viii. & s.
* Ap. xxv.

* Ap. terebinthinae extirpare.

* quadraginta.

Anter alia omnia, quæ mansuetorum animantium sunt, maximè siccet, non semel audiuistis: quippe superat ipsum subtilitate, tum leonis, tum pardii, tum hyænæ adeps. Potius igitur est, vbi adipem miscere oportet, anserinum indere, vel magis anserum in pascuis degentium fati enim est tenuis, & mitigans. Iam cum adhuc restet medicamentum superiori proximum, in quo disciplina principium fecit, ita fatus Heraclides, Ipoterion quasi dicas expressio, præsertim ad teneros, quoniam alterius tum materiæ, tum virtutis quam diximus conuenire ijs, qui valida medicamenta non sustinent, sed mordentur, exagitantur, & fluxionem acquirunt, sermonem de eo differemus, cum de id genus medicamentis agemus, exponendum. Nunc ad similia præscriptis descendam, tantum insuper de ijs appones, quod etiam altero libro, quæ Stratiote, hoc est militem Heraclides inscripsit, eadem pharmaca repetijt, in tertio sibi ipsi duntaxat dissentiens. Hic enim simpliciter scripsit, ceræ denariū pondo quadraginta, verum in Stratiote, appositum est, alijs denariū pondo sexdecim: atq; hoc rectius est, quia multa ceræ mixtura medicamenti vim minuit. Præterea in libris quos ad Antiochidem scripsit, horum ipsorum medicaminum meminit Heraclides, atq; in primis primi, quemadmodum in his, ita in illis quoq; cõmentatus. Ad nimis quàm inueterata & callosa hoc veteris: Squamæ parte vna, æruginis in quibusdam exemplaribus punctis distinctum. scriptum est: in alijs lineam superscriptam habet oblongam. vt vel quatuor partes, vel vnus quartam partem significet. Idem in prædictis exemplaribus variè ipsum scriptum inueni. Quare in hoc quoq; vtilitas propositi operis est, vt pharmacorum differentias possis pernoscere. Nam solus ipsis rectè vti possis. Hoc igitur ipsum medicamen quod propositum est, si quatuor æruginis portiones capiat, admodum acre futurum est. At si quartam æruginis partem iniicias vni squamæ portionculæ, mediocrem phamacum habebis, puta ad maligna: potissimumq; si non ex sola cera, sed cerato ipsas temperes. Prædiximus ceram, & mollem & nouam esse oportere: si talis non sit, apud ignem paratum, calefaciendam, vel in sole, & cum myrtei pauillo emolliendam: itaq; æruginem, & squamam ei commiscendam. Ostendimus quoq; in huius commentarij principio, optimum hoc esse pharmacum, ex squama & ærugine confectum, si cera quadrupla adiecta sit. Atq; ob id frequenter ipso vtor, cum æris combusti æquali pondere, plurimum admixto. Apposuit autem medicaminis huius vsui in libro, quem ad Antiochidem Tarentinus edidit, ea quæ suis cõmentarijs supra nominatis omisit. Vniuersam igitur ipsius seriem orationis adducam: habet autem in hunc modum. *Ad vetera quidem admodum & callosa hoc veteris.* Squamæ parte vna, æruginis quarta: hæc læuigata, myrteo cerato duro, quod octo partes contineat, excipitur, vsuq; sunt, sed prius aqua frigida vlcus eluitur. Apposuit præterea elui oportere vlcus aqua frigida. Modò producam quæ ex Andromachi pharmacis eadẽ promittentibus omiserã. Anteanq; emplastra duntaxat retuli. Quæ verò medicamenta ex pastillis præparata, ceratis admixtis dum vsus postulat, ægrè sanabilium vlcerebus epulotica, hoc est ad cicatricem ducendam apta, esse dicit, vel quæ sicca insperguntur, ea in præsentiarum subiungam, ab illo quod inter arida iuxta finem scribitur, exorsus.

Sicca Andromachi. Aristum cicatricem ducens.

CAP. 8.

* Al. ostroriti.

Ostrum combustorum denarium pondo duū, manne denarij pondo vnus, cadmiæ obolorum pondo quatuor, alijs denarij pondo quatuor. Tritis vtitor etiam ad nomas. *Aliud aridum, ad idem.* Piceæ corticis denariū pondo sex, aristolochiæ denariū pondo sex, pumicis denariū pondo quatuor, resinæ siccæ denariū pondo quatuor, manne denariū pondo sex: clarum est, colophoniam ipsum dicere, iridis illyricæ denariū pondo duum. Læuigatis vtitor. *Aliud cicatricem ducens, etiam malignis.* Piceæ corticis denarium pondo sex, cornu ceruini combusti denarium pondo quatuor, cadmiæ denarium pondo octodecim, manne denarium pondo quatuor, æruginis rasæ denarium pondo duū. Tritis vtitor. *Aliud.* Gallæ denariū pondo quatuor, cerusæ denariū pondo octo, myrti denariū pondo quatuor, spumæ argenti denarium pondo octo, retimenti plumbi denariū pondo quatuor. Tritis vtitor. Horum quatuor medicaminum, primum simplex est admodum sine morsu, siccans, obscure adstrictionis particeps. Secundum ob piceæ corticem adiectum, sensibilem adstringendi potentiam obtinet, qualem habere conuenit ea, quæ cicatricem probè ductura sunt. Tertium non modò corticem piceæ, sed æruginem quoq; capiēs, ijs conducit, quæ sordiciem faciliè vlceratis adnascentem fouent: quippe sordes ipsorum tollit, & cicatricem non impedit. Quartum loco piceæ corticis, myrtum habet, aliaq; citra mordacitatem exiccantia. Post hæc, vbi alia tria arida scripserit, quartum ita ad verbum subdit. *Aliud aridum ad excrecentia, cicatricem ducens sine morsu, vt Harpocras.* Sandarachæ, chrysocollæ, arsenici, pares singulorum portiones: facit & ad maligniora. Hoc pharmacum nihil cum prioribus similitudinis habet, sed vlcerebus propter nimiam humiditatem carne excrecentibus conuenit, vt quæ etiam repurget. Nam talis potentia est sandaracha, & arsenicum, quibus vnum ex ijs, quæ mirificè maligna iuuant adiectum est, nempe chrysocolla.

Quæ adscripsit Archigenes.

CAP. 9.

Quæ Archigenes de id genus vlcerebus in secundo medicamentorum libro scripsit, sic ex illius dictione ad verbum sonant. *De vlcerebus quibus callus obduci non potest, & veteribus.* Quinta Classis. h h h h h ij Vlceras

Vlcera vetera ita cicatricem ducēt, communi quodam expurgatis oleum vetustissimum cum linamentis imponitur. Vel ærugo rasa cum cerato rosaceo, quod paulum resinā habeat, excepta imponitur. Item squamæ aris rubri quamplurimum cerato myrteo exceptum vsurpatur. Vel amyli eloti partes tres, seu vitulini partes tres, ceræ tyrrhenicæ pars vna. Liquatis quæ liquari possunt, amyllum miscetur, & vsui est. Vel diphrygis & squamæ aris, singulorum denarium pondo quatuor, mannæ denarium pondo octo. Ex aceto probè leuigentur, dum mellis spissitudo fiat, ceram denarijs trigintaduobus cum olei hemina & s. quæ faciā superfundito, ac vnita vitior. Linamento excipito vel paucius oleum, & splenion facito. Vel chalcitidis, cerussæ, paræ mensuram, salis communis duplam, argenti spumæ portionem duplo, quàm salis, maiorem; vino oleoq; alternis læuigans, vt liparo, hoc est pingui medicamento vitior. Vel argenti spumæ, cerussæ, diphrygis, æquale pondus, calcis viuæ duplum cum myrteo cerato vsurpato. Vel diphryges, squamam, gallam pari mensura, æruginem dimidia, cum cerato myrteo: non nulli & pityinam resinā admiscant. Vel cucumeris agrestis radicem inspergito. Desuper verò linamentum filatim excerptum ex frigida repurgat, & cicatricem obducit. *Ad vlcera in quocunq; corporis loco, quæ cicatricem ægrè ducunt.* Erylimi semine leuigato, mistoq; dum sordium habeat speciem, splenij modo imposito celerrimè vlcera ad cicatricem perueniūt, vel maligna. *Aliud cicatricem inducens senilibus.* Ad senilia retrimto plumbi cum myrteo cerato vitior. Si vetustum ipsum cupias, adipem porcineum addito. Quæ nigricant vlcera, prius pane hordeaceo fouebis, & pani cocto butyrum & cerussam pari pondere diligenter in vnitatem rediges, & vteris.

De putridis & nomis.

CAP. 10.

Putridis & nomis erui farinam, alumen liquidum, panis similaginei internam micam, porci veteris, vel alterius carnem salnam, vetustam, illotam, terebinthinam liquidam, mel optimū pari mēsurā imposito omnia læuigata. Vel aristolochiæ ac cicinorum foliorum succi æquales partes, æruginis dimidiam ex aqua, sed mellis spissitudine illinito, paululum partis incolumis apprehendens. Si crusta non decidat, elaterij, æruginis paræ modum adijcito. Benè facit ad putredines fori tritum crassius inspersum, & supra liccum linamentum conceptum. Vel aristolochiam rotundam, & gallam æquali pondere ex oleo circūline. Vel cucumeris agrestis radicem, vel brassicæ, vel betæ, vel lapathi folijs illigatam calido cinere recondito. Cum autè emollita fuerit, contritam imposito: validè purgat. Vel summos germinantis oleæ furculos in vino coctos cum melle aspergito, vel chalcitidem inspergito: desuper verò panniculos siccos filatim excerptos accommodato. Elaterium, vel lini semen tritum cum chalcanto imposito. Vel thymo, & staphide agresti aut satiuæ cum ficis coctis aspergito. Vel ficulneis folijs in puluerem redactis cū melle. Vel nitrum cū cumino. Et farinam cum melle. Vel ficus agrestis radicem cum melle. Vel squilla coctæ ex melle. Vel veratri cum melle. Faciunt itidem hæc ad phagedænas, nigritias, & nomas. Vel foreos denarium pondo duodecim, chalcitidis denariū pondo decem, misyos denariū pondo quatuor, cum aceto acerrimo tribus cyathis cōterito donec inarescant, & excipito: vtere verò specillum ex eis tingens, atq; in vlcus deuoluens, deinde linteolum simplex ex œnelæo madens superimponito. Quod si phlegmone adest, alterci semen quod hyofcyamon dicitur, cum polenta, vel brassicam cum melle inspergito. Quibus autè vermes adsunt, cerussam & polium æquali pondere cum pice liquida inungito.

De vlcibus cancris.

CAP. 11.

Cancrosis & malignis vlcibus cancri fluuiatilis combustis, cadmiæ pares portiones tritas inspergito. Aut cinerem cancrorum cum cerato imposito. Aut erylimi semen læuissimum ex melle feculentum faciens, splenij modo imposito. Summè facit ad chironia, & vetusta, & cicatricem ægrè ducentia: item ad cōrumaces & malignas nigritias tibiarum, & quæ in mamillis sunt, strumas, ac parotidas extrahit, si inspergas seui bubuli pondo libras tres. (vt quidā aiunt, quinq;.) H terebinthinæ pondo vncias quinq;, mannæ pondo semuncia, terræ sardæ dictæ, qua tinctores vtuntur, pondo vncias quinq;. Quæ liquari possunt, aridis misceto, ac in vnum coactis vitior. Aut lentem coctam cum melle, aut oleæ virentis furculos, aut vtrunq; inspergito.

De vlcibus callosis.

CAP. 12.

In ijs quæ callum contraxerunt, & prætumidas oras ac duras habent, dulciaq; vocantur vlcera, communiter quidem per experientia bene facient vrentia, propriè verò litrum torrefactum, calcem viuam cum vrina pueri in corrupti circūlinito, aut æruginem, thus, salem, mel inungito.

De emplastris, quæ Asclepiades ad huiusmodi vlcera conscripsit.

CAP. 13.

Prestantissima de id genus vlcibus Asclepiades tradidit cognomento Pharmacion. Cū n. vnum sit omnibus iplis cōmune, nempe vt difficulter ad cicatricem veniant: quædā, q malè curantur, vel molliuscule victu à medico reguntur, cicatricem non ducunt, nullam de se malignitatem habentia: quædam verò suo vitio ægrè sanantur, vel q prauū humores iplis influant, vel q exulcerata pars talem iam affectum habuerit, vt quāuis probus qui influat, sanguis existat, ipsum corrumpat. Asclepiades igitur eiusmodi vlcera tribus distinguēs generibus, de singulis propriū sermonem instituit, quæ ego quoque illius verbis deinceps adscribam, enarrans decernensq; si ambiguitas

Ambiguitas quæpiam in sermone appareat. Itaq; de primo horum vlcum ac medicaminum genere ita Asclepiades ad verbum differit. Vbi callum partes contraxerint, & ægrè ad cicatricem veniunt, confecturis infra positis vtendum est. *Ad vlcera emplastrum, omnem excrescentiam reprimens, item vlcibus cruentis, ac vlcibus conuenit, inflammationem arcei, facit ad pasta, sinus ungit, valet ad vlcera fluentia, diuturna, & quæ difficulter cicatricem admittunt.* Argenti spumæ pondo tria, squamæ aris, chalcitidis, æruginis rasæ, singulorum vnc. iij. acetū hemina, olei veteris pondo libras octo, præparatur, sicut prædictum est. *Ad vlcera medicamentum ad idem accommodatum, probè autem etiam digerit.* Argenti spumæ pondo libram, olei veteris pondo libras duas, s. æruginis pondo vnciam, chalcitidis pondo vnciam, squamæ rubræ pondo vnciam vnā, acetū heminam. *Ad vlcera ad idem.* Argenti spumæ pondo libras duas, olei veteris pondo libras quatuor, chalcitidis pondo vncias nouem, squamæ aris denarium pondo quatuor, acetū heminam, conficito in eundem modum.

Ad vlcera Turpilliani quod philosophorum dicitur, facit ad vlcera fluida, & diuturna, ægrèq; cicatricem sumentia: ossa corrupta reducit. Argenti spumæ pondo libras tres, olei veteris sextarios tres, chalcitidis pondo libras ij. s. aris squamæ denariū pondo. xxv. acetū heminam. Argenti spumæ, & oleum vsq; ad consistentiam incoquito: deinde squamam læuissimā factam adijcito, affidue mouens. Ac cum bene

B habet, chalcitidem ex aceto tritam paulatim medicamento aliquatenus refrigerato immittito, deinde ponēs supra ignem rursus incoquito, vsq; dum nō coinquinet: cū in pilam demissum rursus contuderis, ac subegeris, excipito, & ad supradicta vitia vtitor. *Ad vlcera vocatum emplastrum giluum, ad fluentia, diuturna, maligna valet, ac vix curabilia, maxime in partibus extremis. Conficiendum est mollius ac tenerius, densatur enim repositum, & siccius euadit. Ita habet.* Argenti spumæ denariū pondo cētum, minij sinopici denariū pondo octo, diphrygis, ceræ, chalcitidis cōbustæ, singulorum vnciā, in alio exemplari, singulorum pondo denariū quatuor, chalcitidis crudæ denarium pondo duū, olei heminas duas. Argenti spuma & oleum coquantur, dum iterum ac tercio efferuescant. Hoc factō, aquæ modicum digitis infillatur, mox diphryges, chalcitis tosta læuis facta inspergitur, sub manu aquā infillando, donec non amplius medicamen inter coquendum strepat: vbi constiterit, ceram indito. Ad sint autem chalcitis cruda, & minium ex oleo modico contrita, cum bene habet pharmacū, hæc immittito, continue mouens. Cum rectè se habet, in pilam consijcito, ac rursus tundito, subigitōq; excipiens vtitor. *Ad vlcera Scribonij Laryi pharmacum accommodatum.* Ceræ denarium pondo cētum, argenti spumæ denariū pondo quinquaginta, olei myrtei hemina vnā, misyos combustis, chalcitidis vstæ, aluminis scissi viti, cerussæ, resinæ terebinthinæ, singulorum denariū pondo duodecim, cōponitur eodē modo. *Ad vlcera in oculis staphylomata, valet ad vlcera curata difficilia.*

Minij sinopici denariū pondo quindecim, argenti spumæ denariū pondo centum, ceræ denarium pondo quadraginta, pityinæ denariū pondo. xx. chalcitidis denariū pondo. xxx. salis ammoniaci denariū pondo vnus, thuris denarij pondo vnus, olei hemina. Preparato, quo dixi, modo. *Ad vlcera, vt Aphrodas, facit item ad condylomata, & rhagadas contumaces.* Argenti spumæ denariū pondo quadraginta octo, terebinthinæ denariū pondo vigintio octo, misyos tosti, chalcitidis tostæ, singulorum denarium pondo octo, minij sinopici, chalcanthi, singulorum denariū pondo quatuor, olei veteris heminam, aquæ heminam, ceræ denariū pondo quadraginta, ricini pondo libram, (alij cyathi dimidium), sicca ex aqua læuigantur. Atq; de his hæc tenus.

De secundo vix sanabilium vlcum genere, de quibus Asclepiades hoc modo scripsit ad verbum.

Ad fluentia vlcera, & curatu difficilia confecturis infra scriptis vtentur. *Ad vlcera emplastrum ex chameleonte, quo vsus est Philoxenus ad fluentia & ægrè curabilia vlcera.* Argenti spumæ pondo libram, olei veteris pondo libras duas, chamæleontis radicis pondo trientem, aristolochiæ pondo trientem, chalbanij pondo vncias duas, gallæ pondo vncias duas, thuris pondo vncias duas, conficito, sicut prius. *Ad vlcera, quod Thebano adscribitur.* Argenti spumæ pondo libram, olei veteris sextariū vnū;

D chalcanthi denariū pondo vigintiquatuor, chamæleontis denariū pondo duodecim, aristolochiæ tantundem, chalbanij denarium pondo octo, thuris denarium pondo octo, componito similiter. *Ad vlcera ex arundinibus, ad fluentia, & chironia vlcera, item ad cuiuslibet serpentis ictum.* Argenti spumæ pondo libram, olei veteris pondo libras duas, chamæleontis nigri radicis, aristolochiæ, gallarum immaturarum, singulorum pondo denariū quatuor, chalbanij, guttæ ammoniaci, thuris, singulorum pondo vncias duas, præpara mouens radicibus arundinum viridiū. *Ad vlcera Casti nominatum gangranicum pharmacum accommodatum.* Argenti spumæ denariū pondo centum viginti, olei sextarios duos & dimidium, chamæleontis nigri radicis denarium pondo sexdecim, acetū sextarios duos & dimidium, æruginis denarium pondo octo, piceæ corticis denariū pondo octo, myrrhæ denarium pondo quatuor, præparato sicut priora. *Ad vlcera, quod ad Damonicum refertur.* Valet ad fluentia, difficilia curata, & phagedenica vlcera, facit item ad fistulas impositum, emollitq; omnem duritiam. Argenti spumæ, bituminis, singulorum denariū pondo centum, picis, ceræ, singulorum denarium pondo octo, pyritis, terebinthinæ, vtriusq; denariū pondo xxv. propolis, aluminis scissi, singulorum denarium pondo quindecim, ammoniaci thymiamatis drach. xij. chalbanij, aloes, vtriusq; drach. viij. æruginis, mannæ, vtriusq; drach. v. olei veteris sextarios duos. Argenti spuma cum oleo incoquitur, donec coierint, mox bitumen, pix, cera, resina;

Quinta Classis.

hhhhh iij propolis

* AP. 11.

* AP. 12.

* AP. 13.

* AP. 14.

propolis iniicitur. Quibus liquefactis, refrigeratisq; ærugo, & lapis pyrites immittitur: deinde ammoniacum. Cum cacabus ab igne sublatus modicè refrigerit, alumen, chalbanum, mannaq; inditur, & mediocriter cocta in frigidâ demittuntur, ac diem noctemq; sinuntur. Subactis vitior: **C** Aliud, facit ad curatu difficilia. Picis, ceræ, pyritæ, singulorum pondus denariū duodecim, guttæ ammoniaci denarium pondus decem, bituminis denariū pondus quinquaginta, argenti spumæ denarium pondus quadraginta, propolis denariū pondus octo, scissilis denariū pondus quinq; æruginis denariū pondus duum, olei sextarium. **C** Aliud nigrum ex salicil vs ad idem. Misyos peregrini, aluminis rotundi, chalcitidis, cretæ futoria, quæ melanteria Græcis dicitur, æruginis rasæ, aluminis scissilis, gallarum immaturarum, cerullæ, singulorum pondus selibram, ceræ, resinæ siccæ, picis brutiæ, bituminis, singulorum pondus libras duas, aceti acris sextarij dimidium, olei omphacini pondus libras duas, salicis furculorum tenerorum foliorum pondus libras duas. Folia salicis in acetum mitto, igniq; supraposita coquito mouens sine requie, dum tertia liquoris pars relicta fuerit. Sicca verò tundito, & cribro tenuissimo secernito: deinde in mortarium coniecta his humorem expressum adijcito, teritoq; diligenter, tanq; cephalica medicamina. Quæ autem liquefieri possunt, vsq; dum non coinquinent, coquito: posteaq; refrigerata raseris, læuigatis immisceto, ac in pilam coniecta excipiens vitior. **C** Indum Tharsei chirurgi, ad eadem. Ceræ, resinæ frictæ, picis aridæ, bituminis liquidi zacynthij, singulorum pondus libras duas, cerullæ, æruginis, chalcitidis, misyos peregrini, melanteriæ, aluminis, & scissilis, & rotundi, galgæ omphacitidis, hoc est immaturæ, malicorij, thuris, singulorum pondus selibram, aceti, quantum sufficit. Quæ liquantur, eò spissitudinis, vt non inquinent, coquito, sicca tundito, tenuissimo cribro cernito, aceto perfundito, & liquabilibus excipito. **C** Aliud cyxicenum, facit ad diuturnos affectus, & nervos præcisos. Thuris quæ optimi, ceræ, myrrhæ, aristolochiæ, chalcitidis, illyricæ, chalbanij, singulorum pondus denarium quatuor, terebinthine, argenti spumæ, singulorum denarium pondus octo, olei heminâ. Omnia in vas æreum conijcito, super cinerem molliusculum coquito mouens, donec in frigidam descendens mellis habeat spissitudinem. Deinde tollito mouens. Hoc in pelliculam illitum imponito, & soluto hyeme post septimum diem, æstate à quinto. **C** Aliud ex collectaneis Philoxeni. Thuris, myrrhæ, croci, illyricæ, bdellij, squamæ aris, chalcanthij, chalcitidis, aluminis rotundi, & scissilis, misyos peregrini, guttæ ammoniaci, propolis, visci quercini, opopanax, malicorij inclusi, singulorum denariū pondus quatuor, aristolochiæ denariū pondus octo, ceræ denarium pondus centum, quod minâ inscribit, seu taurini denariū pondus centum, resinæ terebinthinae denariū pondus septuagintaquinq;, quod græcè Triatettara nuncupat. Resina in ollam fictilem nouam cõiecta coquatur, donec odorem amittat, deinde seuũ & cera purgata adijciuntur, liquenturq; sicca tundanatur, & tenuissimo cribro incernantur. Deinde ab igne deposita, quæ liquefacta sunt, aliquandiu refrigerari permittantur, quibus sicca inspergito curiosè mouens: myrrhâ verò, thus, bdelliũ, opopanax ex aceto trita ea habere oportet: quibus ea, quæ in olla sunt, immittenda, terendaq; ne in grumos ceræ modo coeant. Cum bene habuerit pharmacũ, pyxide lignea irino prius illita reponitur.

De tertio genere vlcera, quæ vix ad sanitatem perueniunt, Asclepiades hæc ad verbum scripsit. Ad vlcera quæ nequaquã coeunt, aut si coeunt, rursus soluuntur, vel carne corrupta, vel etiã offibus subiectis labefactis, huiusmodi confectionibus vtendum est. **C** Ad chironia, & quæ difficilem curationem habent, medicamentum confectionem. Squamæ eris, æruginis rasæ, singulorum pondus vnciam, ceræ pondus selibram, resinæ laricis pondus vnciam, s. Quæ liquantur, aridis misceto, excipitoq; ac vitior curiosè subigens, latiusculum ceratum soli affectu parti iniiciens, vt vlcus tantum comprehendat. Ambientes verò particulas medicamine, quod phlegmonem propellit, circundare oportet, tertio curationis die vlcus solvere, dein fomentis lenire, ipsumq; ceratum ablutum emollire, ac rursus imponere, donec cicatrix appareat. **C** Aliud accommodatum. Aeruginis, squamæ eris, singulorum pondus vncias duas, diphrygis pondus vnciam vnam, ceræ pondus libram, laricis pondus vncias tres, preparato, ac vitior, sicut prædictum est. Post hæc de medicamentis, quæ nominantur Cephalica, i. capiti accommodata, sic ad verbum Asclepiades tradidit. **C** Deileontis cephalicum ad diuturna, & quæ difficulter sanantur: ossa corrupta educit. Aeris squamæ, manæ thuris, resinæ siccæ, singulorum denariū pondus centũ, aceti heminas duodecim, Terito squamã ex aceto, & cũ leutis facta fuerit, thus in minutissimũ puluerem redactum adijcito, & resinam. Pastillos fingito, quos in vmbra desiccabis, in vsu, cùm callum auferre conaris, medicamentũ partem vnam, cerati ex rosaceo confectionis æqualem sumito. In alijs verò sit medicamentũ portio vna, cerati partes tres vel quatuor. Nam temperamentum subiectis affectibus conuenire oportet. **C** Cephalicum melanchloron, id est ex nigro viride, quo vsus est Tryphon Archæus: facit ad diuturna, & vix sanabilia, ossa corrupta reducit. Aeris squamæ pondus denarium duodecim, manæ thuris, guttæ ammoniaci, resinæ pityniæ siccæ, seu vitulini curati, resinæ terebinthinae, singulorum pondus denarium sexdecim, ceræ, olei, vtriusq; quartã minæ partem, aceti heminã, cõficio ad modũ prædictum. **C** Philonæ cephalicum, ad diuturna, diffi-
tiliaq; sanati: ossa corrupta reducit, & callos consumit. Terræ erethriadis denarium pondus centum, æris squamæ denariū pondus quinquaginta, ichthyocollæ denarium pondus viginti quinq;, aceti heminas duodecim. Ichthyocollam minutim cõtusam in vas vitreum cõijcere oportet, acetum affundere,

* In impressis
græcis legitur
rh.u. in antiquis
foetq.

* At, vino.

A dere, vt irrigetur, dissolutam medicaminũ præparato immittet, vbi miscuerimus, pastillos efformare, vsus indicatus est. **C** Dionysij Samij. Terræ erethriadis pondus minam, æris squamæ pondus minã dimidiũ, ichthyocollæ quartã partem, thuris octauam, æruginis rasæ octauã, myrrhæ decimã sextã, aceti congios duos. Cõponito sub æstu caniculæ, in sole omnia cũ aceto simul teres: ichthyocollã verò tenuè faciens aceto modico in vase vitreo imbuto: deinde cũ miscueris ijs, quæ sunt in mortario, pastillos fingito quatuor singulos denariorũ, quosdã octo, & desiccato. Vbi vtendum erit, medicamenti partem vnam cum tribus cerati ex rosaceo confectionis sumito, splenis lanam succidam aceto madentem superdato, fistulis pharmaci partem vnam, cerati rosacei duas, collyria faciens imponito. **C** Emplastrum dia botanum, hoc est ex herbis, vt Lucius præceptor conficiebat. Anagallidis flore cœruleo denariū pondus quinquaginta, papaueris agrestis denarium pondus quinquaginta, hyoscyami viridis foliorum, & porrorum viridium, singulorum denariū pondus quinquaginta, squamæ aris denariū pondus viginti quinq;, manæ denariū pondus xx, resinæ pityniæ siccæ denariū pondus sexdecim, aloes denarium pondus sex, aluminis scissilis denariū pondus quatuor, rotundi tantundem, salis ammoniaci denariū pondus quatuor, ceræ pondus minam, olei veteris heminas duas, aceti quantum satis est. Herbis diligenter contulis, acetoq; solutis, humorem ad medicamenti confectionem exprimito. **C** Ijs Cephalica, id est capiti accommodatum, ad chironia, & curatu difficilia, est item cruentis idoneum, quod Græci enamon appellant. Ceræ denariū pondus centum, resinæ colophoniacæ denarium pondus ducentum, guttæ ammoniaci, squamæ aris, thuris cõbusti, aristolochiæ tenuis, æruginis, salis ammoniaci, singulorum denariū pondus octo, chalbanij, manæ, myrrhæ, aloes, singulorum pondus denarium duodecim, aluminis rotundi denarium pondus sex, olei veteris heminam, aceti quantum sufficit, preparato ac vitior interim mero, interim diluto medicamine.

De scriptis ab Hera vtilibus emplastris ad vix sanabilia vlcera. C. A. P. 14.

A lia sanè quædam emplastra vsus multiplicis tradidit, quæ vlcibus quoq; ægrè cicatricem ducentibus, & malignis esse accommodata affirmat. Vnius verò propriè ad ea sola conducētis meminit, sic ferè de ipso scribens ad verbum. **C** Emplastrum ipsius Hyggini ad multa vtile, boni coloris, facit bene vlcibus, quæ ad cicatricem ægrè perueniunt: item ad paronychia, quo nullum extat præstantius. Argenti spumæ chrysitidis pondus minã, ceræ pondus minã, chamæleontis nigri radices denarium pondus xxxvi, æruginis rasæ denariū pondus xvij, chryfocollæ denariū pondus xxx, olei heminas tres. Argenti spumã cũ oleo leni igne coquito, donec inferuere incipiat, deinde cũ ab igne deposueris, æruginem inspergito: iterum coquens moueto quousq; colorem proprium receperit, **C** mox cerã indito: cùm bene medicamentũ habet, chryfocollã, & chamæleontem: in mortarium demissis aceti insillato, Valet ad eadẽ chryfocolla etiam cõtenta, quanq; & sine hac longè mitigantissimum est, summeq; iuvat neruorum punctus, item cũ à neruis, vel musculis eluere quid oportet. Ac rectè fecit Heras, ad finẽ sermonis de emplastro scribens chryfocolla addita non esse mitigatorium, seu leniens. Quippe adstringens aliquid pharmacum hoc continet, at quæ ob dolorem videlicet mitigantur, relaxantibus indigēt. Nam in hoc solũ accidens mitigari postulat, & subinde mitigantia dolorificum ipsum affectũ offendit. Verũm vehemētiori malo succurrētes, dolorẽ primo lenimus, deinde sic ad ea, quæ morbum curare possunt, accedimus. Itaq; chryfocolla, sicut & prius dictum est, medicamen est ex ijs, quæ ad vlcera vix curabilia mirificè faciunt, quemadmodum pleraq; alia, quæ præterq; q; vehementer siccant, etiam non nihil adstringunt. Porro nullum huiusmodi medicamentum est mitigatorium. Quoniam verò minæ, & heminæ meminit, spumã argenti minam vnam iniicere præcipiens, olei heminam, (dictum nanq; mihi est etiã in superiori bus cõmentarijs, non nullos viginti vncijs, quosdam sexdecim minã æstimare, vt heminam alios vncijs nouem, alios duodecim,) distinguenda quoq; hæc veniunt. Sumetur autem distinctio ab ijs, quæ pharmacum promittit, & metallicorum quantitate. Etenim propter pollicitationem **C** qui assatim postulat, eoq; plus olei accipere: ob metallicorum autem missionem, quæ non pauca sunt, oleosam humiditatem exigit. Cùm igitur nec pingue, nec medullam, nec resinam liquidam capiat, oleum augere ratio est. Itaq; si minã ceu viginti vncijs æstimemus, olei certè tres heminas infundemus, singulas vnciarum duodecim. Sin autẽ sexdecim reputauerimus, olei heminam ceu vnciarum nouem licet immittere. Potest etiam addi, si vncias duodecim pendat, propter coctio-
nem diutius celebrandã. Nam id talibus medicamentis est vtilissimum vel metallicorum causa, quorũ nõ mediocris copia existit. Si n. chamæleontis denarios triginta sex adnumeret æruginis quidẽ octodecim, chryfocollæ quadraginta denarijs, sient vnuerſi nonagintaquatuor, qui & ipsi copiosi olei misturam requirunt, maxime cùm ceræ denarios simul centũ addi præcipiat, omnino enim vel sic multo oleo erit opus. Hoc igitur emplastrum Heras conscripsit, adfirmans vlcibus ægrè cicatricem contrahentibus ex vsu esse. Alijs verò vsus multiplicis eodem in libro scriptis, post multa ipsorum opera subdidit: Cicatricem ægrè sumentibus, vel malignis quoq; vel chironijs idonea. Nam & Aribarzanion ab ipso dictũ cõmendat aduersus maligna, pascentia, & difficilia curatu: Item Ilim vt gangrænas coercentem. Deinde tertium his verbis auspicator: Boni coloris, cruentis idoneum, cicatricem inducēs, quod chironijs simul auxiliari dicit: Insuper quartũ, cui nomen indidit, Panacea: ad hæc quintum, Icesiam. De emplastris igitur, vario vsui accommo-

Quinta Classis.

h h h h h iij datis

datis sequenti libro disputabimus, ubi simul ea quae Heras commendauit, adscribentur: hic autem, E
 quae vix sanabilibus (chironia non nulli vocant,) medentur, longo vsu tum a praceptoribus no-
 stris, tum a nobis ipsis explorata, quorum non nulla ab antiquioribus quoque viris praclaris appro-
 bata sunt, quemadmodum & illud, quod in libro, cui titulus est Mantia pharmacopola de reme-
 dica, scriptum inuenio. Verba ipsius ita sonant. *C. Aeruginosum Mantia.* Aeris vsti, [pondo minas] [†]
 quatuor, resinae pityinae siccae denarium pondo octo, cerae denarium pondo octo, aeruginis denarium
 pondo. x. olei heminam, terrae cimoligae denarium pondo quatuor, thuris denarium pondo quatuor,
 spumae aeris denarium pondo quatuor. Sicca laeuigata in mortario sinito, ceram liquefactam cum
 oleo tritis superfundito, sinitoque pauillo tempore cobibere, aceti heminam addito, per triduum
 terito, quantum aceti excipiat, immittens, vt liquidum cerati fiat spissitudo. Vitor ad omne vul-
 nus, & ad vetera & vix ad cicatricem venientia vlcera, & quaecumque cancrofa sunt, cum paniculis
 filatim conceptis: supra splenium vero lanam succidam vino oleoque madentem leuiter alligare
 oportet, biduo per aestatem soluere, hyeme triduo, ac vlcera tepente aqua ablueri, in profundis
 vulneribus ipsas oras leuiter linamentis interciperi. Quippe medicamen linamento excipi aptum
 est, & pus mouet. Hac ratione pura fient vlcera, & crusta excidet, ceram miscendo aequali aerugi-
 ni ad cicatricem perueniet. Exterit & carbunculos citra dolorem, omneque pascens malignum fistit, **E ***
 perfanatque. Vitor quoque ad herpetas, & vngues putridos: similiter autem & ad omnia vino & oleo
 vtendum est cum lana. Preterea dentes erosos medicamine repleto. *{C. Bonum nostrum.}* Cere,
 picis, bituminis, singulorum pondo libram, mannae, aeruginis, cerussae, singulorum pondo selibra,
 malicorij, gallae, spinae aegyptiae, iridis illyricae, aristolochiae rotundae, chalcantii, singulorum pon-
 do trientem, hoc est vncias quatuor, aristolochiae verò longae, & aeris combusti, vtriusque pondo
 sextantem, hoc est vncias duas. Sicca ex aceto pluribus diebus terito, vt etiam prius ostensum est,
 ijs probe elaboratis, quae liquari possunt cum oleo liquata heminam ipsis superfundito, mannam
 inspergens. Vbi liquefacta frigefeceris, & deraferis, aridis ex aceto laeuigatis sic admisceto, vt
 ne inter fundendum grumos cerae modo facias, idque potissimum ambiente nos aere frigido. **G**
C. Aliud nostrum. Bituminis, aluminis liquidum, singulorum pondo libram, picis, resinae pityinae,
 cerae pondo libras duas, aristolochiae rotundae, gallae, spinae aegyptiae, singulorum pondo vncias
 octo, malicorij, aeris vsti, mannae, aristolochiae longae, singulorum pondo vncias quatuor, olei ri-
 cinini, aut veteris, si illud non adsit, pondo libras duas, quarum singulae vncias duodecim conti-
 neant, vt omnes simul vnciae collectae sint vigintiquatuor. Praeparato hoc quoque eodem modo
 cum praedicto, metallica ex aceto teruntur, deinde sicca adijciuntur, rursusque laeuigantur. Postea
 cum luti spissitudinem habuerint, liquata miscentur, vt praediximus. Aliud. Bituminis, resinae
 terebinthinae, picis brutiae, singulorum pondo, olei denarium pondo vigintiquatuor, argenti spu-
 mae, cerussae, mannae, aeruginis, squamae, opopanacis, singulorum pares portiones denarij olei
 vigintiquatuor, iadanii pondo vncias duas, quae valent denarij sexdecim, aceti heminas duas.
 Hoc quoque pharmacum perinde ac superiora duo, conficitur. Aliud. Chrysocollae, squamae, sto-
 momatis, singulorum denarium pondo quatuor, aeruginis, & chalcantii vtriusque dimidium, hoc
 est, singulorum pondo denarium duum, cerae denarium pondo vigintiquatuor, hoc est vncias tres, &
 denarium vnum, resinae terebinthinae pondo vncias duas, hoc est denarios sexdecim. Ceram cum
 terebinthina liquefacto, deinde alijs admisceto, bifariam medicamentum conficiens, interim vt
 prius citata aceto conterens arida, interim sine hoc curioso laeuigata liquefactis misceto. Esto au-
 tem terebinthina liquidior, sicut plerumque larix appellata. In summa, omnibus his pharmacis, quae
 chironijs conuenire palam est, laricem resinam si loco terebinthinae misceas, non peccabis.
 Aliud. Cerae pondo vncias tres, hoc est denarium pondo vigintiquatuor, aeris vsti, squamae,
 aeruginis, singulorum pondo denarium duum, vt trium horum simul denarij sex existant. Cera esto
 pinguis, vt quae cum rosaceo vel myrteo modico emolliatur, arida probe laeuigata excipiantur, **H**
 quemadmodum in omnibus medicamentis, quae ad chironia parantur, vehementer est necessa-
 rium. Quinetiam vbi sicca cerae fuerint admista, melius est ea diu in mortario contundere. Aliud,
 Cerae pondo vncias sex, aeruginis partem sextam, quae est vncia vna, aeris combusti, resinae laricis,
 singulorum pondo denarium trium, vt ambo simul habeant denarios sex. Cera pinguis esto, inque
 aquam calentem proiecta, quo mollior fiat, manibus subigatur, aeruginem & aes in eam recipien-
 do, postea contundendo in pila, vbi resinae quoque mistio paulatim instillando fiet. Aliud, Cad-
 miae pondo vncias tres, dimidio chalcitidis ponderi misceto, quod est vnciae semissi. Tritis probe
 vinum austerum affundito, & rursus laeuigato. Vbi mellis consistentiam habuerit, ceratum ex
 cera, & resina fricta compositum immittito. Sint autem cuiusque pares portiones vnus vnciae, vt
 ambe duas vncias efficiant, myrtei liquefacti pauillum adijcito. Aliud, Olei veteris, vel ri-
 cinini heminam, cere, picis, bituminis, singulorum pondo, mannae, eruginis, cerussae, dimidio mi-
 nus, quam in praedictis, quod est cuiusque selibrum, malicorij, gallae, spinae aegyptiae, iridis, aristolo-
 chiae rotundae, chalcantii, singulorum trientem, qui valet vnc. iij. aeris combusti, aristolochiae
 longae cuiusque sextantem, qui pendit vncias duas. Quae liquantur, aridis antea ex aceto laeuiga-
 tis commiscebis, vt praedictum est. Aliud, Cadmiae, chalcitidis, singulorum pondo denarium
 quadraginta.

† A. denarij
pondo.

F *

† In antiqui
piscis nonul-
lis additur, an-
plastrum Galeni.

A quadraginta. Ex vino tritis pluribus diebus, ceratum quod ex oleo & cera constat, immittes. Sint
 aut olei librae duae, cerae denarij ducenti. At satius est hoc minori symmetria conficere. Cadmiae,
 & chalcitidis, singulorum denarium pondo decem, cerae & olei, cuiusque denarios quinquaginta
 iniiciendo. Aliud, Cadmiae combustae, chalcitidis vsta, terebinthinae, cerae, singulorum parem
 mensuram. Arida ex vino conteres. *C. Aliud ex ricino.* Aeruginis denarij pondo vnus, alumi-
 nis liquidum pondo libram, malicorij, aeris combusti, mannae, singulorum trientem, qui valet vn-
 ciae quatuor, gallae duplum adijcias, quod est vncias octo, picis, pityinae, singulorum pondo libras
 duas, bituminis dimidio minus, hoc est pondo vnus, cui aluminis liquidum est indideris, aristolochiae
 rotundae, & gallae, pondo vncias octo, longae aristolochiae dimidium, hoc est vncias quatuor, olei
 ricinini pondo libras duas. Metallica ex aceto conteruntur, vt in superioribus. Aliud, Cerae pon-
 do vnciae tres, aeris combusti, squamae, aeruginis, singulorum pondo duo. Ceram prius in aqua ca-
 lente calefacies, manibus rosaceum admiscens emollies, deinde arida excepta in mortario con-
 teres diutius, vt vere omnium fiat vnitas. Tertio quarto ue die hoc & alia eiusmodi omnia soluito,
 spongiam extrinsecus ex aqua vel posca imponens. Aliud, Cerae pondo vncias sex, resinae lar-
 icis eius dimidium, hoc est vncias tres, aeruginis triplo minus, qui laricis fuit, hoc est vncia, picis bru-
 tiae pondo denarium trium, chalcitidis vsta similiter denarium pondo trium. Conficito & hoc vt
 praedictum. Aliud, Aeris combusti, squamae, aeruginis, parem cuiusque mensuram, cere seculplam
 misceto. Ceram, vt praedictum est, calente prius aqua madidam subigito, ac interea dum hoc agis,
 vel rosaceum, vel myrteum adijcito: deinde in pilam immittito. Praestat autem trium pondo ceram
 aequalem miscere, quam recentissimam, mollissimam, pinguisimam, ne multo humore oleoso in-
 digeas. Aliud, Aeruginis, terebinthinae, pares vtriusque partes, cere triplo plures, aluminis scis-
 silis, cadmiae, squamae, singulorum quadruplum: vt aeruginis pars vna sit, item terebinthinae vna,
 cere tres: squamae, cadmie, aluminis scissilis, vnus cuiusque quatuor. Vbi arida contuderis, cribraue-
 ris, in puluerem exacte redegeris, in mortarium coniectam, ceram & terebinthinae contundito,
 sicca aspergens: pistillum myrteo, vel rosaceo madefaciens in aere calido: nam in hoc facile tunden-
 tur, maxime si id aestiuo sole fiat. Vfus est is, qui aliorum quoque, nimirum vlcere prius deterfo aphro-
 litro, & postea eloto per melicratum, tum per spongia probe purgato, vt madoris sit expers: deinde
 super id platysmate, hoc est latiore linteo, cui emplastrum illitum sit, imposto: postea duplici lina-
 mento aqua frigida tincto extrinsecus superdato: preterea noua spongia molli, & tertio aut quarto
 die id resolues. *C. Acerum, hoc est absque cera, nostrum.* Argenti spumae pondo libras tres, olei ricinini
 veteris pondo libras quatuor. s. aceti quam acerrimi libras duas, aeris squamae nigrae, chalcitidis,
 aeruginis, singulorum pondo vncias duas. Argenti spumam cum oleo prius coquere oportet,
 donec strigenti spissitudinem accipiat: deinde metallica plusculis diebus ex aceto trita adijcere:
 atque sic incoques, quousque non coinquinet. Licet et statim ab initio argenti spumam cum oleo &
 aceto diligenter mistam coquere: ac vbi semicocta fuerint, squamam, chalcitidem, & aeruginem
 immittere. Voco aut nunc libram olei & aceti Romanam, quae vncias duodecim peculiare coti-
 net. Quin & sex olei libras tribus argenti spumae pondo interdum committo. Et nimirum secun-
 dum hanc symmetriam diutius incoquantur. Cum praeparas & hoc pharmacum, praestat argen-
 ti spumam cum solo oleo esse coctam: deinde metallica cum aceto iniici. Vbi vero tria fuerint, cu-
 tusque vncias duas dixi immittendas aceti libris duabus, argenti spumae tribus, olei ricinini veteris
 libris sex, vel, vt prius dixi, quatuor. s. Hoc medicamentum & fistulas iungit, & callosas iam exci-
 cat, contrahit, & claudit. At si bona victus ratione vsum quis fuerit, non resoluuntur. Plenitudine
 vero insigni collecta, periculum est ne pars ex fluxione infestante phlegmone rursus tentetur, &
 fistula aperiat. Et vero inueteratis vlceribus, & dysepulosis, hoc est cicatricem aegre ducetibus,
 quae & chironia nominant, non solum pharmacum impermixtum imponimus, sed et liquefactum
D oleo veteri, vel ricinino, ac linamento exceptum: etiam si puris vel minimum nondum in vlcere
 antea fuerit, concoquit ipsum, & generat, & crassum efficit. Ceterum vlcus triduo solues, si nihil
 prohibet. Quod si stomomatis squama fuerit, praestat: sin minus eam habeas, nec nigram, cyprij
 eris squama iniicietur. Confeci aliquando hoc emplastrum, phrygij quoque lapidis vncia admista,
 interdum etiam chrysocollae vncia, sicut & amborum non nunquam: glutinat & magna vulnera.
C. Aliud ad teneos & ex iisdem vlceribus nimis grauiter confluentes. Cere pondo, rosacei pondo, cerussae
 pondo vncias octo, salis ammoniaci pondo vncias quatuor, squamae cyprij pondo vncias duas,
 thuris pondo vnciam, calcis viuae pondo vnciam, aluminis scissilis pondo vnciam, eruginis pon-
 do vnciam, malicorij pondo vnciam. Vfus praedictis idem est. Nouem in praesentiarum sunt phar-
 maca citra rosaceum composita, decimum enim illud. Ex nouem quinq; sunt pari pondere, calx
 viuua, malicorium, thus, alumen scissile, & erugo. Squamae duplo maius pondus est, & hanc sal am-
 moniacus duplo exuperat: hunc cerussa, huius seculpla rursus cera in libram vnam reducta, qua
 & rosaceum habet.

Continet multiplicis vsus emplastra, pastillo, & arida.

De medicamentis vsui multiplici accommodatis.

CAP. I.



De medicamentis polychrestis futura hic est disputatio, vocant autem Graeci polychresta, quae multis affectibus conueniunt: suntque non nulla ipsorum non modo specie, sed etiam genere diuersa, omnia vero ex contrariis constant medicamentis, etiam iuxta secundas qualitates, ac vires, non tantum primas. Patere arbitror cuius primas me appellare caliditatem, frigiditatem, siccitatem, & humiditatem, atque ex harum coniugatione quauis compositas: secundas vero, quae ipsas sequuntur, ut in quinto libro de simplicibus medicamentis vberius percursus, ostendens non nulla non solum composita medicamina, sed simplicia quoque, ut nascuntur, emolli re, quaedam indurare, quemadmodum alia obstruere, alia referare, alia sordes gignere, alia abstergere, alia attenuare, alia crassitiem admoliri, alia densare, alia rarefacere, alia carnem inducere, alia repurgare, alia cicatricem ducere, alia exulcerare, alia trahere, alia repellere, aliasque similes eorum differentias. Porro dictum mihi est & superioribus commentariis, quae contrariorum facultate medicaminum necessaria esset mixtura, cuius etiam nunc paulo post mentionem facturus sum. Melius enim mihi videtur duo quaedam triaue medicamenta celebria, quae multiplicem vsuum exhibeant, praescribere, deinde compositionis ipsorum rationem interpretari. Exordiar autem ab his, quae nemo non nouit, quippe in Herae libro, cui titulus est Nartex, id est promptuarium medicaminum, prodita, tum apud alios, qui libros de medicamentis condiderunt. At quia superiori libro de virtutibus, quae vlcera dysleptota, hoc est vix cicatricem ducentia curant, verba fecerim, animus est nunc quoque emplastra illa multiplicis vsus primum exponere, quae causa malignorum (non nulli chironia nominant.) composuimus. Alia vero vsus dicta multiplicis, quae multis quidem affectibus alijs conferant, non tamen etiam chironijs, ea rursus seriatim referre proposui.

Quae scripserit Heras.

CAP. 2.

Itaque cum opere medicamentorum Heras Cappadox emplastrum quoddam ad huiusmodi vlcera mirifice faciens tradiderit, inde summa exordium, verba ipsius adscribens, quae in hunc modum sonant. **B**oni coloris, cruentis idoneum, cicatricem ducens. Coglutinatur, perfecte implet, atque cicatricem ducit solutum cum cerato, magisque adhuc circa cicatricem inducendam efficax est. Valet et ad chironia vlcera, aliaque similia summopere. Nam callos consumit, deinde genuinam carnem generat, valde album. Ceræ pondo libras duas, frictæ pondo libras tres, aruginis rasa pondo vnc. vi. mannae pondo vnc. iij. olei heminas quinque, aceti sextarium. Liquabilia siccis admiscetur, vsus est emplastrum ad vulnera, cum rosaceo temperatum pus generat, cerato solutum ad cicatricis generationem repurgat. Quidam tamen resinae frictæ libras duas, & terebinthinæ tantundem ingesserunt, atque sic praeparatum arugine rasa ipsum exceperunt, ut collyrii tenorem haberet. Atque hoc impoferunt, ubi callos consumere studebant. Prompte. n. hoc facit, ut et ossa separet. Merito igitur & emplastrum hoc Heras commendat ceu ex aruginis, & aceti copia efficax, si quid in superiore libro dicitur me minimum. Laudat item Panacea ab eo vocata, quae deinceps verbis illius appono. **P**anacea Herae a non nullis sanitas nominata. Ad omnem passionem, & malignitatem. Sinit autem nomas, neque crustas facit, neque circumpositis partibus duritiem conciliat, rumpit ac tabefacit omne corruptum, ut nihil a liquidâ staphide differat, cohibet sanguinis eruptionem tum aliam, tum quae per hemorrhoidas fieri solet myrteo dilutum. Item hemorrhoidas ipsas tabefacit, & consumit, insuper fistulis medet, & carbunculis, sanat aegilopas, & chironia, ut vocant, in summa vix sanabilius, & diuturnorum genus, latentibus quidem locis, veluti vtero, vnguento cyprino liquatum, exterioribus, praestat, ut alia singula aut sic apponere. At omni vlceri impositum, quousque agrestis, mitius statim id efficit, dolores minuet, & vigilias. Haec eius virtus est. Chamæpityos denarium pondus quatuor, symphyti denarium pondus quatuor, chamæleontis denarium pondus quatuor, marrubij denarium pondus quatuor, apud alios sex, polij denarium pondus sex, cetaurij tenuis denarium pondus sex, helenij denarium pondus quatuor, aristolochie denarium pondus quatuor, thuris denarium pondus duodecim, s. myrrhae denarium pondus trium, aloes denarium pondus sex, chalbanij denarium pondus sex, oboli vnus, s. olei denarium pondus centum octoginta, mellis, xxx. propolis denarium pondus xij, s. aluminis fissi denarium pondus sex, oboli vnus, s. terebinthinæ denarium pondus vi, oboli vnus, s. chalcitidis denarium pondus vi, oboli vnus, s. bituminis denarium pondus quinquaginta, terre ampelididis denarium pondus quinquaginta, argenti spumae denarium pondus quinquaginta, galleg denarium pondus

*bonam

* Liquida id est
ὕψαρ, fortassis
ἀγρία leg. i.
agria vel sylu-
stri.

Apondo trium, pulueris iridis denarium pondus trium. Contusae pridie herbae & radices oleo immittuntur. Vbi nocte tota in eo durauerint, manent argenti spuma, ampelitis, bitumen iniicitur, supra ignem lenem incoquantur, ubi spissitudinem adeptae fuerint, olla ab igne tollitur. Sint autem in alio vase mel, resina, chalbanum, propolis colligata, quae oportet simul commiscere, in olla fundendo: deinde arida, quibus cum medicamentum coquitur, donec non coinquinet. Rursus ab igne deposito myrrha laeuis facta, & thus inspergitur. Est autem aduertendum, neque effervescat, & quantum fieri potest in amplo spatio coquatur: difficulter. n. restingui potest, si quid attingat. Haec quidem Heras de Panacea, nobis autem materiam ipsam a medicamentis, quae priore libro scripta sunt, ad vlcera vix sanitate recipientia differre notandum est. Nam illa solis constant metallicis, quaedam paucis, quaedam pluribus, pauca illorum radices ac herbas continent. At panacea haec secus habet. Recipit. n. haec chamæleontem & centaarium, quorum vtrumque maligna vlcera iuuare idoneum est. Accipit praeterea aristolochiam, & iridem, imbecilliora quidem centauryo & chamæleonte, quantum ad malignorum vlcerum curationem attinet, non tamen repudianda. Herbas autem valentes assumit, quae vel solae maligna vlcera curare possunt saepenumero, chamæpityon, polium, & symphyton: quibus valentius est marrubium, & helenion. Itaque marrubio est solo uti queas in his, quae carnem abunde humidam circa vlcus habent, & sordidiores: helenion vero neque his conuenit solum inspersum, sicut nec aliud quoduis acre. Siquidem didicisti in opere de simplicibus medicamentis acrium, & amarorum medicaminum discrimen, nempe acrimia irritare, mordere, calefacere, & fluorem in affectibus partibus concitare: amara vero exiccare citra morsum & calorem, eoque exulceratis partibus conducere. At quoniam ex herbis istis compositionem parant, institutum erat emplastrum inde non siccum, quod inspergi possit, efficere, ad emplastrum vero confecturam, vel ceram, vel resinam, vel omnino argenti spumam diutius coctam adiecturam erat, unde virtus herbarum solueretur, miscuit ipsis non nulla medicamenta tam valida, ut vlceribus per se exhiberi non queant. Valida autem haec duplicem communem vim & qualitatem obtinent, non nulla austeram acerbamque, alia acrem & acerbam. Huius igitur gratia ex istis, quae acrimoniae sortita sunt, helenion miscuit: ex valide autem adstringentibus, (haec. n. austeram, & acerbam nominamus.) alumerem, & gallam immaturam. Qualitates autem vtriusque valentes habet chalcitis, quaedam modum & vires quae in ipsis sunt, cum sit acris, & adstringens. Enimvero dictum est superius necessariam esse malignis vlceribus, & praesertim cum fluori sint obnoxia, qualitatem austeram. His ergo omnibus, quae dixi, admista argenti spuma est, resina, & thus, quod pharmacum emplastrum formam acciperet. Sed argenti spuma ex media materia est. Thus concoquit, & pus mouet, si tanquam ad probe temperatam naturam respicimus. Nam id humidioribus corporibus carnem producere ostendimus. Quinetiam ex medicamentis quae concoquunt, quaeque vim a pure mouendo, quasi purificam vel expurgatoriam dictam habent, nullum valenter digerit, sicut nec acre. Siquidem talia mediocriter excalefaciunt, immo & emolliunt magis, quam exiccant. Quare thus est recte admistum est in proposito emplastrum compositione, uti mitigatorium quid & lene accipiat. Huius nimirum potentiae oleum quoque est, emplastrum coquendi causa secundum primam rationem adiectum: secum vero duas facultates inferens, mitigatoriam videlicet, & quae valida pharmaca obtundit, siue haec acris, siue austeram virtute sint praedita. Certè ampelitis terra siccata, & digerit, nihil manifestò acre continens. Propterea malignis vlceribus idonea est, & si solam per se tritam inspergas. Chalbanum vero & ipsum eodem, quod concoquit, emollit, mitigat, & dolorem sedat, praedita compositioni adiectum est, cum thus eadem vires, sed imbecilliores habeat, chalbano facultates ambas valentiores possidente. Terebinthina resina ipsa quoque simul cum detergendi, discutientiisque facultatem habeat, et affectus tales quod concoquat quidpiam obtinet. Bitumen vero cum calore non admodum vehementi siccare nouimus. Quibus omnibus emplastrum autem medicamentum tractoriae virtutis propolim nimirum admiscuit, quoniam eius vsus multiplicem esse voluit. Omnia vero, quae multiplicem vsus praestant, maxime varias potestates habere necessitas est, ut pluribus vitijs medeantur. Sic est non parum mellis addidit sciens ipsum siccans, digerensque, putrescentibus esse accommodatissimum. Quippe & ipsum ex istis est, quae non putrescunt, & mista a putredine referuat, praeterquam extremè ad putrescendum idonea, quae humida sunt, & calida. Atque mel copiosius alijs, medicamenti compositor indidit. Nam si tria, quae coqui desiderant, excipias, bitumen, argenti spumam, terram ampelididem, alijs maius est, atque his ipsis bitumini, argenti spumae, & ampelididi tamen adiecto olei, quantum coctioni commodum erat futurum, coiectura & ab alijs sumpta, quae sicca pharmaco immittuntur. Insuper omnibus perfecte coctis myrrham & aloem voluit iniicere, quae ambo citra mordicationem siccant: verum differunt, quod aloem adstringat, myrrha tenuiorum partium sit, magisque siccet. Ceterum haud scio, cur Herae vsus fuerit minoribus symmetrijs Panaceam hanc conscribere, quam alij maioribus conscribunt. Siquidem non nulli omnia duplicata habere ipsam tradiderunt, alij quadruplo copiosiora. Chalbanum sane denarios sex, obolum vnus, s. Heras numerauit, alij decem & semissem: quemadmodum alij rursus viginti quinque, augeres simul & alia ad proportionem, ut nusquam dicatur in symmetria obolus vel semiobolus. Itaque aduerte re vos oportet Panaceas apud alios scriptas huic conferentes, vtrum omnia duplicata, an quadrupla habeant. Ac si sint omnia aucta, non putare illas ab hac esse diuersas. **I**sis a quibusdam Epigoni dicta. Multiplicis

Multiplis usus est medicamentum, quod Iridem appellant, ab omnibus commendatum. Ego vero apponam modo, quae Heras de illo memoriae prodidit. Haec illius verba sunt. *Medicamentum a non nullis Epigoni dictum, ab alijs Iridis.* Facit ad omne vulnus, & ad vulnera capitis cum ossium praecisione, sanat citra reparationem, valet ad punctus, item paxillos infixos, & hominum atque canum morsus: venenum trahit viperae, scorpionis, draconis marini, pastinacae. Curat fracturas artuum cum vulnere. Callum enim obducit citius tutiusque: fistulas omnes recentes, veteres foueas seu dehiscentia ulcera, sinus, phymata, parotidas, abscessus in mammis & alijs futuros, aut factos sanat. Aduersus fluxionem nobis venientibus, strumas adhuc aufert cum tunicis, celerrime pus educens: sistit oculorum fluxiones fronti impositum, tollit liuorem: gangraenas non patitur latius serpere, putredinem purgat. In summa ad quoduis bonum est, haec recipit. Cerae denariorum pondo centum, terebinthinae denariorum pondo ducentorum, secundum alios centum, squamae aris rubri denariorum pondo octo, aeruginis rase denariorum pondo octo, aristolochiae rotundae denariorum pondo octo, thuris denariorum pondo octo, salis ammoniaci denariorum pondo octo, guttae ammoniaci denariorum pondo octo, aluminis combusti denariorum pondo sex, aris vsti denariorum pondo octo, myrrhae denariorum pondo duodecim, aloes denariorum pondo duodecim, chalbanii denariorum pondo duodecim, olei veteris heminae duas. Quae liquari possunt, siccis in mortarium superfunduntur. Sic quidem Heras Iridem scripsit, non est tunc liquarem omnem usum ei apponens, ut in alijs consueuerat. Insuper quod ad Epigonum illud refert, a plerisque dissentit, quos exactius de Epigono scripsisse arbitror, cum alia, tum illud quoque, nempe quod in carcere conclusus cum quendam admodum potentem curasset, eius rei gratia fuit dimissus. Adiecit verum ipsum adiunt praescripto medicamini, dracunculi radicem, atque ego semper ita usus sum, quoniam & praceptorum meorum vnus vsurpabat, apponens in praedictam symmetriam Herg, dracunculi denarios octo, insuper & olei cyathi dimidium, aceti heminam, ad haec colophoniam resinam, non, ut Heras, terebinthinam. Sed & in emplastri confectione ab illo dissentiebat, chalbanum aceto cum alijs in pila elaboras, atque ita admiscens ea, quemadmodum & Heras inquit, liquabilibus: deinde medicamentum manibus plurimum emolliebat, attingens acetum quae acerrimum. Postea in vase aereo reponebat, & perfusum longo tempore seruabat, atque ita excipiens utebatur. Appellauit ipsum, velut alij quidam, Hermonis sacri scribae: alibi scriptum inuenias ex adytis templi Vulcani in Aegypto hoc quoque esse, quemadmodum & illud, quod ex dictamno constat. Symmetriam vero simplicium medicamentorum quae id constituunt, omnes propemodum aequalem scripserunt, proinde titulus licet diuersus existat, non opineris aliud esse, atque aliud, & quod ex adytis sacrum dicitur, & Hermonis sacri scribae, & Epigoni. Nam omnes has appellationes habet. Liquatum autem cum cerato liquido purgat, & ulcera cicatrice obducit. Quidam ex cerato triplicato diluit ipsum tradiderunt, non nulli duplicato, utriusque symmetriam indistincte distinguentes. In quibus etenim vlcus purum satis efficitur, si tribus cerati partibus temperatum fuerit, non oportet duplicatum adijcere. In quibus autem minus purgatur, ibi ceratum duplo maius assumendum. Nouimus enim efficacius omne id genus medicamentum esse, quod non multo cerato miscetur: imbecillius, quod multo. Nihil mali est autem de dracunculo quoque eatenus dicere, quod per astatem caule exiccato, & herba tota, radicem amputare oportet, deinde in domo sicca solem non habente repositam, paulo post dies sex vel septem in orbiculos diuidere, eosque filo traiectos in sicca domo & a sole remota rursus suspendere, ac sic ubi medicamentum praeparare voles, radicem contundere, quae ipsa quoque seorsum tusa & laeuigata probe, ut puluis fiat, malignis vlcibus medetur. *Emplastrum ex dictamno.* Item quod ex dictamno emplastrum conficitur, sacrum appellant, dicentes & hanc scripturam in Vulcani templo iuxta Memphim inuentam esse, omnes ipsius huiusmodi symmetrijs meminerunt, vel parum adeo ab his differentibus. Sufficiet autem verba Heras & de ipso ad scripsisse, quae in hunc modum habent. *Sacrum ex Vulcani templo in Memphi.* Facit ad recentia crucientia, fluentia, ad neruorum praecisiones, vetera ulcera, suppurantia, contusa, putredines, carbunculos, nigritias, ulcera fluentia, cicatricem aegre admittentia, parotidas, perniones, abscessus, strumas, furunculos, duritias: tela educit, aculeos, ossa ex capite: sanat ferarum ictus, scorpionum morsus, phalangiorum, muris aranei, hominum. Valet ad omnem colli dolorem, humeri, articularum, vice malagmatis. Sistit oculorum fluores, non modo recentes, sed et veteres. Tollit capitis dolorem inunctum, rosaceo dilutum, & vteri dolorem sedat tum illitu, tum suffitu. Necat insuper feras suffitu. Haec recipit. Olei veteris heminas duas, argenti spumae denarium pondo centum, aeruginis rase denarium pondo octo, squamae denarium pondo sex, colophonie liquidae, alij pineae, denarium pondo quinquaginta, mannae denarium pondo duodecim, guttae ammoniaci denarium pondo sexdecim, aeris combusti denarium pondo octo, diphrygis denarium pondo sex, gentianae denarium pondo sex, aloes denarium pondo octo, chalbanii denarium pondo duodecim, propolis denarium pondo octo, cere denarium pondo viginti quinque, aristolochiae denarium pondo decem, dictamni cretici denarium pondo decem. Argenti spumam & oleum in olla magna supra prunam incoquito, ut omnino aut ferre non inquinat, deinde cacabum deponens aeruginem indito squamaeque, & cogito, ne prorsus inficiat. Postea rursus auferes, resinam ammoniaci guttam in iuce cribrata, inque donec feruere desinat, mox cum re-

*AL. rotundi

*AL. hemisq.

*AL. dAl. yuv. i. paucam.

† AL. xvi.

† AL. viginti

A posueris paululumque dimiseris, tollito, atque aë, diphrygesque inspergito, rursus coquens, quoad non inquinat. (Interdum enim his iniectis remittitur.) postea deponens, ceram addito, iterum coquito, usque dum non polluat, quod celeriter accidit. Dein cum deposueris, propolim immittes, ac reprensens denuo, paulisper lines, cum depones, addes aloem, mannam, dictamnum, aristolochiam, gentianam: his abunde refrigeratis singula laeuissima insperges mouens, si non inficiat, tolles, sin minus, leni igne coques. Haec quidem Heras de emplastro scripsit. Composuimus autem id nos interdum & sine combusto aere, & diphryge: vnde quae in alto latebant, magis attrahebat, emolliebatque magis, discutiebatque. Non tamen vlcibus aegre cicatricem ducentibus idoneum. Quin etiam ipsum citra dictamnum confecimus, rursus alijs apponentes chryfocollae denarium pondo sex, ut maligna vlcera feliciter sanaret. *Icesium nigrum.* Medicamen titulo Icesium, vsus multiplicis, quidam generandi casu scripserunt, Iceliu. Heras itaque de ipso haec tradit. *Icesium, ad vulnera & canum morsus, duritias diffundens, ad parotidas, condylomata, & maligna. Item est attrahens, & glutinatorium: valet insuper ad aquam inter cutem.* Argenti spumae denarium pondo centum, bituminis Iudaici denarium pondo centum, terrae ampelididis denarium pondo centum, mannae, propolis, singulorum pondo denarium viginti quinque, chalbanii denarium pondo duodecim, scissilis denarium pondo duodecim & s. terebinthinam denarium pondo duodecim. s. iridis denarium pondo sex, olei immaturi heminas sex, mellis heminam vna, chalcitidis denarium pondo septem. s. gallae omphacitidis denarium pondo sex, myrrhae denarium pondo sex. Argenti spuma, bitumen, ampelitis cum oleo incoquuntur. Vbi semicocta fuerint, propolis, resina, & chalbanum, ex melle separatim cocta miscentur. Postquam constiterint, reliqua adijciuntur. Mouentur autem spatha ex tæda ligno confecta. Huius emplastri misturae pondus non idem omnes, ut in sequentibus ostenditur, tradiderunt. *Nigrum ex duabus aristolochijs.* Celebre quoque emplastrum, vsus multiplicis est id, quod ex duabus aristolochijs conficitur, quod ipse Heras quoque his verbis descripsit. *Nigrum ex duplici aristolochia: facit ad antiqua, callosa, aegre cicatricem inducentia, depauescentia: est etiam enemum cephalicum, ossa reducit, & est glutinatorium. Facit ad articulos solutos, fluori obnoxia repurgat, implet immisum.* Picis pondo libra, cerae pondo libra, bituminis pondo libra, terebinthinam pondo libra, mannae pondo libra, vel uncias septem, aeruginis rase pondo libra, cerulae pondo libra, chalcantii pondo uncias quatuor, aristolochiae longae pondo uncias quatuor, illyricae pondo uncias quatuor, malicorij pondo uncias duas, gallae immaturae pondo uncias duas, aris combusti pondo uncias duas, spinae pondo uncias quatuor, aristolochiae rotundae pondo uncias quatuor, aceti heminam, ricinini vel olei veteris heminam. Quae liquefieri poterunt, simul liquato, deinde cerussam, aeruginem, & chalcanthum, cum aceto laeuia facta inspergito, mox supra ignem usque dum coeuerint, arida infriato igne subtracto, dehinc defusa subigito. Haec tamen Heras, tum alij de ipso scriptum reliquerunt: ratio autem eius qui id composuit, non obscura est, recordantibus, quae hic & in prioribus commentarijs dicta sunt. Constat enim ex contrarijs facultatibus, attractricibus, & repultricibus, quae commune habent, ut exiccent. Superat autem in eo repellentium virtus, quae adest adstringentibus, chalcantio, malicorio, gallae, ari combusti, & spinae. Ob hoc etiam ad solutos, id est laxatos articulos conuenire ipsum affirmat, aristolochiam autem & iridem adstrictorij admiscuit, utpote rarefaciendi & digerendi potestate praedita. Ut autem emplastrum fieret, nec siccum, sed ut superinduci posset, medicamentum, oleum & cera mista sunt: cera quidem ceu materies solum, sicut & oleum, si commune fuerit hoc, nec ricininum vel vetustum. Quippe didicimus haec calefacere & digerere. Terebinthina vero resina praeterquam quod emplastri consistentiam medicamento conciliet, cum cera hoc sola facere non possit, etiam emolliens quid, & digerens, detergensque obtinet. At cum thus eadem praestet, manna adstringendi vim totam & qualitatem assumpsit. Vocant enim sic thuris micas concussu elisas, corticis parui item participes. Iam & bitumen abunde siccatur, ad emplastri confectionem idoneum medicamen.

D Atque haec de illius compositione sufficiunt. Porro emplastri huius autor, cum vellet medicamenta valenti virtute praedita miscere, aeruginem, & acetum ipsis adiecit, quae siccare, exedere, & usque in profundum corporis penetrare, atque alia deducere possunt. Miscentur autem haec cum digerentibus, ut humores crassos particulis, quas curamus, infixos attenuent. Restat igitur & de cerussa quippiam dicere, quam ceu ad emplastrum conficiendum aptam, non ut aliquid cooperaturam admiscuisset illum est perspicuum. Ego vero argenti spumam potius adiecissem, quae & emplastris conuenit, & refrigerat. Cerussa vero alijs quibusdam vtilis, ad propositi emplastri vires nihil praesidij affert. *Emplastrum Azanite.* Emplastrum Azanite variij vsus, & nobile, de quo Heras ita scribit. *Emplastrum Azanite.* Picis aridae pondo unciam, cerae pondo uncias. iij. adipis ouilli pondo uncias tres, seui taurini pondo uncias tres, cespipi pondo uncias tres, resinam pineae pondo unc. quinque. Facit ad maligna omnia, gangraenas, fistulas, recentia vulnera, ambusta igne: refrigeratis praestit ut acopon, ite pessulus est emolliens. Conuenit autem & ad vteri vlcera, phymata, & parotidas. Cum vlcera caua fuerint, copiosiore vltor medicamento, ubi ad cicatricem inclinare videtur, parciore. Porro medicaminis proprietates est concretum humorem sordidum per fumam gignetur, parciore. Porro medicaminis proprietates est concretum humorem sordidum per fumam gignetur, parciore. Benefacit lippitibus, palpebris suprapositum, oleum medicaminis affectui opponitur, quare obseruato ne infundas. Cum autem praeparas, picem, cera, seuum taurinum inijecto, Vbi fuerint liquata, adipem

descriptio

vnto a leuorosa
ad mig caridie
Esip medicamen

adipem suillum, mox resinam, postremo cespum vbi refrigeraueris. Totum aut igne non flamma liquefacito. Maxime valet in quibus nerui, vel musculi percussi sunt, item ad maligna. **Emplastrum Haliei seu Piscatoris, ex sinopide.** Haliei celebre, & multiplicis usus emplastrum nihil minus quam priora, Heras ita tradidit. **Haliei ad vetera, & quae cicatricem aegre ducunt. Item digerit, praefertim in mamillis duritias. Vrimur eo tanquam optimo ad plurima.** Ceræ pondo minam, argenti spumæ pondo minam, mannae pondo denariorum octo, terebinthinae denariorum pondo octo, chalbanii denariorum pondo octo, sinopidis denariorum pondo octo, olei veteris heminas duas. Oleum & argenti spuma dum non inquinant, incoquuntur, deinde cera resinaque, liquefactis ipsis, sublatisque ab igne sinopidem immittito, & chalbanum, postea mannam. Idem facit ad marinorum ictus summè. Vfus quandoque eo sum in quodam a pastinaca percusso, summoque dolore vexato, & mirificè proficit. Similiter & in ijs, qui a scorpione morfi erant. Haec tenus Heras. Deinceps verò Critoneis emplastra inspiciamus.

Quae scripserit Crito.

C. A. P. 3.

Heras librum vnum de medicamentorum compositione fecit, cui titulus est Nartex, id est medicaminum promptuarium. Quinque verò tales Critonis praeter illos de exornatione seruantur. In quarto horum quinque emplastra praedictis similia specie commemorat. Quaedam verò Heras in totum simili modo confecta, non nulla insuper quorum Heras non commemorat, quae ego mox ordine apponam, non etiã si cuiusdam aliter quam ab Hera descripti mentionem facit, omittens, quemadmodum in Icesii emplastro factitasse apparet. Alia namque pondera & mensuras huius emplastrum Crito scripsit, sicut alij quidam, non ut Heras posuit. Incipiam igitur a primo Icesii, in cuius simplicium medicamentorum pondere inter oes non conuenit. **Emplastrum Icesii.** De Icesii medicamento haec ad verbum Crito. Icesii ad omne vulnus recens, vetus, contusa, luxata, fracturas, phlegmonas, & oem dolorem, quem protinus sedat. Facit ad abscessus, phymata, strumas, carbunculos, parotidas, phygethla, condylomata, impetigines, clauos, nigritias, haemorrhoidas phlegmone tentatas, fistulas, ambusta igne. Dilutum myrteo vel rosaceo, valet ad vlcera, aculeos, tela, canum hominumque morsus, ferarum ictus. Item ad sanguinem cohibendum vitior, & loco malagmatis ad omnia. Oleum verò non adhibendum est. Iam lippientibus in linteolo collyrium adhibet. Sin autem splenia semper maiora. Iurat quoque hydropicos. Terrae ampelididis, bituminis, argenti spumæ, singulorum pondo minas. ij. ceræ, thuris, terebinthinae, propolis, singulorum pondos minas sex, chalbanii, scissilis, singulorum pondo minas dimidium, myrrhe, galle, iridis, angulorum denarij pondo duodecim, chalcitidis denarij pondo sex, mellis heminas. ij. olei omphacini congios duos, quidam heminas. ij. Ampelitis, bitumen, argenti spuma cum oleo coquuntur, humore prius expresso, ut fiant laeua. Incoquuntur autem igne non acris, spatha ex tadarum ligno affixae duae mouentur, ne subsidant, nam citissime comburuntur. Quae liquari possunt, in alio vase liquefacito, melle prius seorsum cocto, ut coeant, ac in cacabo pulchre confertis misceto: rursus. n. resoluuntur, his praemissis, deinde arida insperguntur aliquatenus refrigerata, postremo thus. Ac vbi inuitatem coierint, vitior. Hanc scripturam ab Herodoto accepi. Haec sane Crito de Icesii scripta reliquit. Videtur autem in simplicium medicamentorum vnde totum componitur, symmetria ab Hera dissentire. Ac partim haec discordia manifesta est, partim dijudicari vix potest. Etenim Heras recte faciens omnium pharmacorum pondus in denarios redigit. Crito autem ampelididem terram, bitumen, argenti spumam, non pro denariorum pondere scripsit, sed duas singulorum minas iniiciendas censuit. At ab his dissentit qui de ponderibus & mensuris scripserunt, quum videlicet mannae pondus existat: non nulli enim sexdecim vnciarum esse dicunt, quidam viginti, alij etiã distinctionem faciunt, Alexandrinam ponentes. xx. vncias pondere, aliam sexdecim, atque hoc quidem adhuc leuius est. Verum ex his qui minam in denarios redigunt, alij centum, alij plurimum denariorum esse confirmant: quia & vncia plerique septem denarios & semissem valere malunt, alij septem duntaxat, reliqui octo. Haec cum ita se habeant, quot denariorum minam a Critone positam aestimare, oporteat, inuenire operosum est. Apparet autem in alijs quoque centum denariorum minam esse vel le, ac si ita res habet, duplicata Icesii compositionem ab eo scribi putabimus, cum Heras trium horum medicaminum priorum terrae ampelididis, bituminis, & argenti spumæ, singulorum denarios centum posuerit, Critone pondus in ducentos redigente. Videamus igitur an sequentia duplicato consentiant, quaedam namque apparent, quaedam non item. Meminit ergo post tria prima, ceræ, thuris, terebinthinae, propolis, singulorum minas dimidium, hoc est denarios quinquaginta immittendum praecipiens. Etenim propofuimus tanquam mina centum denarijs valeat, symmetria esse scriptam. Quae si est, in thure, pro manna videlicet posito, Crito cum Hera conueniet. Pari modo in propoli. Non tamen terebinthina. Quippe viginti quoque denarios Critonem scripsisse oportebat, cum Heras duodecim, & s. statuerit. Porro in cera maxime viri controuersant, discordantque, quippe cum Heras ceram omnino non iniiciat. Didicimus. n. illius vim esse, mediocriter emollire. Caeterum apud Critonem deinceps scripta est, chalbanii, scissilis, singulorum quarta minae portio. Atque in hoc vir Heras suffragatur. Nam quarta pars minae, quae centum pendet denarios, viginti quoque denarios efficiet, qui dupli sunt: duodecim. s. ab Hera scriptorum. Iam verò a minae vocabulo digressus in sequentibus Crito myrrhe,

*Al. v.

*A. P. minae dimidiū & ita legēdū est ut in Icesii patet.
*Quarta portio legendū est ut infra apparet.

Arhae, gallae, iridis, singulorum denarios duodecim cum praedictis miscendos iubet, in hoc Hera consentiens. Siquidem ille sex cuiusque adiciendos praecipit. Inde rursus Crito chalcitidis denarios sex tradidit, hic non parum ab Hera discordans. Nam cum omnia duplicata sint, conueniebat & chalcitidem non sex, verum quindecim denarios habere, vbi Heras septem & s. scripsit. In melle quidem viri concordans sunt, cum Heras heminam vnam, Crito duas posuerit. Restat autem de oleo quaestio magna, non solum inter duos illos, sed alios quoque, qui medicamentum hoc scripserunt, sicut procedente sermone dicemus. Hi igitur inter se haec tenus differunt, etenim Heras olei immaturi heminas sex scripsit: melius enim sic, quam ut alij quidam dixerunt, cyathos sex. Quippe in coctione argenti spuma, bitumen, terra ampelitis, vbi semicocta fuerint, tum alia singula Heras immittenda existimat. Atqui semicocta fieri non possunt, cyathos sex immittit. Scimus. n. plerisque ex his qui pharmaca componunt, subinde centum argenti spumæ denarijs, duas heminas indere. Atque hoc iam est totum antea in primo huius operis volumine comprehensum est, nempe metallicorum quoque vncias nouem, heminam esse licere, sicut quidam putarunt. Quin & duodecim iniiciere possumus, ut alij praecipiunt, probè docti, si medicamen diutius coctum fuerit, (licebit autem hoc ipsum copiosiore oleo imposito.) maiorem siccandi vim acquirere. Quae si ab igne statim sublata fuerit, minus propter olei paucitatem exiccaturum, emolliturum autem magis, & mitigaturum. Quare sex cyathi omnino repudiandi sunt: sex autem heminae, quae singulae vncias nouem faciunt, iniicienda. At si largius medicamentum voles incoquere, quo siccet euidentius, nihil obstat, etiã duodecim vnciarum heminas infundere. Itaque Hera sex heminas scribente, liquet Critonem duodecim heminas immittere oportuisse, ut simul in hoc, sicut in alijs duplicata mensura existat. Verum scripti sunt ab eo, olei omphacini congiij duo. Iterum hic quoque damnandi sunt, qui heminas duas posuerunt. Ergo si congiij sex heminarum esse statuamus, virorum consensus manebit: si verò non heminas sex, verum sextarios sex ponamus, non parua dissensio orietur: multa namque erit copia, ut ad portionem aliorum, si olei sextarios duodecim infundas. Haec quidem in praesentia de Hera & Critonis in proposito pharmaco discordia. Cum verò ad Andromachum venerimus, dicitur itidem non nihil de illius cum utroque, partim consensu, partim controuersia. **Crisis viridis.** Isidem hic quoque scripsit, quemadmodum alij prope omnes. At quia diligentius tum vsum ipsius vniuersum, tum praeparationem tradidit, ac simul non nihil ab Hera discessit, visum mihi est et ab hoc scripta ad verbum subiungere. **Crisis quam non nulli Epigoni vocant.** Per se ad squamarum abscessus facit: item crassa ossium fragmenta innatantia iuuat, linamento vel splenij modo imposita, valet ad aculeos, omniumque ferarum ictus, & morsus: sanat oes punctus, & vulnera ferro facta in bello, & aliter: curat et fistulas imposita, & ut collyrium indita, discutit callos, & conglutinat. Alteri temperata ad omne vulnus linamento, & splenij instar adhibita valet, prodest ad maligna & diutina, ac ab alijs corrupta: in quibus derasis prius, medicamentum diluto vitior, mirificè facit & ad sinus conglutinandos, dum magni fuerint. Nam exiccandis illis coniungendisque conuenit, linamento quoque imposita, tum per se, tum alteri mista, in quibus adenes aliquos, vel insitas membranas eliquos volumus. Vitior et ad fracturas cum vulnere & sine hoc. Callum enim ducit celerimè, & partes affectas adstringit. Insuper in quibus aliud malagma non proficit, ipsa exactè prodest, & vngues ex offendiculo vacillantes, vel confirmat, vel extrudit: & dentes ex ictu motos stabilis. Summatim infinita sunt, quibus differenter adhibita, conducit. Est autem & diluta haec: In temperata pars vna sumitur, cerati partes duae non nunquam, atque adhuc magis diluit: sed vsum & exercitatio in hoc requiritur: Fit namque ceratum interim & per resinam pitynam. Compositio autem talis est. Guttae ammoniaci, aeruginis rasae, salis ammoniaci, squamae aeris, aeris vlti, singulorum denarios octo, aluminis rotundi denarios sex, aristolochiae, thuris, singulorum pondo denarium octo, myrrhae, aloes, chalbanii, singulorum denarij pondo duodecim, ceræ pondo denarij octo, resinae colophonae pondo denarium sex, non nulli terebinthinae tantundem, olei veteris heminas duas, aceti heminas. ij. Epigonus verò & dracunculi radices succi denarij pondo duodecim, & marrubij succi tantundem, & sereos succi denarij pondo octo. Omnia diligenter confusa ac cribrata mortario iniiciuntur, ac paulatim acetum in sole affunditur, donec terendo totum acetum consumat. Vbi laeue factum fuerit, liquefacta & refrigerata rasaeque diligenter, ijs quae in mortario sunt, admiscentur, ac subacta excipiunt. Haec scripsit Crito. Ego verò sine liquore sereos ipsam praeparavi, & non nunquam de alumine ademi, vsumque sum in neruorum vulneribus hoc medicamento simili modo, quo medicamento quod ex metallicis confectum est, quod in sermone neruorum vulnerorum scriptum est: nam valentius efficitur, aceto acerrimo vndique circumfusum, reponitur, & diebus circiter quindecim emollitur. **Medicamentum Machaerionis.** Celebre simul & multi usus est. Conuenit affectibus vlcerum, de quibus totus hic liber scribitur. Sic autem Crito ipsum protulit ad verbum. **Machaerionis.** Ad omnia recentia vulnera: conglutinat, & phlegmonem arceat praefertim vbi contusio fuerit, Rabiosi canis morsum summè curat, ampliori loco impositum ac mutatum frequentissimè: pilulae quoque ad murtum, naturaliumque vlcera, in ossibus denudatis carnem producit, narium vlcera sanat. Est etiam viride, diluitur rosaceo vel omphacino, Haec recipit, Aristolochiae

chiæ rotundæ, pondo vnciam, chalbanî pondo vnciam, opopanacis pondo vnciam, æruginis rafe pondo vnciam, iridis illyricæ pondo vnciam, guttæ ammoniaci pondo vnciam, myrrhæ pondo vnciam, terebinthinæ pondo vnciam. vij. & s. cere. 3. lx. s. olei omphacini pondo vnciam. vij. & s. Dimidium olei cum ærugine ad leuorem teritur, reliquum cum cera & terebinthina coquitur. *CDyfrachitis Damocratis ad verbum.* Et hoc ex celebrium lateq; vsu patentium pharmacorum numero existit, scribit de eo Crito hunc in modum. *CDyfrachitis.* Mirum in modum facit ad sinus callo vndiq; circumdatos, & fistulas, impositum: si orificium sit, quod linteolum medicamento illi tū queat excipere, imposito, ac citius proficiet. Vtitor eius virtute in humectis, fluentibus, & diu tinis dispositionibus, tertio quoq; die vt plurimū ipsū mutans. Podagricos quoq; iuuat mirifice in accessionis principio illitum ac in latum circumpositum, qui & ad confuertas ambulationes, & vitæ vsus dimittantur: citra balneum ad triduum, diesq; aliquot permaneant. Non enim materia dat accessum vt affectus increseat. Conuenitq; omni vlceri ad sex partes cerato admistum: inueterascens melius euadit. Aluminis rotundi denariū pondo octo, squamæ denariū pondo duodecim, æris combusti denariū pondo quatuor, aristolochiæ denariū pondo nouem, chalbanî denariū pondo decem, guttæ ammoniaci denariū pondo duodecim, alij decem, thuris denariū pondo nouem, myrrhæ denariū pondo nouem, styracis denariū pondo quinde- **F** cim, misyos denariū pondo trium, chalcitidis denariū pondo trium, scyllæ medullæ denariū pondo octo, picis liquidæ denariū pondo quatuor, iridis illyricæ denariū pondo nouem, secundum alios quatuor, terebinthinæ denariū pondo decem, alij septem, pityinæ denariū pondo decem, alij sex, ceræ denariū pondo septuaginta quinque, olei pondo libram & s. quidam etiam medullæ cerui denariū pondo octo adijciunt. Squamam, æs, misy, chalcitidem, scyllam, ex aceto prius quam acerrimo in sole terito, vt læuia fiant, maximè læuigatis aristolochiam, & iridem adijcitur. Hæc prius contusa, tenuiq; cribro discreta, rursus aceto circumfusa terantur. Atq; hoc tandiu facito, q̄ aspersionem sentias, non parcens aceto sumptuando. Postq̄ læuia fuerint, alumen addito, facitoq; hæc, donec & illud in puluerem redigatur: deinde myrrham, mox thus, ab hoc ammoniacum, postea styracem, postremo picem indito. Hæc in calido sole vruntur, quo styrax elaboretur. Vbi iam læuitatem & sordium crassitudinem nacta fuerint omnia, ceram, resinas, & oleum lique facito, & paululum decocti chalbano superfundito, idq; congregatum in pila terito, ac quæ lique fiunt modicè refrigerata indito, tunc chalbanum demittens dissoluensq; in vas fictile percolato, ac vbi deraferis, cum ijs, quæ in pila sunt, permisceto.

Emplastrum ex salicibus.

Quod ex salicibus constat, præclarum & in multos vsus idoneum similiter prædictis, Crito hisce verbis recensuit. *Emplastrum ex salicibus.* Prodest cruentis vlceribus impositum, articulis solutis, fistulis inditum, flaccidis carnibus humidisq; præsertim quæ in extremis partibus extant. Valet item ad erysipelata, aliosq; plurimos affectus sine vsuris. Misyos, chalcitidis, æruginis, ceruffæ, gallæ, aluminis scissi, & rotundi, cretæ sutoriæ, seu melanteriæ, singulorum pondo vncias sex, ceræ, resinæ pityinæ, picis, bituminis, salicis foliorum, singulorum pondo vnc. ij. olei heminas quatuor vncias, iij. chalcanthi pondo vncias sex, malicoriij pondo vnc. sex, aceti sextarios sex. Salices ex aceto incoquantur, donec relicti fuerint sextarij duo. Deinde ærugini, ceruffæ & cretæ sutoriæ prius tritis folia immittito, simulq; ad leuorem terito, deinde sicca læuigata, rursusq; exprimito, postea liquefacta superfundito. Hoc Asclepiades sine chalcantho & malicorio præparat, sicut in secundo huius operis cōmentario docuimus. Aliud post hoc ex salicibus Crito in istam sententiã ædidit. *Ex salicibus lire, vt Herodotus.* Cretæ sutoriæ melanteriæ ue, gallæ omphacitidis, aluminis scissi, rotundi, singulorū pondo, 3. vi. cere, bituminis, picis aridæ, salicis foliorum, pityinæ, singulorum pondo libras duas, olei pondo libram, aceti sextarij dimidium.

Quæ tradidit Asclepiades eiusdem generis emplastra.

CAP. 4. H

His annueratur ex supra scriptis, tum quod ad Halieum refertur ab omnibus cognitū, tum quod ex dictamno constat: sed quia Asclepiades manifestò de ipsis scripsit, ob id et nunc eorundem mentionem faciam. Porro cōmodum ex eo, quod bis vel ter scribitur, aliud insuper addit, puta vt cognoscamus in quibus simplicibus miscendis, ac ipsorum pollicitis scriptores illorū inter se conueniant, in quibus item discordent. *CHaliei Giluum.* Ad cruenta vulnera & neruos præciosos valet, item vlceribus vetustis cicatricem ægrè ducentibus & fluentibus conducit, quin & emollit optimè, præsertim in mammis ortas duritias. Medetur canum hominumq; moribus, insigniter valet & ad paltinacæ, & draconis, aliorumq; seuorum piscium ictus. In summa virtutē habet mirificam. Argenti spumæ, ceræ, cuiusq; denariū pondo centum, terebinthinæ, manne thuris, chalbanî, minij linopici, cuiusq; denariū pondo octo, olei sextarium, præparato sicut prædiximus. *CHaliei Giluum quomodo conficeret Galenus.* Argenti spumæ, cere, cuiusq; denarium pondo centum, terebinthinæ, myrrhæ linopidis, æruginis rafe, squamæ, singulorum denariū pondo. viij. aristolochiæ denariū pondo octo, thuris denariū pondo viginti quinque, diphrygis denariū pondo sex, chalbanî denariū pondo duodecim, guttæ ammoniaci denariū pondo. xij. olei heminas duas, cōficito quæadmodū supiora. *Emplastrū venatorum, pharmacum confectum.* Facit ad quadrupedū ictus,

Aictus, morsusq; & ad reliqua venenata. Argenti spumæ pondo minam, olei veteris, squamæ aris rubri, ceræ, resinæ frictæ, singulorū pondo, guttæ ammoniaci pondo trientē, chalbanî, minij synopici, singulorū pondo vnc. ij. Argenti spumæ, squamam, & oleū ad spissitudinem vsq; incoquito, deinde cerā ac resinā inijcitur. Cum liquata fuerint, ab igne tollito, & ammoniacū dilatatū immittito. Vbi refrixerint, chalbanū, & ammoniacū indito, linopicum inspergens, ac in mortariū defussis mollitisq; vtitor. *Emplastrum Chalcidei,* Conglutinat, inflammationem arcet, diuisiones cum contusione iuuat, sinus cōiungit, reliccat, & abscessus prohibet, ossa corrupta educit, maximè autē & in partibus extremis valet. In vniuersum mirabilis ei virtus est. Argenti spumæ, squamæ eris, resinæ pityinæ, cere, singulorum denariū pondo centum, guttæ ammoniaci, chalbanî, cuiusq; denariū pondo sexdecim, diphrygis denariū pondo duodecim, aristolochiæ leuissimæ denariū pondo. xxx. olei veteris sextarios tres. Argenti spuma, squamæq; ex oleo coquuntur, ac vbi colorem mutauerint, diphryges immittitur, deinde cera, resina pityina, vel pinea. Liquatum vt non inquinaet, ab igne tollitur, ac ammoniacum elotum inijcitur. Postq̄ liquefeceris, aristolochia pharmaco iam refrigerato inspergatur, & continue moueatur, deinde in mortarium immittito, ac subigito, excipiensq; vtitor. *Ex dictamno sacrum, virtute mirandum.* Benefacit neruis musculisq; præcis & cōtulis, vetustis & sanatu difficilibus, ossa corrupta elicit, aculeos & telorum cuspidēs, quæ infixæ sunt corpori, eximit, nec minus digerit, iuuat capitis dolores & oculorum fluxiones. Est etiam malagma pleuriticis & hepaticis idoneum, efficax est & ad cuiuslibet virulenti ictus. Argenti spumæ denarium pondo centum, colophonie, denarium pondo quinquaginta, ceræ denarium pondo. xxv. guttæ ammoniaci, aristolochiæ singulorum denarium pondo sexdecim, manne, chalbanî, vniuscuiusq; denariū pondo. xij. æruginis, dictamni, eris vsti, aloes, propolis, singulorū denarium pondo octo, diphrygis, eris squamæ, gentianæ radice, singulorum denarium pondo sex, olei veteris hyeme heminas duas, per æstatem vnam ac. s. Præparatur quo dixi modo. Huius scriptura ab Hera in horum pondere variat, nam Asclepiades dictamni denarios octo, Heras decem inijcere præcipit: & vero etiam aristolochiæ, & guttæ ammoniaci hic cuiusq; denarios sexdecim, Heras sex quidem, guttæ ammoniaci, aristolochiæ vero decem. Cæterum Heras oleum indistinctè scripsit, solū heminas duas eius iubens infundere: Asclepiades autem hyeme tm̄, æstate vero vnam & s. *CDiophanti chirurgi, quo vsus est Phylacus.* Argenti spumæ denariū pondo centum quinquaginta, ceruffæ, picis, squamæ aris, cere, singulorum denarium pondo octodecim, æruginis, resinæ pityinæ sicca, manne, thuris, propolis, singulorum denarium pondo. xij. chalbanî, aristolochiæ, cyprii singulorum denarium pondo sex, dictamni, trifolij, guttæ ammoniaci, singulorum denarium pondo trium, illyricæ, artemisiæ, polij, marrubij, singulorum denarium pondo duum, olei veteris heminas duas. Ad dictum modum præparatur.

De scriptis ab Andromacho eiusdem generis emplastris.

CAP. 5.

Emplastra varij vsus, simul & cicatricem ægrè ducentibus idonea hoc in libro perferere statui, ex quorum grege sunt & decem illa longe optima inter ea, quæ scripsit Andromachus. *CViride Euangei.* Resinæ terebinthinæ, secundum alios sicca denarium pondo quinquaginta, alij vero centum, cere denarium pondo. xxv. thuris, squamæ, chalbanî, aloes, myrrhæ, singulorū denariū pondo triū, salis ammoniaci, opopanacis, æruginis rafe, aris vsti, aristolochiæ, guttæ ammoniaci, scissilis, secundum alios rotundi, singulorū denariū pondo duū, ichthyocollæ denariū pondo. iij. aceti heminas. iij. olei quartam heminæ partē, secundum alios octauam. Vtitor, vermiculari ærugine non imposita. *CViridementosum emplastrum, quo vtitor.* Ichthyocollæ pondo vnc. iij. farcocollæ pondo vnc. iij. erethiæ pondo selibram, terre samie pondo vnc. iij. myrrhæ pondo vnc. iij. thuris pondo vnc. vi. squamæ eris pondo vnc. viij. salis ammoniaci pondo vnc. iij. æruginis rafe pondo vnc. vi. aluminis scissilis pondo vnc. ij. aloes indicæ pondo vnc. iij. chalbanî pondo vnc. iij. ceræ pondo libras. ij. terebinthinæ pondo libras. ij. olei pondo libras. iij. aceti quod ichthyocollæ irrigandæ sufficit. Sicca læuigata liquidis insperguntur. *CAliud viride.* Resinæ pityinæ denarium pondo ducentorum, guttæ ammoniaci denarium pondo quinquaginta, opopanacis denarium pondo octo, cere denarium pondo centum, propolis denarium pondo octo, chalbanî denarium pondo. viij. squamæ eris denarium pondo. xij. æruginis denariū pondo. xij. aluminis rotundi denariū pondo. viij. misyos denarium pondo. viij. salis ammoniaci denariū pondo. viij. chalcitidis denariū pondo. v. sulfuris ignem non experti denariū pondo. viij. thuris denarium pondo duodecim, fellis taurini sicci denariū pondo sex, vel humidum denarium pondo. xij. cyprii heminas sex, alij quatuor, aceti quod fatis est. *CViride Epicuri multa promittens.* Ceræ denarium pondo ducentorum, colophonie denariorum pondo trecentorum, squamæ denariorum pondo sexdecim, eris vsti denarium pondo sexdecim, æruginis denariū pondo sexdecim, aristolochiæ tenuis denariū pondo sexdecim, aloes denarium pondo. xxiiij. aluminis rotundi denarium pondo. xij. myrrhæ denariorum pondo. xxiiij. chalbanî denariorum pondo. xxiiij. salis ammoniaci denariorum pondo sexdecim, aceti heminas. iij. olei heminas. ij. interim pauciores. *CViride multa promittens Alcimoni vel Nicomachi, ad fistulas, nigritias, vel nomas, glutinat ossa, & reducit, strumas discutit.* Chalbanî denariorum pondo sexdecim, aris vsti denariorum pondo. viij. squamæ denariorum

Quinta Classis.

iiii pondo

† Al. nouem.

* Al. xx.

† & viginti alij additur.

† Al. aristolochiæ, singulorum denarium pondo sex. † Aristolochiæ, nec hoc loco pondere eodē scribitur.

† Al. duas

† Al. additur lapidis asii pondo vncias. iij.

† Al. vncias. iiii.

† Al. quinq.

† Al. duodeci.

pondo viginti quatuor, cere denarium pondo quinquaginta, ſeu caprini vel vitulini denarium E pondo triginta, thuris, refinæ liccæ, guttæ ammoniaci, terebinthine, nitri ariſtolochie, ſingulorum denariū pondo. xxv. bryoniæ denariū pondo. xij. orcheos herbe denariū pondo. xij. iridis aride denariū pondo. iij. aloes indice denariū pondo. xij. ſciſſilis denariū pondo octo, fellis taurini denariū pondo octo, acetii hemina, olei hemina. Cū inſicit, roſaceo. *CV iride ad herpetas, item ad chironia & difficulter ad cicatricem venientia vlcera, vt Andromachus.* Hordei cōbuſti denariū pondo. x. æruginis denariū pondo octo, cere denariū pondo octoginta, cyprini hemina. Hoc medicamen æruginem multā cōtinet, pro cere, & cyprini ſymmetria, nā hordeum cōbuſtum ſi per ſe inſpergitur, chironia vlcera iuuat, neq; inſedit cere & cyprini vires, neq; eruginis reſoluit. Ablato ipſo, ſimile pharmacū redditur multis, que ſuperiore libro ad huiusmodi vlcerum curationē ſcripta ſunt, non tamen multū cyprini aſſumetur, præſertim ſi cera pinguis exiſtat, ſed quantū ad cerā ærugini admixtam emolliendā capere neceſſariū eſt. Superiora omnia emplaſtra hoc nomine vano vſui ſeruiunt, q̄ medicamēta emolliētia, trahentia, digeſtoria, cōcoctoria, inſuper citra mordicationē ſiccantia aſſumpſerint, plurima ipſorū etiā valide adſtringētia, quorū virtus eſt humores affectę par tī influētes repellere. Porro dictorū medicaminū potētatis materias nominatim in operis de ſimplicibus medicamētis ſexto, ſeptimo, octauo, nono, decimo & vndecimo libro expreſſas habetis. F Multorū autē hoc cōmentario nominatim memini, ac iterū meminero. Quinetiā hoc pharmacū in præſentia appoſui, eorū que nuper dixi mentionē facere deſiderans. Quia id quoq; ſuperiore libro commemoratis genere ſimile eſt, ac propriū magis videbatur, illis ipſum appendere. *Ciceſum nigrum Andromachi.* Hoc emplaſtrū Andromachus non vbi viridia tractat, ſed ſuperius propē inſitū, in ſymmetria multū euarians, vt prius Critonē & Herā prodidiſſe indicauī, ſcribitur hoc pacto. Bituminis denariorum pondo trecentū, terre ampelididis denariorum pondo ducen torum, argenti ſpumę denariorum pondo ſexaginta, chalbanī denariorum pondo. xxxvi. terebin thine denariū pondo triginta ſex, ſciſſilis denarium pondo triginta ſex, propolis denarium pondo ſeptuaginta duū, manne denariū pondo quinquaginta, myrrhę denariū pondo duodecim, iridis denariū pondo duo decim, chalcitidis denariū pondo ſex, gallæ denariū pondo decem, olei, congiū vnum & dimidiū, mellis hemina dimidiū. Recte fecit, qui de mina ambiguitate relicta, omnia per denarios conſcripſerit, vt de ſolo congio quæſtionem inſtituamus. In hoc enim melius egerunt, qui ſex heminas poſuere, à triplicato autem bitumine proportione illius, quod Heras immi ſcuiſ, ſcripturam exorſi ſint. Etenim Heras centum denarios, hic trecentos poſuit, eſſi in quibusdam exemplaribus non fide dignis, ducentos inuenerim. Terra ſanē ampelidis duplo eam, quam G Heras ſcripſit, planē exuperat. Argenti autem ſpuma, quam & ipſam ampelididī pondere æqualē eſſe conueniebat, multo minus ab eo iniecta eſt. Nam denarios ſexaginta huius miſcet. Chalbanī vero triginta ſex denarios immittens, proportionem cum Hera & Critone nō ſeruat, quemadmodum in alumine ſciſſili. Paululū enim hic ab exacta proportiōe declinat, que eſt triginta ſeptem & ſ. peruenit, in terebinthina ſanē parū à Hiera diſſipat tantum. ſ. quantum in chalbano & ſciſſili à Critone verò plurimū: qui minā. ſ. iniſcere iubeat, quod aliarū ipſius miſturā proportione, ad quinquaginta denarios excedit. Iam verò in propoli non nihil diſcordat, quantum ad duplicatam proportionem ſpectat. Item in manna à Critone & Hera recedit, quippe centum denarios, ceu ad illorum proportionem iniectos eſſe oportebat. In chalcitide etiā multum admodum à proportione ſubtraxit. In alijs parua controuerſia eſt, niſi in melle, cuius heminas tres tanquam ad illorū proportionem immiſiſſe ipſum cōueniebat, at is hemine dimidiū adijcit. Ita quoq; in oleo, tres congios miſcuſſe debebat, ſi non à Critone diſcrepare voluiſſet, ſi verò cum Hera cōuenire, octo decim heminas. Verum ipſe congiū & dimidiū conſcripſit.

Vt Tarentinus Heraclides Iceſi nigrum emplaſtrum tradiderit.

CAP. 6.

A Domne vulnus, maxime quæ in extremis partibus ſunt, dolore vindicat & conglutinat. Itē H canum morſus, & furunculos ſanat, duritias diſcutit, præſertim mamillas obſidentes, ani condylomatis ſuccurrit. Argenti ſpumę denarium pondo centum, bituminis tantundem, terre ampelididis idem pondus, manne denarium pondo viginti quinque, propolis totidem, chalbanī denarium pondo duodecim. ſ. aluminiſ ſciſſi, refinæ terebinthinæ pares menſuras, iridis denarium pondo ſex, chalcitidis denarium pondo ſeptem & ſ. gallę denarium pondo octo, myrrhę tantundem, mellis heminam vnam, olei immaturi, ſ. heminas ſex. } Argenti ſpuma, bitumen, & terra cū oleo coquantur, & ſpatha ex tædarum ligno mouentur. Cum cōſtiterint, propolis, refinæ, & chalbanum adduntur. Hæc autem prius melle incoquantur. Quibus miſtis, olla ſtatim ab igne tollitur, & ſicca inſperguntur. Hæc cum Heraclides tradiderit in librīs ad Antiochidem, demiror quo modo non nulli poſt eum ſcripturam ipſius non obſeruauerint. Heras ſanē vbique Heraclidem imitatus eſſe videtur, præterquam in myrrhæ & gallæ. Nam dum Heraclides vtriuſque horū denarium pondo octo miſcet, Heras vtriuſq; ſex iniicit. Inſuper Aſclepiades in ſecundo libro de exterioribus, omnia proportione quadruplo maiore quàm Heras tradidit. Adde quòd olei omphacini heminas duodecim, Crito congios duos cōſcripſerit, & ſi omnia duplicata compoſitio ipſius habeat. Quare nō nulli mihi videntur adſcripſiſſe heminas duas. Quod ipſum rurfus tum veritati,

† Al. hemina dimidiū.

A tati, tum Heræ & Tarentini ſcripturæ magis aduerſatur. Siquidem Heras centum octoginta denarios poſuit, in pondus non menſuram oleum reducens, tanq̄ hemina denarios ſexaginta pendente. Nam Attica nouem Italicas vncias conſicit. Pendunt enim nouem Italica vncia, quas in cornibus infectis metiuntur, ſeptem vncias ponderales & ſ. quæ ſexaginta denarij ſunt, ſingulis vncijs octo denarios recipientibus: quare etiā hic cum Heraclide Heram conſentire videas, cum tres heminas iniſciat, Aſclepiades duodecim, quoniam omnia in ipſius compoſitione quadrupla ſunt. Heras autem, quoniam pharmaci in Tarentini ſcriptura magna moles fieret, videtur mihi quartam omnium portionem poſuiſſe. Nam in myrrhæ, vt dixi, & gallæ paululum mutare videtur. Ac cum aliq̄ quoq; hoc icelſi emplaſtrum tradiderint, qui exactius in eo, cuius præparationem ex cōſtione coniecimus, Tarentino concordēs facti ſunt. Qui autem negligentius, vel in vno ſolum, vel in pluribus ſimplicibus diſſonante ab Heraclide videtur. Proinde ſuperfluum fuerit de ijs mentionem facere, præparandum enim medicamentum eſt, vt Heraclides iuſſit, vel vt Heras, qui parum adeo inter ſe diſſerunt. *C Heraclides litem iſeſion hanc eſſe dicit.* Bituminis denarium pondo quinquaginta, argenti ſpumę denarium pondo quinquaginta, olei heminas decem, coquito. Vbi coierint, cere denarium pondo quinque iniſcito, chalbanī, myrrhæ, ſingulorum denarium pondo quinque.

Cyzicenum Heræ.

CAP. 7.

H Oc quoq; inter celebra emplaſtra refertur, ab omnibus propē conſcriptum, magno in ſimplicium medicamentorum ſymmetria conſenſu. Non nulli tñ diſcordant, vt innoteſcet, cū ſubiungemus, quomodo quiſq; componendum cenſeat. Heras igitur de præſenti emplaſtro ita ad verbum ſcribit. *Cyzicenum.* Facit ad recentia vulnera, & vetera deſapcentia, duritias præſertim in mammis diſcutit, extrahit, repurgat, implet, glutinat, cicatricem ducit, tollit cancroſas durities, male curata reſicit, & in quibus ſcalpello vti non licet, vt in ceruice, collyrij loco vtitor. Abſceſſus furentes mitigat, phymata diſcutit, ganglia et contractiones ſiue coitus diſſoluit abrumpitq; tela, oſſa, lignorum fragmenta educit, cruſtas citra dolorem deſicit, in deſapcentibus, magnis ſplenijs vt oportet. Inſuper ſtrummas diſſipat, hæmorrhoidas cohibet, & velicæ morbis ſummè prodeſt. Hæc autem recipit. Thuris, myrrhæ, croci, iridis illyricę, bdellij, ſingulorum denarios. iij. ſquamæ denarium pondo. xij. chalcanti, aluminiſ ſciſſi, rotundi, guttæ ammoniaci, miſyos, putaminū mali granati dulcis, ſingulorum denarium pondo. iij. ariſtolochie, gallę omphacitidis, vtriuſq; denarium pondo octo. } chalcitidis, denarium pondo. iij. viſci quercini, opopanax, æruginis raſę, acacia, floris roſarum, ſingulorum denarium pondo octo, terebinthine pondo minam, aliq̄ denarium pondo quinquaginta, liquoris papaueris denarium pondo ſex, cere minas duas, ſecundum alios denarium pondo quatuor, ſeu vitulini curati minam, aliq̄ denarium pondo centum quinquaginta, acetii communis heminas viginti, Vini, quod ſufficit, i ſicca immittitur. Hæc de Cyzicene cū Heras ſcripſerit atq; Andromachus, videbitur quibusdam maxima eſſe diſſenſio, cum Heras thuris, croci, myrrhę, & eius, quod deinceps ab eo poſitum eſt, denarium pondo quatuor immiſerit, Andromachus octo. Verum quod iam prius obſeruandum nobis eſſe dicebam, id etiā nunc dicturus ſum, ſi omnia ſimplicia pharmaca licet duplicata horum, que aliq̄ ſcripſerunt, miſceas, ea dem fiet ſymmetria, quemadmodum ſi & triplicata omnia iniſcias, ac nūc Andromachus omnia fere duplicata miſcuit, cum Heras ſimplicia ipſa indiderit. Ac etiā hic diſcrepāt, quòd ille aloen addat Hera ſecus faciente. Quinetiam in panacis radice differentia eſt, cum Heras opopanax tantum ſcripſerit, Andromachus non hoc ſolum, ſed etiā panacem. Solent autem ſic vocare radicem herbe, quam panacem appellant. Adiecit autem Andromachus papaueris liquorem, doloris cuitandi gratia: acaciam verò & roſarum florem, tanq̄ adſtringentia. Porro cōctionem pro more ſuo Heras adiunxit, Andromachus omittit, quippe qui ipſe etiā raro illam ſoleat apponere. **D** Cæterum ex ea eo, quòd in calce acetii communis heminas duas & vinum ſiccis inſundit, planē inuit fed arida aut vino vel aceto leuigari velle, deinde liquefacta his ſuperfundit. Heras autē neq; omnino acetii aut vini meminit, & ad calcem cōctionis ita adſcripſit: Cæterum arida & opopanax in cacabum coniecit, & vbi vnita fuerint, deſundito, mollitoq; irino vnguine manus inquitinans. Ego ipſum Andromachi more conſicio, opopanax cum ſiccis in mortario terens. Si valētius, et quod magis digerit, medicamētum facere deſiderem, acetum inter leuigandū admixcens: ſi magis adſtringens repellensq; vinum: quemadmodum rurfus & id nūc auſterum, nunc gilū, nunc vetus, nunc etate mediū aſſumens. Nam quod auſterum eſt nec vetus, magis adſtringit, quod vetus nec auſterum, valētius digerit.

Cyzicenum, vt Aſclepiades.

CAP. 8.

S criptum eſt hoc emplaſtrum iam et in quarto, vbi omnia ordine, quæ ad malignitatem pharmaca habere conſuluit, commemorauimus. Et vero nunc, quia ipſe pariter ab Hera, & Andromacho euariat, ſatius mihi eſſe videtur ipſius verbis in tertio libro de exteriorum pharmaciſ tradita ſubiungere. *Cyzicenum.* Facit ad diutinos affectus, & neruos præciſos. Thuris quæ optimi, cere, myrrhæ, ariſtolochie, chalcitidis, illyricę, chalbanī, ſingulorum denarium pondo. iij. terebinthinæ, argenti ſpumę, ſingulorum denarium pondo. viij. olei heminam. Omnia in Quinta Claſſis. iiiij ij vas

vas æreum coniecta, supra leuem prunam coquuntur, mouenturq; donec in aqua frigida demer-
sum, mellis spissitudinē habeat. Postea mouēdo tollitur, hoc illitum pelliculæ imponitur, hyeme
post septimum diem, æstate post quintum soluitur. *¶ Aliud ex ijs, quæ ad Philoxenum referuntur.*
Thuris, myrrhæ, croci, illyricæ, bdellijs, squamæ æris, chalcanti, chalcitidis, aluminis rotundi &
scissilis, misyos peregrini, guttæ ammoniaci, propolis, visci quercini, opopanax, malicorij preclu-
si, singulorum denariū pondo. iij. aristolochiæ denariū pondo octo, ceræ, seui taurini, singulorū
denariū pondo centū, quod minā inscribit, resinæ terebinthinæ denariū pondo quindecim, quod
tres quartas appellat. Resina in ollam fictilem coniecta, donec odorem amittat, cōcoquitur: dein
de seuum & cera derasa iniiciuntur, & liquefiunt. Arida contunduntur, & cribro tenuissimo in-
cernuntur: postea liquida ab igne tolluntur, quibus aliquatenus refrigeratis arida insperguntur,
& curiosè mouentur. Habere autem oportet ex aceto trita, myrrham, thus, bdellium, opopanax,
quibus quæ in olla sunt, adijciuntur, terunturq; ne grumi ceræ modo fiant. Vbi autem rectè ha-
buerint, in lignea pyxide irino vnguento prius illita reponuntur.

Emplastrum ex duabus aristolochijs vt Andromachus.

C.A.P. 9.

DE hoc in eam sententiam scribit Andromachus ad verbum. *¶ Emplastrum ex duabus Aristolochijs.* Resinæ frictæ pondo libram, ceræ pondo libram, picis pondo libram, ciceos, vel
olei veteris heminā vnā & cyathos duos, cerussæ pondo vnc. vi. æruginis pondo vnc. vi. chalcanti
thi pondo vnc. iij. mānæ pondo vncias sex, aristolochiæ longæ pondo vnc. iij. rotundæ pōdo vn-
cias. iij. erethriæ pondo vncias sex, illyricæ pondo vncias. iij. gallæ vncias duas, aceti heminā, ego
amplius, malicorij pondo vncias duas. Sicca ex aceto teruntur, deinde liquabilia.

Emplastrum ex dictamno Damocratis.

C.A.P. 10.

Diximus frequēter metricas scriptiones non solū ad memoriā, sed etiam ad misturas exacte
cōmensurandas prosa oratione conscriptis esse cōmōdiōres. Cuius gratia etiam nunc me-
dicamentum ex dictamno perfectam in Damocratis scriptis symmetriam perferuans apposui.

Emplastrorum vnum insignium numero adscribitur.
Solumq; quod recipit dictamnum creticum
Dictum, medetur prosperè serpentium
Percussibus venenatis, ac morsibus
Quadrupedum cunctorum, et si rabies quædam agat.
Iuuat vlcera callos, & neruos perditos,
Et musculos, & alto chartilagines
Corpore putrescentes, quæ incumbunt ossibus.
Colli, mamillarum, dorli quoq; vlcera
Perfanat, & diu si iam durauerint.
Ac omnia simul, quæ facere paulò antea
Dixi, emplastrum nomine scilicet Ægyptium.
Hoc ad modum cum sit bonum, quidam omnibus
Vnum bonis reputant vsu præstantius,
Haudquaquam nempe experti multa pharmaca.
Concinnatur misturis his. Lithargyri
Drachmas habet ducentas, istis additur
Olei vetusti libræ quarta portio,
Alij magis quartam volunt partem heminæ.
Et quinquaginta ceræ drachmas ponticæ,
Colophonæ probæq; plus cera duplo.
Alij malunt terebinthinæ parem modum,
Æruginis quoq; aloes necnon indicæ,
Item combusti æris & diphrygis boni,
Cuiusq; sexdecim, semissemq; ponito.
Quaternas & vigenas drachmas chalbanī,
Mannæ pares thurisq; bis duodecim,
Ammoniaci viginti bisq; & quinque bis,
Et sexdecim iungantur propolis atticæ,
Aristolochiæ longæ bis drachmæ decem,
Æris cyprij squamæ drachmæ duodecim,
Et gentianæ radicis siccissimæ
Æquale, cunctis herbæ his dictamni quoq;
Siccæ, sed habentis florem, drachmas bis decem,
Læuis. Lithargyrum at cum oleo demittito
Ollæ recentī, cui patulum os figulus dedit.
Pruna leni coques, mouens rudicula

Quousq;

† æruginem
& squamam ac-
sumens.

A Quousq; spissitudo mellis atticī
Fiat. ¶ Paribus at squamæ immixtis partibus, }
Rursus magis coquas, ac postquam pharmacum
Giluum fuerit, æs misceas & diphryges:
Crassumq; reddens pharmacum, vt non polluat,
Ceram, resinamq; vna dictis addito.
Quibus liquatis, vbi probè coierit
Emplastrum, ab igne tolles, cumq; adieceris
Propolimq; mannamq; aloen, atq; chalbanum,
Ammoniacumq; tunc vbi refrixerit,
Feruorq; ignitus pharmaci subfederit,
Aristolochiam perquam leuissimam,
Et gentianam dictamnumq; inspergito,
Spatha atq; medicamentum agitando sedulo,
Manibus tibi magdalias ipse effingens habe,
B Ea q; mala, ad quæcunq; est prædictum, vtitor.

De pastillis Asclepiadis.

C.A.P. 11.

Quemadmodum emplastra à colore, non à facultatis professione nominant quidam medi-
ci melina, candida, fusca, & gilua, ita pastillos, græcè trochiscus, ab efformationis figura vo-
cant, non ad vnum affectum sed ad admodum multos conferentes. Nos quoq; igitur ip-
sos imitati, deinceps omnes præclaros siue pastillos, siue orbiculos (vtroq; enim nomine appellan-
tur) describemus. Rectè autem illi singulis, quid possent efficere, præposuerunt, præsertim Ascle-
piades, cuius etiam primi pharmaca, quæ in tertio de exterioribus libro prodidit, apponam.

¶ Pastillus Asclepiadis. Aristarchi Tharsei pastillus ad plura utilis, facit ad recentia vulnera & ve-
tera, prodest teredinibus, & fauis: curat fistulas, aures suppurantes, ossa corrupta, nomas: reprimat
omnem carnis excrescentiam, tollit pterygia: valet ad vteri affectus: sanat ozænas, phagedænas,
condylomata: iuuat inueterata & quæ difficilem curationem habent: utilis est principio phthisi-
cis, lienosis, coeliacis, dysentericis, tribus obolis in potu familiari datus: succurrit synanchicis, gin-
giuarum nomis, in summa exterioribus & interioribus vitijs auxiliatur. Myrrhæ denarium pondo
sex, croci denarium pondo trium, crocomagmatis denarium pondo trium, cytinorum denariū
C pondo sex, chalcanti denarium pondo sex, aluminis scissilis denariū pondo sex, aloes denarium
pondo sex, vino falerno excipiuntur, fiuntq; orbiculi seu pastilli, & in vmbra desiccantur, vbi vsus
necessitas est, humido congruenti diluuntur ad commemoratos affectus. *¶ Pastillus Neapolitani.*
Myrrhæ, thuris, singulorum denarium pondo sex, gallæ, lycij, aluminis, crocomagmatis, aloes, sin-
gulorum pondo denariorum octo, cytinorum denariorum pondo duodecim, æris denarium pon-
do octo, vino falerno excipiuntur. *¶ Andronius inscriptus.* Cytinorum denariorum pondo cem,
scissilis denariorum pondo. iij. chalcanti denarium pondo. xij. myrrhæ denarium pondo,
iij. thuris, aristolochiæ, gallæ immaturæ, singulorum denarium pondo octo, passi heminas duas.
Apud Heraclidem verò ita habet. Malicorij denarium pondo. x. aristolochiæ denarium pondo.
vij. gallarum denarium pondo. vij. falis ammoniaci, thuris, scissilis, denarium pondo. iij. chalcanti
denarium pondo. ij. myrrhæ denarium pondo. iij. hæc passo excipiuntur. *¶ Polyida sphaeris.*
Malicorij denarium pondo sex, myrrhæ denarium pondo octo, aluminis scissilis denarium pondo
v. thuris denarium pondo. iij. aloes denariū pondo. vij. chalcanti denarium pondo. iij. fellis
taurini denariū pondo sex, vino dulci excipiuntur. *¶ Coracine sphaeris.* Facit ad tonsillarū phleg-
monas, & vuas laxatas, gingiuas madentes resiccat, nomas curat, & sedis affectus: fistulis callū ex-
D terit. Aristolochiæ creticæ rotundæ, cytinorum, chalcitidis tosta, thuris, myrrhæ, chalcanti, croco-
magmatis, aloes indicæ, fellis taurini, singulorum pondo denarium octo, passi quantum satis est.
¶ Pastillus ad nomas. Brathyos denarium pondo quinquaginta, myrrhæ denariū pondo trium, so-
reos, cypëri, chalcanti, thuris, singulorū denarium pōdo duum, vino excipiuntur. Alię scriptu-
ræ habent, oleæ foliorum denarium pondo duū, myrti sicce, orcheos herbæ, vtriusq; denariū pon-
do. iij. arsenici, quod auripigmentū vocant, denarij pondo vnus, myrrhæ denarium pondo. iij.
¶ Ex scriptis Heraclidis. Orcheos denariū pondo duū, arsenici denarium pondo. iij. gallæ denariū
pondo octo, squamæ denariū pondo sex, soreos denarium pondo octo, myrrhæ denarium pondo
duū, thuris denariū pondo duū, acaciæ succi denariū pondo duū, vino excipiuntur. *¶ Pastillus ex
stirpibus inscriptus.* Malicorij, myrti foliorum, nucis putaminum siccorum, spinæ fructus, singu-
lorum denarium pōdo octo, gallæ denariū pondo. iij. falis fossitij denariū pondo octo. Omnia cō-
minuuntur, friabilia in aceto macerantur, ac in vas fictile coniiciuntur, deinde torrentur, & cum
aceto læuigantur. Vbi bene habuerint, myrrhæ denarios. iij. thuris denarios. ij. iniicito, & pastil-
los fingito, vsus eius est cum aceto. *¶ Pastillus, qui à Terentio inscribitur stypticus, hoc est adstringens, facit
ad quamlibet nomen & ani affectus.* Sandarachæ, misyos, chalcanti, aluminis scissilis, singulorum
pondo denariū duum, myrrhæ, squamæ æris, aloes, chalcitidis, singulorū pondo denarium trium,
Quinta Classis. iiii iij cytinorum

* A. iij.
* In aliquibus
hæc dictio non
est.

* A. ii.

* A. ii.
* A. trā. f.
postea.

cytinorum mali punice, rosarum floris, gallae, singulorum pondo denarium. iiii. acaciae fucci pondo denariu octo, mali granati putaminum pondo denarium octo, excipiuntur myrtorum decocto ad dimidias coctorum. CPastillus ad serpentina, Aerei ad Herpetas: Terre cimoliae pondo denarium octo, misyos torridi denariu pondo sexdecim, minij sinopici pondo denarium trium. Singula cum aqua seorsum terito, deinde simul miscens in pastillos digerito, vsus est ex aceto. CAlius ex origano. Origan, olea foliorum, acaciae, chalcantii, salis hispani, singulorum denarium pondo duum, aceto excipiuntur. CEx collectaneis Laryi medicamentum corfectum. Argenti spumae, vel cerussae pondo denarium triginta octo, aluminis fiffi pondo denariu. xij. acaciae pondo denariu. viij. croci, thuris, diphrygis, opij, singulorum pondo denariu duum, ex aqua terito, ac formato pastillos, vsus est ex aqua. CAliud valde generosum. Aluminis rotundi, chalcitidis, cretae futoriae seu melanteriae vel foreos, singulorum denariu pondo duum, misyos, malicorij, vtriusq; denariu pondo. iiii. calcis viue denarium pondo sexdecim, aceti sextarium. Mali cortex in aceto decoquitur, ac cum dissolutus fuerit, teritur cum acacia, postea caeteris adijciuntur, & vbi bene habent, fiunt pastilli, cum opus est, diluuntur aqua. Pastillus Threpti ad serpentina vlcera, & vbi pastionem oportet sistere. Facit etiam ad oris vitia, ad aures suppuratas, item curis vitia quae exanthemata vocant, tollit. Carnis excrescentia reprimit. Narium vlcera, & sedis affectus sanat. Corticis malorum puniceorum podo denariu decem, Fgalle omphacitidis pondo denariu octo, aristolochie tantundem, aloes pondo denarium. iiii. myrrhe pondo denarium octo, fiffi pondo denarium duu, thuris pondo denarium quatuor, chalcantii pondo denariu quatuor, passo excipiuntur. CPastillus Gilui Hieracis Thebani, ex vesicarijs, facit ad capitis vlcera, epimyctidas, & narium vlcera, quae Graeci psudracas nominant, iuuat rhagadas, & quaecumq; citra dolorem ad cicatricem volens ducere. Cerussae pondo libram, spumae argenti pondo libras decem, aluminis fiffi, halicacabi, hoc est vesicariae corticis, chalcantii, sinopidis, singulorum pondo selibram, aceto excipiuntur. CLucij Praeceptoris pharmacum coeactum. Aluminis, aeruginis corinthiae, minij synopici, singulorum mensuram heminae aequalem, aceto diluuntur. CEx libris Aerei ad pforas depascentes, serpentina, carne excrescentem, pterygia, aures suppurantes, vlcera curatu difficilia, sanat rhagadas & condylomata. Scissilis, minij sinopici, aeruginis rase, gummi, gallae, cytinorum, singulorum pares portiones, aceto diluuntur. CMagni Philadelphi ad praedictas dispositiones. Aluminis fiffi, eruginis corinthiae, chalcitidis, minij sinopici, gummi, singulorum pares mensurae partes, aceto subiguntur. CPastillus ad Erysipelata. Croci pondo denarij vnus, opij tantundem, cerussae pondo denarium duu, passo diluuntur. Alia lectio habet, glaucij pondo denarium octo. CAndromachi Crocosus. Argenti spumae pondo denarium quatuor, hoc est vnciae dimidium, cerussae vncias. iiii. sulfuris ignem non experti pondo vnciam, croci, opij, singulorum pondo vnciam vnam, succo solani excipiuntur. Cum opus est, passo diluuntur. CCaj Neapolitani. Cerussae, acaciae, glaucij, opij, cuiusq; partem mensuram, passo subigito, & continue perungito. Aliud, Cerussae, acaciae, singulorum pondo denariorum octo, guttae ammoniaci pondo denarium. iiii. croci pondo denariorum duum, opij pondo denariorum duu, fucci polygoni, vel fereos, vel solani, vel cynoglossi. CEx libris Agathini. Cerussae pondo denariorum sex, manne thuris, singulorum denarij pondo vnus, crocomagmatis, sulfuris ignem non experti, singulorum pondo denariu duu, ex ouis aflatis vitellorum pondo denariorum sex, passo excipito. CAd Rhagadas & condylomata, curat etiam an rhagadas & nomas, Menesthei pharmacum. Aloes pondo vncias sex, croci pondo vncias tres, aluminis fiffi pondo vncias tres, vino diluuntur, & fiunt pastilli, in vsu liquor dispositioni respondeat. CApollophanis, ad rhagadas & condylomata. Stimmeos denarium pondo. viij. acaciae denarium pondo sex, aeruginis denarij pondo vnus, opij denariu pondo duum, thuris denarij pondo vnus. s. myrrhe denarium pondo duu, gummi denariu pondo. iiii. vino maris experte pastillos fingito. CVt Nicolaus. Stimmeos pondo denariu. viij. acaciae tantundem, aeruginis pondo denarij vnus, opij pondo denariorum trium, myrrhae podo denarium. iiii. gummi tantundem, vino excipito. CMagni ad rhagadas, & condylomata, sistit nomas. Aloes pondo denarium. viij. acaciae pondo denarium. iiii. galle pondo denariorum duum, croci pondo denariorum duum, thuris pondo denarij vnus, myrrhae pondo denarij vnus, vino subiguntur. CPastillus dia chylom, id est ex succis inscriptus, ad nomas & scabiosos affectus. Licij indici, aloes indice, myrrhe, aeris, aluminis sciffi, chalcantii, cytinorum, thuris, singulorum pondo denariu. iiii. fucci myrtorum heminae dimidium, composito, & in pastillos digerito. CPetronij pastillus, qui Virrus appellatur, medicamentum ad rhagadas, & condylomata, in magnis doloribus accommodatum, & cito liberat. Stimmeos, acaciae, plumbi combusti & eloti, singulorum pondo denariu sexdecim, cineris cyprij, erice fructus, aluminis fiffi, thuris, chalcantii, myrrhe, opij, singulorum pondo denariu. viij. vino excipiuntur, & fiunt pastilli. Cum vtendū erit passo diluuntur. Pastilli ab Andromacho conscripti libro de exterioribus. CAP. 12.

Pastillus Darij, qui per anum immittitur. Stimmeos pondo denarium sexdecim, acacie tantundem, alij octo, eruginis pondo denarium. xxx. fucci papaueris pondo denarium trium, quidam duum, gummi pondo denariorum. iiii. myrrhae pondo denarij vnus, thuris pondo denariorum trium, alij vnus, vino vel vt alij aqua diluuntur. CPastillus multiplicis vsus & pus educens, & relaxans. Corticis thuris pondo denariorum duum, aeris squamae pondo denariorum. iiii. cum vino factos

E
* Af. sex.

† Af. vac. ii.

F

† Af. denarium podo dimidiu.

G † Af. xxxviii hoc est vnc. ii.

..

H * Af. denarium pondo. xx.

Ano factos ex melle diluito. CMusa remedium. Aluminis sciffi, aloes, myrrhae, chalcantii, singulorum pondo denariu sex, croci, crocomagmatis, singulorum pondo denarium trium, cytinorum pondo denariu. iiii. mulso ex falerno facto excipiuntur. CAderysipelata ex Agathocle. Cerussae podo denariu. viij. aluminis rotundi, crocomagmatis, sulfuris ignem non experti, singulorum pondo denariu duum, tritis solani fuccus superfunditur, & pastilli, dum vsus postulat, vino austero formantur. CIsidori ad nomas. Lanæ fuccidae pondo denarium. xxx. scobis plumbi, squamæ, bituminis, singulorum pondo denarium. x. aluminis fiffi, rotundi, mali punici corticis, gallae, misyos, chalcitidis, thuris, singulorum pondo denariu. v. myrrhe pondo denarium duum, amurce heminas octo, vel sicce quinq;. CPastillus niger quo vror. Malicorij denarium pondo. x. aristolochiae, gallae, singulorum pondo denariu. viij. aluminis fiffi, aloes, singulorum pondo denarium. iiii. myrrhae, chalcantii pondo denarium duum, thuris pondo denariu. iiii. vino excipiuntur. Et cum res exiget, vino dulci diluuntur. CPastillus ex Vesicarijs. Argenti spumae podo denariu viginti quatuor, cerussae pondo denarium. xij. vel viginti quatuor, halicacabi radicis pondo denariu. viij. chalcantii, aluminis sciffi, singulorum podo denarium. iiii. minij quantum ad colorem accipiendum satis est, ex aqua subiguntur. CPastillus ex origano. Olea foliorum viridium pondo denariu. viij. mali punici corticis pondo denariu sex, origani pondo denariu. iiii. acaciae podo denarium. xij. chalcitidis, aluminis sciffi, misyos, singulorum pondo denariu. iiii. vino austero diluuntur. CPastillus ex rhu. Gallae pondo denarium trium, acaciae pondo denariu. iiii. chalcantii pondo denarium. v. chalcitidis, & denarij dimidium, aluminis fiffi pondo denariu. viij. rotundi podo denarium. iiii. misyos pondo denariu trium, malicorij pondo denariu. v. squamæ pondo denarium. iiii. myrrhae, aloes, aristolochiae, singulorum pondo denarium duum, thuris corticis pondo denariu. iiii. taurocollae pondo denarium trium, rhu excoriarj cheenicis quartam partem, alij dimidium, aceti hemina vnam & s. ex quo rhus madefiet ac teretur. CPolyida sphragis. Aluminis fiffi pondo denarium trium, thuris pondo denarium. iiii. myrrhae tantundem, vel pondo denariu. viij. chalcantii pondo denarium duum, cytinorum pondo denariu. xij. fellis taurini pondo denariu sex, aloes podo denariu. viij. vino austero excipiuntur. CPastillus Andronius. Cytinorum podo denarium. x. gallae pondo denariu. viij. myrrhe pondo denarium. iiii. secundum alios octodecim, aristolochiae pondo denariu. iiii. chalcantii pondo denarium duum, aluminis fiffi tantundem, alij podo denarium. iiii. misyos cyprij pondo denarium duu, passo diluuntur. Vtere ad multa polychresto pharmaco. CPastillus Achille. Spumae, misyos, aloes, singulorum pondo denarium duum, aristolochiae pondo denariu. viij. aluminis fiffi pondo denarium quatuor, myrrhae pondo denariu duum, thuris pondo denariu quatuor, gallae podo denariu octo, chalcantii pondo denarium duum, aceto subiguntur. CPastillus ad nomas Isidori celebris. Mane thuris singuloru pondo denariu. xxx. cytinoru, aluminis fiffi, gallae, cuiusq; pondo denariu. viij. chalcantii, aristolochiae, myrrhae, misyos cyprij, calcis viuae, singulorum pondo denariorum. x. acaciae pondo denariorum. viij. excipiuntur vino, vel aceto, & lauigata vsui sunt. CPastillus alius ad multa. Gallae pondo denariorum. viij. cytinorum pondo denariorum. xij. aeris combusti podo denariorum. viij. aeruginis pondo denariorum sex, aluminis fiffi pondo denariorum. viij. chalcantii, acaciae, fellis taurini, thuris, aloes, lycij, myrrhae, alijs & misyos, singulorum pondo denariorum. viij. Sub canis aestu multo aceto teruntur. CPastillus Apollonij Archistratoris Smilinus, vt Alcimion in vsu multiplicem. Cerussae pondo denarium decem, argenti spumae pondo denariorum. v. aloes pondo denariorum quinquaginta, aluminis fiffi pondo denariorum. iiii. thuris pondo denariorum quatuor, myrrhae pondo denarij vnus, cimoliae pondo denariorum. xxv. vino excipiuntur, interim cum vino, & rosaceo vtitor. CAd erysipelata quo vror. Argenti spumae pondo libras septem, cerussae pondo denarij vnus, opij, & sulfuris ignem non experti, croci, singuloru podo vncias tres, passo excipiuntur. Cum vsus est, passo diluuntur. CGlaucij ad multa faciens. Aluminis liquidi pondo denariorum. c. myrrhae pondo denariorum octo, croci pondo denariorum. viij. passo diluuntur. CAd erysipelata bonus. Acaciae pondo denariorum octo, misyos pondo denariorum. iiii. opij pondo denariorum duum, thuris pondo denariorum quatuor. Cum aceto excipiuntur, facit etiam ad herpetas. CAlius ad eadem. Opij pondo denariorum quatuor, acaciae pondo denariorum quatuor, diphrygis pondo denarium quatuor, aluminis fiffi pondo denariorum quatuor, ex aqua diluuntur, cum aceto vtitor. CAlius ad erysipelata. Cerussae pondo denariorum. viij. sulfuris ignem non experti pondo denariorum quatuor, papaueris pondo denariorum duum, rute foliorum pondo denariorum duum, aluminis fiffi pondo denarium. iiii. cimoliae pondo denarium duu, amyli podo denariorum duu, melle & aceto diluuntur. CAd herpetas Tyberij Caesaris. Diphrygis, meconij, aluminis fiffi, acaciae, singulorum pondo vncias tres, aceto vel aqua diluens vtitor. CCeranitis vsus multiplicis. Arsenici denariorum pondo triginta duum, aristolochiae denarium podo triginta duum, alij octo, iridis denariorum pondo triginta duum, galle pondo denariorum sexdecim, alij octo, aluminis rotundi denariorum pondo sex, chalcitidis denariorum pondo sex, squamæ aeris denariorum pondo sexdecim, chalcantii denariorum pondo octo, resine sicce denariorum pondo

* Af. iiii.
* Af. xx.

* Af. xxviii.
* Af. ii.

* Af. viii.

† Al. Melinus
* Al. iiii.

† Al. duorum.
* In aliquibus non sunt haec verba.

Quinta Classis.

iiii iij octo,

octo, aceti congios quatuor, caniculæ sub æstu æreo mortario & cochleario leuigantur. Quod si ereu mortarium nõ habeas, squamæ minã inijcito, quæ valet denarijs centum. *CPastillus cognomeno Bithynus in Sicilia confectus, ad nomas, fistulas, pterygia, cum duplici cerato, ad herpes, erysipelata, & alia.* Mali punici corticis denarij pond. vi. gallæ denarij pond. vi. iridis illyricæ denarij pond. iij. aristolochiæ denarij pond. sex, chalcanti denarij pond. iij. aluminis fissi denarium podo sex, chalcitidis denarij pond. sex, misyos denarij pond. triu, nitri denarij podo. ij. thuris denarium pond. duu, cadmiæ denarij pond. sex, eris squamæ denarium pond. iij. chryfocollæ denarium pond. duu. Ex aceto sub caniculæ æstu preparato. *CPastillus ad condylomata, & ani inflammationes, & pterygia.* Thuris, acaciæ, stimmeos singulorum denarij pond. ij. æruginis, myrrhæ, opij paueris, gummi, nardi celticæ, singulorū denariorum pond. ij. ex vino austero trita inunguntur.

Arida variæ speciei seu generis, à prænominatis auctoribus indicata, quibus singula conueniant.

Que scripsit Andromachus in calce operis de exterioribus.

CAP. 13.

ARidum exedens sine morfu, sandarachæ denariorum pond. duorum, arsenici denariorum pond. ij. chalcis viuæ denariorum pond. iij. manne denariorum pond. iij. tritis vtitor. *CFacultas sanguinem comprimens, qua vtitor.* Chalcitidis, misyos, manne singulorum denariorum pond. iij. alij. ij. tritis vtitor. *CFlaua, qua vtitor.* Chalcitidis pond. denariorum. c. atramenti futuri, Græci vocant chalcanthon, denariorum pond. l. misyos torrefacti denariorum pond. xxv. æris combusti denariorum pond. xij. & s. leuigatis vtitor. *CSanguinem suppressum, magna.* Misyos cyprij denariorū pond. vii. atramenti futuri totidem, corticis picæ denariorū pond. iiii. manne thuris denariorū pond. iiii. squamæ eris denariorū pond. iiii. æris vsti denariorū pond. xv. chalcitidis denariorū pond. xv. calcis viuæ denariorū pond. octo, alij denariorū pond. xxx. gypsi torrefacti denariorū pond. iiii. alij. v. tritis vtitor. *CSanguinem cohibens Aphrodis.* Chalcitidis denariorū pond. sex, manne thuris denariorū pond. ii. resinæ terebinthinæ, frictæ, singularum denariorū pond. iiii. vtore tritis ad hæmorrhoidas. *CAliud vt Harpocras.* Sandarachæ denariorū pond. ii. arsenici denariorū pond. iiii. calcis viuæ denariorū pond. viii. Pastillos fingito ex aqua diebus. xxx. terens, & sic inungito. *CAliud ad hæmorrhoidas quo vtitor.* Arsenici denariorū pond. viii. sandarachæ denariorū pond. viii. elaterij denarij pond. iiii. thapsiæ denariorū pond. ii. chryfocollæ denarij pond. iiii. calcis viuæ denariorū pond. iiii. tritis vtitor. *CAridum Galli, varij vsus, ad pterygia.* Argenti spumæ denariorū pond. viii. æruginis denariorū pond. x. læuigatis vtitor, commendatur. *CAid pterygia bonum.* Chalcitidis, caricarum combustarum, malicorii, squamæ æris, singulorum pares portiones. Cum opus est, mel coctum misceto. Emplastri modo imposito, alternis diebus soluto, expurgans, non madefaciens, nec respergens. *CAnthera, idest florida qua vtitor.* Sandarachæ denariorū pond. triginta duum, alij sexdecim, aluminis fissi, myrrhæ, facis croci, singulorum denariorū pond. sexdecim, iridis totidem, cyperi denariorū pond. sexaginta sex. *CFlorida Magni.* Calicæ denariorū pond. xxiii. aluminis fissi, gallæ, foreos, misyos, singulorum denariorū pond. iiii. sandarachæ denariorū pond. viii. malicorii denarij pond. i. myrrhæ obolos. iiii. cinnamomi obolos. iiii. croci denariorū pond. ii. myricæ fructus denariorū pond. duum. Tritis vtitor. *CAridum Cephalicum, idest capiti accommodum.* Iridis denariorū pond. iiii. thuris, panacis, aristolochiæ, singulorum denarij pond. ii. tritis vtitor, etiam ad nomas. *CAridum cicatricem inducens.* Ostreorum combustorum denariorū pond. ii. manne denarij pond. vnus, cadmiæ obolos. iiii. contritis vtitor, & ad nomas. *CAliud Aridum cicatricem inducens.* Picæ corticis denariorū pond. vi. manne denariorū pond. sex, aristolochiæ denariorū pond. sex, pumicis, resinæ, singulorum denariorū pond. iiii. iridis illyricæ denariorū pond. xii. læuigatis vtitor. *CAliud cicatricem ducens, & ad cacoethæ.* Picæ corticis denariorū pond. vi. cornu cerui ni combusti denariorū pond. iiii. cadmiæ denariorū pond. xxii. cerussæ, manne, singulorum

denariorū pond. iiii. æruginis rasæ denariorū pond. ii. contritis vtitor. Aliud, Gallæ denariorū pond. iiii. cerussæ denariorū pond. octo, myrrhæ pond. denariorū. iiii. argenti spumæ denariorū pond. octo, retrimenti plumbi denariorū pond. quatuor, trita vsurpantur. *CMais siue obstericis, generosum ad condylomata & rhagadas.* Gallæ, molybdænæ, singulorum denarij pond. octo, myrrhæ, cerussæ, singulorum denariorū pond. iiii. tritis vtitor. *CAuxilium ad omnia.* Iridis loco molybdænæ, argenti spumæ duas partes iniicito, reliquorum cuiuscq; vnam. *CAridum exedens, Lecanij Aret.* Arsenici podo libram, calcis viuæ denarij pond. ii. In aqua terito diebus triginta, mutans quotidie bis aquam in sole: deinde resiccatis vtitor. *CEncathisma qua si in seculo, idest quod in seculo curat hæmorrhoides, Phanij.* Atramenti futuri, aluminis fissi, chalcitidis, misyos crudi, sandarachæ, singulorum denarij pond. iiii. Trita omnia habeto, vbi vsus, venerit, veterem vrinã salitam viri vnus, sextariorū duorū mensura in fictilem peluim iniicito, medicamenti verò denarij pond. xii. superfundito vrinæ, vsi semper duo sextarii seruentur. Hoc vtitor insidens diebus. vii. nam in his actionem promouet, vbi sordidum in fundo subsisterit, anũ circūlinito. *CAridum carnes cicatrice obducens citra erosionem, Harpocratis.* Sandarachæ, chryfocollæ, arsenici, pares singulorū portiones, ite ad cacoethæ facit. *CPastillus ad nomas, dictus Asclepius.* Chalcitidis,

per genera lib. v. 253

Aciditidis, arsenici, pares portiones, calcis viuæ duplum. Habet et sandarachæ equalem reliquis portionem. *CAid ani vitia.* Alumine liquido nucis magnitudine cū mellis cyathis duobus cocto vtitor. *CSiccum ad nomas, quo vtitor.* Squamæ, arsenici, chartæ cõbustæ, plumbi vsti, singulorum denarij pond. iiii. sulfuris ignem non experti denarij pond. quinque, læuigatis vtitor. *CAliiter.* Squamæ, arsenici, sulfuris, plumbi cõbusti, æris, singulorum denarij pond. iiii. sandarachæ denarij pond. quatuor, æruginis denarij pond. vnus, chartæ cõbustæ denarij pond. iiii. vtitor cū rhodino vel melle. *CRispi odoriferum ad nomas.* Squamæ, arsenici, sandarachæ, singulorum denarij pond. ij. gallæ denarij pond. iiii. myrrhæ denarij pond. vnus, thuris tantundem, atramenti futuri denarij pond. ii. chartæ cõbustæ denarij pond. iiii. læuigatis vtitor. *CAntipatri ad nomas.* Chryfocollæ pond. 3. vi. arido vtitor & cum rhodino. *CAliud vt Alcimion.* Arsenici denarij pond. ii. squamæ denarij pond. iiii. chryfocollæ denarij pond. i. Sicco & cum rhodino vtitor, aqua dilutum cicatricem ducit cū cerato rhodino. *CAliud Publij ad nomas.* Calcis viuæ denarij pond. iiii. arsenici, squamæ, chalcitidis, sandarachæ, singulorum denarij pond. vnus, tritis vtitor, non nulli sandarachæ denarij pond. vnus. *CMedicamen ex planctis, ad nomas probum.* Mali punici corticis, chryfocollæ, aloes, singulorum denarij pond. iiii. arsenici, sandarachæ, singulorum denarij pond. ii. aluminis fissi denarij pond. iiii. chalcitidis denarij pond. iiii. myrrhæ sicce denarij pond. viii. oleæ sicce foliorum tantundem, tritis vtitor.

B*CAliud Alcimionis.* Myrti syluestris denarij pond. viii. malicorii, oleæ foliorum, myrti nigre, & corticum, singulorum denarij pond. xii. spinarum cineris denarij pond. viii. ficuum cineris denarij pond. xvi. †, orcheos herbæ denarij pond. viii. arido cū melle vtitor. *CAureum, quo vtitor.* Malicorii denarij pond. xxv. aluminis fissi denarij pond. x. atramenti futuri, misyos, singulorum denarij pond. viii. squamæ denarij pond. xvi. gallæ denarij pond. xv. melanteriæ ex clauis confectæ denarij pond. v. †, chalcitidis, æris cõbusti, singulorum denarij pond. viii. læuigatis plurimum ex aceto vtitor. *CAliud recens efficacius ad nomas, Philini: inalterat, & pus educit.* Aphronitri podo libras. ii. †, mellis tantundem. Aphronitrum melle subactum vrito, deinde læuigato, admisceto iridis illyricæ pond. 3. vi. trito vtitor, & cū melle. *CAridum erodens.* Arsenici, sandarachæ, singulorum denarij pond. ii. calcis viuæ denarij pond. iiii. alij trium, læuigatis vtitor. Aliud, Calcis viuæ, arsenici, atramenti futuri, singulorum pond. denarij. iiii. Ex aqua calida plurimum terito, resiccatis ac tritis vtitor. *CAridum erodens Melitonis.* Auripigmētī, sandarachæ, calcis viuæ, pumicis, singulorum denarij pond. iiii. In aqua. xxx. diebus cõterito, sed quotidie illa mutata, vbi inaruerint tritis vtitor. *CAridum insigne ad hæmorrhoidas præclari Apollonij Tarsei.* Chalcitidis vltæ, squamæ, arsenici cõbusti, atramenti futuri, singulorū denarij pond. iiii. diphrygis denarij pond. duu, foreos cõbusti obolos. iiii. argenti spumæ cõbustæ obolos quatuor, aluminis fissi denariorū pond. quatuor, æris vsti tantundem, læuibus factis vtitor.

Que Asclepiades in librorum quinto de exterioribus, quos Marcellas inscribit, arida conscripserit.

CAP. 14.

Andromachus arida, quæ affectui conueniunt, iis quæ affectis profunt, admiscuit. Verum Asclepiades in quinto seorsum quæ ad affectum conducunt, seorsum item, quæ parti affectæ vitia sunt, exposuit. Nam parte omiffa, tradidit cicatricem ducentia, crustas inferentia, ad nomas conuenientia & carbunculos, tum quæ vocant à sanguine continendo, ischæma. Cum loco autem affecto, quæ ap polypodem, ozanas, & sanguinis profuua ex naribus, ad oris nomas, gingiuas humiditas, in genis duras excrectias, ad paronychia, pterygia, ani rhagadas, & hæmorrhoidas. Quædam etiam à parte affecta denominationem sortiuntur: conueniunt tamen & alijs partibus, cuiusmodi quoq; cephalica, id est capiti succurrentia à medicis dicta, quæ eximie ossibus conducunt quanquam & totius corporis exulcerationes carne replere possunt. Non. n. capiti quatenus caput est, prodesse sunt nata. Nimirum etiam nisi os denudatum sit, vsus ipsorū nõ requiritur: sed in nudatis, quoniam pingua pharmaca vitamus, siccis solis vtitur, fugientes emmota à medicis Græcè appellata, q; linamentis inunctis offerantur. Quemadmodum aut ossibus in capite denudatis vsus ipsorum aptissimus est, ita etiam in alijs ossibus denudatis ossibus, siue brachij, siue cubiti, siue radii, siue femoris, siue tibie. Quare nos et arida ab Asclepiade scripta deinceps prodituri, cum ipsum prima omnium cephalica scripsisse inueniamus, prima ponemus, quod nõ solum ossibus in capite denudatis, verum & alijs omnibus simili modo affectis ipsa sint accommodata. Deinde quæ cicatricem ducunt, percensebimus, omnia his interiecta prætergressi, quæ affectum locum attingunt. Postea quæ prædicto iam mihi ordine sequuntur, omnia aggrediar. Non nulla sanè ex siccis medicamentis duplicem vsus obtinent, vt & siccis ipsis vti possimus, & cum alijs quibusdam mistis, sicut idem Asclepiades quoq; indicat.

Arida cephalica.

Aridum cephalicum, quo vsus est Lucius præceptor, tollit squamas, ossa corrupta educit, caua implet, medicamentum pingui caret. Iridis illyricæ, panacis, singulorum denarij pond. iiii. aristolochiæ denariorū pond. ii. manne tantundem, alij sine aristolochia. Omnia cõtunduntur, & cribrantur, vt licet per se & cum melle. *CMedicamentum ex silphio, callosa consumit, & sordida purgat, &*

† Al. vnus.

† Al. xxx.

† Al. vnus.

* Al.

† Al. denarium pond. duorū.

* fortasse, myr.

† Al. duorum. Al. duodecim.

* Al. ii.

* Al. qd. pe. i. vehemens.

† Al. xv.

† Al. vnam

* Al. iiii.

* Al. xiii.

* Al. xii.

*

* al. sextarij vnus.

gat, & caua replet, vlcera relicta tuniulis exedit. Resinae pityinae sicca denariu pondo duodecim, foreos torrefacti vino restincti, iridis illyricae, aristolochiae, singulorum denarium pondo octo, silphij denariu pondo quinquaginta, aeris squamae denariu pondo duu, thuris denarium pondo iij, arido & cum melle vtitor. Medicamentum ex eruis, Xenocratis. Eruorum rufforum farinae denariu pondo viij, illyricae denariu pondo x, mannae denariu pondo v, aristolochiae denarium pondo v, squamae tantundem, tritis & cum melle vtitor. Aliae lectiones habent, bryoniae radice denariu pondo viij, mannae, squamae, iridis, singulorum pondo denariu xij, erui denariu pondo decem, aristolochiae longae denariu pondo quindecim. Medicamentum quod ex Serapiade inscribitur, squamas tollit, carnem facit, ex ijs qua valde resiccant. Serapiadis orcheos, iridis illyricae, marrubij sicci, singulorum denariu pondo octo, erui farinae pondo denariu decem, aristolochiae denarium pondo quinquaginta, sicco & cum melle vtitur. Tryphonis cephalicon, aufert squamas. Piceae corticis, squamae aeris, pumicis combusti, singulorum denariu pondo sex, mannae thuris, aristolochiae, iridis illyricae, resinae pityinae, singulorum denariu pondo quatuor, myrrhae, aloes, singulorum denariorum pondo duorum, sicci & cum melle vsus est. In Athenaei scripturis sine piceae cortice medicamentum est. Habet autem & gallae pares mannae portiones.

Arida cicatricem inducentia.

De omnibus vlcibus recentibus, & vetustis curatu facilibus, & difficilibus in medicatoriae methodi libris, tertio, quarto & quinto differuimus. Quinetiam in huius operis prioribus, cauro rum vlcera sine omni casu pharmaca carne replentia, virtutem terrosam sine vilo morfu obtinere docui. Quae autem cicatricem inducunt, cum eo, quod citra mordacitatem adstringunt, magis exicare: quae vero supercrefcentem carnem tollunt, calida esse & acra. Quinetiam quae optima esse inter ea, quae cicatricem ducunt existimem, tum in commentario de morbis curandis pdi xi: vbi omnium affectuum curationis methodi ostensa sunt, tum prius in hoc praesenti opere cu de ijs, quae vlcibus conueniunt, ageretur. Asclepiades autem, pharmaca sicut & Andromachus cicatricem inducentia conscripsit, non distinguens, vtrum nullo alioqui malo conflictantia vlcera, an quae proprie aegre ad cicatricem venientia dicuntur: quae permultum inuicem differre ostendimus, cum singula proprium curationis scopum habeant. In quibusdam tamen adscripserunt, qd & ad cacoethe faciant, vel rursus ad condylomata & rhagadas. At quanquam Asclepiades magis Andromacho distinguere soleat, tamen in his, quae cicatricem ducunt, distinctionem nullam posuit. Verum quae ego recensui, tum in medendi methodo, tum in hoc opere, indicabunt, si mentem adhibeas, quo modo singulis descriptis vtendum sit.

Aridum cicatricem inducens Asclepiadis cineritium, quod cineris speciem refert nominatum, ex Magni medicamentis. Calcis viuae denarium pondo sex, mannae thuris, squamae, singulorum denariu pondo quatuor. Aliter. Calcis viuae denariu pondo duodecim, squamae, mannae, singulorum denarium pondo quatuor, sed vt Archibius vult, squamae denariu pondo octo, mannae denariu pondo octo, vel quatuor, in alijs scripturis calcis viuae denariu pondo octo. Vt Heliodorus. Calcis viuae, mannae thuris, singulorum denariu pondo octo, squamae denariu pondo quatuor. Rufum cicatricem ducens. Misfos torrefacti denariu pondo octo, squamae aeris denariu pondo decem, mannae denarium pondo sex, tritis vtitor. Magni, cicatricem ducens. Diphrygis, squamae, singulorum denarium pondo quatuor, illyridis, mannae, singulorum denarium pondo duum, cotritis vtitor. Medicamentum ex pumice. Pumicis torrefacti vino restincti denarium pondo viij, squamae, mannae, singulorum denarium pondo do. iij, iridis, resinae pityinae sicca, singulorum denarium pondo. iij, tritis vtitor. Aliud Ptolemei celebris, facit & ad curatu difficilia. Piceae corticis denarium pondo. vi, cadmiae tostae denarium pondo viij, squamae, cornu ceruini combusti, mannae, singulorum denarium pondo. iij, tritis vtitor. In alijs exemplaribus habet, plumbi combusti & eloti denarium pondo. iij, molybdenae denarium pondo viij.

Arida crustas inducens. Diximus quoque haec acris & adurentis esse potentiae. Quare etiam vsus ipsorum est, tum in his, quae propter nimiam humiditatem ac intemperiem partis affectae, tum propter putredines partibus quibusdam innatas proueniunt. Crustas obducentia, Asclepiadis. Melinon Lucij praepceptoris, quod crustas inducit, callos excindit inspersum, et compressum summo specillo. Copefcit aut, et difficilibus curatu cicatricem inducit, si quis in tenui pharmaco vtatur. Qui ergo dictum puluerem vsurpat, chalcitidis crudae denariu pondo. viij, cadmie denariu pondo. iij, ieiunus cu salua excipito tm, vt solum ipsum pharmacum humectet. Deinde collige, & operculo claudens, sine melinum fieri: vbi in vmbra desiccaueris, leuiter circumferens pistillum, trita excipito, sicut praedictum est. Apud alios vocatur medicamentum fuscum, excipitur aceto acerrimo, & siccatur laeuigaturque. In alijs scripturis sicut Eunomus Asclepiades vsus est. Habet aut sic. Chalcitidis denarios. xij, cadmiae denarios. vi, sandarache tantundem, aceto excipiuntur. Aliud. Chalcitidis, chalcantes, cadmie, singulorum tostorum paria pondera ieiunus excipito salua. Quod inscribitur eutonon. i. robustum. Chalcitidis tostae, chalcanthi, sandarache, cadmiae, singulorum pondo denariu. viii, sicca inspergito. Diatessaron. i. quod ex quatuor constat. Chalcitidis tostae, misfos, diphrygis, singulorum pondo denariu. iij, chalcathi vste denariu pondo. iij. Crustae inducens valde generosum. Aluminis filii, atramenti futorii, gallarum, misfos cyprii, singulo. denariu pondo. xvi.

† Al. pumice.

† Al. viii.

† Al. denarium pondo. iij.

* mpsidaru.

† Al. denarium pondo. iij.

† In antiquis Cod. ita legit. τριτην ἐξέθηκεν τὴν πόλιν τὴν δὲ τριτην, δὴ τὸ τριτὸν ἐν τριτην ἐστὶν πολὺν, καὶ πολλοὺς ἀφαιρῶσθαι. i. hoc medicamentum ciuitati de dicitur carbunculi aduarent, ac multos perderent.

† Al. denarios quinque.

*

† Al. denarium duorum.

do. xvi. foreos denariu pondo. iij, cotritis vtitor. Confectum, vt Eunomus. Misfos pegrini denarium pondo. xvi. foreos denariu pondo. xij, aeris combusti denariu pondo. ij, lapidis filii combusti denariu pondo. viii, atramenti futorii, sandarache, aluminis filii, singulorum denarium pondo. iij, tritis vtitor inspergens, & spicillo comprimens. Ad nomas. Putrida vlcera cu ambientes partes depascunt, nomas proprie appellatur: constat tales affectus vehementissimis medicamentis indigere, nam in ipsis saepe etiam cauterijs vtitur. Ad nomas, Asclepiadis. Pharmacom Lucij praepceptoris ad nomas. Sulfuris viui, auripigmenti, squamae, singulorum denarium pondo duu, aeris combusti, quantum color exigit, arido & cum melle vtitor. Publij praepceptoris. Auripigmenti denarium pondo. iij, squamae denarium pondo duum, elaterij denarij pondo vnus, chartae quantum ad colorem satis est. Vt autem Eunomus vsus est, arsenici, squamae, singulorum denariorum pondo. iij, sulfuris viui, elaterij, singulorum denariorum pondo duorum, chartae combusti quantum ad colorem sufficit. In alijs scripturis est, sandarache denariorum pondo. iij, squamae denariorum pondo. vi, arsenici denariorum pondo. iij, elaterij denariorum pondo duorum, chartae combusti denariorum pondo. iij. Medicamentum Aerei ad nomas, quod etiam sordida purgat citra mordicationem rosaceo dilutu. Facit etiam ad vlcera exesum, dedit Theotropus. Arsenici, chartae combusti, plumbi vsti & eloti, squamae aeris, singulorum denariorum pondo. iij. Singula per se teruntur, postea simul miscentur, vtitor ad praedictos affectus. Ptolemaeus autem ita vsus est, Plumbi combusti, arsenici, squamae, chartae combusti, singulorum denariorum pondo. iij, sulfuris viui denariorum pondo duorum, tritis vtitor. Vt autem Apelles. Medicamentum confectum, quod diachartu, id est ex charta inscribitur, nomas non solum sistit, sed etiam incipientes prohibet, facit & ad dysentericos, infusum rosaceo. Cum autem ait insillatam dyfentericis, suspitionem subesse de nome indicatur. Compositio ita habet. Chartae combusti, plumbi combusti, aeris combusti & eloti, arsenici, squamae stomomatis, singulorum aequas portiones, sulfuris viui dimidium, tritis vtitor vel cum melle, vel rhodino. Moschionis ad nomas. Elaterij, chartae combusti, squamae aeris, singulorum denariorum pondo duorum, auripigmenti denariorum pondo. iij, aruginis scoleciae, salis ammoniaci, singulorum denarij pondo vnus, tritis vtitor, & cum rhodino. Odoriferum Lucij praepceptoris. Squamae, gallae, vtriusque denariorum pondo. iij, sandarache, arsenici, singulorum denariorum pondo duorum, myrrhae, atramenti futorii, vtriusque denarij pondo vnus, thuris denariorum pondo duorum, elaterij denarij pondo vnus, chartae combusti quantum colorem efficit.

Vt autem sic. Squamae, gallae, myrrhae, singulorum denariorum pondo. viii, sandarache, arsenici, elaterij, singulorum denariorum pondo. iij, thuris denariorum pondo. iij, atramenti futorii tantundem, chartae quo colorem acquirat. Vt Pasion. Arsenici, squamae, singulorum denariorum pondo duorum, chalcanthi denarij pondo vnus, sandarache denariorum pondo. ij, myrrhae, thuris, gallae, singulorum denarij pondo vnus, chartae denariorum pondo. iij, tritis & cum rosaceo vtitor. Heraclides hanc scripturam habebat. Gallae denariorum pondo. vi, arsenici, sandarache, squamae, singulorum denariorum pondo. iij, thuris, denariorum pondo. iij, chalcathi tantundem, myrrhae mine denariorum pondo duorum, chartae denariorum pondo octo. Vt Cleobulus. Squamae, sandarache, arsenici, singulorum denariorum pondo duorum, myrrhae, thuris, atramenti futorii, gallae singulorum denarij pondo vnus, chartae, vt colorem accipiat.

* Al. denarium pondo. iij.

† Al. denarium pondo. iij.

† In antiquis Cod. ita legit.

τριτην ἐξέθηκεν τὴν πόλιν τὴν δὲ τριτην, δὴ τὸ τριτὸν ἐν τριτην ἐστὶν πολὺν, καὶ πολλοὺς ἀφαιρῶσθαι. i. hoc medicamentum ciuitati de dicitur carbunculi aduarent, ac multos perderent.

† Al. denarium duorum.

Ad carbunculos.

CAP. 15.

Carbunculus vlcus est crustam cito cum inflammatione totius partis circumdatae valida faciens, vt & febres vehementes, & extrema pericula inferat. Quare ipsi crustae valens medicamentum imponere oportet, & ex his quae ad nomas conducere dictum est. Circumpositas aut partes cataplasmatibus fouere, qd equalem vim habeant, vt repellant, & mediocriter refrigerent, & digerant. Verum de cataplasmatibus in proprio libro dictum est. Nunc ab Asclepiade scripta praescribimus. Ad carbunculos medicamenta ab Asclepiade prodita, medicamentum Massiliota. Hoc propter vires exposuit, qd carbunculos ad superficiem perducatur, & multos auferat. Chryfocolle, nitri tosti, lapidis alii, arsenici, sandarache, misfos tosti, chalcitidis, aluminis filii, diphrygis, singulorum denarium pondo. iij, trita omnia singillatim simulque in vas aereum cyprium reponimus: du vsus poscit, imponimus, apprimentes spicilli latitudine, donec carbunculus nigrescat. Deinde supraponimus infra scriptum viride, quod ita habet. Thuris, aruginis rase, squamae aeris, singulorum denarij pondo vnus, aluminis filii obol. iij, salis ammoniaci obol. iij, cerae denariu pondo. vii, obol. iij, resinae pityinae aride denarium pondo. xv, olei veteris heminam vnam. Arida in sole cum aceto teruntur, qd liquefieri pnt, liquantur, & immittuntur: vbi rursus cotuderis, affluens vtitor. Apud Demosthenem Massiliota, qui pharmacu coposuit, olei habet duas heminas. Apionis ad carbunculos. Nitri rubri, arsenici, sandarache, chalcitidis, atramenti futorii, diphrygis, singulorum parum mensura, aceto leuigetur, & exiccatis, rursusque tritis vtitor. Apollonij organici. Chryfocollae, aluminis scissilis, & rotundi, sandarache, ochre, misfos crudi, atramenti futorii, singulorum denarij pondo. i, tritis vtitor. Florida Magni ad putredines, nomas, carbunculos, pterygia, aures suppurantes, valet et ad oris nomas. Aluminis filii denariu pondo. viii, chalcitidis denarium pondo. vi, sandarache denarium pondo. iij, mali punici corticis siccae denariu pondo. ii, atramenti futorii denarij pondo vnus, misfos

misyos denarium pōdo duum, nitri, omphacini ficci, singulorum denarium pondo duum. Sicco & cum melle vitor. *Alud Diodori.* Gallæ omphacinae denarium pondo. iij. misyos, chalcitidis, auripigmenti, sandarachæ, singulorum denarium pondo duum, aluminis fiffi, atramenti futo rii, lapidis alii, diphrygis, nitri rubri, singulorum pondo denarij vnus, tritis inspergito, comprimēs scalpelli summo. *Sanguinem sistens Asclepiadis, Lucij præceptoris medicamentum confectum.* Chalcitidis denarium pondo. xvi. mannae denarij pondo. xij. terebinthinae aceto subactæ. Siccis consperge locos, vnde sanguis profluit. In alijs duabus scripturis inuenimus, chalcitidis denarij pondo. viij. mannae denarium pondo. xvi. terebinthinae frictæ tantundem. *Dioscorides Tharsus tradidit Areo Asclepiadeo pharmacum mirificè sanguinis profluua comprimens.* Chalcitidis denarij pondo viij. mannae denarium pondo. xvi. resinae liccæ denarij pondo. viij. gypsi tantundem. Alia contunduntur, cribrantur, miscentur, in ærea pyxide reponuntur. Vbi vsus postulat, pares portiones medicamenti cum gypso miscentur. *Ex libris Heraclidis, medicamentum ad hemorrhoidas, hoc vsus est ad sanguinis ex naribus profluua, lanam intingens & conuoluens, tanquam ellychnium.* Acidii mali punic corticis pondo. 3. iij. aluminis Aegyptij pondo. 3. iij. chalcitidis pondo vnciam, tritis vitor, naribus verò lanam medicamento repletam imponito. *Hercules cognomento, ad sanguinis eruptiones, hoc loco cauterij vsus est. Crustam autem inducit. Facit etiam ad pterygia, reprimit omnē excrementiam, ossa reducit, remouet squamas.* Soreos, atramenti futori, chalcitidis vltæ, rhu coriarij, singulorum denarium pondo. iij. tritis vitor. *Sanguinem sistens compositum.* Misyos peregrini denarij pondo sex, atramenti futori totidem, piceæ corticis, chalcitidis, singulorum denarij pondo quatuor, mannae denarium pondo viginti, gypsi denarium pondo quatuor, tritis vitor. Aliud, Thuris pondo vnciam, misyos peregrini pondo denarij quatuor, gallæ omphacinae denarium pōdo quatuor, chalcitidis denarium pondo quatuor, suberis combusti denarij pondo octo, rhu coriarij denarium pondo quatuor, tritis vitor.

GAL. DE COMPOSITIONE MEDICAMENTORVM

PER GENERA LIBER SEXTVS.

ARGVMENTVM LIBRI.

Hic quoque multiplicis vsus emplastra declarantur, maxime vero quæ ad nomas faciunt, quæ item attrahunt, digerunt, & discutunt.

Quid differant vlcera ægrè curabilia à nomis, & de vsu methodi componendorum medicamentorum.

CAP. I.



Vperiore cōmentario emplastra dicta Græcè polychresta, q̄ multis conueniāt affectibus, distinguēt es, ea collegimus q̄ præterq̄ alijs, et vlcibus ægrè ad sanitatem pueniētibus mederi pollicent: in p̄sentia verò ad aliud emplastrorū genus multiplici vsui accommodatum digrediar: q̄ singula tū ad alia multa faciūt, tū ad particulas putrescēt es, aliter affectas, q̄ vlcera q̄ propriè dytherapeuta. i. curatu difficilia nūcupant. Etenim has putrilago depalcit, eoq̄ turba medicorū hos affectus nomas. i. depalcitōes appellat: illa verò vno loco sine putrilagine circūscripta sunt, vt & phagedene dictæ, vicina qdē depalcunt, non tū ea putrefaciūt febresq̄ inferunt, q̄ ijs, q̄ depalcionem cū putrilagine sustinent, accidere consueuit. Sūma curationis erat in p̄dicto vlcerū ægrè curabilium genere, (chironia quoq̄ vocant) medicamēta inuenire, quatenus licet mordacitatis expertia, validè aut exiccantia. At hæc q̄ nunc scribētur, omnia mordacia sunt, si q̄s ipsi solis, nō cerato tēperatis vtatur. Quæ aut cerato miscētur, purgare quidē vlcus fordidū & carne replere p̄nt: atq̄ et duritiem quandā & tensionē discutere, nō autē difficilia curatu sanare. Indicant ipsorū virtutem affectus q̄bus bene adhiberi credita sunt. Quod iā superius admonui, & nunc dicturus sum, meminisse videlicet oportere illorū q̄ in ope de simplicibus medicamētis p̄dita sunt. In cuius primis. v. lib. methodum seu rōnem exposui, q̄ medicaminū facultates inueniātur, simul quoq̄ in pluribus exēplis eius exercitatione p̄posita: in sequentibus verò, singulorū nominatim mētionem feci. Nā illorum memor, ex facili rōnem eorum q̄ hæc pharmaca à nobis mō propolita cōposuerunt, assequeris, & videlicet ipse quoq̄ alia conficies, quocūq̄ tpe prius expertorū inopia laboraueris: multa siquidē hmōi non paucis contingunt in itinere, cum alio, tūm maxime nauali. Quoniam et in patria quidā manētes, pharmacorum apparatus, vnde egros curabāt, amiserunt, vt præmissa ipsi tabefacti, perierint. Optimū igitur medicamenta iā explorata secundū dictam methodū v̄surpare: sin aut, vt dixi, non nunq̄ hæc desideremus, habitum talē nos habere, quo similia

A milia iam abunde expertis possim cōponere: quemadmodum & me saepe agentem in itinere & alibi vidistis. Non nulla igitur, quæ proprio Marte in huiusmodi temporū occasionibus cōdidit, postq̄ experientia probastem, nihilo peiora vel celebratissimis apparuerunt. Nā primam ipsorum compositionem ex coniectura artificiali molimur, postea verò cum non nulla per experimentum probatissima visa fuerint, non nulla à scopo absint, secunda rursus correctio fit, & tertia nōnunq̄, qua ad perfectionem eius quod præstare volumus, ipsa redigimus. At sine methodo, & in prioribus & in therapeutices libris exposita, vt prædictis rectè nemo p̄t, tū abest vt similia ipsis cōficiat. Iam igitur huiusmodi emplastra exordiar. Emplastrum diabotanon. i. ex herbis appellatum, propè oēs, qui insignia emplastra in vno libro vel pluribus collegerunt, tradidere, non multum in misturæ simplicium pharmacorū symmetria discrepantes. Incipiam ergo & hic à Critone emplastra prius illa cōmemorans, quæ in quarto de simplicibus medicamētis, ita ad verbum literis madauit.

Emplastrum diabotanon. i. ex herbis, Critonis.

CAP. 2.

EMplastrum ex herbis quo vtor, facit ad carcinomata, putredines, strumas: ad suppurationem perducit, & exprimit: lepras amouet, furunculos soluit, podagricis prodest, callosas durities emollit. Idem cephalicū sine foratione, squamas tollit, ossa educit, aliquatenus tū ossa abradit: idē ad neruorum vulnera & ad nomas linamēto exceptum valet, repurgat, implet cū rosaceo cerato: vna ipsius parte ad duas cerati, interdū tres vel quatuor adiecta. Cum myrto cerato duabus partibus vel tribus cicatricē ducit. Herbarum ex siccis locis maritimis, anagallidis, quæ cœruleum florem habet, papaueris ceratidis, marrubij, alterci foliorum tenerorū, singulorum denarium pondo lvi. Hæc in pilam seu mortarium coniecta teruntur, quousq̄ contusa sint ac dissoluta duntaxat, ne eorum succus absumatur, postea iniecta in mortarium terantur: in alio aut mortario habētur squamæ æris rubri denarij. xxvi. mannae denarij octo, resinae pityinae siccæ denarij. xvi. aloes totidem, fiffi aluminis denarij. iij. rotundi totidem. Hæc in sole læuigantur, vt sordium crassitudinem cum aceto habeant. Deinde herbæ miste, donec probe coeant, teruntur: postea ceratū facito q̄ ex chiaz cere denarij centum, 3. secundum alios mina, olei veteris heminis duabus: radito & misceto. Heras ita. Quidam vero duas anagallidas immittunt, aliqui & chrysocollæ, & rerre erethriadis, & salis ammoniaci, & auripigmenti, & scissilis, singulorū denarios. iij. Porro quæ Asclepiades de hoc emplastro præceperit, tūm q̄ i præcedēti libro indicata, tūm quia his ferè similia sunt, superuacuum mihi videtur denuo de ipsis scribere, cōem omnibus sermonē nūc aggressuro. Primū sanè qui medicamentum hoc composuit, herbis acerbis vsus est, vt humores prauos afflictiis partibus infixos vehementer digereret. Atq̄ ideo ex siccis & maritimis locis esse iubet. Contrarias autē ipsis alias frigide virtutis vsurpauit, ad acrium vehementiam leniēdam mitigandamq̄: quales sunt altercū, & papauer. Habent. n. quippiam et doloris mitigatorium, puta stupidam refrigerationem propinquis partibus inferētes. Stupor. n. medicis, dolorem soluit, ait Hippocrates. Apposuit autem ex metallis quoq̄ æris squamam, & alumen scissile: de quibus prius diximus, quod sanè vtrunq̄ medicamen vlcibus malignis conuenit. Aloen verò miscuit ex ijs, quæ adstringunt, & sine morfu exiccant medicamentis. Item mannam ex ijs, quæ concoquunt, leniunt, & ad suppurationem perducunt: pityinam ceu materiam emplastro conficiendō idoneam, sicut & ceram & oleum. At simul cum hoc acrium medicaminum vehementiam ipsa mitigant: pityina tū etiam siccare potest, & quo sicciior, hoc magis, qualem iniicere precipit. Non nullos ait miscuisse pharmaco chrysocollam & terram erethriadem, ambo curatu difficilium vlcum remedia. Econtrario sal ammoniacus & quod auripigmentum vocatur, propter acrimoniam vlcera natura apta sunt irritare: atqui etiam putridis conueniunt. Proinde non admodum vtile est propositum nobis in sermone pharmacum ad vlcera chironia. In quibus verò putredo aliqua subest, hanc comprimere idoneum est, sanem quæ illam facit, discutens. Eadem medicaminis potentia & strumis medetur. Verū quia D deterforia quædam continet, ideo quoq̄ lepras purgat. Etenim consilium in hoc affectu est, cutis induratum summam partem, veluti deglubere: id quod ea efficiunt, quæ præterq̄ q̄ supra modum siccant, et detergēt. Nam si cutis vitia in naturalem habitum redire possit, nemo exiccata supra modū siccaret. Quoniam verò quod leprosum iā est, curationem nullam habet, proximum fuerit, (qui in omnibus insanabilibus scopus cōis est,) incurabilem partem ex corpore excindere. Excinduntur autem non nunquam ferro, interdum igni, non nunquam medicamento, vel adurentibus, vel digerentibus simul & detergentibus, quale est modo commemoratum. Quemadmodum igitur hic sermo omnis lepre cōis est, sic & ille qui de carnis repletionē tractat. Nam quia carne explentia dicta medicamenta, sicut in tertio libro de morbis curandis ostensum est, virtutē habent deterforiam citra mordacitatem: quæ verò huius sunt materiae, in hoc presens pharmacum nobis propositum absterforium quidem est, mordicationis aut non est expertis: ideo humidum ceratum ex cera resinaq̄ in oleo liquefactis confectum ipsis miscemus. Siquidem cera & oleum, vt acrimoniam obtundunt, ita sunt emplastica, eoq̄ sordes producunt. Resina verò morfus expertis, emplastica virtutē non habet, sed deterforia: vlcibus quidē iam mordacē, nō vlcera tū bladam & sine morfu. Caterū misturæ symmetriam coniectura quidem ante experientia, verum scientificè post experientia deprehendemus, noscemusq̄ simul purū vlcus deterforiam vim sine morfu requirere:

† At. xx.

* At. xx.

† At. xxv. q̄d habet ceræ drachmas centum

su requirere: so rdidit validius, quippe cuius propugnaculum est fordities: purum aut nudum con-
tingenti occurrit. Quinetiam ex corporibus ipsis, non nulla sensibilem magis substantiam habent,
quædam minus, alia molliorem, alia duriores: quæ ratio est, cur Crito in proposito medicamento
ad vnam partem ipsius, non nunquam duas cerati, aliquando tres, vel quatuor misceri iubeat: non tamen
distinctè pronunciat, quoniam duas, quoniam plures adijcere oporteat, tanquam qui pharmaco utitur, versatus iam
in arte sit, & quæ à me nunc dicuntur secum aestimare queat. Rosaceo quidem præparari ceratū
præstat, non tamen insignis excessus in huiusmodi vlcibus est, et si oleo liquefiat: attamen in his, quæ
phlegmone quippiam habent, rosaceum oleo potius est. Porro carne implenda omnino à phleg-
mone tuta sunt. Pulchre autem Crito adscripsit in vlcibus, quæ ad cicatricem duci postulant, myr-
teo oportere ceratum præparari, adstrictione. nullis opus est. Hæc in præfatione dixisse satis sit,
tamen de medicamentis carnem gignentibus, tum de his, quæ cicatricem inducunt. Etenim usus, &
compositionis ipsorum methodus, in medendi methodi libris exposita est: in particularibus autem
materiis exercitatio, cum huius sit operis, hoc ipso libro exponetur.

Emplastrum δ'ιά σκύλλης. i. ex scylla.

Aliud deinde eiusdem generalis potentiae emplastrum, his verbis Crito conscripsit. { Scyllæ, }
aristolochiæ rotundæ, { singulorum } denarium pondus. xxx. alij. xv. iris denarium pondus. xxx. alij
xv. pityinæ sicca denarium pondus. xxx. alij. xv. ammoniaci, myrrhæ, styracis, squamæ aris rubri,
singulorum pondus denarium. xv. scyllæ tostæ denarium pondus centum & octo. Aceto acerrimo die-
bus. xl. terito, quoniam caniculæ sidus oritur. Squama primum, & styrax, paulatim ex utroque, deinde
gutta ammoniaci, & es, & scylla iniiciuntur, ut elaborentur, paulo post resina, inde myrrha. Cum
læuia facta fuerint: reliqua sicca miscentur. Expletis autem diebus, eiusmodi ceratū facito. Ceræ pon-
do. v. alij denarium pondus ducentorum quadraginta, terebinthina pondus libram, alij denarium pon-
do. xxx. olei sextarios duos & s. alij heminas. vi. chalbani denarium pondus. xxx. picis liquidæ tan-
tundem, postremo chalbani indito, deinde ubi refrigeraueris, curiose excipito. Hæc quidem
medicamentum compositio. De usu autem eius hæc ad verbum Crito scribit. Syncero medicamine uti-
tor, in capitis fracturis, fistulis, nomis, & excrecentiis: item ad ora venarum adaperita, & hypopho-
ram, id est vlcus dehiscens, si volens diluere quo carni generandæ idoneum fiat, & cicatricem in-
ducat, parti vni medicamenti duodecim cerati rosacei adijcitur: in ambustis vni parti octo immit-
tito. Hæc sanè de usu pharmaci Crito rectè tradidit, tanquam acri ipso & aperienti & digerenti,
ideoque & exiccanti usus in fistulis, supercrecentia carnis, putredine, hoc est nome, & oculorum
adapertionibus, quemadmodum sunt in sinibus & angustis orificiis: In capitis autem fracturis, cum
sine foratione curationem molimur. Sunt autem tales, quæ ad usque membranas cerebri non per-
ueniunt: verum carnis producendæ gratia, rosacei cerati partes quatuordecim miscens, donec ad
cicatricem peruenierint: Melius autem est dicere, donec vlcus concuuitas repleta fuerit. Ne-
cessariò enim depascenda vlcera, quod dixi idem esse in putrilaginoso, à validis medicamentis cu-
rantur, quale est & modò propositum. Primum quidem putrescentes particulas auelluntur, atque
hinc caux redduntur. Vbi verò putredo cessauerit, purgationem repletionemque requirunt: ac
posteaquam repleta fuerint, tunc etiam cicatricem inducentia desiderant. Ipsum autem pharma-
cum, cum cerato nondum mistum fuerit, quia acre est, non solum carnem generare non potest,
sed etiam supercrecentia aufert, quemadmodum ipse Crito dixit. Atque huius meminisse maxi-
mè oportet, quod dictum est & in superiori emplastro, quod ex herbis appellauit, multa videlicet
ex calcificationibus, & abstergentibus composita, licet admodum acra, si cum cerato temperentur,
carnem progignere. Non nulli desperant de ipsis, cum vel duplo copiosiore cerato misto mor-
dere adhuc conspiciant: adeo ut carnem producere non possint, quemadmodum in hoc empla-
stro habet. Nam cum multò acrius, magisque mordax sit, eo quod ex herbis inscribitur, ad carnem
creandam, inutile est, quamvis quadruplo mistum cerato fuerit. Prudentis igitur est, & in huius-
modi medicamentis usurpandis versati, initio quidem statim intelligere, quot partes cerato mi-
sceri oporteat: si autem post usum primum medicamentum acrius adhuc apparuerit, quam ut car-
nem generare queat, coniungere quantum adhuc ex cerato adijciendum veniat: sicut Crito in pro-
posito factitauit. Neque enim existimes eum prima statim coniectura inuenisse duodecim cera-
ti partes misceri oportere, sed sciuit copiosius quam quod emplastro ex herbis immittitur misce-
ri: quanto verò copiosius, post primam coniecturam reperijt. Si nanque octo partibus mistis
mordax etiamnum apparebat, decem admiscuit: quodammodo si etiam decem, ad duodecim
peruenit. Quoniam verò, ut dixi, pro fordium copia, & vlcis humiditate, tum eorum quæ
simul afficiuntur sentiendi acuminè, & hebetudine, item mollicie & duritie corporis habitus,
cerati quantitatem immutare conuenit, quod sæpe dictum est, considerare nos expedit, recordan-
tes quantitatem usus in huiusmodi omnibus describi, quum utroque facilis illinc via ad alia vsque
ad summa fiat, summa dico omnium eiusdem generis scoporum completiones. De quibus si
vnum exemplum nunc proposuero, vos semper ipsius meminisse oportet, neque sapius de eo
velle audire. Dico igitur scopos congeneres esse, (hoc est simili genere comprehensos), pluri-
mi quidem cerati misceri, vlcus purum & siccum esse, corpus eius qui curatur facili sensu & mol-
le: paucissimi

Non est in anti-
quis.

* Al. xx.

* Quidam codi-
ces habent loco
gris, chalcitem,
cui tamen neutrum
horum i enume-
ratione simpli-
cui medicame-
torum huius em-
plastrum habet.
Quia ergo bis
mencio fit scyllæ,
forte loco scyl-
le semel legen-
dum chalcitem.
* Al. xx.

* Al. xii.

† Codi. manu-
scriptus habet
libram vnam.
* Al. vnam.
* Al. sinapis pō
do vnciā. s.

† Per splenium
& p canaliū. i.
solenis apposi-
tionē: qd autē
sit splenium & so-
len, abunde ab
Flipp. in libro
de fracturis ha-
betur.
† Al. δ'ιά λυγ-
αριῶν. i. ex alia
causa.

A le: paucissimi verò adijciendi, humiditatem multam in vlcere ac fordiciem, corpus ægri durum
parumque sentiens. Bene tamen omnibus quæ id componunt digerentibus, chalbani squama
admista est, medicamentum exiccans, sed quod non parum adstringat. Non solum autem in hoc
emplastro cognoscendum vobis est propter cerati copiosam misturam carne explens, & vlceri-
bus malignis cicatrici obducendæ idoneum euadere: sed et in alijs omnibus, quæ eiusdem virtutis
sunt. His subiungit Crito medicamentum diacones, i. ex cote quo se uti affirmat, ita componen-
dum præcipiens. *C. Diacones. i. ex cote pharmacum.* Quod nobis in usu est, facit ad omnia diutur-
na, & peculiariter ad capitis dolorem, fronti impositum: valet ad laterum dolores logos, iuuat po-
dagricos, ischiadicos, scapularum dolores, dentium cruciatus, attritis partibus impositum: educit
et extrahit menses peccati suprapositum, auxiliatur stomacho laborantibus, tum ijs, qui fluxu
vexantur, & cibum vel alimenta non retinent. Est et prorsus vtile sine adustione, & ijs quæ acre
medicamentum non sustinent. Cõuenit et ad duritiem iocinoris, & lienis, necnon ad strumas, &
ischiadicos. Propriè iam usus in ipsis fiat diebus. vij. si molles sunt. v. aquam pars vel oleum non
attingat, donec vlcuscula, quæ psudracia dicuntur, fecerit, & saniem crassam attraxerit: deinde albo
cerato soluens ex aqua vitæ. Sin efficacius volens, medicamento acone, quod ex pipere constat.

B Ceræ, chalbani, terebinthina, pityinæ frictæ, olei laurini, olei veteris, singulorum pondus libram,
squamæ aris pondus libram & s. æruginis pondus. 5. scex, guttæ ammoniaci pondus vnciam, sinā-
pis, adarcæ, sulfuris, singulorum pondus vnciam, abrotomi, cetaurij, atramenti futuri, salis ammoniaci,
thuris, salis cõis, aluminis rotundi, argenti spumæ, propolis, cocci cnidij, singulorum pondus. 5. iij.
Omnia simul contunduntur, & cribrata adstringentibus cum oleis excipiuntur. Hæc sanè propo-
siti emplastrum compositio est, non parum superiori præstans caliditate: sinapi enim habet, & adar-
cem, sulfur, & coccum cnidium tanto calore prædita, ut vlcus faciãt quibus diutius adhæserint: iã
& laurinum ex his est, quæ abunde calcificiunt, deinde atramentum futurium, & sal: didiciſtis autē
hæc adstrictionis quoque non esse expertia, saltem paucæ, sed atramentum futurium multe. Verum
de adstringentium medicaminum mistura cum digerentibus, antea in emplastris usus multiplicis,
expositum est. Omnino enim quippiam varijs vtile esse non potest, nisi contrariæ quoque virtutis
participet. Si enim digerens virtus simpliciter sola esset, ad vnam speciem affectuum conduceret,
quam digerere conueniret: siue adstringens ad aliam vnam ubi quod influit, reprimendum est.

Quare incipientibus ex humorum influxu generari affectibus adstringentia conueniunt: digeren-
tia verò sine adstringentium mistura, ubi nihil propter euacuationem prius factam influere potest.
C Nam si superfluitas quadam humorum existat, non solum digeritur humor in affectis partibus
contentus, sed et ad ipsas accedit: cum digerentia ad se trahere nata sint, sicut contentos, & contiguos
humores, ita etiam in corporis profundo repositos. Miscentur ergo digerentibus sistētia & reprimē-
tia, merito, cum qui ad ipsorum compositionem descendit, ratione hac usus sit, experientia ve-
rò attestante rationi. Quare non iniuria, licet consilium scopumque habeat in proposito calefacere,
& exiccare, eoque et vlcera concitare, mistum est & adstringentium quiddam. Sed non sufficiunt
ad multa vehementer calefacientia pharmaca, duo hæc, atramentum futurium, & sal. Quinetiam
aris squama pari ratione mista est, & alumen, quod à vehementer adstringendo Græcè stypteria
appellatum est. Aliud emplastrum celeberrimum scripsit Crito, quod Melianum appellat, diuer-
sum materiae genus habens à superiore, & illo quod mox à me ordine suo describeretur. Vocat hoc
Crito ipse Inuictum, ex acribus pluribus medicamentis compositum, cum melianum tale non sit, ut po-
stea suo tpe demonstrabitur. Quinetiam cephalica alia nominans, quorum generalis virtus paulo
post explicabitur, post melianum tradita, inuictum ab ipso appellatum subiungit, eiusdem virtu-
tis cum præscripto, quod diacones, i. ex cote vocitabat. Verba Critonis in hunc modum sonant.

Aniceton, quasi dicas insuperabile.

D Facit ad plurima, extrahit, rumpit, purgat, glutinat, excolat, { splenis } modo, & cum canalibus im-
positum, ac dilutum ex oleo & aceto, constringit vndique, discutit duritias, & nervorum contractio-
nes iuuat, sine perfusione impositum, ne refrigeretur, & vnguenti vice dilutum facit ut acopon, hoc
est medicamentum lassitudinibus accommodatum. Siftit. n. morborum principijs lassitudines, & eas
quæ sine causa manifesta proueniunt. Est et malagma extremarum corporis partium in magnis
splenis impositum. Item cruenta glutinat, futuris vel fibulis iuncta si plicatum linteum ex solo ace-
to splenio imponas, æstate quidem frigidum, hyeme autem calidum. Facit ad plantæ pedis vitia, ad con-
tusionem, putredines, & digitorum affectus, item fracturas cum vulneribus. Licet neque carnem gene-
rante, neque quod cicatricem inducat alio uti, sed soli credere. Valet ad hominum, canum, & ferarum
morsus. Maximè hoc est quod pollicetur, nepe abscessus latentes in colo & peritoneo, prohibere
ne fiant antequam vomica exierint, aut factos extenuare, & in intestina conijcere. Imponendum
autem est splenium loco, & desuper ventriculum ex aceto & oleo calente, fouendumque bis quotidie.
Non soluetur autem nisi triduo vel quadriduo. Deinde post fomenta, madorem rursus impono.
Vocatum autem est insuperabile, propter miranda & multa ipsius opera. Squamæ aris denarium
pondus quinquaginta octo, pyrethri, staphidis agricæ, cocci cnidij, synapis seminis, cachryos, colubini
stercoris, aristolochiæ tenuis, æruginis, cyperi, erucæ seminis, cumini, singulorum denarium pondus
sexdecim,

sexdecim, nitri, salis ammoniaci, singulorum denariū pōdo trigintaduum, lauri baccarū, mannae, E
 fridis, singulorum denariū pondo centum viginti, aceti acris sextarios sexdecim, decocti caricarū
 cyathos quatuor & s. Tunsa cribrataq; omnia simul, cum aceto ad laeuorem teruntur sub aestu ca-
 niculae. Vbi siccum & viride euaserit, ficuum decoctio adijcitur, & simul emollita tolluntur, & in
 olla aris rubri reponuntur. Decoctum aut caricarum ita habet. Caricarum pinguiū pondo libras
 quinque, aquae sextarios sex, coquuntur, donec sextarij duo relictū fuerint. Vfus est, vna pars me-
 dicamenti aceto diluti, vt sordes representet, ad sex partes resinoceri. i. resinę cum cera iunctę. Est
 autem syncerum resinocerum, cere pars vna, resinę frictę tres, cu. i. oleo pauco liquefacto: mediū,
 cere pars vna, resinę dūe: dilutum verō, & abunde temperatum, cere pars vna, resinę tantundem:
 dissolutum, cere partes duae, resinę vna. Quod supra q̄ dilutum, cere partes tres, resinę vna. Scri-
 bitur et agrestis licheni. i. impetigini cōuenisse, purum iniectum. Hęc Crito ad verbum prodidit.
 Ego a fine eorum, quę dixit, sermonis principium statuam: Agrestes impetigines nominant, cum
 a medicamentis imbecilliter siccantibus nihil iuari vident, a validis autem irritari. Opus igitur
 in ipsis est medicamento efficaci abunde, non tñ vehementer mordaci: quod, vt dixi, ex artificiali
 coniectura compositum experientia probatur. Cōstat propositum pharmacum ex multis acris
 tenuiorum partium & digerentibus: habet aut & quędam citra mordicationem detergētia, & nō F
 nulla parum adstringentia. Itaq; acris ex ijs, quę continet, sunt pyrethrum, sinapi, coccus cnidius,
 columbinum steracus, arugo, bacca lauri, nitrum, sal ammoniacus, item acetum acre, tale nanque
 iniiciendum censet. Detergentium summę quidem lenia immordaciaq; sunt iris & aristolochia,
 atq; ijs adhuc magis, vt ex genere concoquentium iam sit, manna: generosius aut cachrys & sta-
 phis agria. His adhuc p̄cellit cuminū, & erucę semen: cyperū sine morfu quidē exiccat, sed non ni-
 hil et adstringit, quemadmodum & aris squama, validum & ipsum medicamē. Oportebat enim,
 vt prius demonstratum est, medicamentum hoc adstringentis virtutis vticq; esse particeps, eoq;
 squama copiose admista est. Si verō & manna re vera manna sit, & non thus, ipsa quoq; aliquan-
 tulum adstringit. Iniecta est aut & hęc multo copiosior, q̄ squama meritō, vt acrium pharmacorū
 vehementiam leniat, simulq; humores in afflicta parte cōtētos coquat. Porro caricarum decoctio
 mitigatissima est, & maximē coquit, simulq; quodammodo digerit. Hęc igitur omnia mista mul-
 ti vsus medicamentum iurē effecerunt. Acetum verō efficaciam eorum plurimum iuuat, in quo
 pharmaca estiuo sole conteri p̄cipit. Omnia enim sic p̄parata tenuem substantiam acquirūt,
 eoq; in corporis altum virtus ipsorum penetrat.

Quae Heras eiusdem generis emplastrum tradiderit.

Emplastrum ex herbis quo modo Crito p̄pararet prius posui, & ipse Heras similiter conficit, G
 sicut Crito eius meminit: differt tñ i cōfectioe emplastri ex scilla cōfecti, nā ammoniaci, myr-
 rhę, resinę pitynę, styracis, squamę, & scille tñ cū alijs Crito misceat, quātū Heras: sed in aristolo-
 chia & iride discordat. Quippē Heras scripsit aristolochię rotūdę denariū pōdo triginta, iridis sic-
 cę tātundē, aliq; quindecim. Crito aut sic protulit, aristolochię, iridis, singulorū denarium pondo
 quatuor. Rursus quoq; post hęc Heras iuxta cōfectionis finem tradit, † Expletis diebus cera-
 tum huiusmodi facito. Cere pondo libras quinque, aliq; denariū pondo ducentorum quadraginta,
 terebinthinę pondo libram, aliq; denariū pōdo triginta, olei veteris sextarios duos & s. aliq; hemi-
 nas sex. Mihi verō non placet pro quinque libris cere denariū pondo ducentorum quadraginta,
 medicamentum miscere. Interim nanq; loco librae centum denarios ipsi scribunt, interdum loco mi-
 nae: atqui nullus vnquam libram tam exiguam posuit, vt denarios quadraginta octo penderet.
 Hoc enim accidit, dum pro quinque libris denarij ducenti quadraginta immittuntur, sic neq; pro
 libra terebinthinę denarij triginta.

Emplastrum Serapionis.

ET hoc Crito in opere medicamentario in hęc verba conscripsit: Emplastrū Serapionis, quod H
 non nulli Ægyptium, aliq; Venerem vocant. Facit ad omne vulnus, cui innitendum est om-
 ni desperatione abiecta. Valet ad punctus, aculeos, parotidas, perforationem, phymata, excolan-
 do conglutinat, tollit omnem duritiem, iuuat epinyctidas, articulorum epiphoram, aurium cōtu-
 siones, sanat & vlcera fenilia, chironia, & q̄ crassas oras obtinent. Olei veteris heminas. iij, argenti
 spumę denariū pondo ducentorum, guttę ammoniaci denariū pōdo centum. lxxvij. resinę colo-
 phonię pitynę denariū pondo sexaginta octo, cere denariū pondo centū sexaginta octo, chalba-
 ni denariū pondo. xx. aruginis denariū pondo quinquaginta, aliq; viginti, myrrhę denariū pondo
 quatuor, aliq; octo. Argenti spuma coquitur ex oleo, donec mediocriter coiuisse visa fuerint. De-
 inde olla ab igne deposita gutta ammoniaci immittitur, postea resina, postremo cera: vbi singula
 curiose liquata fuerint, ne adurantur, olla ab igne rursus sublata chalbanum aspergitur & arugo:
 iterum super ignem ponitur, coquiturq; donec melinum fiat, & iustam crassitiem nāciscatur: po-
 stremo sublato myrrha adijcitur, ac vbi moueris defundito, pelleq; excipiens reponit.

Vt Andromachus p̄dicta emplastrum conscripserit.

Res huius emplastri cōfectiones tradidit Andromachos, primā a p̄scripta Critonis non
 nihil dissentientem: deinde alias duas magis euariantes. Titulum aut medicamenti & p̄pa-
 rationem

A rationem rectę prius Crito conscripsit: Andromachus in hanc sententiā de ea p̄cepit. CEmpla-
 strum ex herbis. Anagallidis coeruleum florem habentis, marubij, papaueris agrestis, alterci viri
 dis, singulorum denarium pondo quinquaginta sex, squamę denarium pōdo. xxv. thuris denariū
 pōdo octo, resinę sicca denariū pondo sexdecim, aloes tantundem, aluminis fissilis denarium pō-
 do. iij. cere pondo minam, olei veteris heminas duas, aceti. * Multi quidem vtriusq; anagallidis:
 Theocritus autem & terrę erethrię, & chrysocollę, & salis ammoniaci, & auripigmenti, singulo-
 rum denarium pondo. iij. in emplastrum ex herbis coniecit.

Alia emplastrum ex eodem genere, de quibus scripsit Andromachus.

CAP. 6.

AD gangranas, putredines, nomas veteres & cacoethas. CIsidori Antiochei. Argenti spu-
 mę denariū pondo quatuor, aruginis rasę denarium pondo. viij. olei cyathos sex, Talus
 Ælius cyathos. xij. & aruginis scolecię. * Argenti spuma & arugo in cacabum laeuigata mitti-
 tur, olei tres cyathi superfunduntur, coquitur pruna non acris, moueturq; spatha lignea, donec vi-
 ride fiat, postea ab igne sublata, ac mortario superfusa contunditur, dum calidum est, diutius: de-
 inde rursus tres olei cyathos in ollam fundito, mouetoq; ne aduratur: quousq; melinum fiat, inco-
 quito, ac rursus eximens terito, vt collyria: iterumq; excipiens in ollam coquito mouēdo, quousq;
 B rubrum colorem accipiat: quinetiam terito ex cacabo in mortarium defusa diutius terito: atque
 iterum quarto in olla coquito, vt in vnum coeant: rursusq; dum calet, defusa tritaq; excipito, & in
 rubra pyxide deponito, ad p̄dictaq; vitior. Post commemoratum emplastrum alterius deinceps
 his verbis Andromachus meminit. CHumidum emplastrum ad nomas, quo vtor, & ad alia multa.
 Cere, resinę terebinthinę, singulorum denarium pondo. viij. adipis taurini curati denarium pō-
 do. iij. chalcitidis denarium pondo duum, squamę aris denarium pondo trium, manę thuris de-
 narium pondo duum, gallę immaturę denarium pondo. iij. olei myrtei heminas quinque. Arida
 cum aceto & melle sumuntur, deinde sic liquabilia superfunduntur.

Ad artis opera methodo & exercitatione opus esse.

CAP. 7.

QVod auxiliorum quędam ratio sola inuenit, quędam experientia, quę & ipsa rationē non
 requirit, non nulla vtriusq; opem postulant, subinde vobis demonstratum est. Ad hęc
 etiam q; quę ratione & experientia cōperta sunt, cōiecturali via ad eorū, quę inquiruntur,
 inuentionē vtuntur: quę verō per rationē sperata sunt, experientia confirmantur. Quinetiā spei cō-
 iecturalis non mediocrem, quemadmodum & in vniuersa vita, maioris minorisq; esse differen-
 tiam: non enim pluuiam hyemali solstitio, & caniculę ortu futuram similiter speramus, quę hye-
 malis frequenter, sub caniculę estiuo raro accidit. Porro cum omnia artium opera frequenti firmentur
 C exercitio, non satis est generalia ipsarum addiscere duntaxat, sed etiam in particularibus exer-
 ceri subinde oportet. † Nam actione vsus seu exercitatio, ad perfectorum possessionem via est.
 Quare ego quoq; in omnibus cōmentarijs, quos vobis amici petentibus cōposui, non solis com-
 munitibus theorematis contentus fui, sed exēpla multa etiā exercendi gratia adieci, quibus ipsorum
 cognitionem vobis euidentiorē, magisq; firmam fore sperabam. Quemadmodum igitur in alijs
 omnibus medicinę partibus, ita & in neruorum vulnerum curatione scripsi, primum vobis ratio-
 nalem viam ostendens, qua ad p̄sidiolorum inuentionem perueniatis: deinde materias, quibus vi-
 res a ratione inuentas cōtineri didicistis. Si quidem in cōmentarijs, qui vndecim numero sunt
 de simplicium medicamentorum facultate, particularium materiarum vires vniuersas, vel pluri-
 mas, easq; vtilissimas exposui. Nam vt p̄sidijs nunq; destitueremini, hoc esse necessarium de-
 monstrauimus, non solum vt vos ipsi quoq; in p̄paratorū ab alijs medicaminum inopia, auxi-
 liorum copiam haberetis, (sicut olim Erasistratus, quū stomaticum medicamen in illo p̄fectio-
 nis loco ad manū non esset, interdum herbarū succos, quibus abundabat, vsurpauit, sed etiā vt si
 illorum authorum scripções perierint, ipsi queamus similia perditis cōficere. Insuper vt ab alijs
 D inuentis rectę vtamur, exercitatio ex proposito opere accedēs profuerit. Quid opus est, vt dicam
 illam quoq; adiumento esse, vt quę cōpositis medicamentis superfluo iniecta sint, & contra quę
 primi illorum auctores omiserint, discernere possimus: sicut in tertio libro ostēdimus, sermonem
 de medicamentis ad neruorū vulnera idoneis facientes. Ita vero & nunc indicabimus, exercen-
 tes vos in ijs, quę me seniores medici inuenerunt. Vniuersalis etenim methodus neque cum di-
 stinctionibus exacte, neque sine ijs imperfecte a quoquam priorum tradita est, immo nec medi-
 camentum, quod curare promittat neruos ab acuto aliquo puncto, cuiusmodi sunt acus, & pue-
 rorum styli, quiscuā memoria prodidit, quod ipsum hoc solum facere optimē possit. At ego certē
 eorum innumerabilem copiam p̄dicto libro percensui. Quidam tñ ipsorum nimirum diligen-
 tiores, cum multi vsus pharmaca notatu digna scripsissent, p̄ter alia, quę facere ipsa pollicentur,
 adiungere interdum quidam & neruorum vulneribus esse accōmoda, interim neruorum, & mu-
 sculorum p̄cisionibus, aliq; etiam puncturis ipsorum, vel contusionibus auxiliari. Vobis autē
 ex ijs, quę didicistis licet cognoscere ante experientiam, possibiliane quis, an impossibilia, de qui-
 bus scripsit pollicetur. Præterea & ea sine quibus descripta medicamenta agere nata sunt, vobis
 intelligere integrum est, in quibus ipsis est vtendum. Vt igitur ceu exēpli gratia exordiar empla-
 strum quoddam, pharmacum multiplicis vsus, quod Andromachus in libro de medicamentis
 Quinta Classis. kkkkk extrinsecus

* Al. xiiii.

† Ex antiquis
 ita legēdū. Nā
 quę p̄ imperfe-
 ctas actiōes fit
 exercitatio, ad
 p̄fecturū &c.

* Al. x. cū
 supius in cōse-
 ctione emplastri
 legat. xxx. alij
 xv.
 † Eadē tñ legē-
 tur superius in
 Critonis cōse-
 ctione. p. 237. l.

extrinsecus corpori adhibitis, ordine secundum posuit, haud indicans ad quæ maximè ipso vitæ. **E** dum sit. Exercenti rursus vobis licet, quomodo ex cōmemoratis simplicibus medicamentis compositi vires sint cognoscendæ.

Fusca Aegyptia Andromachi.

CAP. 8.

Andromachus. n. ita ad verbū prodidit. **F**usca Aegyptia. Argenti spumæ denarium pondus quādragintaquatuor, ricini heminas sex, ceræ denariū pōdo. cxxxiiiij. guttæ ammoniaci denariū pōdo. lxxij. terebinthinæ denariū pōdo. xxxvi. lanarū cōbustarū denariū pondus. xvij. squamæ stomomatis, squamæ æris, aristolochiæ, thuris, singulorum denarium pondus. viij. Non nulli myrrhæ denarium pondus. iij. opopanax denarium pondus. ij. marinæ aquæ denariorum pondus. quinquāginta ad ceram conspergendam. Hæc quidem scriptura pharmaci boni, & re vera vsus multiplicis est, verum ipse dicendum omisit in quibus eo vtendum erit. Si igitur cuiusq; simplicis medicamēti virtute ante exposita, quemadmodum nos in vndecim libris factitauimus, & methodo quapiam vniuersali compositionis medicaminum scripta, sicut à nobis quoq; præcedente libro factum est, viuētibus amicis huiusmodi scriptiones exercitiij gratia protulisset, vt ad quos affectus vtile esse compositum medicamentum posset, decernerēt, nimirum hominis institutum laudassemus. Quoniam verò nihil horum egit, quis non ipsum omnino accusatione dignum cen **F** feat: vnde medicamentarij ipsius libri, qui complurium optimorum medicaminum compositiones habent, merito à medicis neglecti sunt. Nam inter sexcentos vix vnus artis absolutionem habere videtur, alij idiotarum modo satis habent, si medicamentis manifesto scriptis rectè vti queāt. At quid oportet dicere de huiusmodi medicis: Cum etiam empiricorum nō nulli, vt vocant, quāuis celebres ex artis operibus conspiciantur, tamen ignorare se fateantur, quam ratione vnum quodq; compositorum pharmacorum inuentum fuerit. Atqui quid ego dico ratione? Protinus enim ne vllum ex eiusmodi medicamentis inuentum esse ratione pronunciant. Inutilis igitur ipsis est fusci huius emplastrī scriptura, quæ colorem tantum in titulo docet, vires non item, quas ante colorem scriptas esse præstiterat: Quoniam itaque Andromachus virtutem ipsius dicere neglexit, nos ex mistorum specie & facultate inuenire conemur. Argenti spumam mediij temperamenti calfaciendo & refrigerando, paulum ad siccitatem inclinare didicistis. Præterea vsuum eius in emplastris esse duplicem, nempe si non liquefiat, ceu materiæ duntaxat momentum adferre, si liquata fuerit, etiam siccare posse, idq; magis, si diutius cocta fuerit. Nunc tamen quæstio est, quatenus incoqui debeat, cum Andromachus sex heminas ricini, quod est olei ricinini, miscēdas esse tradiderit. Quot enim vnciarum Romanæ libræ, heminam esse velit, non explicuit: & si melius **G** erat hominem, qui Romæ degerat, librarum, sextariorum, et vnciarum meminisse, relinquere autem cotyles, id est heminæ vocabulum Græcis ciuitatibus extra Italiam vsitatum. Si ergo in omnibus ipsis idem nomen heminæ esset, nulla vtique foret quæstio. Nūc vero cum permagna quantitatis inter eas sit differentia, conueniebat ipsum monere, se vel atticam, vel alexandreoticā, vel ephesiam, vel aliam quampiam heminam dicere. Nam permulti, qui de mensuris & ponderibus scripserunt, nouem vncijs Romanæ libræ heminam medicos in pharmacorū libris estimasse produnt, alij. xij. vncijs ab eis reputari affirmant, sicut Romæ olei libram ex more appellant. Iam vero quendam audiui, qui heminam à medicis in pharmacorum commentarijs traditam sexdecim vncias Romanas pendere diceret. At non parum refert ad medicamenti virtutem, vel magnas, vel paruas heminas iniicere. Ego sanè olei libram Romæ vocatam, quam per incisuris distincta cornua metiuntur, ponderaui quādoq; discere cupiens quantum grauitatis pondus contineret, inueni. xij. olei mensurales. x. vncijs ponderum æquales. Quare medicos in libris de medicamentis accuratius scribere oportebat, quales videlicet vncias, vel libras medicaminum liquidorum immitti vellent, mensurales ne, an ponderum: perspicuum enim est, liquidorum horum corporum, sicut etiam solidorum, alia grauiora, alia leuiora esse. Ac singulorum liquidorū, quæ in **H** maca mituntur, pondus alio libro declarauimus, sed in præsentia id quod propositum est repetamus. Etenim si nouem vnciarum mensuralium singulas heminas esse statueris, ex tribus septem & viginti vncias produces: si in octo denarios quāq; vnciam diuidas, denarios ducentos et sexdecim habebis: si duodecim vncijs singulas heminas æstimes, fient nimirum sex & triginta vnciæ, denarij vero ducenti octoginta octo, singulis vncijs in octo denarios diuisis. Expertus sum ego plerunque, cum argenti spumam ex oleo coxissem, commoderatam ipsius misturam libræ quidē argenti spumæ ponderali, mensurali vero olei parem fieri: q; si copiosius oleum iniicias, & coctam videlicet diutius, maiorem vim siccandi assumere. In candidis emplastris coloris gratia cerussam quoque argenti spumæ miscemus, omnino æqualem pondere. Immittitur autem hemina nouem vnciarum iuxta ponderalem argenti spumæ libræ colorem seruare volentibus, eo q; diuturnior coctio nigriorē argenti spumæ efficiat: sed oleo pauco indito medicamentum glutinans euadit. Proinde quidam vel terebinthinam resinam, vel quam vocant colophoniam quantum licet pel-lucentem miscuerunt, conantes neq; colorem offendere, neq; medicamenti virtutem, adijcereq; resinæ mistura tenacitatem, quo non facile decidat: quippe medicamentum, si tanto oleo tantum argenti spumæ & cerussæ coquatur, arenidum ac friabile redditur. Nō nulli eadem ratione cocto medicamini

A medicamini albam ceram indiderunt. Spumæ tñ argenti duplum olei habenti si nihil etiam resinofum, vel cerosum immittas, ex coctione glutinans erit, & multo magis, si cum argenti spuma olei triplum misceas, hoc est, si tres olei mensurales vncias cū tribus argenti spumæ ponderalibus committas. Consentaneum igitur est Andromachum nouem vncijs mensuralibus oleum ricini immitti iubere, vt sex heminæ vncias quinquāgintaquatuor expediant mensurales, quod idem est, ac si dicas, mensuræ Romanæ libras. iiii. & s. At clarum est ricini inopia interim vetus oleum eius loco assumendū esse. Ego subinde & sicyonium inieci emplastris digerentibus, & cum illud non adesset, aliud mea ipsius industria simile illis effeci, radicibus cucumeris agrestis, bryoniæ & althææ in eo decoctis. Quod verò propositum medicamen digerens, emolliensq; Andromachus esse cupiat, ricinini olei, & copiosa guttæ ammoniaci mistura palam indicat. Nam argenti spumæ ceram pondere parem, ammoniacum dimidiū esse præcipit. Et si in multis nobilibus emplastris non dimidiū, sed quarta pars, vel quinta, crebrò septima, & octaua, non nunq; decima pondere ad argenti spumæ proportionem medicamenti huius immittatur. De cera didicimus, q; in huiusmodi pharmacorum compositionibus materiæ locum obtinet, non virtutis efficaciam adiuuat. Adest verò & ei vis quædā emolliendi exigua, sed non illius ergo medicamini præsentī admīsta est, quemadmodū nec terebinthina resina, quāq; multo viribus, q; cera, præstantior. Etenim magis mollit, q; illa, item calfacit & digerit, ex quibus cera ne alterum quidem efficit. Verū gutta ammoniaci sola imposita squalidum aridumq; reddet medicamentum. Quantum verò ad emplastrī confectionem, hoc est emplastrōpœiam, (neq; enim ita appellasse nocet) attinet, vtilis est tum cera, tum resina. Quippe mollit digeritq; medicamen vel solius ammoniaci beneficio, quod quidem inter emollientia principatum occupat, in digerentibus verò concertat. Porro si, quæ in libro quinto de simplicium medicaminum facultate dicta sunt, in memoriam reuocaueritis ad intelligendum qualenam huiusmodi medicamenti temperamentum esse oporteat, nihil adhuc recentiori disciplina indigebitis. Nam primæ facultates effectiue medicamenti sunt, in calore, frigiditate, humiditate, & siccitate. Secundæ mollientes, digerentes, repercussoriæ, attractrices, coctrices, deterforiæ, & exedentes. Quædammodū & Tertiæ dicuntur quæ glutinant vulnera, cicatricem inducunt, & carnem generant. Cōpositū igitur ex oleo ricinino, & gutta ammoniaci medicamentum abundē potest digerere, emollire, & nimirum etiam siccare, vbi materiā idoneam assumpserit, ceram, resinam, & diutius coctam argenti spumā. Ad hæc verò iubet iniicere lanas cōbustas, aristolochiam, medicamenta, quæ plurimū digerunt, & exiccant. Præterea meminit pharmaci quod concoquit & digerit, nempe thuris. Quod si myrrhæ non nihil & opopanax adijcit, (quosdam enim ait & ex his aliquid miscere medicamento) illam sanè scimus non ignauiter calefacere & exiccare, opopanaxem verò & generosius adhuc hæc vtraq; efficere, insuper attenuandi digerendiq; facultate præstare: sed huius quidē paucillum inditur, timēte, opinor, eo, qui ipsum apponit, medicamenti acrimoniā, & volēte non solum digerens, emolliensq; emplastrum, sed vulneribus quoq; idoneum efficere. Propterea igitur & squamam æris & stomomatis cū ea miscuit, quæ præterq; q; validè siccant, adstringendi etiam vim sortita sunt. Ergo propter horum misturam propositum nobis in sermone emplastrum Aegyptium cruentis vulneribus, vlcibusq; alijs non paucis bonum medicamen redditur. Quinetiam ad abscessus, & omnia quæ discuti postulat, subinde audiuitis medicamenta, quæ simul cū digerentibus etiam adstringentium aliquod capiunt, tutiora fieri: quæ verò sine adstringentibus digerūt, efficaciora quidem, sed non perinde tuta. Sæpe enim fluxiones attrahunt, dum corpus, quod curatur, plethoricum est, vel prauo succo obnoxium. Sin autem vacuum corpus est, ac superfluitatibus liberum, promptius medicamēta, quæ magis discutiunt, sola, sine adstringentibus assumpta, ad finem perueniunt. At cū pauca id genus corpora, quibus medicamenta afferuntur, reperias, iccirco securius esse visum est **D** discere etiam non nulla repellentia. Ita sanè & emplastro digerenti, quod ex sale conficitur, quidam adiecerunt chalcanti paululum, quāuis & sal ipse adstringens quippiam possideat. Igitur propositum medicamen fortiter digerere cōpertum est, vt etiam pus iam non admodum copiosum sine cutis perforatione discutere queat, emollire callosa & quomodocunq; indurata: item magna vulnera conglutinare, quemadmodum & vlcibus iam ad malignitatem declinantibus cicatricem obducere, alijsq; omnibus affectibus, qui digerendi simul & repellendi virtutem desiderāt, in quibus sunt & quæ fronti, dum oculi fluxione laborant, imponuntur, vocata à medicis anacol lemata. Idem hoc pharmacū conueniet & neruis denudatis, etsi in parte sui ipsorū quapiam absecū fuerint. Etenim p̄cisi periculo, quod ex cōsensu oritur, carētes, adhuc etiā subiectis sibi partibus, in quæ inferuntur, sensum adimunt: indigent sanè & hi quoq; tali pharmaco, nā quæ humectant, facile eos putrefaciunt. Ob quod & pastilli siccantes, etsi abundē adstringant, tñ denudatis neruis conueniunt, qui nondum ad phlegmones vigorem peruenerunt. Hi nanq; indignantur irritanturq; ab huiusmodi pharmacis. Sed de his postea. Quæ de proposito emplastro dicenda restant, apponamus. Quoniam plerunq; medici ex inscitiā id genus emplastra dura imponunt, cū liquata linamentis excipere præstaret, vel etiam in confectione statim molliuscula reddere, postea cum in magnis diuisionibus, vbi nerui denudati sunt, experimentum de ipsis fecere, sperant in pun-

Eturis multo vtiliora fore, ignorantes & hic maximam quandam speculationem, de qua differui modo vos docens, quæ ratione inueni, inde per experientiam confirmari cognoui, propterea etiam nunc admonco. Multo namq; calidiora, & quæ digerant magis, pharmaca punctus neruorum requirunt, q̄ cum omnino denudati fuerint vulnere insigni facto. Quippe nudi acria calidaq; admodum medicamenta propter erosionem morsumq; non ferunt, verum relaxantia digerentiaq; adstringentibus mediocriter mista postulant. At qm̄ etiam melius est ambientes vulneris particulas acribus & tenuibus, multumq; digerentibus, quale est ex F. urophorbio confectum, contegere: nos sanè propositum emplastrū satis posse, quæ prædixi, efficere cōiectauimus, eiq; p̄parato experientia testimonium accessit. Postea interim in Asclepiadis & Critonis libros medicatorios incidens, deprehendi ipsos non vt Andromachus quoq; indistincte, sed cum manifesta distinctione virtutem ipsius scriptitasse. Igitur tum huius gratia, tum q̄ in confectione in quibusdā ab Andromacho discordia in medicamento compositione non nihil dicere.

Que Asclepiades & Crito de proposito Aegyptio emplastro conscripserint. C.A.P. 9.

DE emplastro Aegyptio ab Andromacho tradito Asclepiades in hunc modū differit. *C. Andromachi Aegyptium.* Cruentis vulneribus accommodatum, facit ad neruorum, multulorumq; præcisiones, punctus, contusiones, iuuat attritus, artuum fracturas. Est & lippientibus collyrium, confert capite dolentibus. Summatim ad multos affectus vtile est pharmacū. Argenti spumæ, cere, singulorum denariū pond. cxxxiiiij. guttæ ammoniaci denariū pond. lxxij. terebinthinæ denariū pond. xxxvi. lanæ succidæ cōbustæ denariū pond. x. & viij. squamæ æris, squamæ stomomatis, thuris, aristolochiæ rotundæ, singulorum denarium pond. viij. ricini heminas tres. Hæc præfatus Asclepiades deinceps coquendi modū tradit, Andromacho neq; hanc partē compositionis in emplastris obseruante, siquidem in omnibus ferè omisit. Verum de coctione dicta sunt non pauca in libro quarto, & nunc paulo post dicitur. Æquum autē est inspicere controuersiam, quam Asclepiades in simplicium medicaminum quātitate cū Andromacho suscepit. Non. n. sex heminas ricini vt Andromachus, sed tres iniicere præcepit. Cæterum in aristolochia nullam Andromachus distinctionē fecit, ipse rotundam adiecit: sicut & in lana cōbusta, succidam addidit, quanq̄ idem pondus quod Andromachus immittat. Hæc igitur ipsius verba sunt: Lanæ succidæ cōbustæ denariū pond. duodeuiginti, aristolochiæ rotundæ denarium pond. viij. Quæ verò ad calcem posuit Andromachus, neq; omnino Asclepiades meminit, neq; de myrrha, neque de opopanax quicq; locutus, multo minus de marina, quæ manifesto Andromachus præposuit, Marina, inquiens, ad cerā irrigandam denarium pond. quinquaginta. Hoc. n. nec Asclepiades, nec Crito adiunxit, attamen aristolochiam rotundā Crito æquæ, ac Asclepiades indidit, quemadmodum & lanæ succidæ denarios octodecim, & olei ricini. Ita. n. ad verbum scripsit, heminas sex. Coctionem emplastro Asclepiades his verbis docet: Argenti spumam, & ricinum incoquito donec in vnum coeant, deinde squamas: vbi color bonus apparet, reliqua immittito. Apud Crito nem hoc modo traditur: Argenti spuma cum ricino coquitur, dum mellis spissitudinem habeat, hoc facto squamæ insperguntur, abunde q; incoquuntur, quousq; digitos nō inquinēt: postea terebinthina & cera: vbi in vnum coierint, ammoniacum, prius apud ignem digitis emollitum: cum iam ab igne deponitur, lanæ succidæ puluis inspergitur, postremo thus, deinde ita tollatur. Porro & ad quæ medicamentū valeat, accuratius Crito his verbis exposuit: *C. Aegyptia.* Omnem diuisionē contusionemq; à phlegmone præferuat. Valet ad quoslibet ferarū morsus, iuuat phlegmonas sine vlcibus factas. Benefacit etiam neruorū & musculorum doloribus sine causa abortis.

Alia Andromachi fusca.

C.A.P. 10.

Scripsit alia quoq; fusca Andromachus superiori quodāmodo genere similia, vocat alterum Athenam, hoc est Mineruam, alterū Nygmaticum, id est puncturis accommodatum. Minerua quidem ad plures affectus, q̄ Nygmaticum conuenit, præsertim cū vlcibus consistentes: qm̄ magis varia est, magisq; adstringentibus insuper pharacis participat. Nygmaticum verò magis hac laxat, & doloris mitigantius est. Itaque de priore medicamento ita ad verbum scriptum reliquit. *C. Fuscum, Minerua.* Argenti spumæ denarium pond. c. terebinthinæ denarium pond. triginta sex, ceræ denarium pond. xxv. minij sinopici denariū pond. xxiiij. guttæ ammoniaci denariū pond. xxxvi. chalbani denariū pond. xij. aloes denariū pond. viij. diphyrgis tantundē, æris cōbusti, mastiches, singulorum denariū pond. sex, aristolochiæ denarium pond. v. propolis tantundem, manna denariū pond. sex, squamæ æris denarium pond. sex, lapidis alii denarium pond. trium, trifolij seminis denarium pond. ij. symphyti radice denarij pond. vnius, obol. iij. olei heminas. iij. De altero fusco sic ad verbum Andromachus scripsit. *C. Fuscum, Nygmaticum.* Guttæ ammoniaci, ceræ recentis, singulorum denarium pond. viij. terebinthinæ denarium pond. trium, æris cōbusti denariū pond. viij. picis aridæ denariū pond. xxx. vt Zeno vult, minæ dimidiū, & quartam portionem, argenti spumæ denarium pond. iij. aloes indicæ, aristolochiæ, chalbani, denariū pond. ij. æruginis denarij pond. i. alij diuum, thuris denariū pond. ij. olei per hyemem heminas quatuor, per æstatem octauam partem, ammoniacum ex tribus acetū cyathis diluitur.

A diluitur. Iam verò & alia multa cum his emplastra prodidit Andromachus, nihil aliud ipsis apponens q̄ coloris nomen, quæ constant quidem ex contrarijs facultate medicamentis, sed alia ipsorū laxandi & doloris tollendi vim maiorem obtinent, quædam digerendi & detergendi, non nulla adstringendi. Quare nos etiam ipsos omnibus fidentes commodè vt conuenit ad vlcera, quæ vix cicatricem recipiunt, & cacoethe, fortius adstringentibus: vbi lenire & laxare proposueris, magis relaxantibus: vbi trahere & discutere conaris, ijs quæ calefaciendi virtutem præpollentem habet, quæq; prauos humores in profundo ad sese trahunt. Quibusdam & hoc adiectum est, Fuscum Lite quo vtor. Tria enim deinceps talia non variæ mixturæ descripsit, quorum ipsorum etiam confectionem ipsiusmet verbis allegare melius esse videtur. *C. Fuscum Lite, quo vtor.* Argenti spumæ denarium pond. xxiiij. ricini heminam vnam, æris combusti, manna, resinæ, singulorum denarium pond. iij. colophonæ denarium pond. viij. *C. Aliud Isidori ad dolorem sedandum.* Argenti spumæ, ceræ, singulorum denarium pond. xxxvi. olei heminam vnam & s. resinæ colophonæ denariū pond. xv. squamæ æris denarium pond. ix. manna denariū pond. quinquaginta, incoquito. *C. Aliud, quo vtor.* Argenti spumæ, resinæ sicca, singulorum denarium pond. cxxxiiii. squamæ denariū pond. xxiiij. olei heminas. iij. Quemadmodū autem his commemoratis tribus adiunxit, alijs q̄ ipse vtor, alijs q̄ dolori leniendo sit, ita de alijs testimonium perhibuit, theriacas ipsa nominans. Tertium igitur ab initio his verbis traditum est: Theriaca, qua vtor. Hanc sequitur alia rursus, cui præscriptum sic est: Eupatorios Theriaca. Verum de Theriacis postea dicemus, nunc autem de fuscis adhuc, quæ prodidit Andromachus, dicere cogito. Quorum q̄ vires ille & confectiones neglexit, accusandus est. *C. Aliud Fuscum.* Statim igitur primo omnium scripto amicus quidā medicus vsus est, permulta facienti, etenim vlcera, quæ cicatricem agrè ducunt, præsertim vbi callosa & dura labra vlcus amplectantur, claudit: prodest etiā putredini, fistulis, sinus iungit, & magna vulnera, summatim multiplicis vsus est, cōponentiū ipsam pharmacorū symmetria hunc in modum scripta est. Argenti spumæ denariū pond. cxxxiiii. olei heminas. v. calcis viuæ, thuris, æris combusti, terebinthinæ, aristolochiæ, singulorum denarium pond. xxxviii. picis, ceræ, ammoniaci, singulorum denarium pond. nonaginta sex. Ita quidem Andromachus scripsit, licet tibi etiam minori mixtura ipsum præparare, singulorum quæ numerauimus quartam partem miscendo, fiet enim cōpositio talis. Argenti spumæ denariū pond. xxxvi. calcis viuæ, æris combusti, thuris, terebinthinæ, aristolochiæ, singulorum tertiam argenti spumæ partem, hoc est, denariū pond. xii. deinde picis, cere, guttæ ammoniaci, singulorum duplo maius pondus, q̄ in dictis quinq; medicamentis erit, aristolochia dico, terebinthina, thure, ere combusto, & calce, quam viuam & recentem esse oportet. Ita pharmacum etiam ad putrida vtile fiet. Cū autē Andromachus omnia medicamenta per denarios scripserit, melius egisset, si & olei secundum eandē symmetriam meminisset, vt quod iniiceretur, totidem denarios penderet, aut si non hoc, certe conueniebat ipsum Romanorum libræ mentionem facere. Nunc autē heminam scribit, consuetam de hac mensura ambiguitatem nobis relinquens, nouem ne videlicet mensurales vncias, an duodecim esse heminam velit. Mea quidem sententia perfecta symmetria sex vncias ponderis capiet, quia Romanorum libra. xij. vncias pendet. Si ex quarta parte componis, nota est proportio, nec latere arbitror, vel si denarios quis dicat ad absolutam symmetriā quadringentos octoginta assumi, eo q̄ ponderalis vncia octo denarijs valeat. Insuper aliud quoddam inter fusca ab Andromacho positum est, quod & ipsum calcem viuam recipit, eiusdem cum superiore generis. Preponit autem ei. *C. Fuscum Eubuli.* Et secundum hanc symmetriam præparat. Argenti spumæ pond. libram, cere pond. minam, æris cōbusti, æruginis, terebinthinæ, singulorum denarium pond. xii. resinæ sicca denariū pond. sexdecim, guttæ ammoniaci denariū pond. viij. thuris denariū pond. xij. opopanax denariū pond. viij. olei heminas. iij. acetū totidem. In quibusdā exemplaribus scriptū est hemina dimidiū, & nimirum dupliciter conficere ipsum licet, sciētī copiosius acetū valētissimum medicamē efficere. Quinetiā aliud fuscum, cui hoc ipsum preponitur. *C. Aliud fuscum.* Refert Andromachus singulorū connexum, hoc est pharmacū ex marina præparatū similibus vitijs, qbus præscripta, accōmodum. Cōpositio eius talis est. Argenti spumæ, ceræ, singulorū minæ dimidiū, chalcitidis quartā minæ portionē, squamæ æris denariū pond. sexdecim, thuris denariū pond. viij. terebinthinæ quartā partē & octauā, (minæ videlicet) guttæ ammoniaci quartam partē, marinæ aquæ hemina, alij hemina dimidiū, ricini heminas tres, ammoniacum marina diluitur. Hæc sanè Andromachus retulit, eatenus cōfectionis mentionē faciens, vt diceret ammoniacum cū marina prius videlicet diluendū. De chalcitide verò & squama nihil posuit, quanq̄ & hæc ex marina læuigari queant, sicut etiā coqui cū argenti spumæ, cera, & terebinthina. Vt igitur nullū aliud fuscū à quouis alio quærat, adiciā alia duo eiusdē auctoris. Vocat alterum ipsorum. *C. Phtherophagi.* Quod hæc recipere dicit. Argenti spumæ denariū pond. c. resinæ denariū pond. l. guttæ ammoniaci denariū pond. xxx. cere denariū pond. l. æruginis rasæ denarium pond. xij. squamæ æris denariū pond. duū, aristolochiæ denariū pond. viij. centaurij radice tantundem, olei heminas. ii. *C. Critonis* Autem medicamentū ex his cōstare ait. Argenti spumæ, picis sicca, vt vsq; pond. denariū. cxxxviii. terebinthinæ, guttæ ammoniaci, singulorum denarium pond.

Quinta Classis.

kkkkk iij do

† Al. trahendi.

* Al. trium.
* Al. xv.

† Al. primo.

† Al. octo.

* Al. iij.

* Al. viij.

† Al. quartæ hemina partem.

do septuagintaduum, ꝑ mannae thuris denarium pondo centumduum, seui vitulini denarium E † Al. mannae
pondo centumquadragesimaduū, cerae denarium pondo xxxvi. aristolochiae, aeris combusti, æru-
giniſaſa, chalbanī, opopanacis, ſingulorum denariū pondo nouem, acetī hemina dimidiū, olei,
ricini, vtriuſq; heminam vnam & s. Perſpicuum eſt terebinthinae, guttae, & thuris, partes duplo
pondere ab argenti ſpuma, pice, ſeuo vitulino ſuperari velle, cerae quadruplo, aristolochiae, aeris
vſti, æruginiſa, chalbanī, opopanacis ſexcuplo decuplo. Atq; hoc pharmacum abunde in vſum ve-
nit multiplicem, quemadmodum & alia præcedentia, quibus omnibus audacter vtendum eſt.
C Helleſpontia vt Andromachus. Celebre & hoc emplaſtrum inter fuſca retulit Andromachus hac
ſymmetria. Argenti ſpumae denariū pondo centum, picis denariū pondo quinquaginta, ladani
denariū pondo. xxv. æruginiſaſa denariū pondo. viii. aeris combusti tantundem, ſquamae dena-
riū pondo duum, olei veteris denariorum pondo ducentorum.

Helleſpontia Hera.

CAP. 11.

Q Vontiam verò Andromachus ab Hera in pharmaci compositione differt, viſum mihi eſt
& Herae prodita adiungere, quae ad verbum ita ſonant. C Helleſpontia perſpiratu digerens,
phlegmonem propulſans. Valet ad ſtrumas, panos, parotidas, impositum ſplenium attrahit,
pus maturat, rumpit, conglutinat. In ſumma omnibus igne cōbuſtis benefacit, mitīgat etiam po-
dagricos. Olei veteris denariū pondo centum, picis ſicca denariū pondo quinquaginta, ladani
denariū pondo. xxv. argenti ſpumae denariū pondo centum, æruginiſaſa denariū pondo. octo,
chalbanī denariū pondo. iiii. Argenti ſpuma ex oleo trita coquitur. Cū autem coeunt, pix, &
æruſaſa immittuntur, deinde ladanum, chalbanūq; Atq; ſic in mortarium tranſuſa molliuntur,
& vſui ſunt. Quidam vt boni coloris ſit, & fuſcum, miſcent etiam ſquamae denariū pondo octo,
nam alioqui ſit nigerrimum. Hoc in podagris etiā non ſemel vſus ſum, & ceſſit feliciffimē. Opor-
tet autem tædas lignorum loco vſurpare. Maniſtum eſt autem viros inter ſe diſſentire in alijs
paululum, in olei verò ſymmetria plurimum. Nam duplo copioſius, q̄ Hera, Andromachus im-
mittit. Poſſet item præparari aliter, cū ſciamus, ſi plus olei iniectum fuerit, diuturniorē fore co-
ctionē innuere, ipſumq; medicamen magis exiccans futurum: ſi minus, remorari coctionem fu-
turam, & pharmacum inualidius exiccaturum.

Quae ſcripſit Damocrates vſus multiplicis medicamentae.

Tyrium emplaſtrum.

CAP. 12.

P Oſt hæc referam emplaſtrorum adhæreſcentium,
Sine ſaſcijs, quiſ vſus & conſectio.
Ad diuifiones faciunt nōn magnas bene,
Et carnis ipſius ampliora vulnera.
Medicantur à quadrupede & morſos corpore
Summo, recentes diſcutiunt furunculos,
Quibusq; iam pus eſt, vapore digerunt.
Item auferendo cruſtas iſs celerrimē
Cicatricem inducunt opera nulla manus.
In fronte poſita fluxus quam promptiffimē
Lippientum cohibent, ſola quāuis ceperis.
Huius generis, præſtantius primum efferam
Emplaſtrum facile inuentu, cui color bonus
Atq; efficacīa, Tyriam nos dicimus,
Tyriam colore referat id q̄ purpuram,
S, iquo decet, modo fiat: ſic præpara.
Sit libra iniecta quinquies lithargyri
Bonī, ſc̄ mel cerae capiatur, inſu per
Ter pityinae pinguis, lignoſae ac neutiq;
Æruginiſaſa præſtantis aeris, chalbanī,
Aerisq; combusti, pariter ſquamae bonae,
Cuiusq; miſceto quaternas vncias,
Pinguis olei, ꝑ ſex & decem ꝑ pondo addito.
At curioſe emplaſtrum coquito in hunc modum.
Lithargyrum mitte ex oleo leuiſſimam,
Fiſtilem in ollam nouam, ſed hanc maiuſculam.
Vbi conteres manibus, mouebis ac ſpatha,
Deinde flamma acriatq; continua coques.
Cū mellis accipit iam ſpiſſitudinem,
Æruſaſa & ſquama miſceantur, incoqui
Permittito ſatis, dehinc æs adiungito:
Rurſus coqui paruo relinquens tempore,

Paulum

A Paulum defundens ex olla medicaminis,
Refrigeratum manibus, & digitis teras.
Bonī coloris atq; durum vbi conſpicis,
Sic pityinam, ceramq; reliquis indito.
Deinde cunctis ritē vnitis paululum,
Stillato rurſus, & colorem ſi bonum
Et temperamentum vides, mox tollito
Ab igne fiſtilem: & ſubaſtum chalbanum
Apponito. Si pharmacum ſit durius
Multo, reſolues oleo, faciens ſic bonam
Temperiem: in aliud inde vas tranſfundito.
Frigidum, & ſubaſtum manibus ita reponito.

Aliud eiusdem cum ſuperiore generis ſubijciam.

Medetur, ante quos citavi, affectibus,
Nec eſt, quod vlceribus malis, diutinis,
B Calloq; preſſis applicet foelicius.
Cicatricem, etiamq; ore natas puſtulas
Perſanat abſq; roſione, rhagadas
Ani, nodofas durities, callos demit.
Sic præpara: Lithargyri minam bonī,
(Sed mina libra eſt, eius & pars tertia.)
Minam ſemis probatae cere ponticae, &
Æruginiſaſa minam quadrantem raſilis,
Atri chamæleontis octauam probi
Partem, radix bona eſt regione Cretica
Nascens primum, Cilicia deinde: præter hæc
Olei vetuſti plus q̄ mina paululo.
Quod ſi non fuerit, vſurpato vel recens.
Lithargyron leuem, ſimulq; oleum, noua
Torum ſigilina conditum, rudicula
C Mouens coquito: vbi conſliterit, & melinon
Fuerit, adijcito æruginem, ceram dein:
Qua iam liquente ab igne tollens ollulam,
Chamæleontis paululum conſpergito.
Vnita cū, frigerataq; quod ſatis,
Tranſfundito in pilam, poſt ſic reponito.

Aegyptium.

Aegyptium perferuans abſq; phlegmone
Diuiſa quælibet, contuſaq; omnia,
Quadrupedum morſus cunctorum, & ſerpentium:
Item ſubortas abſq; vlceribus phlegmonas,
Nervos dolentes, ꝑ citra cauſam, ꝑ & muſculos.
Laudans hoc Andromachus dabat ſodalibus
Suis, in pharmacis peritus maximē.
Aiebat eſſe ter quadraginta quidem
D Denarios lithargyri, & duodecim
Bis alteros, cerae quoq; albæ ponticae
Totidem, ammoniaci ter viginti lucidi
Et duodecim alios, thuris & bis quatuor.
Squamae verò aeris, & ſquamae ſtomomatis,
Cuiuſq; rurſus miſturae bis quatuor.
Purae terebinthinae ter addas duodecim,
Octodecim heminas oleiq; ciceos,
Combusta totidem ſordide lanæ heminas.
Docebat ipſam iſto modo comburere:
Ollae recenti, quæ ſit ore latior,
Impone lanam copioſe ſuccidam,
Operculum gypſo prius vel glutino
Vel terra ſigulari, cui ſit commiſta aqua,
Illinito, ſed largo igne mox comburito:
Contuſa facile quando cribro incernere
Quinta Claſſis. kkkkk iiii Fuerit,

† Al. mannae
thuris, ſingulorum denario
rum pondo ſe-
ptuagintaduū,
ſed an bene, &
inferius et cap.
14. alii iudicē.

Al. iiii. & s.

* Al. j.

G
* In antiq̄
nō habetur di-
ctio ꝑ h. i. non.H
* Al. libꝝ. ii.* Al. quinque
& s.

* Al. ii.

† In antiq̄ legi-
tur dix. vi. trias
quæſp. i. citra
cauſam manife-
ſtam.

Fuerit, habere recte tunc videbitur.
 In clibanis quoque ipsa & in fornacibus
 Ignitis, nimum similiter exurere.
 Ita capiebat tritorum, quem est par, modum.
 Coquere lithargyron iubet laeuissimam,
 Totumque ricinum, temperatis in uicem,
 Mellisque facta tandem spissitudine,
 Squamam aspergere, concoquere &, quantum sufficit,
 Usque adeo, dum non inquinet, & tunc addere
 Terebinthinam & ceram: dein cum coeuerint,
 Ammoniacum confectum digitis mollius,
 Posturus ab igne ollam, thus tritum inspergito.
 Penultimum ac lanam immundam puluisculum,
 Sed ante thus, pauxillulo aut post tempore.
 Quidam volentes istud proprio pharmacum
 Dicit titulo, cum depositus est caccabus,
 Squamam unius bis octo indunt denarios.
 Squama autem vtuntur aeris, non stomomatis.

Aliud,
 Nihil priore peius agit aegyptio.
 Eadem at melius & quandoque, si confecerit
 Crassum accuratè medicamentum quispiam,
 Vtetur ad eadem ipso non improspere,
 Olei libras & ricini quinq; continet,
 Chrysidisq; argenti spumam quattuor,
 Squamam aeris terq; sexdecim denarios,
 Terebinthinam praestantis ter duodecim,
 Mannamq; thuris tantundem, pondo duo
 Ammoniaci synceri, cere pontice
 Albe duas libras, semissem & insuper.
 Coquito oleum, squamam, nec non lithargyron,
 Donec coeuerint, & color sit optimus,
 Fiatque satis emplastrum durum: deinde sic
 Terebinthinam pones ceramq; hinc mollius
 Ammoniacum digitis confectum, postea
 Feruente ab igne cacabo deposito
 Mannam inijcies iam frigerato pharmaco.
 Frequenter hoc feci citra lithargyron,
 Molybdanae bonae pari sumpto modo,
 Vfusque sum, ad quae dixi, iam furauissimè.
 Probatorisq; id coloris condidi.

Emplastra ad digerendum & extrahendum.

CAP. 13.

Qui compositorum medicaminum virtutes descriperunt, emplastra quaedam ab extrahendo epispastica, sicut alia a discutiendo diaphoretica nominarunt, alij vtranque extrahendi & digerendi facultatem adesse testati sunt. Etenim vicina sibi virtutes sunt eorum, quae in alto latent, attractrix, & attractorum digestrix. Nam quae trahunt, etiam non nihil omnino discutunt, & quae discutunt, pariter trahunt. Verum in digerentibus medicamentis discussoria virtus, in trahentibus attractrix propter. Constant itaque attractrices simplicibus pharmacis, quae humorum spissitates ex profundo in cutem extimam possunt extrahere. Discussoriae ex his constantur, quae attractum possunt suapte natura digerere. Vt autem emplastrum fiat, quemadmodum supra dictum est, huic argenti spuma, illi resina, alij cera, alij oleum, reliquo pix admiscetur. Quae nec insignem digerendi potentiam, nec extrahendi continent, sicut vel propolis, vel calx, vel medulla, vel chalanum, vel aliae petrae flos, vel spuma nitri, vel aphronitru, vel acetum, vel lixiua stacte, piper, sinapi & struthium, salesque, tum qui edii possunt, tum ammoniaci, ad haec pleraque alia, de quorum facultate in comentario simplicium pharmacorum dictum est. Nunc autem emplastra, quae iam experimeto satis probata sunt, exequar, tum adhuc ipsis adijciens, quod nonnulli etiam adstringentia pharmaca extrahentibus miscuerunt, veriti, quod accidit, ubi humorum superfluitas fuerit. Trahit liquidum plus interim, quam conuenit, ut non solum ex particula quae curatur, attractionem in alto, sed etiam ex omnibus vicinis molliatur. Comprehensum est & antea, cum de carnis generantibus facultatibus ageremus, extrahentia & digerentia, velut omnia, quae magis, quam oportet, detergunt, carnis expletia fieri cerati mixtura: in quibus virtus quidem valida est, copiosioris: in quibus imbecilla, paucioris. Quod si compositum

Apositum extrahendi vel digerendi praeditum potestate medicamentum, adstringens quoque aliquid habeat: tali pharmaco ad carnem generandam, propter vim adstrictoriam vtendum non est, quae ad vulnera glutinanda, & sinus, tum ad vlcera cicatricem ducendam utilis est, ad carnis productionem non ita. Dicitum mihi est abunde iam de hoc.

Andromachi emplastra ad digerendum & extrahendum, halicon. i. falsum ad multa.

CAP. 14.

Salis communis pondo libras. iij. squamam aeris pondo. 3. iij. magmatis pondo selibram, mannae pondo libram, cereae pondo lib. xiiij. olei cyprini pondo libras. xvi. acetum adijcitur. *Aliud Theophrasti ad Sarcophagi ad cacoethe, fistulus, terebinthines, & strumas.* Resinae terebinthinæ, thuris, cereae, singulorum pondo. 3. iij. argenti spumae pondo vnciam, quidam auripigmenti aequale pondus pro argenti spuma ponunt, squamam rubrae pondo. 3. iij. aeruginis rase pondo. 3. viij. salis ammoniaci pondo. 3. vi. aceti heminam. Ego amplius capio, nempe olei heminam, vini heminam, aceti scillitici tantundem, *Aliud ad digerendum Candidi, quo vror.* Terebinthinæ pondo libras tres, cereae pondo libras quinquaginta, chalbanum, nitri, alii, singulorum pondo. 3. ij. thuris pondo libras. iij. medullae ceruinæ pondo. 3. iij. guttae ammoniaci pondo selibram, propolis pondo vncias tres, olei laurini pondo. 3.

† A. viij.
 * A. libras. iij.

Bvi. seui taurini pondo selibram. Quae sicca sunt, liquidis admiscuntur. *Aliud ad strumas auctoritate Nymphodoro.* Alii lapidis denarium pondo. viij. aphronitri tantundem, seui vitulini, calcis viuae, singulorum pondo denarium. xvi. cereae denarium pondo. xxiiij. terebinthinæ denarium pondo. xxxij. *Aliud ad discutendam bronchocelen, hoc est gutturis tumorem, quo Clemens Sertorius curari solet, & ad duritias.* Argenti spumae denarium pondo quinquaginta, resinae pityinae denarium pondo quadraginta, olei veteris heminas. x. chalbanum denarium pondo. iij. in alio. 3. i. aeris combusti denarium pondo. xx. guttae ammoniaci denarium pondo quadraginta, aluminis filii denarium pondo. iij. mannae thuris tantundem, cereae denarium pondo quinquaginta: postremo chalbanum & mannam inijcito. *Aliud ex aspidibus, ad discutendum strumas, item ad podagras.* Terebinthinæ, lapidis alii, bituminis, singulorum denarium pondo trecentorum sexaginta, aphronitri, vitulini, cereae, baccarum lauri, guttae ammoniaci, singulorum denarium pondo trecentorum quadraginta, lapidis pyrites denarium pondo octoginta, calcis viuae denarium pondo centum octo, aspidum cineris pondo denarium centum quadraginta, olei veteris heminas duas: postremo cinis pharmaco refrigerato inspergitur, sin minus, perit. *Aliud ad extrahendum Sarceuthiae.* Terebinthinæ pondo minam, cereae tantundem, nitri pondo minus. ij. bdellij denarium pondo.

† A. mannae thuris singulorum

† A. minam. i.

† A. cxx.
 * A. olei heminas. xii.

† A. mannae thuris singulorum

† A. tres.

† A. duas.

† A. sex.

Cxxxij. guttae ammoniaci tantundem, olei, marinae, vel muriae, cuiusque heminas. ij. minij denarium pondo. xxxij. *Aliud Cresphontis, quaedam dissolvens, quaedam cogens & crispans.* Aphronitri pondo libram, mannae thuris pondo libram, lixiuae stactae pondo libram, quidam etiam aceti libram addunt. *Aliud ex sale, ad extrahendum.* Salis communis denarium pondo octoginta, cerussae tantundem, olei veteris heminas quadraginta, atramenti futorii denarium pondo. xxiiij. aceti cyathos. ij. *Aliud ex sale aliter.* Cerussae, salis communis, singulorum denarium pondo quinquaginta, olei veteris heminas. viij. aristolochiae denarium pondo. viij. propolis denarium pondo. x. hoc Silo commendabat. *Aliud ex terra pelagia, ad digerendum.* Argenti spumae pondo minas. iij. terrae pelagiae, salis ammoniaci, cerussae, cereae, singulorum quartam minae portionem, aceti heminam, olei heminas. iij. *Aliud Cyri ad attrahendum.* Iridis illyricae, mannae, terebinthinæ, aphronitri, pumicis, singulorum denarium pondo quinquaginta, guttae ammoniaci denarium pondo. xxv. chalbanum denarium pondo. xvi. canchryos denarium pondo. xij. s. cereae denarium pondo centum, alij octo, olei heminam. *Aliud Dia daphnidon. i. ex baccis lauri.* Resinae, nitri rufi, cereae recentis, baccarum lauri, colophoniae, seui vitulini, guttae ammoniaci, singulorum denarium pondo septuaginta, cyprij decimam sextam heminae partem, nonnulli autem visci denariorum

Dpondo quinquaginta. *Aliud attrahens, Harpali.* Guttae ammoniaci denarium pondo. viij. cereae, iridis, mannae, piperis, sulfuris viui, pumicis, singulorum denarium pondo. iij. terebinthinæ denarium pondo. viij. olei parum. *Aliud attrahens, Harpali.* Terebinthinæ pondo minas octo, pumicis denarium pondo. xv. nitri denarium pondo. xvi. guttae ammoniaci tantundem, cereae denariorum pondo quatuor, minij quod possit ea colorare: arida cum aceto subiguntur. *Aliud.* Sinapeos denariorum pondo. iij. nitri tantundem, cereae denariorum pondo. viij. terebinthinæ denariorum pondo triginta, baccarum lauri, calcis viuae, singulorum denariorum pondo. iij. olei decimam sextam heminae portionem, cyprij denariorum pondo. viij. *Aliud ad pus discutendum.* Cerae, terebinthinæ resinae, picis siccae, seui vitulini, nitri rufi, baccarum lauri, calcis viuae, pumicis, guttae ammoniaci, singulorum aequale pondus. *Aliud Nicomedis Regis.* Cerae, nitri rufi, resinae frictae, singulorum denarium pondo centum, guttae ammoniaci, propolis, singulorum denariorum pondo xxv. visci quercini denarium pondo duodecim. s. olei sextarium, lixiuae stactae tantundem. *Aliud discutiens meliceridas.* Olei veteris denarium pondo centum, argenti spumae denarium pondo nonaginta vnius, guttae ammoniaci, chalbanum, vtriusque denariorum pondo nouemdecim. Aliud, Argenti spumae denariorum pondo centum, salis communis denariorum pondo sexaginta, olei veteris heminas sex.

* A. viij.

* A. xii.

† A. vnam.

Aliud attrahens & digerens, ad multa vile. Argenti spumae, cerussae, chalbanum,

banī, singulorum pondo librā, salis fossitij, æruginis rasæ, singulorum selibram, olei sextarios tres, atramenti futuri pondo. 3. ij. † *Aliud ad digerendum è struthio.* Argenti spumæ pōdo libras. ij. †, olei pondo libras. iij. ceruffæ, picis, terebinthinæ, singulorum pondo. 3. iij. ceræ pondo. 3. ij. man- næ pondo. 3. iij. aristolochiæ pondo. 3. ij. struthij tantundem, gallæ pondo. 3. iij. vini boni heminas tres, vinum vltimum infundito. *Aliud ad digerendum, vt Scribonius.* Argenti spumæ pondo quinq; olei pondo quinq; pityinæ siccæ pondo quinq; propolis pondo. viii. visci de quercu lecti pondo quadrantem. *Aliud trahens & digerens.* Ceræ nouæ, resinæ pityinæ siccæ, nitri, singulorum denariū pondo centum, olei heminas tres, non nulli thuris denariū pondo centum, lixi- uiæ stactæ heminas. iij. Ad duritias, guttæ ammoniaci denariū pondo. xii. miscero, chalbanī tan- tundem, æruginis rasæ, propoleos, visci de quercu lecti paria pondera. *Aliud ad strumas Minutia- ni, quo vitor subinde.* Terebinthinæ pōdo vnū, ceræ pōdo. viii. †, propolis pōdo. viii. †, visci de quercu lecti pondo. viii. †. His liquefactis, facis combustæ. 3. duas inspergito, aphronitri pondo. viii. †. Deinde vbi carbonibus imposueris, olei heminas tres iniijcito: postea sublatis cucumeris agrestis radicis vnciam inspergito, gladioli radicis. 3. iij. asii floris tantundem. *Aliud Antipatri.* Nitri, terebinthinæ, olei veteris, singulorum pondo libram, aquæ sextarium, & amplius, vbi cocta non ebullierit, immittito guttæ ammoniaci pondo. 3. duas, chalbanī pōdo vnciam, bdellij pondo. 3. i. thuris pondo. 3. ij. sandarachæ pondo. 3. ij. lapidis asii pondo. 3. duas. Alius & sandaracha ex oleo pauco læuigantur, liquabilia raduntur, & aridis miscentur. *Aliud ad digerendum Antipatri.* Molybdænæ pondo denariū trecentorum, ceræ denariū centum quin- quaginta, terebinthinæ denariū pondo. xxx. chalcitidis denariū pondo. vi. chalbanī denariū pon- do. viii. myrrhæ denariū pondo. viii. manne denarium pondo. viii. olei per hyemem heminas. iij. per æstatem tres. *Aliud Xenocratis, dolorem sedans, ad digerendum, vt Castus, medicamen Polystomi ad po- dagram.* Ceruffæ denariū pondo centum quinquaginta, ceræ pondo tria, terebinthinæ denariū pondo. xxx. aphronitri denariū pondo. xxx. olei veteris heminas tres. *Aliud ad digerendum meliceridis, Alexandri.* Salis Hispani, argenti spumæ, ceruffæ, singulorum pondo libram, ceræ pō do vnciam, terebinthinæ tantundem, chalbanī & topopanax pondo vncias duas, sinapeos pon- do. 3. vi. olei veteris pondo tria, acetii sextarios. viii. †. *Aliud Sanitas, digerens, & extrahens, ad mamil- las ex visco.* Argenti spumæ pondo libras duas, olei pondo libras duas, visci quercini pondo triē tem, gallæ tantundem. *Aliud pus vacuans sine ruptura, vt Asclepiades.* Resinæ pondo libras duas, ceræ pondo libras. ii. nitri pondo libras. viii. †, butyri pondo libram, adipis leonini pondo libras sex, olei veteris pondo libram: simul liquefacito, quotidie emplastri modo imponens me- dicamētū, vitor. *Aliud Exipoticū, i. expressoriū, humores & abscessus, maximè in genu, & articulationis sine incisione extrahens: à phlegmone præseruat, vlnribus vtiliter admouetur.* Plūbi stercoris, terebinthi- næ, singulorū denariū pōdo centū, olei veteris heminas duas, postremò resinam. *Aliud digerens, cutem vmpens, cicatricem ducit, & humores euocat, quo vitor.* Visci quercini denariū pondo sexaginta, picis denariū pondo quinquaginta, guttæ ammoniaci denariū pondo centum, ceræ denariū pon- do quinquaginta, resinæ frictæ denariū pōdo. xv. lapidis pyritis denariū pondo. x. chalbanī denariū pondo. viii. manna, iridis illyricæ, cachryos, stercoris columbini, singulorum denariū pondo. iij. alibi & mellis heminas. iij. In alijs quibusdam, & propoleos denariū pondo. xx. liquefactis que liquabilia sunt, sicca insperge. }
Quæ scripserit Asclepiades attrahentia. *CAP. 15.*

Albū attrahens, facit ad strumas, & parotidas, & particulares abscessus, curat fistulas, & ægylo- pas, vt sine incisione liberet, valet ad rheumatica, & curatu difficilia, benefacit hydro picis. Argenti spumæ, ceruffæ, salis, singulorum denariū pōdo octoginta, olei veteris sextarium. Sal, ceruffa, argenti spuma ex oleo ipsi adiecto teruntur, deinde curiose mista, & in vas fictile coniecta coquuntur, mouenturq; assidue, donec non inquinent. Dehinc in mortarium transfu- sa, rursusq; tunsa excipiuntur, & vsui sunt. *Aliud,* Argenti spumæ denariū pondo centum, cer- uffæ denariū pondo. x. salis denarium pondo quinquaginta, olei heminas tres, ceræ denarium pondo quinquaginta, terebinthinæ denariū pondo duodecim, præparato ad modum præ- dictum. *Aliud,* Mannæ denariū pondo sexdecim, aluminis scissi denariū pondo octo, olei veteris heminas duas. *Aliud,* Argenti spumæ pondo libram, ceruffæ pondo libram, salis fossitij pondo libram, ceræ denariū pondo quinquaginta, terebinthinæ denariū pondo viginti quinque, manne denariū pondo sexdecim, aluminis scissi denariū pondo. viii. olei veteris heminas duas & s. *Aliud Lucij ad prædictas dispositiones medicamen compositum, facit ad vlcera rheumatica, diuturna & vix sanabilia.* Argenti spumæ, ceruffæ, salis ammoniaci, atramenti futuri, pityinæ, singulorum pondo denariū centum, olei veteris sextarios tres, acetii sex- tarium vnū, ceræ pondo denariū quinquaginta: præparato ad modum prædictum. *Aliud Salubre, pharmacum ad prædictos affectus compositum.* Argenti spumæ, ceruffæ, salis, alumi- nis liquidi, singulorum denariū pondo centum, olei veteris sextarios decem, acetii sextariū vnū, ceræ pondo selibram, resinæ terebinthinæ pondo selibram: conficito ad modum prædi- ctum. *Aliud Nigrum attrahens.* Valet ad strumas, parotidas & particulares abscessus, dis- soluit

A soluit omnem duritiem. Præstat item malagmatis boni vicem, sicut vsus est Antonius Herba- rius: item facit ad articulorum vitia. Salis fossilis pondo libram, argenti spumæ pondo librā, stri- gmenti purissimi pondo libras. iij. chalbanī denariū pondo quinquaginta. Salem & argenti spu- mam conterito, deinde strigmento adiecto studiosè rursus tundito: in vas fictile coniecta, igniq; supraposita coquito, mouens sine requie, & cum non amplius inquinat, ab igne deposito chalba- num ligneo pistillo tunsum addito. Vbi soluta fuerint, in pilam transfundito, ibiq; contulis vti- tor. *Aliud, quo vsus est Andromachus.* Facit ad strumas, parotidas, mammarum duritias, particu- lares abscessus: contentum humorem extrahit, sinus iungit, iuuat fistulas, ægylo- pas: facit ad fluen- tia vlcera, vetera, & vix sanabilia. Ceruffæ, salis fossitij, singulorum denariū pondo octoginta, atra- menti futuri denariū pōdo. xij. olei veteris heminas tres, acetii heminas. iij. Salem in tenuissimū puluerem redactum ceruffamq; ex oleo coquito, ac dum non inquinat, moueto. Vbi bene habue- rint, depositis ab igne atramentum futuri aceto tritum immittito, & exiguum continuè insp- gens caue, ne effluat: deinde in mortariū trāsfula, rursusq; tunsa excipito, & vitor.

Quæ scripserit Asclepiades discutientia, ex illius verbis.

CAP. 16.

TVmoribus dissolutis, & in humorem digestis, infra scriptæ compositiones conueniunt. **C**erine Cresiphonis. Valet ad strumas, ganglia, parotidas, mammarum abscessus, vt nul- lū aliud pharmacū tumores resoluit, & quæd humidū cōtinetur, rarefaciēdo elicit, sinus glutinat, iu- uat fistulas & ægylo- pas, vt citra incisionē liberet. Est et malagma vtile ischiadicis seu coxarijs, (id est coxæ morbo laborantibus) podagricis, arthriticis, post accessiones impositum toto affectu le- uat. Hæc recipit. Ceræ, terebinthinæ, nitri, olei veteris, singulorum pondo libram, aquæ hemi- nam. Nitrum & aquam terito, vt ex toto soluantur, & in vas fictile coniecta igni imposito, vase cooperto coquito, ex interuallis moueto. Cum aut strepere adeo desierit, liquabilia iniijcito, mo- uens assidue, donec non inquinent: in mortarium transfusa rursus tundito, inde excipiēs vitor. Vel hac ratione præparatur: quæ liquari possunt, liquefacimus: & cum dissoluta fuerint, nitrum ex aqua læuigatum adijciemus: idq; paulatim mouentes assidue, cautesq; ne effluat. *Alia, qua vsus est Menecrates, præcipue in strumis & mammarum duritie, quippe perforat eas, & contētū hu- morem excernit, sinus iungit, & ad cicatricem perducit.* Ceræ, resinæ terebinthinæ, resinæ lignosæ, chal- banī, olei veteris, aphronitri, singulorum pondo libram, † {myrrhæ cineris} sextarium, qui pen- dit. 3. iij. Resinas in vas æreum aut fictile iniectas, igniq; impositas liquefacito. Vbi percolaueris quantum satis est chalbano emolliendo, postea liquabilia simul mista, quousq; non inquinent, co- quito, deinde ab igne reposita refrigerari sinito, & his aphronitri adiungito, mouens continuè, & contusa cineribus læuissimis iniijcito. Postq; permiscueris excipito, & vitor, quinto quoque die soluito, deinde tertio, donec tumores forati fuerint: postea quotidie inter curandum soluito. *Alia ex aphronitro, à quibusdā Dionysia dicta, pharmacū ad prædictos affectus cōpositū, quo vsus est Largus.* Ceræ, terebinthinæ, manna, aphronitri, singulorum pondo libram, olei sextarium, aquæ lutulen- tæ sextarium, misyos crudi pondo. 3. ij. componito, sicut dixi. *Aliud ex asio medicamentum, ad præ- dicta vitia compositum.* Ceræ, terebinthinæ, nitri, singulorum pondo libram, thuris selibram, lapi- dis asii floris, olei cyprini, vtriusq; selibram, aquæ lutificæ quod satis est. Arida cum aqua lutifica dissoluuntur, vt fordium crassitudinem habeant, & studiosè læuigantur: quæ liquari possunt, li- quefiunt, & refrigerantur, tritis immittuntur, vbi contuderimus, excipientes vtimur. *Aliud asianum Neapolita, facit ad eadem.* Ceræ pondo libram vnā, s. nitri rubri pondo libram, lapidis asii floris pōdo librā, s. manna pondo selibrā, myrrhæ pondo. 3. iij. olei veteris pondo librā, aquæ lu- tificæ heminā, præparatur superiore modo. *Aliud ad easdem affectiones.* Ceræ, terebinthinæ, singulorum pondo denariū centum, nitri spumæ, olei veteris, manne thuris, singulorum pondo libram, lapidis asii floris pondo selibram, chalbanī, propolis, guttæ ammoniaci, singulorum dena- rium pondo. xii. aquæ lutificæ quod sufficit. *Aliud giluum ex libris Damocratis, eadem efficiens.* argenti spumæ, ceruffæ, salis fossitij, singulorum pondo libram, minij sinopici pondo selibram, ceræ pondo. 3. ij. terebinthinæ totidem, olei veteris heminas tres, acetii quantum sinopico soluendo sufficit, conficito vt superiora. *Aliud ad eadem.* Argenti spumæ, ceruffæ, salis fossitij, singu- lorum pondo libram, minij sinopici pondo selibram, ceræ pondo. 3. quatuor, chalbanī pondo vn- cias duas, resinæ terebinthinæ tantundem, olei veteris heminas tres, acetii quo rubrica dissoluatur: conficito vt dixi. *Aliud ex mastiche ad eadem.* Ceræ pondo libram, mastiches, manna thuris, sinopidis, aphronitri, singulorum pondo selibram, olei myrtei pōdo vncias tres, manna aquæ vn- cias tres. *Aliud Neapolita ad eadem.* Argenti spumæ, ceruffæ, salis fossitij, singulorū pondo li- bram, minij sinopici, ceræ pityinæ, singulorum pondo selibram, chalbanī pondo vncias duas, olei heminas tres, acetii quantum satis est.

Discussoria scripta à Damocrate.

CAP. 17.

AD digerendum melinum emplastrum effica
 Infantium strumas non veteres, insuper
 Et duritias musculorum, item & cutis,
 Et phlegmonas, quæ durant multo tempore, &

Carnem

Carnem replet, ducit cicatricem probè,
Sic conficitur. Excellentis lithargyri
Plerunq; libram, item cerussæ selibram.
Ad hæc recepta pondo libram quocq; noui
Pinguis olei. Immissa aut ollæ lithargyrus
Ex oleo coquitur: ubi iam spissitudinem
Habet fordis, læuem cerussam tum capit.
Cum non inficiens, temperie & bona admodum,
Pauloq; durius videris, immittitur
Cera, & pityina: quibus liquatis ollula
Ab igne feruens tollitur: tunc protinus
Ammoniacum, tum cera manibus, vt solet,
Atq; digitis subacta iuxta ignem, inditur.
Postea mouetur pharmacum rudicula,
Rursusq; mollitur manibus, sic conditur.

Aliud ad omnia hæc: strumas ipsas verò
Magis resoluit, & laborantes iuvat,
Præcordia ne abscessus, quibus est cautio,
Tumore quopiam atq; metu exerceat.
Hanc obtinet confecturam, nigrum quia est.
Picis humidæ, sicca, 3 pondo libras duas,
Densiq; vitrei, duas bituminis,
Fricta pityinæ quatuor, ceræ capit
Tres, thuris vnam libram & partem tertiam,
Squamæ aris vncias pariter bis quatuor,
Recentis olei communis quinq; vncias.
Thus, squama teritur, quibus acetum apponitur
Mensura iuxta. Vt curiosè trita sunt,
Et crassitudinem mellis tenent, coques
Ceram reliquaq; tum simul oleo nouo:
Et sic læuigatis calida supra fundito.
Vbi diligenter manibus omnia robore
Commiscueris, contactum pelle condito.
Nam exasperatur, crustula atq; obducitur.

Damocratis compositiones ex sale, discussoria.

Hoc præparato simul, vt præstans pharmacum.
Bonæ cerussæ, & argenti spumæ bonæ,
Cuiusq; pondo, denasq; salis vncias.
Omnis verò est sal albus multum pharmaco
Futuro utilis. Atqui longè præstantior
Ammoniacus confectus & purus maris,
Et tres vetusti libras olei pondere.
Oleum coquito, reliqua & trita simili modo,
Quò duriora adusq; sunt malagmate:
Nam seposita multo remollescunt magis.

Aliud melius, nam durities discutit
Cunctis valentius inueteratas nimis.
Et bronchocelas, & magnas meliceridas,
Et contumaces strumas, nec non ancylas.
Sic conficitur. Libram salis læuissimi,
Tenuis, duas cerussæ, tot at chalbanis
Fac vncias, totidem puræ propoleos,
Aristolochiæ binas pariter vncias,
Præstantis olei libras annosi duas.
Crassissimum si fuerit, addes alteram.
Coquito similiter, temperatumq; probè
Ab igne tollito, læuigatam tunc quocq;
Aristolochiam insperges, inieceris ubi
Mollita, propolim scilicet atq; chalbanum.

Aliud

Aliud ad digerendum Damocratis ex calce vna.

- A** Valde bonum, strumas soluit per halitum,
Omnem tumorem reprimat, nec non hepatis
Vel splenis affectus aquosos curat, &
Excretionem vrinæ valde promouet,
Et inueteratos dissoluit coxendices.
Nempè Vlpianus hoc iuuenis industrius
Vtens auxiliabatur agris plurimis.
Sed continet libram ceræ vnam ponticæ,
Vnamq; frictæ, præterea vnam pityinæ,
Calcis recentis vix quocq; pondo vnciam,
* Aluminis filii similiter vnciam,
Æquale pondus arsenicq; pontici,
His suaueolentis paulum acetum affundito.
Maiores tere in mortario, quoad sit satis,
B Ceræq; resinæq; miscens paululum
Olei, liquato flamma ignis quam acerrimi,
Ac temperans omnia, faciens malagmata,
Nec pharmaci inquinantis crassitudinem
Reponito: vtens excipe nouo splenio.
Aiebat optimus medicamenti pater
Morbis diuturnis præsidium suscipi
Istud bonum: quibus item longa visceris
Cuiuslibet inflammatio præcordia
Induraverit, auxiliari vel maxime.
Quippè id sudores excitat, præcordijs
Duritiem tollit, morbos soluit protinus.
Retenta naturalia diu menstrua,
Paucis diebus adeo impositum prouocat.
Nos calce dempta, duplum alumen indimus,
C Et melius pharmacum erat, haud faciens pustulas.

GAL. DE COMPOSITIONE MEDICAMENTORVM

PER GENERA LIBER SEPTIMVS.

ARGVMENTVM LIBRI.

*Agit de emollientibus, relaxantibus, & laborem tollentibus emplastris, que
malagmata, chalaistica, & acopa dicuntur.*

*Que sunt medicamenta emollientia, de ratione vsus ipsorum, de indurescen-
tibus partibus, ac de scyrrho:*

CAP. I.



D Malagmata vocant medici, puræ partes præter naturam induratas emolliunt, cali-
do omnia temperamento mediocri prædita, non tñ exiccata, quemadmodum
nec humectantia manifesto. Nam cum exactè mollietia medium quodammodo
ordinem inter humectantia siccantiaq; sortiuntur, indurescentium substantiæ ve-
luti fusionem quandam molliuntur. Nominantur aut mollietia, licet in alijs pau-
lulum ad siccandi humectandiq; virtutem inclinent, si modo subiectam partem,
quas contingunt, substantiam queant diffundere, quod nimirum propter modera-
tum in eis calorem accidit. Ac q; ubi durities diffusa fuerit, digerentium medicamentorum vsus ve-
niat, in quinto de simplicium facultate medicaminum, & in. xiiij. therapeutices methodi libro cõpre-
hensum est. Indurescentia igitur q; ex recta medendi methodo non curata scyrrum contrahunt,
optimè curabuntur, si medicus spectet, q̄tum ægri corporis substantia à mediocri humiditate, ac sic-
citate recesserit, quemadmodum et si affectus constitutione quatenus sit aucta, inspiciat: præterea
consideret inter ipsa pharmaca que magis, quæ minus emolliant. Huc nãq; spectanti primus vsus
emollientis medicaminis, coniecturalis quidem erit, sed cum artificio. At post vnum aut alterum
diem num intendere medicamenti virtutem, an remittere cõueniat, intelliges, vt in prioribus, & mede-
di methodo dictum est. Quapropter medici emollietia & digerentia pharmaca cõposuerunt, ceu sco-
pos

pos ambos sibi proponentes, tum ut partis duritiem, quae iam in scirrhu degenerat, diffunderent, & tum ut per halitum digerent, non vicissim utroque videntes, quemadmodum me frequenter facere conspicias: verum semper duo ipsa composito medicamine molientes. Notum porro est omnibus, in mistura vel emollientia, vel digerentia esse copiosiora, tum maioris minorisque rationem in ipsis esse non exigua. Constat quoque subinde paria facultatibus misceri, ac necesse est, sicut in alijs medicamentis, ita in his est, si probe mederi cupias, plura eiusdem generis pharmaca vel certe duo parata habeas, validissimum puta totius generis, & moderatissimum ut ex varia ipsorum mistura conuenienti facta, multa, quae intra summa contineantur, medicamina efficias. Non enim adeps eadem virtutem obtinet quam bdellium, styrax, & gutta ammoniaci: quemadmodum nec inter ipsos adipes anserinus, & gallinaceus, vel pardii, vel leonis, vel hyenae, vel alterius cuiuspiam animalis. Nam secundum animalis temperamentum est adeps est, nempe calidiorum magis excalescit, siccorum vero euidentius siccatur. At vulgus medicorum nouit leoninum adipem in vitroque, calcifiendo, dico, & digerendo longè esse valentissimum. Proximum locum habet pardii adeps, adeo ut parum emolliat. Minore autem in calcifiendo ac digerendo praeditus virtute est anserinus, habetque plus quiddam in molliendo: pari spatium ab hoc recedit adeps gallinaceus. Hi igitur omnes tenuiorum partium substantiam inter quadrupeda animantia obtinent. At differentia rursus permagna in illis est, cum suillus quidem mollissimus ac humidissimus, eoque aliorum imbecillissimus sit, ut teneris corporibus conueniat, cuiusmodi habent mulieres, pueri, eunuchi, & viri delicatiores, in umbra, ocio, & frequentibus potabilis aquae balneis, effeminati. Caprarum vero & bouum pingue, quanto suillo est validius, tanto magis corporibus natura durioribus: et inter duriora scirrhosioribus conuenit: taurorum hircorumque in validioribus tum corporibus, tum affectibus proficit. Eadem vero & alijs in minoris maiorisque ratione inter se est differentia. Porro ab imbecillioribus auspicabor, si prius de duritiei, ac scirrhii affectu quaedam praelibauero. Nam cum phlegmone laborantibus & indurescentibus commune sit accidens, digitis prementibus reniti, distinguuntur affectus, doloris sensu & indolentia: hoc enim non amplius vtriusque commune est. Quemadmodum vero in alijs omnibus, quae suapte natura recidere in se mutuo possunt, inest confinium vtriusque aliquatenus particeps, ita quoque vlcèrum phlegmonosorum, cum scirrhosis abscque phlegmone, quales induratis accidunt, media quaedam est dispositio, doloris quidem expers, si non digitos imprimas, dolens autem si id facias: quam clarioris breuiorisque disciplinae gratia, vel phlegmonem scirrhosam, vel scirrhum phlegmonosum dicemus, non hic tumoris magnitudinem animam attendentes. Nam phlegmone & scirrhosus nomina sunt formae affectuum, non quantitatis in altero ipsorum: cum phlegmone vel propter partis inflammatae magnitudinem, vel ob tumorem praeter naturam magna euadat: parua autem cum aut paruum locum possederit, aut exiguum tumorem habuerit. Dicitur nunc mihi paruae phlegmones scirrhique parui curatio, sicut & magna magnique pro affectuum specie. Hinc enim, & aliorum quae magna & parua dicuntur, curationis notio intelligitur. Itaque magna phlegmone cataplasmatibus ac humidis quibusdam medicamentis sanatur: parua, quum scirrhosa durities mista fuerit, itidem cataplasmatibus, interim vero medicamentis cerati modo confectis & liquidis, insuper & emollientibus emplastris. Talibus autem & parua durities tollitur, sed in hac quidem simplex scopus, quemadmodum & phlegmone consistente est: quum vero durities phlegmonosum quippiam habuerit, compositus quoque scopus efficitur.

De medicamento, quod, quia liquidum est, parygron Graeci appellant.

CAP. 2.

Acideo quoque medicamen quodammodo compositum est, veluti & hoc, quod Parygron nominant, omnibus cognitum: magnifice vero cum ab alijs quibusdam, tum Hera commendatum. Medetur enim id particulae parua adhuc phlegmone confluctanti, non multo post confectionem tpe, sed protinus impositum: vbi vero duritiem a dolore alienam pars affecta acquisierit, vel paulo recenti vetustius vtile est: quemadmodum est, si phlegmonoso affectu omnino sit libera, melius in ea vetustius medicamentum proficit. Enimvero medicamenti tps pro duritiei intentione videlicet aequaliter augere conuenit, & si partem valde iuduratam ne vetus quidem pharmacum emollierit. Quippe varia hoc parygrum dictum medicamentum & promittit, & potest: quum materiam mistam quoque seu variam obtinet. Siquidem adeps suillus & cera mollientium sunt imbecillima, argenti spuma vero & cerussa nihil habent, quod emollire possint, quemadmodum antea didicimus. Porro Heras, qui pharmacum hoc omnium maxime laudauit, ex hisce ipsum conficit his verbis. Adipis suilli recentis curati pondus .3. xliij. cerae pondus .3. xxiiij. cerussae pondus .3. vi. argenti spumae tantundem. Quae liquari possunt, siccis superfunduntur: temporis autem spatium medicamentum consistit, spissaturque. Sicut ceram & adipem suillum imbecillae molliendi virtutis esse dixi, ita quoque si oleo pauxillum cerae misceas, id, quod a medicis Cereleon dicitur, efficias. Oleum autem videlicet esse conuenit, nec quod vocant omphacinum & omotribes, quasi dicas immaturum & crudum, nec quod olea furculos in confectione assumpsit.

Generalis mollientium pharmacorum differentia ac facultas.

CAP. 3.

Itaque tam imbecillia mollientia est paruis medicatur inflammationibus. His autem fortiora breuè duritiae sine phlegmone sanant: his adhuc validiora maiores, quemadmodum & quae duritiem in scirrhum

Arthum propè degenerantem curant, efficacissima sunt, cuiusmodi est medullarum genus, in maioris minorisque ratione inter se differentium, ut deinceps explicabo: Item bdellium vtrunque, arabicum & scythicum: Insup styraces, siquidem & horum efficacissimus est colore pallidus, quod est optimum in Paphilia nascitur: quod verò hoc magis fuscus est, vbi que puenit, potètia multo pallidior inferior, at tps processu & ipse aureum colorem acquirit. Hoc itaque (priore inquam) in antidotis propter caritatem vitur, ac tu propterea principii quodcumque ex styrace praeparans, semper hoc veteris. Item si familiarium quod in pharmacorum sumptibus magnificus existat, illi quoque ex huiusmodi styrace medicamentum compones: in alijs optimum ex fusco genere deliges, & odore potissimum & colore iudicium eius sumens: nam niger deterior est. Ceterum his, quae indurescentia valde emolliunt, gutta ammoniaci adscribitur, eaque magis pinguis et noua. His minus, sed tamen ipsa efficacia sunt, caprarum, bouumque pinguis, inter ea ipsa hircorum, ac taurorum validiora sunt: bouum verò & caprarum his quidem imbecilliora sunt, non tamen et ipsa actionis expertia: haecorum autem & vitulorum his ipsis adhuc imbecilliora sunt, porcillo tamen efficaciora. At leonis, pardii, hyenae, & anseris euidentius his digerunt, non magis emolliunt: quanto etiam subtiliorem substantiam capri no & bubulo seuo habent. Ceterum gallinaceum mediam intra anserinum & suillum sedem occupat. Quemadmodum & medullarum optima est vitulina. Ac resina, quae non acrem odorem habent, si dictorum cuiuspiam miscentur, tenacitatem medicamentis compositis praebet, emolliendi virtutem non auferunt. Apissima est, quae chia vocatur & larix, post has pinea, inde abietina: sifrobilina verò vehementer acris est: pityna seu picea, quae proprie physema nominant, pinguitudinis expers admodum exsiccat. Has igitur fugere, chia verò & abietina uti oportet, non ipsis per se, verum cum cera & quopiam alio, quod affectui conducere videatur. Et verò pix brutia facultatem eandem obtinet, ut quae glutinans quiddam ac pingue habeat. Ceterum pix alia non miscenda est, sicut nec bitumen, ut potè iusto siccora. Enimvero ea quae exsiccant, mollientibus esse contraria didicimus. Quum verò pineam & frictam resinam, & colophoniam appellare consueuerunt, sciendum venit & aliam quandam esse colophoniam chia mastichae perisimilem, molliens aliquid habentem, quemadmodum illa & thus: insuper Aegyptia mastiche non nihil emollit, sed maior virtutis ipsius portio concoquit, digeritque: item & thus quandam molliendi vim obtinet, verum hoc quidem coctum ex usu est, veluti & scenigræci semen: etenim & hoc probe coctum emollit, ac magis adhuc pingui permittum. At quae citra coctionem ob consistentiae siccitatem dilui, liquari, mergique desiderant, oleoso quopiam indigent: cuiusmodi sunt oleum ipsum, cum nihil adstrictiois habet, Ceterum balneorum strigmenta, praeterea quod vocatur susinum: ad haec multo etiam magis comage num. Huius quoque ordinis est butyrum, tum altheae et scenigræci decoctum. Porro inter tam mollia & validissima, quod genus sunt bdellium & styrax, gutta ammoniaci idem potest, quod et propositis: atqui hoc in bdellio distinguendum est, quod scythicum altero arabico multo ad haec sit praestantius, praecipue nouum & molle, quod est pingue nominant. Consuetudo siquidem haec est inter recentiores medicos in huiusmodi pharmacis, quod emolliētius est, pinguius appellasse: hoc autem videlicet humidius quoque est. Ceterum chalanum & qui opopanax dicitur, praeterquam quod digerunt, est quod molliens habent: opopanax autem digerendo, chalanum molliendo coquendoque praecellit. Talis sane mollientium pharmacorum facultas est. Tu verò cum vel scriptum aliquod in libris medicamentarijs discusseris, & examinaueris, vel ipse composueris, auditis nuper pharmacorum secundum maioris minorisque rationem differentijs, intellectus item corporum affectuumque diuersitatibus, valida validis, imbecillia imbecillibus adhibebis. At vbi post primam medicamenti impositionem aliud applicas, oleo simplici pingui partem affectam fouere conuenit. Porro ex his, quae ἐκκολλα, i. tenacia nominantur, nullum auferendum est prius, quam sua sponte abscendant: immo etiam si laueris, permittenda sunt. Vitanda autem medicamentorum aquarum lauacra, praesertim quae chalcathosa, aluminosa, & sulfurosa sunt. Haec quidem sufficiunt viris cordatis ac prudentibus, quique in medicinae operibus exercitati peritiam aliquam sunt adepti.

Specialis mollientium pharmacorum differentia ac facultas.

CAP. 4.

Quonia verò omnes eiusmodi sunt, & proposuimus hoc commentario, non ut in ope de morbis curandis methodum sola exponere, verum simul cum particularium vno atque altero exemplo, pharmaca vsu composita subiungere oportet, quae maiores nostri in medicatoria artis parte celebres literis mandauerunt: ad speciales mollientium pharmacorum differentias perueniemus a mollissimis, quae & paruis inflammationibus medentur, exorsis. Ex compositis emollientibus alia quidem, (ut ita dicam) imbecilliora primo ordine statuuntur: quaedam non multo his validiora, secundo, & quaedam alia, tertio: ad haec non nulla, quarto. Ceterum primi ordinis mollientibus ad exigua durities & in mollibus seu teneris corporibus uti, sicut praedictum est, expedit: ad fortiora his tempora & affectus, secundi: quemadmodum & tertij, & quartij, pro illorum ratione. Subscribam autem eorum cuiuslibet propria. **C**mollientia medicamina primi ordinis. Butyrum, resina colophonica, & cera caedida non vetusta, singula tria potèdere equalia, inuicem liquata, primi ordinis mollientia sunt. Et liquidum medicamen, quod parygrum appellatur, eorum numero adscribitur, cum recens fuerit: veterascens autem maiorè digerendi vim acquirit. At emollientium imbecillimum est, cera cum

* ΕΑΝΩΝ ΕΙΜ
πρεσς, i. antiq
τη δ' ογκω. i. iu-
morum.

* ΑΥ. λυσοδαυ
i. solui.

cum butyro liquefacta, aut ex sulino, aut commageno. Atque his imbecillius est quod dicitur cere-
laum, quasi ex cera oleoq; confectum, cum in libram olei laxantis nulla adstringenti virtute p̄di-
ti, ceræ vnciæ. xij. vel. xvi. iniectæ fuerint. lam ex ouis cerata facta exiguam quandam relaxandi
potestatem possident. Valentiora his, verum imbecilla adhuc & ipsa, cerata ex cæsyro, resina, &
cera pari pondere liquefactis: sin aut vetustiora quodammodo ipsa fuerint, olei cuiusdam laxan-
tis, vel sulini, vel commageni, vel adipis suilli, vel gallinacæ, vel anserini misturam requirunt.

Emollientia medicamenta secundi ordinis. Quemadmodum in simplicibus medicamentis quatuor
congenerum ordines fecimus, qui maioris in se minorisq; rationem distinguunt, aliquorū autem
ambiguam esse virtutem diximus, vtrum ad primi ordinis finem, an in secūdi initio locanda sint,
ita de secundo, tertio, & reliquis deinceps. In quibusdam vero audacter pronuncians, alia in prin-
cipio huius, alia in termino huius ordinis consistere dixi: sicut non nulla citra appositionem, vel
primi, vel secūdi, vel tertij, vel quartij ordinis esse retuli. Multum vero experientie particularis
in varijs & corporibus & vitijs seu affectibus huiusmodi pronuntiata desiderant. Quare si quis
post me aequè studiosus & veritatis vehemens amator extiterit, ne temere ac subito, vbi bis ter ve
vsu expertusq; sit, ferat sententiam. Frequenter. n. ei ex longa experientia, quemadmodum &
mihī vsu venit, in secundo ordine dicta, in tertij incipientem transponi oportere videbuntur, vel
in principium tertij absolute. Cum enim corpora quibus medicamenta adhibentur, ipsiq; affectus
non exiguum differentie excessum in maioris minorisq; ratione obtineant, difficillimum est de
omnibus eadem pronuntiare. Accedit huc, q̄ ipsa simplicia medicamenta non paruo diuariant
discrimine. At ego quum in præfatis virtutem pro vnaquaq; specie ac genere ostenderim,
si quis in deterrimo per experientiam examinationem moliatur, examinabit quidem falso, non
autem facultatis ipsorum ordines distinxerit. Itaq; tutissimum est medicaminum ipsorum inter
se differentiam secundum maioris minorisq; rationem accurate scribere, quemadmodum & in
alijs feci, & nunc facturus sum.

*Variis enasci differentias secundum maioris minorisq; rationem, in emollienti emplastro Mnasei,
pro varia simplicium tum quantitate, tum atate, tum coctione.* C.A.P. 5.

Sane quidem emplastrum Mnaseo autore cōpositū rectissimè secūdo mollitiū ordinī adscri-
pseris, omnibus certè, qui eius meminerunt, conuenientibus ex oleo veteri, argenti spuma, &
adipe suillo cōponi: in q̄titate vero horum singulorum, discrepantibus, atq; eo, q̄ non nulli ex re-
centi adipe, qdam ex veteri, quem iam oēs vocare solent axungia, componant. In his qdem imbe-
cillimum fiet ex argenti spuma, suillo adipe, & oleo, neutro veteri: validius, oleo quidem ex ijs ve-
teri, altero aut recentij addito: his validius, ex ambobus vetustis. Ex eo igit q̄ recēs aut vetus oleū
adepsq; immittitur, quatuor differētijs prodibunt: alijs quidē ambobus recentibus, alijs vetustis:
nō nunq̄ oleo qdem veteri, adipe vero recentij: vel cōtra, oleo quidē recentij, vetusto aut adipe in-
dito. At ex trium ipsorum simplicium medicamentorum mutua symmetria alia plures differen-
tia emanabunt, vel. n. pari pondere & mensura hæc tria miscētur: ac multi affirmant, ab ipso Mna-
seo confectum tribus paribus cōstare: vel duobus qdem paribus, tertio nō pari, sed minori, aut co-
piofiori: vel tribus mistis imparibus, vnde clarum euadit multas fore differentias. Copiosā siquē
argenti spuma iniecta medicamen potestate molliū fiet: pauciore, validius: Ac magis emolliet, si
plus adipis immittamus: digeret fortius, si oleum augeamus. Præterea aliud qdam accedit copio-
siore oleo imposto, quod magnam vim ad medicamen, vt magis digerat, efficiendum obtinet: est
aut hoc, sicut primo libro diximus, si magis incoquas. Si igitur solam argēti spumā in oleo copio-
siore coquas, medicamentum euidentius exiccabit. † In vberiore vero coques, vbi plus olei indide-
ris, si emplastri spissitudinē habiturum sit: q̄ si id nō cures, sed æquali tpe tum id, quod minus olei
cōtinet, tum quod plus habet, incoquas, liquet potestate emollientius futurū, cui oleum vberius
mistum fuerit, quæadmodum si & cruda argēti spuma oleo cōmissa acopo vti velis. Quare quod
iā sæpe dixi, semp̄ ipsius meminisse volo, nō sicut qdam sententias absolute de pharmacis ferunt,
sic & nos facere, absolute dicentes hanc medicamenti cōpositionem illa esse potiore. Nā vtraq;
ad diuersos specie affectus rectè cōposita esse pōt, interim ad eundem diuersis t̄pibus. Hæc igitur
omnia modo à me relata q̄ prius audiuit, nō diligens mō vel memor, sed natura et prudēs vtiliter
& cū fructu leget ea, q̄ distinctè et scripsi, & scripturus sum. Ac in propositis medicamentis distin-
ctiones ibi exponā trium quatuorue syllabarum appositione cōprehensas: qualem, inq̄, apposi-
tionem in pharmaco p̄senti libro, p̄posito Mnasei, Andromachus appēdisse videtur. Nā in meli-
norū emplastrorum catalogo vndecimum ordine cum id scripsisset, nō simpliciter dicere cōten-
tus fuit, vt in prioribus cōmemoratis, Aliud, atq; Aliud, ipsi præponēs, sed T enerrū adiecit. Itaq;
hoc volebam ipsum in omnibus fecisse, & in ipsis melinis à tenerrimo incepisse: inde verò digres-
sum ad paulo fortius innuisse adscribendo, pauxillo quodā secundum hoc, q̄ illud, esse valentius,
hoc rursus tertium esse fortius, deinde hoc quartum: Veluti rursus si aliqua æqualem putarit ha-
bere potentia, id ipsum admonuisse: vel si periculū timeret in eiusmodi pronūciatis, certè simpli-
cia emollientia pharmaca prædoceret, maioris ac minoris ratione in ipsis definita, vt q̄ mollientia
emplastra multa deinceps ab ipso scripta legit, validius quidē esse intelligat, quod ex styraçe, am-
moniacō,

Amoniacō, bdellio, propoli, chalbano, seuo taurino, hircinoq; & medullis confectum est: imbecil-
lum, quod nullum ex his continet, sed vel omnia inualida virtute, vel hisce quidem ipsis valentio-
ra: media verò temperaturis, viribusq; q̄ vel vnum aliquod validum vel duo, imbecillibus mista
sint. Constat enim interpositam maioris minorisq; latitudinē omnibus medicamentis non exi-
guam inesse, in cōmuni vnuerfis ipsis virtute generatim æstimatis: iuxta quam pharmaca con-
genera & cōformia græcè *ὁμογενῆ* & *ὁμοειδῆ*, id est eiusdē generis, ac eiusdē speciei dicuntur, quemad-
modū & alia generis, vel speciei differentijs euariantia. Cū igitur hæc mihī distincta sint, qbus
instructus, nō magno negotio & valētiore virtute & imbecilliore prædita queas dignoscere, nar-
rationē ipsorū aggrediar: deinde conscripta ab expertissimis medicamentorum viris, siue empla-
stra, siue malagmata voles appellare, percensebo. Auspicabor aut à medicaminibus ab Asclepia-
de in quarto libro exteriorum, quibus titulum indidit Marcellas, æditis.

Asclepiadis malagmata.

C.A.P. 6.

Amythaonis malagma ad præcordiorum tensiones, soluit omnem duritiem, facit etiam ad
difficiles articularum motus. Gutta ammoniaci pondo vncias triginta sex, ceræ tantun-
dem, terebinthinae pondo vncias. viij. bdellij pondo vncias. viii. thuris, myrrhae, vtriusque pondo
*Al. iiii. B vncias. iij. chalbani pondo vncias octo, cyprini heminas. iij. Myrrha, thus, bdellium, vino ma-
defiunt: ammoniacū aceto diluitur: omnia contunduntur pistillo cyprino inuncto, quousq; per-
fectè dissoluantur. Hoc medicamentum vetus celebreq; est, sicut & quod Asclepiades post hoc
in istum modum tradidit. *Diapsyrnon apolophonion, id est medicamentum ex myrrha, mortem differens,
confectum.* Ad præcordiorum tensiones, soluit omnem duritiem, benefacit hepaticis, splenicis,
nephriticis: valet ad omnem neruorum sympathiam, articularum dolores, detensionesq; leuat.
Ceræ, terebinthinae, guttae ammoniaci, bdellij, myrrhae, propolis, iridis, styraçis, singulorum pon-
do vncias sexdecim, irini vnguenti faculæ, quantum sufficit, vini odorati, quod satis est. Præpara-
to, sicut prædiximus. Quod succedit huic, ab Asclepiade scriptum dignius quidem ac celebrius
suprà scriptis existit: verum ad induratum solutionē illis inferius. *Aliud Dioscoridis medicamen-
tum confectum.* Ad difficiles artuum motus, & ligationē, hoc est obstrictos articulos, Græci vo-
cant ancyas: tollit omnem duritiem, facit ad interaneorum affectus abscessusq; profundos.
Ceræ pondo minam, resinæ frictæ, chalbani, iridis illyricæ, singulorum minæ dimidium, irini fa-
culæ, quod satis est: vini, quantum sufficit. Medicamen tufile est, conficitur sicut priora. Pharma-
cum antedictō succedens ab Asclepiade scriptum idem est ei, quod Heras ad calcem medicamen-
tarij sui libri conscripsit: paululum verò quiddam in symmetria quatuor simplicium pharmaco-
rum euariat, vt innotescet cū ambo scribentur. Prius autem ab Asclepiade proditi mentionem
faciemus, quod ad verbū ita habet. *Lucij præceptoris ad articulos recenti cicatrice contractos, quas ancy-
las nominant, inscriptum.* Facit ad abscessus in alto corporis obortos: item ad neruorum contractio-
nes, & articularum ligationes, quas ancyas vocamus: succurrit opisthotonicis, id est cū ceruix
in posteriorem partem reflexa est, nec prorsum retrahi potest. Valet ad omnem neruorum do-
lorem ex consensu. Est etiam acopon bonum irino, vel cyprino, vel laurino solutum: emollit ve-
teratas, contumacesq; duritias. Bdellij, seui vitulini, guttae ammoniaci, iridis illyricæ, singulorum
pondo denarij sexdecim, opopanacis, chalbani, cachryos, styraçis, thuris, singulorum pondo de-
nariorū octo, piperis grana numero centū sexaginta, irini faculæ, quod satis sit, ceræ, terebinthi-
næ, singulorum pondo selibram, vini quod satis est. Tufile est medicamen, superiorum modo cō-
ficatur. Vbi igitur Heras ab Asclepiade in simplicium symmetria dissenserit, quod pollicitus sum,
iam indicabo. Primum omnium conscripsit Asclepiades medicamentum, bdellij denariū pondo sex-
decim: Heras autem non bdellij, sed bdellij pondo denarium octoginta, qui quinquies sexdecim
adaquat. Deinceps seui vitulini denarios sexdecim scribente Asclepiade, Heras quinquies toti-
dem posuit, sicut & bdellij: nam octoginta denarij, quinquies sexdecim cōprehendunt. Tertium
ab his medicamentū Asclepiades subiūxit, guttā ammoniaci, & huius sexdecim denarios inijciē-
dos censuit. Itaq; iuxta priorum proportionē Heras quoq; octoginta denarios scripsisse conue-
niebat: posuit autem nō octoginta sed cētum, quare viginti plures illo indidit. Aliud post comme-
morata pharmaca protulit Asclepiades hisce verbis, iridis illyricæ denarios sexdecim: Heras hu-
ius proportionē seruauit, octoginta scribens. Quintum post prædicta medicamenta opopanacis
denarios octo Asclepiades scripsit: Heras aut hinc quoq; proportionem seruauit, quadraginta po-
nens. Chalbani denarios, viij. Asclepiades iniicit: Heras etiam in eo proportionem representat,
quintuplā censens immittendā. Quippe quadraginta denarij, quinquies octonos absoluunt. Se-
ptimum medicamen Asclepiades ita exposuit, Cachryos denarios, viii. oportuit igitur & Herā, si
pportionem obseruabat, quadraginta indere: nunc aut nō sic, verū duplices, puta sexdecim ipse
conscripsit. Octauū, styraçis Asclepiades meminuit, denarios, viii. iniiciēs: Heras p̄positionē huius,
quintuplo immisso obseruauit. Nonum pharmacū posuit Asclepiades, thuris denarios, viii. mi-
fcens: Heras nō quintuplū, sed duplum sumere præcipit. Decimi, piperis meminuit Asclepiades
centū sexaginta granis immisis: cui Heras rursus cōsentiens octingentos iniicit. In quibusdā ex-
plarijs haud noui, quomodo viginti scripta sint, quæadmodū in alijs {cētū & octo.} Vndecimū
Quinta Classis. IIIII tradidit

† Forte, diuitius
vero coquet.

* Al. cxx.

tradidit cera. Asclepiades, sicut & duodecimum resinam terebinthinam, vtriusq; selibram im-

M Alagma durum & aridum. Picis pondo libras tres, cerae pondo libras duas, resinae pondo libram, chalbanii pondo vncias duas, guttae ammoniaci tantundem, mannae pondo vncias quatuor, acetii sextarios tres.

* Al.viii. In hac descriptioe deest thur, cuius tñ mor meminit in descriptura.

A thinae pondo libras .iiij. guttae ammoniaci pondo libras duas vncias octo, chalbanii pondo libram, vncias .iiij. Aliud ad artium ligationem, quas ancylas Graeci vocant. Bdellij denariu pondo sexdecim, thuris denariu pondo sexdecim, guttae ammoniaci denarium pondo octo, opopanax denariu pondo octo, chalbanii denariu pondo octo, seui vitulini denarium pondo sexdecim, piperis grana cetum sexaginta, styracis denariu pondo octo, cachryos denarium pondo sexdecim, iris illyrica pondo sexdecim, terebinthinae minae dimidiu, ceree minae dimidiu, cyprini heminas .iiij. vini, quod satis est. Malagma ex meliloto. Nardi celticae denariorum pondo decem, cyperi denariorum pondo octo, cardamomi denarium pondo octo, iris illyrica denariorum pondo octo, myrrhae denariorum pondo octo, croci denariorum pondo .iiij. meliloti denarium pondo .xxv. guttae ammoniaci denariorum pondo octo, terebinthinae denariorum pondo quinquaginta, cerae nouae denarioru podo centu, cyprini heminae dimidiu, acetii, quod satis est: quida guttae ammoniaci denarioru podo cetum. Ad interiora oia. Diapermaton. i. ex feminibus. Guttae ammoniaci denariorum pondo quinquaginta, cerae denariorum pondo quinquaginta, terebinthinae denariorum pondo quinquaginta, scenigraeci denarium pondo .xxv. seui taurini curati denarium pondo .xxv. iris illyrica denariorum pondo .xxv. nitri denariorum pondo .xxv. mellis f. heminas sex, acetii hemina, panacis denariorum pondo .xxv. cyprini parum. Ut autem Philonides. Foenigraeci feminis, anisi feminis, styracis, bdellij fordidi, mannae, thuris, cardamomi, cyperi noui, panacis radices, iris illyrica, aphronitri, singulorum denariorum pondo .xxv. guttae ammoniaci, terebinthinae, singulorum denariorum pondo quinquaginta, seui taurini denarium pondo sexaginta, meliloti denariorum pondo sexaginta, cerae denariorum pondo duru, mellis heminae dimidiu, vini heminam vnam. Aliud, ut Harpocras. Foenigraeci, nitri, panacis, iris, singulorum denariorum pondo octo, terebinthinae, guttae ammoniaci, cerae, singulorum denarioru pondo centum, seui taurini denarium pondo centum, mellis pondo libram, acetii sextarios duos, apij feminis, cumini, sceniculi, singulorum denariorum pondo quinquaginta, meliloti denarium pondo quinquaginta, alij .xxv. sampfuchi denariu pondo quinquaginta, cardamomi, ameos, singulorum denariorum pondo quinquaginta, cyprino excipitur. Malagma ex sampfucho, ad multa. Cerae nouae, baccarum lauri, foenigraeci lauis, sampfuchi, singulorum denariorum pondo centum, terebinthinae libras centum quinquaginta, nitri denariorum pondo trigintadu, piperis denariorum pondo trigintadu, alij sexdecim, cyperi denariorum pondo sexdecim, cyprini heminas duas, vel styracini. Malagma ex baccis lauri. Cerae denariu podo septuagintaquin; picis brutiae denariu pondo septuagintaquin; baccarum lauri denariorum pondo septuagintaquin; nitri denariorum pondo septuagintaquin; resinae frictae denariorum pondo septuagintaquin; chalbanii denariorum pondo .xij. piperis albi denariorum pondo sexdecim, cyprini denariorum pondo sex. Aliud malagma boni coloris, ad multa accommodatum. Cerae pondo libra, resinae frictae pondo libram, guttae ammoniaci pondo vncias sex, aluminis liquidum pondo vncias sex, salis floris pondo vncias sex, quida visci pondo vncias sex. Malagma Apollopphanis. Cerae denariu pondo octoginta, guttae ammoniaci denariu pondo octoginta, bdellij denariorum pondo octoginta, iris illyrica denariu pondo octoginta, resinae terebinthinae denarium pondo .xxxx. mannae thuris denariorum pondo .xxxx. irino contunduntur. Malagma ex alumine, aliter. Cerae denariorum pondo centum, picis denariu pondo quinquaginta, aluminis liquidum denariorum pondo .xxv. ego autē quinquaginta, visci denariorum pondo quinquaginta. Ad Ischiadicis bonum. Rutae agrestis feminis, silphij, baccarum lauri, aphronitri, abrotoni, colocyntidis, cardamomi, ameos, singulorum denariorum pondo quatuor, rutae viridis, picis, terebinthinae, guttae ammoniaci, ceree, seui, singulorum pondo selibram, chalbanii denarium pondo sex, opopanax denariorum pondo quatuor, sulfuris ignem non experti denarium pondo .iiij. Ad lienosos. Cerae pondo minam, resinae pondo minam, guttae ammoniaci minae dimidium, aluminis liquidum denariu pondo quinquaginta, strigmenti hemina, capparidis radices denariu pondo quinquaginta, calaminthae radices denariu pondo quinquaginta, myrobalani faecis, quod magma vocant, denariorum pondo quinquaginta, aceto aridis, oleo liquabilibus adiecto vitor. Malagma Polychreston. i. vsus multiplicis. Sinapios denariu podo .iiij. mannae denariu podo .ij. rute denariu podo .iiij. aphronitri denariu podo .iiij. capparidis radices denariu podo sex, guttae ammoniaci denariu podo .iiij. myrobalani denarioru pondo .xxv. & corticum denariu podo quatuor, lapidis alii floris denariu podo .iiij. foenigraeci denariu podo .iiij. cardamomi denarium pondo quatuor, cerae denariu pondo septuagintaquin; resinae denariu pondo centu, mellis, heminas sex, irini sedimenti heminam, acetii ammoniaco duabus heminis superfunditur. Polyarchion ex epistola. Cyperi, cardamomi, mannae, cerae, singulorum pondo minam, terebinthinae frictae pondo minam. s. liquidae pondo minas tres, cyprini, quod satis est: ego bdellij pondo minam. Altera scriptura. Cyperi, cardamomi, bdellij, thuris, balsami, singulorum pondo minam, cerae pondo minae. s. resinae frictae pondo minas .iiij. cyprini heminas sex, vini odorati hemina vnam. s. Vt ego vitor. Cyperi, cardamomi, amomi, bdellij, singulorum pondo minam, cerae pondo minam. s. resinae frictae, terebinthinae, pondo minas quatuor, cyprini heminam, casiae, cinnamomi, Quinta Classis. IIIII ij momi,

* Al. xx. Al. hem. s. Al. centum. Al. vnc. iiii. Al. drachmas Al. heminas sex Al. minae octa uam partem. Al. chalbanii, opopanax, singuloru denariu pondo .xx. Al. septem. Al. hem. s. Al. viii.

momii, guttæ ammoniaci, nardi indicæ, croci, myrrhæ, lingulorum quartam minæ portionem, vini odorati quantum sufficit. *Malagma ad multa vtile, Apollonij.* Cerae, picis, resinæ frictæ, lingulorum denarium pondo centum viginti quinque, nitri, thuris, lingulorum denariū pondo quinquaginta, feui vitulini & taurini, butyri, lingulorum denarium pondo septuaginta quinque, cæsyphi denarium pondo quindecim, aquæ cyathos sex. *Malagma ad hepaticos bonum.* Guttæ ammoniaci denarium pondo centum quadraginta quatuor, alij centum duū, bdelliū denarium pondo centum quadraginta quatuor, croci denarium pondo. xii. myrrhæ denarium pondo. xij. cerae denariū pondo centum quadraginta quatuor, alij centum, aceti quartam partem heminas, cyprini heminam: ego autem pono heminas. x. *Malagma ad rheumatismum stomachi & intestinorum.* Oenanthæ pondo vnciā, omphacij pondo vncias. iiii. phoenicobalani carnis pondo vncias duas †, acaciæ pondo vnciam, rosarum pondo vnciam, omphacij pondo vncias. iiii. aloes pondo vncias. iiii. gallæ pondo vncias quatuor, alumini rotundi pondo vncias. iiii. picis pondo vncias quatuor, cerae pondo vncias tres, alij thuris, myrtei pondo vncias tres, vinum aridis affunditur. *Ad hydropicos & flatuosos.* Picis liquidæ pondo libram, cerae pondo libram, nitri pondo vncias sex, sulfuris viui vncias sex, alumini fissi pondo vncias sex. *Aliud malagma ad ischiadicis, aliaq; multa.* Cerae denarium pondo septuaginta duum, terebinthinæ denarium pondo quadraginta octo, guttæ ammoniaci denariū pondo triginta duum, propolis denariorum pondo quadraginta trium, chalbanī denariū pondo triginta sex, bdelliū denarium pondo viginti quinque, croci denarium pondo quinque, opopanax cisd denariū pondo duodecim, nitri spumæ denarium pondo triginta, irino vngvine tundens vitior. *Aliud malagma Andreae, polychreston. i. multis vtile.* Pyrethri denariū pondo octo, croci gnidij denariū pondo octo, salis ammoniaci denarium pondo octo, cucumeris agrestis radicis denarium pondo octo, resinæ pineæ denarium pondo octo, terebinthinæ denarium pondo octo, cerae denarium pondo triginta, liquoris sycamini denarium pondo duodecim, alij decem, aphronitri denarium pondo viginti, thuris denarium pondo sexaginta quinque, bdelliū denarium pondo decem, guttæ ammoniaci denarium pondo decem, alij viginti, myrrhæ denarium pondo decem, aristolochiæ denarium pondo decem, alij viginti, piperis albi denarium pondo decem, & lōgi denarium pondo decem, xylobalami denariū pondo decem, cardamomi denariū pondo decem, cæsyphi denarium pondo quindecim, hebiſci radicis denariorum pondo decem, gladioli radicis denariorum pondo decem, styracis denariorum pondo decem, capparidis radicis denariorum pondo decem, iris illyricæ denariorum pondo decem, aloes indicæ denarium pondo decem, chalbanī denarium pondo decem, visci de quercu lecti denariorum pondo decem, alij duodecim, adipis anserini denariorum pondo octo, resinæ siccæ denariū pondo duodecim, sedimenti iridis, quod fatis est. *Aliud Amythaonis ad thoracis, precordiorum, & stomachi dolores, item ad articulorum impeditones, quas ancylus Græci, ligationem Latini vocant. Insuper valet ad abscessus, & durities emollit.* Guttæ ammoniaci denariorum pondo quinquaginta †, cerae denariorum pondo viginti, bdelliū denariorum pondo quinquaginta, resinæ terebinthinæ denariorum pondo viginti, iris illyricæ denariorum pondo decem, chalbanī denariorum pondo quinq;. Bdelliū, & ammoniacum vino perfunduntur, deinde etiam liquata miscentur, & irino adiecto simul læuigantur. *Malagma Antipatri ad colicos omniaq; interiora.* Silphij denariorum pondo duum, eleliphaci denariorum pondo quatuor, casia denariorum pondo quatuor, melanthij denariorum pondo quatuor, staphidis agricæ denariorum pondo quatuor, chalbanī denarium pondo quatuor, struthij denariorum pondo quatuor, sulfuris viui denariorum pondo quatuor, panacis denariorum pondo septem, propolis denariorum pondo septem, pyrethri denariorum pondo septem, guttæ ammoniaci denariorum pondo septem, nitri denariorum pondo septem, alij floris denariorum pondo viginti quinque, cerae denariorum pondo centum quinquaginta, resinæ denariorum pondo centum quinquaginta, olei heminam. *Aliud malagma Callimici ex collectaneis Paccij, ad omnia.* Cerae nouæ denariorum pondo centum, guttæ ammoniaci, terebinthinæ, bdelliū pellucens, lingulorum denariū pondo quinquaginta, alterci seminis denarium pondo triginta, liquoris papaueris denariū pondo. xx. meliloti, myrrhæ, aristolochiæ, piperis, gentianæ, styracis, lingulorum denarium pondo quindecim, thuris denarium pondo octo, croci denariorum pondo octo, olei heminam, papaueris albi seminis denarium pondo quadraginta octo, nucleorum pineorum denarium pondo viginti. *Aliud malagma Leucopyron.* Terebinthinæ pondo libras iij. cerae pondo libras tres, guttæ ammoniaci pondo vncias sex, chalbanī pondo vncias duas, opopanax pondo vncias duas, mannæ pondo vncias duas, feui taurini pondo vncias duas, cyprini parum. *Aliud emplastrum, malagma generosum Crispi.* Myrrhæ, opopanax, chalbanī, lingulorū pondo vncias sex, panacis radicis, mannæ, thuris, guttæ ammoniaci, lingulorum pondo libras duas, cerae, resinæ frictæ, lingulorum pondo libras tres, aceti heminas duas †. *Aliud ad coxendicum, capitis, omnesq; diuturnos dolores.* Cerae denariorum pondo viginti quatuor, guttæ ammoniaci denariorum pondo septem, terebinthinæ denariorum pondo septem, thapsiæ succi denariorum pondo octo, olei heminam. *Aliud ad aquam inter cutem Cleophanis.* Cerae, resinæ pineæ, aphronitri, lingulorum denariorum pondo centum, chalbanī denarium pondo duodecim, propolis denariorum pondo duodecim, guttæ ammoniaci denariorum pondo duodecim. s. cyprini heminas

† Al. vnam.

* Al. s.

* Al. s.

* Al. lxxv.

* Al. xx.

† Al. viginti.

* Al. xv.

* Al. xx.

† Al. viginti.

* Al. xx.

† Al. vnam.

† Al. sextarios duos

A ni heminas duas, aceti heminas duas. *Aliud dolorem sedans Nicostri ad podagram.* Cerae pondo libram, guttæ ammoniaci pondo vncias sex, opopanax pondo vnc. iiii. s. meconia pondo vnc. tres, cyprinum ad contusionem illorum adhibetur. *Aliud ad apellas, quos Græci lipodermus vocant, auctore Epidaurō.* Thapsiæ radicis pondo denariū trium, piperis nigri † denarij pondo vnus, feui vitulini denariū pondo. xij. thuris denariū pondo. iiii. xylobalami denariū pondo duū, resinæ denariū pondo sexdecim, cerae denariū pondo. viii. liquata siccis superfundito. *Aliud malagma apud Asclepiadem dolorem summonendo, tensionem subito tollens.* Cerae tyrrhenicæ pondo minam, feui taurini †, adipis anserini, medullæ ceruinæ, terebinthinæ, lingulorum pondo minam, chalbanī minæ dimidium, cæsyphi pondo vncias. iiii. rosacei heminas. iiii. vnguenti telini, idest ex fœnogreco confecti heminam, olei boni tantundem. Hæc igne non acri liquefacito, mouens sedulo: sint autem læuia in pila contusa, iris illyricæ denariū pondo tercentum sexaginta, aristolochiæ denarium pondo centum octoginta, hypocythidis læuigatæ denariū pondo nonaginta, gallæ læuigatæ denariū pondo trecentum sexaginta, mannæ, bdelliū, lingulorum denarium pondo centum octoginta, cinnamomi, croci cilicij, myrrhæ, casia, nardi indicæ, iunci floris, calami aromatici, amomi, piperis, rhu succi, testudinis marinæ sanguinis, androsæmi herbæ, pyrethri, lingulorum denarium pondo triginta quinque, aceti veteris heminam, in quo omnia medicamenta infecta emolliuntur tunc dunturq;, quouiq; lentum ac elaboratum sit medicamentum, deinde reponitur. Valet etiam ad thoracis, ac pulmonis rheumatismos, item incipitio dolentes confestim liberat. Vocatur autem medicamentum Æsculapius. *Aliud ad coxendicum dolores optimum ab Hera Cappadoce acceptum.* Picis liquidæ heminas tres, vel duas, cerae pondo libram, pityinæ pondo libram, sulfuris viui pondo libram, nitri pondo libram. s. staphidis agricæ sextarium, pyrethri pondo libram, facis combustæ pondo libras duas, cardamomi sextarium, chalbanī pondo selibram: liquida siccis commiscetur. *Aliud malagma Bacchi, quo Cæsar vsus est.* Adipis suillæ pondo minas duas, cerae pondo minas duas, helenij, calami aromatici, panacis radicis, salis fossitij, vel ammoniaci, lingulorum denariū pondo quinquaginta, bdelliū pellucens, guttæ ammoniaci, lingulorum pondo minas duas, iunci floris, iris, lingulorum pondo minam, thuris, piperis, chalbanī, lingulorum denariū pondo viginti quinque, coquito vt Cardameleū. *Aliud malagma Aureum ad arthriticos, hoc est articuli morbo laborantes.* Resinæ strobilinæ pondo libras duas, axūgiæ, chalbanī, lingulorum denariorum pondo duodecim, cerae denariorum pondo viginti quatuor, baccarum lauri denariorum pondo duodecim, incoquito vt nouisti. *Aliud malagma ad laterum dolorem.* Cyperi, cardamomi, mannæ, guttæ ammoniaci, terebinthinæ, cerae, irini, lingulorū pondo libram. Ammoniacum seorsum coquito, liquabilia læuigato, ac cum irini cyatho liquefactis ammoniacum aspergito: deinde arida misceto, irino manus inquinans. *Aliud malagma Clomaci boni coloris.* Auripigmenti pondo vnc. iiii. alumini fissi pondo vnc. iij. calcis viuæ pondo vnc. iiii. resinæ frictæ pondo libr. tres, cerae totidem, acetum aridis, oleum liquidis additur, vt itor itidem in lienosis.

Damocratis malagma.

CAP. 8.

Quoniam metris conscripta & memoriæ facile commendantur, & medicamentorum symmetrias exacte conseruant, ideo Damocratis quoq; pharmaca apponere consueui, inter que & hoc infra adscriptum numeratur.

At vsus omnino & malagmatis boni
Subinde veniet medicinæ cultoribus,
Ad musculos conuulsos, articulos quoq;
Ruptos, & artuum fracturas: insuper
Ad crassitiem neruorum, nec non musculos
Cum phlegmone induratos: ad morsus ad hæc

D Est efficax, lichenas & lepras demit
Vt plurimum decem diebus additum:
Mutatur altero die vel tertio.
Picis nitidæ siccissimæ libras duas,
Vnam pityinæ pone, vnam & cerae bonæ,
Ammoniaci rursus, liquidij atq; alumini
Fac singulorum vnam, duos acerrimi
Sextarios aceti: raro chalbanī
Quidam vncias duas miscent, diutinas
Citius durities emollire qui expetunt.
Sic præparato. Partem aceti tertiam
Ammoniaco, atq; alumini superaddito,
Ac læuia reddens in magno mortario,
Mellis recentis liquidij crassitudinem
Fingito, picem cum cæteris in fictili
Nouo incoque, vt perficere quin sicaueris
Quinta Classis.

IIII ij Totum,

Totum planè absit minimum, atq; superfundito
Sic læuibus in mortario factis probè,
Et rursus ipsa tundito, donec receperint
Flauum colorem, perquam similem melino.
At si statuis prorsus miscere chalbanum,
† Post ceram immittes, & resinam pityinam, †
Ab igne postquam caccabum posueris.
Quidam inijciunt contra mannae parem modum,
Alumen auferentes ex medicamine.
Vtuntur ad id vitij genus, & glutinant
Diuisiones his recentes viribus.
Tu hoc vitior vel à primo statim die,
Ad quos affectus rettuli, cum prenderint.
Ad pustulas, nec non has consequentia:
Sed splenio madentem aceto spongiam
Desuper inijcito, vinculo coarctans molliter.
Sic & lienosis ipsum perutile est.
Vbi suspicaris scirrhum cuiquam visceri
Futurum, intrepidus vitior malagmate.

Post hoc pharmacum Damocrates scripsit, quod ex sale confectum dicitur, hunc in modum exorsus.

Si in horum aliquo maneat diebus plusculis,
Et hoc parato medicamentum quam optimum.

Deinde aliud quoq; ex sale post hoc commemorat, rursusq; post ambo aliud strumas discutere promittens, & iocinoris lienisq; aquosos affectus: mihi verò satius visum est, hæc medicamēta inter emplastra digerentia referre.

De relaxantibus medicamentis.

CAP. 9.

Vocantur medicamēta quædam relaxantia, græcè chalaistica familiariter omnibus propè recentioribus medicis vocabulo, inde nimirum, sicut & nomen ipsum indicat, quod tenfas laxant particulas: quippe relaxari, ac intendi contraria inter se dicuntur. Hippocrates itaq; hunc in modum quodam in loco scriptum reliquit: Cui duræ emollitio, intensæ relaxatio conuenit. Si igitur propriè quæ dictionibus uti velit, non nulla medicamina induratorum corporum malactica, i. emollientia esse dicet: ea nimirum quæ ipsorum soluent duritiem, quemadmodum & relaxantia quæ tensioni medentur. Porro in phlegmonis cutē tendi contingit, interim à subiecto tumore symptoma hoc capientem, interim & ipsammet simul inflammatione laborantem, non tamen phlegmones substantia partis inflammatae durities est, sed è conuerso planè, sicut in libris de ipsa ostendimus, humiditas. Atqui in istis, quæ scirrho conflantur, non præpollens in affecta parte humiditas est, verum durities. Attamen vtriusq; affectus similis genere quodammodo generatio est, & curatio: nascitur enim ex confluxu humorum, curatur iisdem euacuat, quanquam euacuationis modus in vtriusq; idem non est, sed uti in therapeutices methodi commentario declaratum est, in quo etiā aliorum omnium affectuum sana rationem explicuimus. Inflammatis quidem particulis tum repulsoria medicamentorum qualitas morbi initio, tum discussoria semper ex usu est: scirrhis autem sola discussoria sine repellente. Itaq; summè indurata scirrho, summè insanabilia sunt. Porro dignoscere ea oportet, eo nempe signo, quod nullus affectus partibus sensus superfit. At in quibus sensus quidē est, sed obscurus, hæc curantur pharmacis humorē in crassatū videlicet digerētibus, non tamen validè, ac vniuersim hoc agentibus, sicut digerentia medicamina faciūt, cuiusmodi vocat Græci epispastica & exipotica, i. attracta & excolata. Mirari verò non oportet mutationē in duritiē ex inflammatione accidere, cum simul et confluent humor crassior est & viscidus, & curatio medicamentis valde exiccantibus administratur. Quæadmodum enim & in exterioribus permulta corpora quæ ipsum ignem contingunt, torrētur, ex aqua verò rursus emollitū: ita etiam in inflammatione affecti loci humiditas à calefactionibus & exiccantibus validius pharmacis relicta aliquod viscosum crassumq; retinet, tenui discussio. Et hæc ratione in morbis articularibus calli proueniunt, & in renum vitio calculi. Quod si verò fluxio quæ phlegmonem commisit, consistentia sit tenuis, & curatio eius siccantibus & calefacientibus pharmacis adhibeatur, nihil scirrhosum relinquitur: immo refrigerantia vehementer adstringentiaq; scirrhos procreare solent, ac multos ex erysipelatis immodicè refrigeratis scirrhosos tumores habere conspiciunt medicorum, qui eos sanandos susceperunt, inciticia. Prima ergo medicamina, quæ phlegmonis, & quæ scirrhis medentur, differentia est ea, quam diximus. Altera, quæ propter dolorem inflammationis coniunctum non sustinet valens medicamentum affectæ particulæ offerri. Quippe hæc cum dolore actionem edunt inflammationis ob affectum statim dolentibus, eoq; mollissima remedia desiderantibus. At vehementiora, præterquam dolores non soluunt vel mitigant, adhuc etiam exacuentia maiores phlegmonas concitant. Itaq; primus usus in dolentibus

E

† Al. cum cerâ immittes & resinam.

F

Abus phlegmonis est, qui medicamentis abundè humidis simul & modicè calidis administratur. Alter paulò crassioribus, siccantioribusq; constat. Tertius relaxantibus nominatis, quæ non nulli malagmatis adscribunt. Sunt autem inter ea maximè emollientia sanè, quæ cerati speciem consistentia referunt, cum ex butyro, cera, adipibus, oleoq; relaxante componuntur. Miscetur ipsis cæsyphi, resine, & picis parum, sicut & thus, & chalbanum: præterea non nihil iris illyricæ. Porro inuenit Menecrates, ut ipse ait, & alij quidam ei attestantur, medicamentum Diachylon, i. ex succis appellatum phlegmonis nondum vehementer dolentibus esse remedio. Inscriptus est liber, quo pharmacum tradidit, Autocrator hologrammatos. Certè Autocrator, quasi dicas imperator, quoniam huic dicitur: hologrammatos, quia line notis, integris syllabis expressus est, duo, tria, quatuor, quinque, aliusq; quilibet numerus, vel resina, vel picis, vel alterius cuiuspiam medicaminis. Hoc autem fecit Menecrates, quod sepe non modò nolentibus errorem committere in scripturis contingit, sed etiā per inuidiam quibusdam volentibus, dum o literam h faciunt, per mediam rotundam lineam alia per transversum ducta, i. verò literæ alia similiter transversim apposita: sicut etiam vna linea ex gamma & rho derasa, literæ i characterem relinquit contingit. Pari modo ex multis literis, alijs appositione, alijs compositione, alijs ablatione, mutari notas seu characteres illos indicantes accidit. At nihil plus Menecrates posteritati consuluit, cum istis, qui eius librum scribunt, appellationes numerorum non integris literis, sed characteribus eas significantibus notent. Iure igitur Damocratis libri medicamentorum metris descripti in pretio habiti sunt. Et, si omnia hunc in modum tradita forent, optimum nimirum esset. Quoniam verò non pauca probatorum medicaminum relicta sunt, ideo alijs quoque medicamentarijs libris indigemus, quibus variorum medicaminum compositiones non nulli conscripserunt. At verò medicamentum ex succis à Menecrate inuentum, trimetris hisce versibus Damocrates cum alijs quibusdam duobus similibus ei præpositis prodidit,

Diachylon Damocratis ex Menecrate.

CAP. 10.

Præfati igitur, quo tandem pacto vulnera a phlegmone secura rectè glutines: Posthac agemus quomodo, cum phlegmone Obsedit ipsa, curare queas commodè. Cum musculo læso, vel neruo quopiam, Vel & propinqua quando ossi membranula Puncta, diem post quartum continuus dolor, **C** Et phlegmonæ, febresq; cum symptomatis, Multa vigilia fit delirio, & siti, Ac siccitate linguæ, crescuntq; omnia Quotidie, & magis mala in peius ruunt. Et sæculenta sanies, tenuis, vulnera & Rubra: insuper habent omnia hæc quum corpora, Distensiones, phlegmonas, oedemata, Turgores, varijs tum abstinere cataplasmatibus, Quod mos iuuenibus est facere, quod phlegmonum Status effugientes non dent calumnijs Occasionem. At arti qui fidit suæ, Hunc deuenire cum languentibus in metus Oportet haud expectantem, dum vicerit Natura, vel fortuna quædam iuuerit, Ergo pares, quibus consului affectibus, **D** Quod & podagricis medicamentum conuenit, Agris in omni tempore impositum manens. Promptam agilitatem nam intermissionibus Id gignit corpori, citò nec permiserit Callis, nec facile crebris angustibus. Morbos initio prohibet increfcere, Cogit autem vigentes mox decrefcere, Nisi ad alia descendas facile medicamina. Hunc pharmaci in modum fit compositio. Lithargyri læuissimi chrysitidis Libras duas miscens, quatuor axungia Valdè vetusta, & annosa, atq; crassissima, Et non olentis, non nigra, non aspera: Sic nanq; sumet pharmacum efficaciam. Liquatæ diligenter olla axungia, Membranulas salemq; mox sustollito, Quinta Classis.

† Ex antiquis ita legendū. libram autē vnā ac vnc. iiii. olei annosi crassissimi, & non olentis, non nigri, non asperi.

IIII iij Invas

In vas aliud ipsam percolans amplius,
 Adiectoq; oleo, rursus cura, ferueat.
 Non omne pones oleum, sed partes duas:
 Tertia manebit in expedito condita,
 Si sit necessum iungere, ne absit longius.
 Vteris omnino per hyemem, cum inditum
 Medicamini crassum oleum longo tempore
 Euaserit, lithargyrum & feruentibus.
 Inspergito, leui igne & assiduo coquas,
 Spatha mouens, praestiterit quam esse pineam.
 Cum ceperit mediocri coctum tempore
 Medicamen hoc emplastri spissitudinem,
 Nec non foetorem simili pacto pharmaci,
 Confestim ab igne caccabum deponito,
 Faciens per aestatem pauxillo durius,
 Sed hyeme mollius, non inquinans tamen.
 Moueto, adusque quo modice ita refrixerit:
 Sic deinde rursus manibus durioribus
 Totum subactum ex olla transferri iube.
 Cum poscet usus, iterum valide molles,
 Molliq; diligenter pelliculae illinens
 Permagna superaccommodabis splenia.
 Emplastrum vero hoc, si quando efficacius
 Desideres ad neruos crassos, musculos,
 Durasq; manimas, atq; articulos insuper
 Tumentes fieri, pondo radicum indito
 Agrestis maluae purarum ac recentium,
 Sectarum in partes digiti crassitudine
 Ac longitudine, in olla feruentibus
 At cum madorem totum, & vires pharmacum
 Ex igne deposuerit, colo traſſe
 Maluae radículas: laeuem & lithargyron
 Insuperum coque tum, vt praedixi, & reponito
 Simili modo rursus, eodemq; ipso vitior.
 Ambas eodem tenere id virtutes ait
 Primus Menecrates inuentor pharmaco,
 Vir qui fuit habitu medicam erga artem optimo.
 Etenim recentia seruat citra phlegmonem
 Vulnere, eadem nec non diuisa glutino
 Iungere, quae sunt & phlegmone obfessa vlcera
 Nimis, medicari & vulneratos musculos
 Suasit, sine quopiam alio, quae succurrere
 Possunt cataplasmatibus, fomentibus, spongijs,
 Ad omnia, quae facere confit maui prius
 Medicamen ex lithargyro, & axungia
 Facit. Optimum vero pessum diutinis
 Recentibusq; vteri inflammationibus.
 Implere caua dilutum rosaceo
 Vel myrteo bono, & cicatricem addere.
 Summatim omne cataplasma, nec non pharmacum,
 Extrinsecus quod ipsis superinjicitur,
 Superfluum esse dicit isto vrentibus:
 Profecto dignum scriptione est pharmacum,
 Cuius fides iam vel recepta est inuidis.
 Hunc in modum ipsum preparari dicitat,
 Septem olei libras aestiuis temporibus
 Indes, (alias eius dimidium repperi.)
 Pinguis, recentis pariter atq; axungiae.
 Sed hyeme, sicut tradit, inieceris nouem,
 At sex laeuissimi modo lithargyri,
 Foenigræci addit dimidium, sextarij,

Et feminis

* Al. wexobap
mivou. i. munda-
ti.

A Et feminis tantundem combusti lini,
 Maluaeq; agrestis pondo statuebat tria
 Radicis, etiamnum cui succus sit recens.
 Quaternis bis coquere ex aqua sextarijs,
 Ollae orificio amplo recenti fictili.
 Maluae radix purgata, concisa itidem
 Et tenuis & contusa, vt fuerit indita,
 Mox addito foenigræci elutum probe
 Liniq; semen. At cum succum emiserint
 Coctura, spissitudinemq; acceperint,
 Habeto succum, expresseris quem linteo.
 Trutina at quaternas quando expenderis libras
 Olei, commiscens, totum coque carbonibus.
 Cum vero tenues bullulae ex maioribus
 Crebrae, contentis caccabo prodiuerint,
B Lithargyrum laeuem protinus aspergito,
 Igniq; non acri, sed assiduo coque,
 Fricus sit dum vsq; succus cum pinguedine.
 Erit ipsum medicamentum emplastrum melinum,
 Boni coloris, non inficiens, nec nimis
 Durum. Vetus hoc qui inuenit pharmacis,
 Vocabat ipsum iure e succis pharmacum.

Aliud,

Et hoc eodem prodit genere pharmacum,
 Alijs licet misturis ipsum praeparant.
 Affectus ad quos rettuli, prorsus facit,
 Summatim omnibus, & crudis, & quae concoqui
 Facile mutari nequeuntq; ingentia
 Et musculorum & membranarum vulnera
 Perfanat, ipsorum nam facile subuenit
C Punctibus, arthriticis iniectum item omnibus,
 Infestatos iam mitigabit diutino
 Dolore. Picis assumit quam siccissimae
 Libras duas, ceraeque totidem ponticae
 Purae, terebinthinae & liquidae libras duas,
 Mannaeq; thuris veri vnam pondo libram,
 At selibram, vel hac pauxillulo minus,
 Albi recentis butyri pinguisissimi.
 Reliqua diu liquentur, & quidem igne acri,
 Assidue cernens, amplius ne pharmacum
 Colore inficiat digitis contritum tuis.
 Quibus peractis sublata ab igne ollula
 Mannam liquatis inde sic aspergito,
 Mouens medicamentum diu rudicula.
 Sic frigeratum, & mollitum reponito.
D Huic copiosumq; & recens rosaceum
 Contemperans, caua atq; ad carnis indiga
 Adeo vlcera vtere, tendonumq; phlegmonas,
 Tum quae non facile in pus mutantur candidum.

De acopis, hoc est lassitudinem tollentibus.

C. A. P. 11.

Q Vid Acopa medicamenta promittant, etiam nomen ipsorum ostendit. At *κρόνος*, id est lassitudines Graeci homines vocant affectus ex multo vehementi ve motu corporibus vel totis, vel particulis, quae amplius laborarunt, oborientes. Porro molestae sunt dispositiones haec, potissimum ijs qui agitantur, mouenturq; vehementiores autem, iam & conquiescentibus negocium facessunt. Caeterum postea medicis in vsu fuit, & si non ad lassitudines medicamen ab ipsis sit compositum, sed vel ad dolorem diuturnum in alto corporis latentem, vel motum difficile, vel sensum difficilem, vel particulae duritiam, vel tensionem; vel tumorem scirrhosum, appellare similiter acopa & id genus omnia, modo humidam consistentiam Acopis similem habeant: quae liquidis ceratis, cuiusmodi & in luxatis, fracturisq; vtimur, est propinqua. Quippe talis consistentiae humidissimum est, quod a iunioribus medicis Cerelæon appellatur: deinde illius Acopi: post hos liquidorum ceratum, crassiore substantia praeditum: mox ceratum tenerorum & mollium, vt vocant:

vocant: postremo amolynta hoc est non inquinantia, similia his q̄ propriè Epithemata dicuntur. **B** His succedit emplastrorum consistentia, quæ & ipsa in maioris minorisq̄ ratione haud mediocrè obtinent differentiam. Quare nō nulli medicorum quedam nomine à sola consistentiā ita desumpto, Ceratoma lagnata nuncuparunt: medicamenta inq̄ inter ea, quæ corpori imponuntur, non èt quidem humida, duritiem verò tantam nec dum cōsecuta, quantā emplastra possidēt. Cum igitur oēs citata differentia nō medicamentorum virium, sed consistentiæ formæ sint indices, Acoporū appellatio quondam sanè medicaminum facultatem, postea consistentiā significavit: huiusq̄ rei causa cum distinctionibus ea nominare coacti sunt, hoc quidem: Acopō relaxans, illud emollitēs, vel calefaciens, vel à dolore tollēdo anodynum, vel metasyneriticum appellātes: sicut èt adhuc quendam affectum conferre, verbi gratia paralytin, coxarum laterumq̄ dolorem: vel cōmuniter ad vniuersos dolores. Natium igitur est medicamen simplex omnium lassitudinum p̄sidium, oleum videlicet, quod & citra adiectionem nominatur, qm̄ vetustis temporibus solū quoq̄ erat: posteri cicinum apud nos ei apposerunt. In Ægypto, n. & hoc vetustum erat: & rursus post cicinum raphaninum, sinapinum, & sesaminum, aliāq̄ eius generis, quemadmodum etiam apud nos crinum, id est ex lilio, mastichinum, & lentiscinum: quæq̄ his magis varia sunt, vel vsq̄ ad vnguenta. Itaq̄ neminem latere arbitror medicamenta Acopa apud veteres dicta, omnia liquidè cō **F** sistentiæ esse necessario: quippe oleum solum lassitudines externis partibus ingruentes curat: in alto affligentes vehementioresq̄, cum iniecto aliquo laxante pharmaco mediocriter calefaciente, veluti chalbano, resina terebinthina: ad hanc colophoniam quadam nominata & fricta. Quibus calidiores sunt abietina & strobilina: terebinthina vero larix paulo calore præcellit. Cæterū id genus omnia relaxantibus oleis miscentur, quale est sabinum, iniecta interdum & cera. Iam vero acopon vnguent est in ijs, qui iam èt in corpore alto dolent, & medicamen ex semine abietis, chamæmeli, anethi, & floris populi nigræ, quorum mox dicemus confecturam: præterea fusinum, & gleucinum, & comagenū ex acoporū vnguīnū grege, est, & q̄ ex pinguedine & adipe componitur, suillo quidē moderatissimè relaxanti, gallinaceo autē his vehementius, & hoc adhuc magis anserino. At adeps leoninus, & pardi validior est, vt iam vehementer calefaciat, eoq̄ insigniter distat. In medio horū consistunt bubulus, caprinus, vulpis, & hyenæ. Hæc sanè vniuersa in genere sunt eorum, q̄ propriè Acopa dicuntur, hoc inuicem discrimine variantia, q̄ alia magis, alia minus calefaciant. Quapropter non nulla genere toto acoporū vnguīnū excidisse videbuntur, si in mollibus ea corporibus examines: et si durioribus, cuiusmodi agrestium sunt, vtilissima appareant: nam subinde etiam diximus dura corpora valentiora pharmaca sustinere, mollia verò & humida, veluti puerorum, mulierum, & eunuchorū, eiusmodi medicaminum potentia ferendo non esse. Insuper cuius notum est, & quæ vocantur Myracopa, ex acoporū cū vnguentis temperatura fieri nihilo cæteris præstantiora, nisi odoris suavitate. Quemadmodū igitur à vetustioribus longo vsu explorata scribere consueui, ita nunc quoq̄ faciā ab Asclepiadis scriptis sumpto exordio.

Quæ Asclepiades in quarto exteriorum Acopa & myracopa conscripserit. CAP. 12.

A Copon ad lassitudinū molestias, benefacit nervis cōdolentibus, hoc Themiso vtebatur: medicamē est vehemēter bonum. Sāpfuchi sextarium vnū, rorismarini sextarium vnū, fœnigraci sextariū vnum, cardamomi sextarij dimidiū, brathyos sextarij dimidiū, vini dulcis sextarios. iij. olei venefrani trepōdo, ceræ pōdo. ij. Arida in vino triduum macerari finito, quarto die oleū adijcere oportebit, atq̄ vbi sedulo agitaeris, ac super prunā posueris, mouēdo coquere. Quā contineat efferbuerit, liquorē exprimere, cerā derafam huic adijcere, & rursus supra ignē coquere. Vbi cera liquata fuerit, ab igne tolles, sinesq̄ refrigerari. Postea vitreo vase vel stæneo repones, ac vteris nūc solo, nūc vno vnguentorū admisto. **C. Aliud.** Sāpfuchi sextariū vnū, rorismarini sextarium vnū, fœnigraci sextariū vnū, lauri surculorū pōdo. vi. iūci floris pōdo. 3. iij. vini veteris sextarios. iij. olei dulcis sextarios. iij. radices cucumeris agrestis, nardi celticæ singul. lib. s. 3. ceræ libras H iij. Preparato, ac vitor, sicut prædictū est. **C. Aliud medicamē confectū.** Benefacit solutis, ac tremulis, itē valet ad omnē neruorū ex cōsensu dolorē, vsus est Menius Rufus. Succurrit podagricis, arthriticis, ischiadicisq̄, vt toto liberet affectu. Vfus eius est in interuallis: at in accessionibus diluto medicamine vtimur. Sāpfuchi sextarios. ij. fœnigraci sextariū vnū, rorismarini sextariū vnū. s. meliloti sextariū vnū, illyricæ pōdo vnū, cyperi pōdo vnum, brathyos pōdo vnum, cachyos pōdo vnū, cardamomi selibrā, iunci floris selibrā, calisē selibrā, abrotoni selibrā, myrti fructus selibrā, lauri fructus selibrā. Omnibus cōtulis, ac in vas duplex vnguētariū cōiectis, vini tmolitis sextarios. viij. affundito: triduo madeseri finito: deinde olei sabini pōdo. xvi. irini pōdo vnum, lentiscini pōdo vnū, syriaci pōdo vnū, gleucini pōdo vnū, myrtei pōdo vnum, laurini pōdo vnum immittito. Igni superposita incoquito, deinde liquorē ex coctis expressum in vas aliud trāsfundito: rursusq̄ sine decoctis incoquito, ceræ selibra adiecta, resinæ laricis lib. i. myrrhæ stactæ lib. vna. His liquatis vitor, sicut prædictū est. **C. Aliud.** Sāpfuchi pōdo. ij. fœnigraci sextarios. ij. rorismarini sextarios. ij. brathyos pōdo. ij. sextarios. ij. meliloti pōdo. ij. cyperi pōdo vnū, iris macedonica pōdo vnū, cachyos pōdo vnū, cardamomi pōdo vnū, calami aromatici selibrā, iūci floris selibrā, calisē selibrā, costi, eleliphaci, singulorū selibrā, baccarū lauri selibrā, cucumeris agrestis radices selibrā,

A cis selibrā, myrti surculorum selibrā, vini tmolitis odorati sextarios. viij. olei sabini pōdo viginti quatuor, irini pōdo vnum, cyprini pōdo vnum, lentiscini pōdo vnum, gleucini pōdo vnum, myrtei pōdo vnum, ammoniaci pōdo vnum, hedychroi pōdo vnum, malabathrini pōdo vnum, myrrhæ stactæ pōdo vnum, opobalsami pōdo vnum, ceræ pōdo. xv. Arida imbuuntur ac madesiunt, quemadmodum præcepimus, triduo, & his oleum, & pleraque vnguenta adijciuntur: malabathrinum, amaracinum, hedychroon, stactæ, & opobalsamum postrema referuantur, vt in medicamento cōfectione cera iam liquefacta hæc indantur. Quomodo autem præparandum sit medicamentum, et quis eius vsus, iam ostēdimus. **C. Acopon, quod ex melle inscribitur.** Valet ad lassitudinum molestias, neruorum cōtractiones: benefacit opisthotonicis, & canina cōuulsione affectis. Dicitur Tetramyron. i. ex quatuor vnguētis cōfectum. Mellis vnc. iij. irini vnc. iij. rosacei. 3. iij. cyprini. 3. iij. gleucini. 3. iij. ceræ. 3. iij. terebinthina. 3. iij. Mel seorsum coquitur, quæ liquari possunt, liquefiunt, & in mortarium coniecta omnia simul contunduntur, læuiganturq̄, & excepta vsui sunt. **C. Aliud.** Cyprini, irini, rosacei, gleucini, singulorū heminas sex, ceræ denariorum pōdo. xxiiii. terebinthina denariorum pōdo. viii. mellis denariorum pōdo. vi. preparato, ac vitor, sicut prædictum est. **C. Aliud, vocatur Lexopyreton, id est febrē finitēs.** Rosacei, irini, gleucini, cyprini, singulorū heminas quatuor, ceræ denariorum pōdo. xij. terebinthina denariorum pōdo quatuordecim, myrrhæ stactæ denariorum pōdo. iiii. mellis costi denariorum pōdo sexdecim, conficito, vt docuim us. **C. Aliud ex collectaneis Aphrodisei.** Rosacei, irini, cyprini, singulorum heminas quatuor, ceræ denariorum pōdo duodecim, gleucini heminas quatuor, adipis anserini denariorū pōdo duodecim, terebinthina denariorum pōdo quatuor, stactæ denariorū pōdo quatuor, opobalsami denariorum pōdo duorū, mellis costi denariorum pōdo. viii. conficitur superiorum modo. **C. Aliud acopon Dysodes. i. feridum dictum, ad idem.** Ceræ denariorum pōdo. viii. terebinthina denariorum pōdo. viii. chalbani denariorum pōdo sex, guttæ ammoniaci denariorum pōdo sex, olei veteris heminas duas, medullæ ceruinæ denariorum pōdo viii. Preparato ad modū prædictū, & vitor mero & diluto. **C. Aliud ad omnē neruorū ex cōsensu dolorē.** Resinæ terebinthina denariorum pōdo quinquaginta sex, ceræ denariorum pōdo. xxviiij. guttæ ammoniaci denariorum pōdo triginta duorum, chalbani denariorum pōdo. xxxii. medullæ ceruinæ denariorum pōdo viginti quatuor, mellis costi denariorum pōdo viginti quatuor, olei veteris heminas duas, ammoniacum aceto soluitur. **C. Aliud.** Ceræ denariorū pōdo. xxiiii. terebinthina denariorum pōdo. xxiiij. chalbani denariorum pōdo sex, guttæ ammoniaci denariorum pōdo sex, olei veteris heminas duas, medullæ ceruinæ denariorum pōdo. viii. styracis denariorum pōdo. xvi. preparato similiter. **C. Aliud.** Ceræ denariorum pōdo viginti quatuor, terebinthina denariorum pōdo. xvi. chalbani denariorum pōdo. vi. styracis denariorum pōdo. viii. olei veteris heminas duas, mellis heminam vnam. s. medullæ ceruinæ denariorum pōdo. viii. salis floris, quantum satis est, ammoniacum aceto soluitur. **C. Aliud.** Benefacit ischia dicis, & opisthotonicis, sanat omnem neruorum ex cōsensu dolorē. Ceræ pōdo. 3. vi. terebinthina pōdo libram vnam, guttæ ammoniaci pōdo vnc. vnam, opopanacis pōdo vncias duas, chalbani pōdo vncias duas, medullæ ceruinæ pōdo vncias duas, medullæ taurinæ pōdo. 3. ii. cæsypii pōdo vncias. ii. olei irini heminam, mellis pōdo vncias tres, conficito ratione prædicta. **C. Aliud ad vehementes lassitudinum affectus, & neruorum contractiones.** Ceræ denariorum pōdo quinquaginta, terebinthina denariorum pōdo. xxv. aphronitri denariorum pōdo. vi. cæsypii denariorum pōdo. vi. mellis costi denariorum pōdo. vi. guttæ ammoniaci denariorum pōdo. vi. medullæ ceruinæ denariorum pōdo. vi. chalbani denariorum pōdo. vi. seui taurini denariorū pōdo. vi. baccarum siccarum lauri denariorum pōdo. vi. olei heminam, vini marinæ expertis heminam, præparatur sicuti priora. **C. Aliud Ascuntianum inscriptum.** Ceræ pōdo. 3. ij. chalbani **D** pōdo vncias tres, nitri pōdo vncias tres, terebinthina liquidè pōdo vncias tres, cæsypii pōdo vnc. ii. seui taurini pōdo. 3. ii. olei cyprini pōdo vncias quatuor, olei melini pōdo vncias. iiii. irini pōdo vncias quatuor, mellis pōdo vncias quatuor, olei communis pōdo vncias tres, olei veteris pōdo vncias quatuor, guttæ ammoniaci pōdo vnciam vnam, thuris pōdo vnciam. i. præparatur vt alia. **C. Aliud.** Olei veteris sextarium vnum. s. terebinthina pōdo libram vnam, guttæ ammoniaci pōdo vncias duas, ceræ pōdo selibrā, chalbani pōdo vncias tres, cæsypii pōdo vncias duas, thuris pōdo vnciam vnam, æruginis pōdo. vncias duas, mellis † heminas duas, medullæ ceruinæ pōdo vncias tres, seui anserini pōdo vncias duas, vini heminas duas, aphronitri pōdo vncias duas: conficitur instar superiorū. **C. Aliud chloracopon. i. acopon viride.** Succurrit opisthotonicis, ischiadicis, solutis, & tremulis. Myrrhæ denariorum pōdo. iiii. guttæ ammoniaci denariorum pōdo. iij. thuris denariorum pōdo. iij. nitri denariorum pōdo. iij. æruginis denariorum pōdo quatuor, opopanacis vncias decem, chalbani pōdo vncias quatuor, terebinthina pōdo libras duas, ceræ pōdo libras duas, malabathrini vnguenti sextarij dimidium, cyprini sextarij dimidium, aceti, quantum sufficit. Ammoniacum, myrrham, nitrum dissoluito: iam solutis opopanacem, chalbanum adiungito. His læuigatis liquata superfundito, miscetoq̄: exceptis vitor. **C. Aliud.** Myrrhæ denarium pōdo quatuor, terebinthina pōdo libras duas, ceræ denariorum

*Al. Aphrodz.

*Al. xxviiij.

*Al. iij.

*Al. vi.

*Al. vi.

*Al. i.
†Al. vnc. iij.

nariorum pondo duorum, guttæ ammoniaci, thuris, nitri, æruginis, singulorum denariorum pōdo quatuor, vnguenti melini sextarii dimidium, cyprini pondo vncias tres, irini pōdo vncias.iiij. olei veteris sextarios tres, opopanacis pondo vncias tres, chalbanī pondo vncias quatuor, aceti quod sufficit, preparatur, vt dictum est. **C** Aliud ad diurnos affectus valde generosum. Cere pondo minam vnam, olei veteris sextarios quatuor, terebinthinæ pondo libram vnam, myrrhæ pondo vncias quatuor, thuris pondo vncias quatuor, opopanacis pōdo vncias quatuor, cucumeris agrestis radices, æruginis, nitri, singulorum pondo vncias quatuor, piperis albi pōdo vncias duas, chalbanī pondo vncias quatuor, medullæ ceruinæ pondo vncias quatuor, vnguenti cyprini pondo vncias quatuor, irini vnguenti pondo vncias quatuor, vnguenti melini pondo vncias quatuor, rutæ viridis furculorum pondo vncias tres, aceti quod satis est. Cucumeris agrestis radices, & rutam cum aceto incoquito, deinde liquorem expressum aridis iniicit, laeuigata accurate liquatis excipito, ac interdum pharmaco syncero, interdum diluto vitior. Hoc aut pro ratione subiectorū affectuum fiet. **C** Aliud Bassi pharmacum confectum, hoc ipso vsus, cum neruorum resolutione prius tentatur, seruat est. Olei myrtei pondo vncias quatuor, cyprini pōdo vncias quatuor, olei veteris pondo libram. s. atramenti sutorij pondo libram. s. ceræ pondo libram, terebinthinæ pondo libram. s. chalbanī pondo vncias tres, mannæ pōdo vncias quatuor, opopanacis pondo vncias duas, bryoniæ radices pondo vncias quatuor, æruginis pondo vncias quatuor, aphronitri pondo vncias.iiij. piperis pondo vncias duas, pyrethri pondo vncias quatuor, adipis hœdini pondo vncias sex, euphorbij pondo vncias quatuor, aceti quantum satis est. Bryoniam, pyrethrum cum aceto incoquito: deinde liquorem expressum, aridisq; probè laeuigatis adiectū, liquatis excipito: vsus ostensus est. **C** Aliud ex castorio, solutis, & omni diurno malo auxiliatur. Oesypī pondo vncias tres, medullæ ceruinæ pondo vncias quatuor, terebinthinæ pondo vncias tres, guttæ ammoniaci pondo vncias duas, chalbanī pondo vncias duas, castorij pondo vncias duas, piperis albi pondo vncias duas, euphorbij pondo vncias duas, adarces pondo vncias duas, nitri spumæ pondo vncias duas, opopanacis pondo vncias duas, olei styracini pondo vnciam vnam, olei irini pondo vncias duas, olei veteris heminam vnam, ceræ pondo libram. s. componitur aliorum modo. **C** Aliud, cuius vsu Bassus longo tempore paralyti infestatus, etiam ab hoc morbo conualuit. Olei myrtei, melini, cyprini, singulorum vncias quatuor, olei veteris selibram, ceræ pondo vnum, terebinthinæ selibram, chalbanī vncias quinq; thuris vncias duas, opopanacis vncias duas, æruginis vncias duas, bryoniæ radices vncias quatuor, aphronitri vncias quatuor, piperis vncias duas, pyrethri vnc. duas, adipis hœdi vncias sex, euphorbij vnciam vnam, aceti, quātum satis est. Compositio huiusmodi medicaminum communis est. **C** Alia collimitio podagricorum, ac articulari morbo laborantium ex sale confecta, toto affectu liberat: vsus eius est quotidie. Salis inquinati, hoc est ipsius terræ pōdo, aluminis fissi pondo, fœcis vini Italici sextarium, lapidis alii floris vncias quatuor. Arida studiose conterito, & fœce addita accurate laeuigato: quibus olei veteris sextarium affundito, rursusq; condito, ac excepto vitior. In alijs scripturis melle attico excipitur. **C** Aliud, Salis inquinati pondo vncias tres, aluminis fissi pondo vncias tres, lapidis alii floris pondo vncias tres, thuris pondo semunciam f, myrrhæ pondo semunciam f, facis vini Italici sextarii dimidium, preparato vti prædiximus. **C** Alia collimitio Patrolo Cesaris libero composita, leuat toto affectu. Vtendum est quotidie & manè ante balneū, & post ipsum, ad hęc vesperi. Sumetes ex pharmaco, quod satis est, solutesq; oportet pedes inungere, & citra cōtusionem in fricare. Thuris denariorum pōdo decem, piperis albi denariorum pondo decem, aphronitri denariorum pondo. viij. myrrhæ denariorum pōdo quatuor, guttæ ammoniaci denariorum pondo sex, aceti quantum sufficit, olei cyprini heminam vnam. s. Sicca contunduntur, cribroq; tenuissimo incernuntur: reliqua aceto dissoluntur, laeuiganturq; deinde omnia simul miscentur, & tritis cyprinum inditur, exceptis autem vitior. **C** Aliud, Thuris denariorum pondo. viij. myrrhæ denariorum pondo. viij. guttæ ammoniaci denariorum pondo. viij. aluminis scissilis, piperis albi, singulorum denariorū pōdo. viij. nitri denariorū pondo. viij. aceti quod satis est, olei cyprini heminas duas, ceræ pondo selibram. Que liquari possunt, liquefiunt, & tritis adiciuntur. **C** Aliud Neapolitæ medicamentum, ischiadicis, arthriticis & podagricis confectum, toto affectu liberat. Thuris, piperis albi, guttæ ammoniaci, myrrhæ, lapidis alii floris, aluminis fissi, nitri, centaury succi, singulorum pōdo vncias duas, fœcis vini Italici sextarium vnum, olei cyprini, laurini, myrtei, styracini, ceræ, singulorum pondo libram vnam, terebinthinæ pōdo selibram, chalbanī pōdo vnciam, opopanacis pōdo semunciam, liquata tritis miscetur. **C** Aliud Domitio Nigrino compositum, quod toto affectu liberat. Myrrhæ stactæ pondo vncias duas, thuris pondo vncias duas, guttæ ammoniaci pondo vnciam vnam, nitri rubri, vel salis inquinati pōdo vncias duas, aluminis fissi, lapidis alii floris, colocyntidis partis interioris, mandragoræ succi, mellis, euphorbij, singulorum pondo. ʒ. ij. vnguenti crocini, melini, styracini, malabathrini, laurini, gleucini, hedychoi, amaracini, adipis vituli marini, singulorum pondo vncias sex, huius penuria vtendum est medulla cerui vetustissima: ceræ pōdo libram, chalbanī pōdo vnciam, terebinthinæ pōdo selibram, opopanacis pōdo semunciam, fœcis vini Italici sextarium, preparato, quemadmodum supra dictum est. Hac confectura vtetur post Podarcem, cui titulus est Pōpei pretiosa, Sabernio Valentī compositam. **C** Medicamentum ex populo,

† A. v.

† A. v. vncias. ii

† A. v. vncias. ii

A ex populo, benefacit ischiadicis, arthriticis, solutis, tremulis, valet item ad vsus quotidianū. Populi nigræ furculorum pondo minam, cucumeris agrestis radices pondo libras quatuor, casia filulæ pondo libras duas, vnguenti crocini pondo libras duas, croci pondo vncias tres, vini odori sextarios. xij. olei fabini sextarios decem, sampfuchi pondo libras quatuor, ceræ pondo libras quatuor. Surculos populi diligenter contusos in vase duplici vnguentario contineto, ac his sampfuchū cucumerisq; radices in crassiora frustra concisas adijcito, his vinum superfundito. Omnia diebus nouem macerari finito, sequenti die oleum adijciatur, & rursus accuratè tunfa igne non acri incoquito. Postea liquori expresso, ceram derafam & medullam læuem factam indito, igni imposta coquito. Vbi liquata fuerint, ab igne tollens, crocinum adiungito, mouetoq; cōtinuè. Crocinum verò læue factum, terrestris testudinis sanguine excipito, vt olei veteris crassitudinem habeat. Porro irregularatur testudo iuxta clauiculam arundine vtrinq; transfixa. Liquata croco iniecta rursus tundito, exceptisq; vitior, medicamentum toto affectu lauat. Multo autè præstantius euadit, si testudinis sanguinem copiosum recipiat. **C** Aliud, valet ad molestias ex perfrictione, & contusionibus. Populi nigræ furculorum pondo minam, cucumeris agrestis radices pondo minas quatuor, casie filulæ pondo libras duas, medullæ ceruinæ pondo libras duas, croci pondo libras tres, vini odorati sextarios duodecim, olei libras decem, sampfuchi pondo libras quatuor, ceræ libras quatuor, sanguinis terrestris testudinis quantumcunq; indideris, medicamentum nihil offendes, sed potius iuuabis: preparatur modo prædictorum. **C** Aliud Acopon diaphrynon, id est ex rubetis ranis, hoc vsus vir Xysticus, id est iaculator & Acopo & malagmate, à toto affectu conualuit. Confectio ita habet. Olei veteris fabini pondo libras tres, cucumeris agrestis radices pōdo libras tres, ceræ pōdo libras tres, apochymatis pondo libras tres, adipis suillæ veteris pondo libras tres, ranarum rubetarum magnarū numero trium, vel si hæ non sint, paruarum quinq; medullæ ceruinæ pondo vncias. iij. aphronitri pondo vncias tres, sulfuris viui pondo vncias tres, olei laurini pondo vncias tres, olei irini pondo vncias tres, vnguenti malabathrini pondo libram, sampfuchi pondo libram. Radices in crassiora frustra secas, ac in oleum simul cum sampfuchō coniectas, supra prunas incoquito. Vbi radices inaruerint, humorem exprimito, radices quidem & sampfuchum abijcito, ranas in sportulam textam imponens, huiusq; oras consuens, & oleo expresso committens, rursus vas coopertū igni supraponito, vbi iam satis magnum temporis spatium intercesserit, vt ranæ illiquatæ fuerint, sportula deposita humore expresso abijciatur. Reliquo oleo liquata indito, mouēs sine requie: postremo medullam & chalbanum adiungito: postq; soluta fuerint, ab igne tollito, ac modicè refrigerari permittens, arida tunfa, ac tenuissimo cribro secreta inspergito, mouens assidue: in mortarium demissis, iterūq; tunfis, malabathrini vnguenti pondo & semissem adiungito, & rursus tundito: excepta vase plumbeo, vndiq; obturato, vt nihil perspiciat, seruato. Vteris medicamento interim vt malagmate, facta morbi inclinatione, interim vt enchrismate. i. illinitione. Nam pharmaci, quod satis est, capientes, solutesq; vnguento, vt cerati humidi spissitudinem habeat, vitior. **C** Aliud Haliei confectum pharmacum, in quo versans Halieus, cū affectu adeo infestaretur, vt corpore distorto esset, vsurpabat, & toto malo liberatus est, data est confectio Valerio Paulino. Habet aut in hunc modum. Olei fabini libras. iij. populi nigræ furculorum libram, qui cū non ad sint, sampfuchō vti oportet, duas ipsius partes adijcientes. Habet aut & sampfuchi, cyprini, irini, mastiches, singulorū libram, myrrhæ stactæ selibrā, ceræ trientem, apochymatis libras. iij. adipis suillæ pinguis libras. iij. sulfuris viui. ʒ. iij. nitri spumæ. ʒ. iij. chalbanī lib. iij. medullæ ceruinæ. ʒ. iij. testudinū terrestrium. x. sanguis immittendus est medicamini preparato, & iam trito. Porro conficiendum est, vti diximus. In vsu, medicamenti libram. i. auferentes, opobalsami. ʒ. iij. vnguenti malabathrini. ʒ. i. condimenti gratia illi indere cōuenit. Hoc in quotidianos vsus ita pparatur. **C** Aliud id ipsum Haliei, à Valerio Paulino aliter confectum. Ceræ pondo libras. iij. cucumeris agrestis radices pondo libras. iij. apochymatis pondo libras. iij. adipis suillæ pinguis pondo libras. iij. olei fabini pondo tria, cyprini pondo, sulini pondo, crocini pōdo, stactæ pondo selibram, medullæ ceruinæ pondo & semissem, chalbanī pondo & semissem, rubetas quinq; sampfuchi, vel populi nigræ furculorum pondo tria, sulfuris ignem non experti pondo. ʒ. iij. aphronitri pōdo. ʒ. iij. testudinum plurium sanguinem. Cōficito, quemadmodum prædixi. **C** Aliud Flauij Clementis confectum pharmacum. Huius vsu nouimus homines toto corpore distortos à podagra chiragraq; adeo conualuisse, vt citra noxam obambulant. Olei fabini pondo. xij. cucumeris agrestis radices pondo. xij. ceræ pondo, terebinthinæ pōdo, medullæ ceruinæ pondo, chalbanī pondo, ranas numero sex. Oleum diuidimus, & seorsum in eo ranas, seorsum item radices incoquimus, deinde liquore percolato ad pharmaci confectioē vitior. Pharmacom aut acopi vsu pstat, Valerio Paulino scripture hūc in modum adijcente. Sampfuchi pondo vnum & semis, vnguenti crocini pondo, malabathrini pondo, opobalsami pondo. ʒ. iij. testudinū. x. sanguinem, medullæ ceruinæ pondo duo, chalbanī pondo duo, adipis suilli veteris pondo tria, apochymatis pondo, ceræ pondo tria, semis, sulfuris viui pōdo vnciam, aphronitri pōdo. ʒ. iij. rubetas tres, testudinū. xv. sanguinem, & loco crocini fyriaci pōdo, sampfuchi pondo semis ponitur: superiorum modo preparatur. **C** Aliud Pompeij Sabini, polyteles. i. pretiosum inscribitur, Aburnio Valenti pparatur fuit. Vtile est ischiadicis, arthriticis, podagricis, tremulis, & ad omnem neruorum

neruorum dispositionem. Compositio talis est. Sampsuchi pondo duo, scenigraci pondo duo, meliloti pondo, rorismarini pondo, brathyos pondo semis, cachryos pondo, cyperi pondo, abrotoni pondo, cardamomi pondo selibram, baccarum lauri pondo selibram, vini odorati sextarios. xxiiii. vnguenti irini pondo. xv. cyprini pondo. ij. syriaci pondo. ij. cerae pondo duo, terebinthinæ pondo, chalbanii pondo vncias duas, popanacis pondo vncias tres, guttæ ammoniaci purgatæ pondo vncias quatuor, piperis longi, nitri rubri, lapidis alii floris, colocynthidis partis interioris, aluminis fissilis, singulorum pondo. ʒ. iij. thuris pondo. ʒ. iij. centaurij pondo. ʒ. iij. mandragoræ succi, myrrhæ factæ, mellis cocti, singulorum pondo. ʒ. iij. rube. as ranas magnas numero. vi. testudinum terrestrium. x. sanguinem. Medicamentum variè componitur, aromatica siccaq; crassius contusa, valiq; duplici vnguentario iniecta, vino superfuso, triduum macerari permittimus: quarto die vino, guttum satis est, ablato guttam ammoniaci, thus, chalbanum, & opopanacè imbuimus, & reliquos succos, hæc dissoluta læuigamus. Quibus factis læuibus tunfa cribrataq; alumen, nitrum rubrum, colocynthidem, lapidis alii florem, piper, & reliqua arida immittimus, simulq; terimus: his myrrham, facten, & mel adijcimus. Sic iam præparatis, omnia liquida his, quæ in vino macerantur, affundito, igni superposita coquito, mouens continuè. Vbi bona vini pars cõsumpta fuerit, humorem exprimito: cui ranas imponens, sicut supradictum est, incoquas, & tunc liquida adijcias. Hæc liquata ab igne deponens, læuigatis indes, ac rursus tundes: exceptis vitior. **C. Aliud acopon metafyncriticum, auxiliatur ischiadicis, arthriticis, solutis, & tremulis. Vtebatur Iulus Secundus, diuturnos affectus demolitur, capite dolentes adiuuat.** Adarces pondo. ʒ. ij. myrrhæ factæ pondo. ʒ. ij. aphronitri pondo. ʒ. ij. euphorbij, opobalsami, singulorum pondo. ʒ. ij. styrcini vnguenti pondo. Arida tunduntur, cribranturq; his myrrha, facte, & opobalsamum adijciuntur, denuo tunfa styrcino excipiuntur. Ac interim per se, interim alteri mistum vsui est medicamen: coctionem quoque adiuuat. **C. Aliud Orphito compositum, cuius vsu thoracis affectu molesto, & iam inueterato liberatus est.** Adarces pondo. ʒ. ij. myrrhæ factæ pondo. ʒ. ij. aphronitri pondo. ʒ. ij. euphorbij pondo vncie dimidium, malabathri vnguenti pondo, foliati Romani dicti pondo selibram, cerae pondo. ʒ. ij. opobalsami pondo. ʒ. ij. Præparatur in modum prædictum. **C. Aliud Neapolitæ, quod Agrippæ compositum fuit.** Adarces ablatis arundinibus pondo. ʒ. iij. euphorbij pondo. ʒ. iij. aphronitri pondo. ʒ. iij. facte pondo. ʒ. iij. opobalsami pondo. ʒ. iij. vnguenti malabathri primi pondo, foliati pondo, ac selibram, hedychoi pondo selibram, crocini pondo selibram, nardi asianæ consecratoræ primæ pondo selibram, cerae pondo vnc. iij. conficito vt priora. **C. Aliud Myracopon, hoc est acopis & vnguentis constans, Regium ad inueteratos affectus, item coctionem adiuuat.** Calami aromatici, carpobalsami, amomi, cardamomi, iunci floris, casie rosam spiratis, meliloti, sampsuchi, brathyos, scenigraci, cyperi, nardi, piperis albi, singulorum pondo. ʒ. iij. myrrhæ troglodytica pondo selibram, euphorbij pondo selibram, vini salerni sextarios. xvi. vnguenti malabathri primæ consecrationis pondo. ij. nardi primæ compositionis pondo, foliati primi pondo, opobalsami pondo, crocini pondo, styrcini primi pondo, amygdalini pondo, comageni pondo, gleucini pondo, irini pondo, hedychoi pondo. ij. amaricini primi pondo. ij. Coquitur vnguenti modo. Nimis q̄ bonum medicamentum est. Celeri Primipilario compositum est. Benefacit ischiadicis, arthriticis, solutis, tremulis: valet ad conuulsa, ruptaq;. Item ad scirrhosos viscerum affectus: & concoctiones iuuat ventriculi orificio & dorso illitum. **C. Aliud compositum Aquilæ secundillæ.** Euphorbij, opobalsami, myrrhæ factæ, singulorum pondo. ʒ. ij. nitri spumæ pondo. ʒ. iij. cerae tantundem, vnguenti malabathri pondo, foliati pondo selibram, crocini pondo selibram, nardi vnguenti pondo selibram, hedychoi pondo selibræ, amaricini pondo selibræ. Cõficitur, quo dixi modo. Hæc quidẽ sufficiebant. Etenim Asclepiades cõfecturas ipsorum & vsus accuratè tradidit: Andromachus aut, vt solet, negligentius, neq; ad quid eorum singula valeant, indicans, sed nobis consijciendum relinquens. Nam ceu ad artis peritos scripturas semper conscripsit: verum qm̄ nõ nulla acopa inuicem sibi similia, in symmetrijs discrepant, ideo hæc quoq; apposui, q̄ lectores ex ijs, quæ Asclepiades docuit, de ijs simul ratiocinari queant, cuiusmodi acopa, quibus vitijs potissimum conducant. Dicemus autem & nos, vbi vniuersales quosdam sermones de ipsis retulerimus, vnde accuratiore via ac ratione ad eorumdem vsus, qui mentem dicendis adhibebunt, peruenient.

Quæ Andromachus Acopa scripsit.

CAP. 13.

A Copum viride Haliei. Cerae, terebinthinæ, olei veteris, singulorum pondo & s. aphronitri pondo. ʒ. iij. chalbanii pondo. ʒ. iij. æruginis rasæ pondo. ʒ. iij. opopanacis pondo. ʒ. vi. guttæ ammoniaci pondo. ʒ. iij. mannæ pondo. ʒ. iij. acetii pondo. ʒ. ij. melini pondo. ʒ. ij. cyprini pondo. ʒ. ij. irini pondo. ʒ. ij. seui caprini pondo vnciam. **C. Aliud acopum bonum.** Cerae pondo. xvi. aphronitri pondo. ʒ. viij. baccas lauri numero. viij. piperis albi denarij pondo vnus, crocomagmatis, guttum sufficit, medullæ ceruinæ denarium pondo duum, myrrhæ denarij pondo vnus, cerae denarij pondo vnus, vini rhodiaci denarium, acetii parum aridis adijcitur. **C. Aliud Bassi Stoici.** Cucumeris agrestis radicis pondo, castorij pondo. ʒ. ij. medullæ ceruinæ pondo. ʒ. vi. olei veteris pondo. ij. cerae pondo vnum, aphronitri pondo. ʒ. iij. baccarum lauri sextarios duos, rutæ viridis fasciculum manipulem, rorismarini tantundem, olei sabini veteris pondo decem.

Radices

A Radices & herba oleo incoquantur, deinde exprimuntur, postea liquata superfunduntur. **C. Aliud,** Opopanacis pondo vnciam, resinæ pondo vnciam, resinæ pityingæ pondo. ii. ceree pondo, guttæ ammoniaci pondo vnc. vi. cœsypii pondo. ʒ. ij. olei veteris sextarium vnum, semis, salis floris pondo vnc. ij. **C. Aliud,** Cerae pondo, medullæ ceruinæ pondo. ʒ. ij. vnguenti Babylonij pondo, hedychoi pondo, factæ pondo, malabathri pondo vnciam, nardi pondo vnciam, opobalsami pondo vnc. vi. In marina vel muria medullam liquato, liquabilia curata simul cõmittito: postremo opobalsamum. At si liquidum sit acopon, plus cerae indito. **C. Aliud acopon Quadrati.** Irini vnguenti vnciam, cyprini vnciam, laurini vnciam, olei veteris. ʒ. iij. terebinthinæ vnciam, medullæ ceruinæ vnciam, cerae vnciam, cœsypii vnciam, piperis vnciam, nitri denarium pondo. iij. sulfuris ignem non experti denarium pondo. iij. pyrethri denarium pondo. iij. mellis vnciam. Liquata sic miscentur. **C. Aliud acopon foetidum.** Terebinthinæ denarium pondo. lvi. ceree denarij pondo. xxviii. cœsypii, mellis, medullæ ceruinæ, guttæ ammoniaci, chalbanii, aphronitri, interdum opopanacis, baccarum lauri, singulorum denarium pondo. vi. olei veteris sextarium, vini heminas. ii. quidam castorij denarium pondo trium addunt. **C. Aliud ex sampsucho.** Cerae pondo, olei omphacini sextarios. iij. sampsuchi sextarium, scenigraci sextarium, vini veteris sextarios. iij. **B** maluæ fasciculum, herbae mercurialis, quam Græci linozostin vocant, fasciculū, cucumeris agrestis radices. **C. Aliud, vt Antimachus.** Sampsuchi noui, rorismarini, aspalathi, brathyos, id est herbae sabinae, scenigraci, singulorum sextarios duos, cerae pondo, vini veteris sextarios. iij. gleucini sextarios. iij. **C. Aliud à Philocle acceptum.** Olei decocti permultum, radicum cucumeris agrestis sextarios. iij. cerae minam, terebinthinæ minam, medullæ ceruinæ denarium pondo. xxv. adipis anserini denarium pondo. xxv. chalbanii denarium pondo. xij. sampsuchi sextarium, rorismarini sextarium. Hæc postrema cum vino odorato tum læuigantur, tum miscentur: fit autem & malagma cera copiosiore iniecta. **C. Aliud acopon confectum, vt Aphrodas.** Aphronitri denarium pondo trium, piperis grana quadraginta, & longi totidem, thuris denarium pondo. xvi. His tritis vini odori chij, vel rhodij heminam superfundito, mellis denarios. ix. deinde in patella liquato cerae tyrrhenicæ denarium pondo. xij. seui taurini denarium pondo. xij. **C. Aliud, quod erat Asphalartesi.** Crocomagmatis denarium pondo. iij. medullæ ceruinæ denarij pondo. xij. cœsypii denarij pondo. vi. adipis anserini vel suilli denarij pondo. xij. terebinthinæ denarium pondo. xij. irini denarios. xviii. cyprini, gleucini, singulorum denarios. xviii. Mel liquatur, deinde siccis admiscetur: ac vbi simul cum his quæ in mortario sunt, læuigaueris, in vsus condas. **C. Aliud acopon Barbaricum, ex euphorbio: ad ischiadicis, aliq; multa.** Opopanacis pondo vnciam, tyrrhenicæ pondo vnciam, terebinthinæ pondo vnc. ij. chalbanii pondo vnciam, guttæ ammoniaci pondo. ʒ. ij. euphorbij pondo. ʒ. ii. castorij pondo vnc. ij. piperis albi pondo. ʒ. ii. medullæ ceruinæ pondo. ʒ. iij. cœsypii pondo. ʒ. iij. limnestridis pondo vncie dimidium, styrcini, laurini, amaricini, singulorum vncias tres, olei veteris sextarios. ii. hedychoi. ʒ. vi. preparato vtitor. Valet ad desperatos neruorum affectus, item propriè ad ischiadicis. **C. Aliud acopon, quo Aruntius Aquila curatus est, benefacit coxendicis cum dolori, omniq; neruorum distensionis.** Opopanacis pondo vnc. ij. chalbanii pondo. ʒ. i. terebinthinæ pondo. ʒ. ij. piperis albi, castorij, vtriusq; pondo. ʒ. ij. cœsypii pondo. ʒ. iij. casie pondo vnc. iij. medullæ ceruinæ pondo vnc. iij. ceree pondo, styrcini pondo. ʒ. vi. irini pondo. ʒ. vi. laurini pondo. ʒ. vi. olei veteris pondo, euphorbij pondo vnc. ii. guttæ ammoniaci pondo. ʒ. ij. Euphorbium cum pauco melle misceto. **C. Aliud Glyri, vt Philoxenus grammaticus.** Cerae pondo libras duas, guttæ ammoniaci pondo libram, chalbanii pondo libram. s. styrcis pondo libram, bdellij pondo libram, myrrhæ pondo vnc. ij. thuris pondo. ʒ. ix. cœsypii attici pondo libram, propolis pondo libram, resinæ terebinthinæ pondo libram, olei veteris pondo. ii. cyprini, irini vnguenti, amygdalini, singulorum pondo. ij. syriaci pondo. iij. opopanacis pondo. præpara. **C. Aliud acopon Viride, vt Clemens Sertorius, quo vtitor.** Æruginis rasæ pondo. ʒ. vi. resinæ frictæ pondo vnc. iij. olei myrtei pondo, lentiscini pondo, olei veteris pondo, laurini pondo. ij. syriaci pondo, gleucini pondo. iij. adipis agnini vnc. iij. ceree poticæ libras. iij. chalbanii pondo libram, myrtei tenerorum foliorum, rutæ foliorum viridium, rorismarini viridis, lauri foliorum tenerorum, singulorum vnc. vi. herbe saluæ selibram. Viridia tunduntur, & oleis per noctem & diem macerantur, deinde cum liquabilibus incoquantur. Cum ab igne deposueris, ærugo inditur, percolata reponuntur. Facit ad omnem neruorum laborem. **C. Aliud acopon calefaciens, vt Castus, ad diuturnos affectus, & conuulsiones.** Pysselei sextarij, syriaci vnguenti tantundem, iris illyricæ parem modum, terebinthinæ pondo libram, axungia pondo libram, rasuræ naualis pondo vnciam. Incoquito, ruta viridi mouens. **C. Aliud acopon Orionis Pexoris bonum.** Cerae pondo libras. vi. propolis pondo libras. v. iris illyricæ pondo libras. iij. terebinthinæ pondo libras. iij. opopanacis pondo libras. iij. olei veteris pondo. iij. chalbanii pondo libras. ii. olei lentiscini pondo. iij. myrtei pondo. iij. guttæ ammoniaci pondo libram, medullæ ceruinæ pondo libras. iij. cœsypii pondo libras. vi. baccarum lauri pondo libram, styrcini pondo tria, amygdalini pondo tria, seui vitulini pondo libras. iij. & leonini pondo libram semis, opobalsami pondo libram semis. Præparato diligenter **C. Aliud Myracopon bonum.** Malabathri, hedychoi, nardi crocini, Babylonij, singulorum selibra, factæ, opobalsami, ceree, comageni, singulorum

† Al. pondo.

† Al. pondo vncias. vi.

† Al. vi.

* Al. i.

* Al. vi.

† Al. pondo. ij.

* Al. i.

* Al. pondo. i. s.

rum. 3. vi. aloes. 3. ij. mellis. 3. iiii. Conficito. *Aliud Myracopon, quo vror.* Ceræ candidæ pondō 3. ij. adipis anserini odoramentis conditi vnciam, seui taurini odoramentis conditi vnciam, adipis leonini odoramentis conditi. 3. ij. crocodili odoramentis conditi vnciam, medullæ ceruinæ vnciam, salis ammoniaci. 3. ij. piperis albi. 3. ij. thuris vnciam, cinnamomi. 3. iiii. aphronitri vnciam, iridis illyricæ sextarios. ij. nardi vnguenti sextarium, malabathri alexandrii sextarios. ij. factæ libras. ij. syriaci crocini libras. ij. mellis libras. iiii. opobalsami sextarium, comageni libras. ij. Parato, vt nouisti. *Aliud Myracopon.* Ceræ tyrrhenicæ. 3. vi. ammoniaci. 3. iiii. euphorbij libras. iiii. piperis albi. 3. iiii. limpistridis. 3. iiii. magmatis malabathri. 3. vi. opobalsami pōdo, malabathri pōdo, factæ vnc. vi. foliati vnc. vi. nardi pondō tria.

Gleucini. i. Mustei vnguenti confectioes.

CAP. 14.

Gleucini confectio iuxta Andromachum. Post prædicta acopa Andromachus Gleucini confectioem descripsit, non malè ipsam acopis vnguibus adiungēs: quippè ad dolorem lassitudinemq; tollendam longè est accommodatissimum. Traditur autem ab eo sic ad verbum. *Gleucini confectio, qua vror.* Myrrhæ pondō libras. ij. nardi Indicæ pondō libras. ii. costi pondō libras. iiii. styracis pondō libram, bdellij, sampsuchi, xylobalsami, lentisci, cardamomi, spathæ, iridis illyricæ, misyos, asari, singulorum pondō libras. ii. meliloti pondō libram, nardi gallicæ pondō libram, aspalathi, calami, singulorum pondō selibram, aristolochiæ longæ pondō libram. s. rorismarini seminis sextarios. ii. thuris pondō libras. iiii. casie pondō libras. ij. scenigraci sextarios. ii. sphagni pondō libras. ii. amomi pondō libras. ii. corticis thuris pondō libram, rosarum siccarum pondō libras. ij. brathyos pondō. 3. vi. foeniculi pondō libras. ij. balsami fructus pondō libras. ii. croci pondō vncias tres, baccarum lauri pondō libram, piperis albi pondō libram, opobalsami vascula tria, malabathri foliorum pondō libras. ij. nucleos pineos virides. ii. rutæ viridis pondō vnc. ij. salis ammoniaci denarium pondō. iiii. nitri denariū pondō. iiii. vini veteris sextarios. ij. musti boni fictilia. ij. s. olei veteris libras. v. Præparato diebus quadraginta. Hæc præfatus Andromachus non adhuc confectiois modum, sicut Crito, adiecit. Insuper quot libris Italicis fictile aut sextarijs aestimet, silentio præterijt. *Gleucini confectio Critonis in secundo de ornatu.* Crito ad libri causam, Gleucini confecturam his verbis tradidit. Gleucinum vim habet calefactoriam ac remittentem, vulgè & neruis præfidum est. Huius confectioes multæ sunt, quæ verò simplex dicitur, hunc in modum habet. Musti recentis vuae maronæ metretam in vas stanneum coniectam, supra prunas incoquito. Ac vbi ter quater ve efferbuerit, metretam in fictile demissam, soli exponi to: olei omphacini congios sex addito, lentisci minas sex, alij minæ dimidium, nardi, calami, aspalathi, singulorum tantundem, palmæ elatæ minam, cyperi minam, cardamomi octauam minæ partem, amomi tantundem, meliloti vncias. v. Sint autem omnia leuia, deinde diebus. viii. commouens, mustumq; repurgans, vtitor. *Gleucini confectio secundum Dioscoridem libro primo de materia, scripsit autem ille in hanc sententiam.* Gleucinum simplex componitur ex oleo omphacino, lentisco, calamo, nardo gallico, spatha, aspalatho, fertula campana, costo, & musto, vinatijs vasi, quod aromata vinum & oleum cōtinet, circumdatis. xxx. diebus, singulis bis mouetur: postea expressum vnguentum reponitur. Vis eius est calefacere, emollire, & remittere, benefacit rigoribus, neruorum vuluæq; affectibus, omni acopo efficacius est, vt quod emolliat. *Gleucini confectio vt Heras.* Quoniam Heras Gleucini confectioem luculentius ipsis iuxta finem operis medicamentarij edocuit, illius quoq; scripturam ad verbum ita subiuncturus sum. Olei gleucini compositio ad perfrictiones & neruorum vitia potissimum, iuuat opisthotonicos, id est quibus ceruix reflexa est in posteriorem partem, nec in anteriorem inclinari potest, oleo irriguo locis affectis iniecto. Olei venefrani pondō ducenta octo, vini falerni sextarios. xxx. musti aminei sextarios centum octo, helenij pondō. xij. spathæ pondō. v. aspalathi pondō. v. hedyfari pondō. ii. semis, artemisiæ maternæ pondō. ij. semis, cyperi pondō. ii. myrrhæ pondō tria, alij pondō, piperis albi pondō. ij. semis, splachni seu musci pondō. ii. semis, xylobalsami pondō. ii. semis, aristolochiæ longæ pondō vnum vnc. iiii. myrti siccæ foliorum 4 pondō. 3. i. rorismarini sicci. 3. v. foliorum lauri siccæ. 3. xij. 4 bdellij pondō. ij. semis, iridis illyricæ pōdo. ij. semis, styracis pondō vnum vnc. iiii. casie siccæ pōdo vnum. 3. iiii. ladani pondō vnum. 3. iiii. cardamomi pōdo vnum vnc. iiii. croci pōdo vnum vnc. iiii. semis, balsami fructus pondō. ii. semis, thuris pondō. v. crocomagmatis pondō. v. panacis pondō vnum, vnc. iiii. calami aromatici pōdo. v. asari pondō. ij. semis, casie nigrae pondō. ii. semis, amomi vuae pondō vnum. 3. iiii. iunci floris pondō. v. costi pondō quinque. 3. iij. nardi gallici pondō. v. fertulæ campanæ, quæ melilotos dicitur, pondō vnum. 3. iiii. sampsuchi pondō vnum. 3. iiii. rosarum siccarum pōdo vnum. 3. iiii. scenigraci libræ dimidium 4, opobalsami vascula. v. malabathri vnguenti pondō. Arida tunduntur, & rariore cribro incernuntur, vinoq; macerantur, bdellium, etli aridum non fuerit, & ipsum cōtunditur: sin pingue extiterit, vino ipsum in pila contundendo soluitur. Hæc in vas exiguum vnguentarium stanneumq; coniecta, sed ita vt nihil expiret opertum, diebus. xij. & toridem noctibus sinuntur: mustum verò cum his permaneat, vna pure expressa vt nihil roris contineat. Porro mustum in magnum ahenum condito, vt etiam feruori ipsius locus sit: omnia in vino macerata adijciuntur. Oleum vinumq; bis die spatha vnguentaria

* Al. vi.

* Al. Frontino.

* Al. ccl.

* Al. r.

* Al. vnum.

* Al. libras. ii. s.

A vnguentaria ad horam agitantur: spatha vero accurate detergatur, ne id quod acidum factum ei adhæret, medicamentum offendat, dum rursus immittitur. Præparetur autem vas operculo, & de super plusculis centonibus accurate circumdetur: vasi sublit restis. Cum iam dies quindecim præterierint, ammoniacum, & ipsum amomum inditur, crassius cōtusum. At triginta dies duplici vase supra prunas duas vel tres feruere vnguentum permittendum est, opobalsamo adiecto: vase aut depolito ac modice refrigerato vnguētum defundere, reliqua sportulis, vt sunt calida exprimere oportet: primum manibus, deinde prelo molientes aliquid vnguenti gratia, in ipsum malabathrū conijcere, si vnguentum in calente aqua fufum immittamus: item spatha permouere, vt misceantur. Postea diem vnum sinentes, vitreis vasis aut testaceis gummī illitis reponemus.

Que scripsit Heras

Acopa.

CAP. 15.

Acopon ad paralyticos, summam ad omnem dolorem. Rutæ viridis pondō, pulegij sicci pondō, cyperi pondō, nitri denarium pondō quin quaginta, scenigraci pondō, linozostis siccæ pondō, marrubij pondō, rosmarini pondō, aristolochiæ pondō, amygdalarū amararum desquamatarum modij dimidium, iris pondō duo, terebinthinæ pondō duo, baccarū lauri pōdo duo, cucumeris agrestis radicis pondō duo, guttæ ammoniaci pondō duo, brathyos libras duas, veratri albi libras sex, myrti viridis libras tres, lauri foliorū siccorū libras tres, ceræ pondō quatuor, bdellij pondō quatuor, vini heminas duas, albi vini congios duodecim, olei congios quatuor. Contusis crassius ijs, quæ tundi debent, aquam affundito: ac rursus tunsis vinum, oleumq; adiugito, & noctem sic esse finito. Sequenti die incoquito, dum hæc innatantia decocta fuerint, & oleum a coctis qualitatem acceperit. Hæc omnia fiunt pedetentim. Dein sublati, expressisq; recrementis, ceram, refinam, & bdellium adijcitur. *Aliud Viride acopon ad ischiadas, & neruorum resolutionem. Hoc vsus sum in Phōrte.* Resinæ terebinthinæ pondō, mænæ vncias quatuor, chalbanī vncias quatuor, aphronitri vncias quatuor, guttæ ammoniaci vncias quatuor, opopanacis vncias quatuor, seui caprini vncias sex, æruginis vncias quinque, cyprini heminam, irini heminam. s. melini vncias quatuor, syriaci vncias tres, piperis vncias tres, qdam vero vncias quatuor, olei veteris sesquifextarium, adarces vnciam, acetū, quod abude sufficiat. Æruginem, opopanacem, & aphronitrum cum aceto terito, reliqua liquefacta superfundito. *Aliud acopon ad coxendicum dolores diutinos, articulorum ligationem & paralytim, admodum est efficax.* Olei veteris & irini pondō sex, laurini pondō sex, pyracini pondō sex, ceræ pōdo sex, terebinthinæ vncias duas, piperis vncias duas, euphorbij vncias duas, guttæ ammoniaci vncias tres, castorij vncias duas, 3. opopanacis vncias duas, chalbanī vncias duas, medullæ ceruinæ vncias duas. Liquabilia vbi liquefeceris, siccis affundito, ac vnitis vtitor. *Aliud acopon ad coxarum dolores, & in vniuersum ad omnia.* Myrrhæ partem vnam, pyrethri partem ac dimidiam: læuigatis gleucinum affunditur, vt medicamentum strigenti spallitudinem accipiat. Vbi opportunitas accidit, rhodino admisto vtitor.

Damocratis acoporum compositiones.

CAP. 16.

Plurima medicina cum studiosi discutunt Acoporum de vsu myracoporumq; omnium, Hæc, quæ sient, dicam, & quo conferant modo, Quæ ue ratione facias quodq; pharmacum. Ergo & dolores neruorum hæc omnia leuant, Carnisq; totius & musculū, quibus Molesta lassitudo est, aut perfrictio, **D** Aut his dolores similes sine patentibus Causis oborientes: quin lassitudini Obnoxios, & frigori, haud faciles parant, Siqui vli prius ita prodeant ad munia Vitæ necessaria obeunda, corporis Et carne partes pabulo indigas suo Explent, perunctis assumpto à cibo locis: Qui conualescunt ægre, hos, & senes iuuant Ipsis per hyemem ad vesperam linentibus. Quæ porro acopa faciunt, alio vobis loco Exponam: & horum scripta subiungam ordine, In quem vel vsū quoq; veniant, mox tranfigam. Nunc referam, quo primum liceat facere modo. Nanc ammoniaci bis quinas quidem vncias, Siue vncias mauult quis, seu pondus aliud, Idemq; thuris, at quaternas chalbanī, Quinta Classis.

m m m m m

Cerui

Cerui medullæ tantundem: parem modum
 Simulatiticiq; deinde mittunt cœsypî,
 Terebinthinæ perlucidæ centum & bis duas,
 Mellis recentis optimi rursus decem,
 Æqualem tribuunt ponticæ ceræ modum,
 Adipis recentis anseris mollis decem,
 Vini falerni quinq; plures ue heminas,
 Aut pauciores paulo coniungunt quoq;
 Itidem olei veteris bis viginti boni.
 Id autem graueolens haudquaquam commiseris.
 Sic nanq; fiet, gratum vt sit hoc vtentibus.
 Paratur sic. mausculo in mortario
 Simulatque thus in grumulos confregeris
 Et ammoniacum, vinum affundens protinus,
 Atque hæc dimittens macerari mediocriter,
 Tere cochleari: in mellis spissitudinem
 Cogantur, addito mel vna atque cœsypum,
 Cerui medullam, quæ in pila couies:
 Ac deinde cera in ollula liquecito,
 Oleumq; totum iuncta & adipe & chalbano
 Terebinthinamq; colliquefacies, simul
 Superfundens coeuntibus in mortario,
 Sed spatula parua, vt refrigerant, permoue.
 Tum subigito tantisper hæc omnia manu,
 Vnita bene dum appareant, & humidî
 Mellis boniq; crassitudinem habuerint,
 In stanneum vas condito, vel buxeum.
 Hoc sedulo vsus optimo ceu pharmaco.
 Est commodissimum & mulieribus quoq;
 Quis est oborta phlegmone intus, vteri
 Duritiam abigit inde, simul & scirri metum,
 Vbi pessulo vsurpare pharmacum iubet
 Litum vtero, quod indere hoc solent modo.
 Benefacit hoc idem ad dolores aurium
 Expertium vlceris, sineq; fluxu graues.
 Sergetici autem mittis irini vnguini
 Aut portionem quartam, aut trinam pharmaco,
 Calidoq; lanam intinctam addis foramini.

Aliud.

Et viridacopon hoc efficax supra modum,
 Vnde & laborum exordijs facit magis
 Arthriticis, podagricis quoq; efficax.
 Hoc ante balneas medicament o litis
 Et pedibus & nervis incrassatis simul,
 Plures fuisse sanatos conspeximus.
 Habet boni thuris pondo libram vnicam,
 Ammoniaci guttæ pondo libras duas,
 Aphronitri quàm albissimi solum libram.
 Tantundem puriusculi atticî cœsypî,
 Myrrhaq; lectæ, & non lignosi chalbani,
 Opopanacisq; puri, singulùm omnium
 Octo vncias exacte perpendens libra,
 Quatuor euphorbij recentis vncias.
 His asperi pares dato limnesii,
 (Hoc nominant adarcen vnguentarij
 In Italia insitiores, qui ue coemunt.)
 Ceræ admodum bonæ duo pondo ponticæ,
 Terebinthinæ tot puræ, semissem insuper,
 Olei laurini, cypriniq; & gleucini,
 Sergetici, iriniq; singulam libram,
 Olei veteris, recentis quoq; lentiscini,

Cuiusq;

A Cuiusq; rursus horum immittes pondo duo.
 Aceti modicum, quo misturas simplices
 Siccas abunde contritas contemperes
 Liquidis vnguibus, & ceræ, terebinthing,
 Ac chalbano, liquori panacis, & alijs,
 Vbi calida atq; adhuc feruentia in pilam
 Conieceris, cochleari & manibus contere
 Valenter, vnita omnia sic reponito
 In pyxidem, qualem paulo prius.
 Audacter inueteratisq; omnibus vtrior.

Aliud.

Et hoc parabile passim acopon: item bonum
 Potissimum per hyemem, si est profectio
 Vsqum, malo opportunis facile subuenit.
 Quod puri recipit chalbani tres vncias,
B Sed vnam opopanacis recentis vnciam,
 Floris salis tres, & quaternas cœsypî,
 Ammoniaci guttæ bonæ pondo libras
 Octo, atq; ceræ vnam, pityinæ torridæ,
 Non foetidæ, quaternas bis pone vncias,
 Olei fabini bis quaternas & libras,
 Plus hyeme ceu libram oportebit indere
 Vini falerni nigri denis vncijs.
 Sic præparato. Ammoniacum in mortario
 Contundito: atq; deinde vinum affundito,
 Paulisper macera: curiose conterens,
 Florem salis, tunc etiam adijcias cœsypum,
 Terens tum, ac faciens mellis spissitudinem.
 Liquat is colliquandis, inde chalbanum,
 Tum opopanacem adiunctum, rursus liquefacito.
C Leuigatisq; prius in pila, vnitis probe
 Superq; fundito, & manibus miscens ita
 Pharmacum adhuc feruens vitreo vase condito.

Aliud Myracopon.

Et hoc myracopon optimorum inest gregi.
 Nam suauitatis plenum est: iuuat insigniter
 Quos nominaui paulo affectus antea.
 Stactæ bonæ receptat ternas vncias,
 Opobalsami tres, & mellis tres atticî,
 Ceræq; puræ ponticæ tres, vnguini
 Crocini syriaci quoq; quaternas vncias,
 Ammoniaci quàm albissimi, & leuis salis
 Sextantem, candidæ & puræ terebinthinæ
 Vnam vnciam, atq; partem ipsius vnicam,
 * Et cinnamomi nec non, malabathri quoq;
D Libram adde, & partem libræ tertiam insuper.
 Sin absit autem malabathrum forsitan tibi,
 Adiunge nardi tantundem gangitidis.
 Istud bonis mediocriter vnguentum additur:
 Abunde medicamentosum vt nullum inuenis
 Aliud, vel irini tantum sergetici
 Vel cyziceni pondo, idem amaracini.
 His vteris, vbi non adsit quod diximus
 Malabathrum, arbitror moderatum myracopon
 Nihil minus sanè auxiliari vtentibus.
 Sic confit. Accurate mel factum leue
 Adiunge, & stacten tritam modice misceas,
 Opobalsamumq; ac rursus exacte contere.
 Cera, crocino, terebinthina pura duplo
 Iniectis vasi, prædicta liquefiant aqua
 In alia olla: liquefactis inde malabathrum.

Quinta Classis.

mmmm ij Et cunctis

Et cunctis vnitis modice, vt non ferueat, Duplex deponere vas protinus ex caccabo, Exacte frigerato, & raso pharmaco, Et addito ijs, quæ iam prius recensui, Mortario leuigato rursus, dum probe Totum vniatur, fiatq; vnum pharmacum. Volens at si ipsum reddere efficacius Ad vitia neruorum, simul ad diutina, Affectiones longas, tenfos musculos, Euphorbij recentis etiamnum & boni Toti vncias duas admisceas ponderi, Cum saleq; melleq; insuper opobalsamo Eleuigatum ante, quo satis erit tempore: Itaq; omnia dicta in vnum cum redegeris, In pyxidem, vel vas vitreum reponito. A balneis in vsum potius ducito, Cum regi facies principive myracopon, Perfacile vel para ignis sine commercio, Opobalsami collectis ternis vncijs, Et optimi malabathri quindecim vncias, Et cinnamomi tantundem boni cape, Cereq; non olentis candidissime Denarios decem: sic ipsum prepara. Partem malabathri tertiam, & ceram quoq; Concisam multa in frusta minutissime Argentea in tenui reconde phiala. Aqua calente plurimum, vt liquaueris, Ipsum refrigerato, deinde radito. Tum leuia iungens rursus in opobalsamo Et cinnamomo totum contere vniens, Quod restat ipsis suprafundens malabathrum. Terens adunito manibus, sic condito Argenteum in vas aut vitreum, sed crassius: Sic nanq; tuto habebis semper pharmacum. At si trientem libræ addas gangitidis Nardi, medicamen reddes longe suauius Præstantiusq; ad vitia adhuc recentia Synchronisma, cinnamomon tibi ni suppetat, Minimo quidem peius habebis, vere at bonum, Alio omni & multo myracopo præstantius, At si proponis id facere efficacius Ad quos retuli modo affectus, atlantici Euphorbij iungens quaternas vncias. Nam sic erit suaue, nec inefficax, Misturis licet confectum paucioribus. Cognouimus quosdam vt multis pinguibus, Medulla multa, & non nullis aromatis, Liquoribus, vnguentis, & oleis aliquibus, Quibus contra vsus, esse talia Expertum boni, qui non probauerint Misturas, neq; naturas horum simplices.

Galeno



GALENO FALSO ASCRIPTVS LIBER DE PONDERIBVS ET MENSVRIS.


Augustino Gadaldino Mutinensi interprete.

ARGVMENTVM LIBRI.

Ponderum ac Mensurarum doctrina ex variis auctoribus collecta traditur.

Quas res pondere, quas mensura metiamur.

CAP. I.



Pondus grauitate mensum iudicatur: mensura vasculi concauitate: vasculum quantitatis sicca vel humide est mensura: Ita vt tres eius, quæ metimur, quantitatis differentia sint: vna ponderis: altera substantie sicca, quæ in cumulum possit aggregari: tertia humide. Cum vero plura ac penè infinita sint tum pondera tum mensura pro regionibus ac consuetudinibus vtentium, nos sanè de eis, quæ maxime familiaria apud omnes sunt, sermonem habebimus.

De notis ponderum ac mensurarum.

CAP. 2.

Sed quoniam non nulli non integris literis, sed p notas seu characteres hæc ipsa pondera ac mensuras significant: satius vtique fuerit nos veteres sectando, primum ipsas notas declarare.

Primum igitur χ littera, vbi superadditum α elementum habuerit, Chalcum, i. æreum (græce χαλκόν) vt vides, significat. χ. Si vero suprapositum ο habuerit, Choa (græce χόα) significat. χ. Si τ ο, Choenicem (græce χόινικα) τ χ. Si η, Chemen (græce χήμη.) χ.

† Al. v
† Al. χ.

κ vero litera, si quidem ε elementum sibi suprapositum habeat, lineamq; rectam, quæ per obliquum inferius cornu ipsius secet, Ceratium, idest siliquam (græce κεράτιον) significat. κ. Si vero υ, Cyathum (græce κύπελλον) κ. Si vero ο, Corylan idest heminam (græce κοτύλην) κ.

† Linea vero aperistictos (idest quæ nihil aliud circūsignat) recta, oblique omnino posita, Obolum (græce ὀβόλον) significat. \. Duæ vero aperistictæ, duos obolos. \. qui Gramma idest scrupulum seu scriptulum (græce γραμμα) faciunt. quod quidem α γ cui prope sit ρ à linea quadam recta secatum indicatur. ρ.

† Alio modo hic locus vertitur. Linea vero circūflexa quam nihil aliud circūflexat, & quæ oino per obliquum ponitur, obolum significat. s. Duæ vero circumflexæ & circ. s. Tu tñ confer ei græcis codicibus, in quibus verba vt nos vertimus iacēt, quibus i aliquibus hoc modo. s. s. characteres notentur. † Al. adiunctū habeat, libram significat. λ.

Duæ autem lineæ, quæ se in altera extremitate contingant, ita vt angulum ad similitudinem duorum cornuum ipsius κ ad rectam seu perpendicularem lineam spectantium faciant, Drachmā, quæ & Holca etiam cognominatur, significant. <. Proprie tñ Holca (græce ὀλκία) ab antiquis per λ, quod in medio habeat ο, notabatur. δ.

Nam si id ipsum λ τ ζ in medio habeat ι, Libram (græce λίτραν) significat. λ. } Quidam etiam alij alteram ipsius λ lineam per obliquum altera linea secantes, Libram indicant. λ.

Γ vero intra suum ipsius angulum ο habens, Vnciam (græce ογγίαν) significat. ο.

μ vero, si in medio habeat ν, Minam (græce μνάν) significat. μ. Si υ, Mystrum (græce μύστρον.) μ. Si ε, Medimnum, (græce μέδιμνον) μ. Si ο, Modium (græce μόδιον) μ.

τ autem, quod post se habeat ρ, eiq; incumbens υ, Tryblion (græce τρύβλιον) denotat. τρ.

ξ autem si supra se ε habuerit, Xesten, idest sextarium (græce ξέστην) significat, ξ. Si ο, Oxybaphum, idest Acetabulum (græce ὀξύβαφον) ξ. Quidam vero per ξ à linea recta secatū, Xesten notant. ξ.

μ vero supra positum η habens, Heminam (græce ἡμιναν) significat. η.

κ autem & ρ quibus μ incumbat, Ceratium, idest amphoram (græce κεράμιον) significat. Κρ.

De Ponderibus.

CAP. 3.

Mina Attica & Ægyptia habet vncias 16. Mina Romana vncias 20. Libra vncias, 12.

Quinta Classis.

mmmm iij Vncia



Vncia drachmas 8. quæ & Holcæ dicuntur.
 Drachma habet siliquas 18. {Alij vero dicunt scrupulos 3.}
 Scrupulus habet obolos. 2.
 Obolus siliquas, 3.
 Siliqua habet sitaria idest granula 4. Alij vero dicunt areos 2. duasq; tertias alterius partes.
 Nam obolus areos. 8. habet.

De mensuris Humidorum.

CAP. 4.

Amphora Italica habet choas 8.
 Chus sextarios. 6.
 Sextarius cochlearia 2. Quæ & Tryblia dicuntur. Alij dicunt Sextarium habere pondus libre 1. & semis.
 Tryblium habet vncias 9.
 Cochlearium idem pondus habet.
 Cotyla siue tryblium (nam idem sunt) habet mystra magna 3. acetabula 4.
 Nam magnum mystrum habet acetabulum 1. & tertiam ipsius partem.

Acetabulum habet sesquicyathum.
 Cyathus habet chemas paruas, vel mystra parua 2.

Si vero etiam pondus mensurarum humidorum scire velis, permulta sanè sunt substantiarum humidarum iuxta inclinationem differentie, vt in olei & vini & mellis exemplo dicemus. Mel igitur vino grauius est quarta parte ampliusq; etiam decima: quod in vniuersum, proximum est tertie. habet enim eadem mellis ad vinum quantitas, seu moles totum vini pondus ac tertiam insuper ipsius partem. Oleo mel dimidia parte grauius est. habet enim totum olei pondus ac dimidiam insuper ipsius partem. Vinum oleo nona parte excedit, nam totum olei pondus & nonam insuper ipsius partem continet. Maioris autem declarationis causa, in tabula mensurarum pondera singillatim subiiciemus, cum pro comperto constitutum sit Oleum Vinum & Mel de omnibus sibi ordine subiectis enunciari.

	Olei	Vini	Mellis
Amphora italica hêt	Libras 72.	Libras 80.	Libras 108.
Chus habet	Libras 9.	Libras 10.	Libras 13. & semis.
Sextarius habet	Vncias 18.	Vncias 20.	Vncias 27.
Cotyla habet	Vncias 9.	Vncias 10.	Vnc. 13. & semis.
Mystrum magnū hêt	Vncias 3.	Vnc. 3. scrup. 8.	Vnc. 4. & semis.
Mystrū parū habet	Drachmas 6.	Drach. 6. scrup. 2.	Drach. 9.
Acetabulum habet	Drachmas 18.	Vnc. 2. scrup. 12.	Vnc. 3. scrup. 9.
Cyathus habet	Drachmas 12.	Drach. 12. scrup. 4.	Vnc. 2. drach. 2.

ORTBASIVS vero ex Adamantij sententia ait Sextariū Italicū Vini qdem mēsurā vncias 24. pondere librā 1. ac vncias 8. habere: Mellis vero mensura libras duas & dimidiā pendere.

De Mensuris aridorum.

CAP. 5.

Artaba Ægyptia habet modios 5.
 Modius Ægyptius & Italicus habet Choenicis 8.
 Choenix sextarios 2.
 Sextarius semifextarios 2. quas & Heminas appellant.
 Hēmina habet cyathos 8.
 Medimnus Atticus continet hemiecta, idest semifexta 12.
 Semifextum habet choenicis 4. Ita vt medimnus pendat modios 6. choenicis 48. sextarios 96.

Harum mensurarum pondus exponere haud facile est, q̄ infinitæ ferè iuxta inclinationem sint materiarum diuersitates fm artis medicæ doctrinam: quemadmodum ante nos, præstantes medicici præceptoresq; mirum in modum declararunt.

DE SIGNIS ET NOTIS PONDERVM ET MENSVRARVM. CAP. 1.

Signorum ac notarum doctrina cum maxime necessaria sit, haud obiter sanè describenda est: vt siqua in medicamentorum confectioibus symbolice posita inuenerimus, pondus ab ipsis significatum statim cognoscamus.

- μ igitur elementum, cui v supraponatur, μνᾶν idest Minam significat, μʹ.
- λ subiectum habens, λιβραν, idest Libram denotat. λ.
- Γ subiectum o habens, ογγρα, idest Vnciam significat. Γo.
- Apud aliquos autem inueni v supra se habens o Vnciam significare, οʹ.
- μ supra positum habens, εμῆρος idest Partem significat. μʹ.
- λ transfuerse collocatum, si cornua ad dexteram vergentia habeat, Drachmam significat. < si ad sinistram, Drachmæ dimidium. >

S Romanum apud non nullos quidem Triobolum apud nos vero cuiusq; ponderis dimidium significat. S.

E

* At. Cotylia.

F

G

† At. 3.

* At. Minus.

H

* At. adiacens. At. At.

A significat. S. Transuerse vero positū, si vnicū sit, Obolū significat. ο. si duo sint, duos obolos οʹ.
 C græcum elementum intus conuersum, Semiobolum denotat ο.
 § suprapositum e habens, §εσν, idest Sextarium significat. §ʹ.
 κ suprapositum habens v, Cyathum (græce κύαθον) significat. κʹ.
 Λ ipso suprapositum, Holcam (græce ὀλκῆν) quæ & drachma et cognominatur, significat. λʹ.

De Ponderibus & Mensuris.

CAP. 2.

* Vel hic legē-
 dū 12.4. vel infē-
 rius drach. 2.
 vbi drach. 4. le-
 gitur.

* Is legitur Di-
 drachma habet
 holcas, id est
 drachmas 2.

Mina Italica habet drachmas 144. Mina Attica drachmas 122. Vt Mina Italica sit libra & femis: Atticis libra 1. vncie 3. drachmæ 4.

Vncia apud Atticos continet drachmas 7. apud Italos drachmas 8.
 Drachma habet scrupulos 3.
 Vncia autem continet scrupulos 24.

Libra continet vncias 12. holcas 2. Holcam verò etiam Drachmam cognominant.
 Scrupulus habet obolum 1. areos 4.
 Obolus habet areos 6.

Æreus autem & Siliqua omnium ponderum sunt minima, ad equandam trutinam imposta.
 B Medimnus habet semifexta 12.
 Semifextum habet choas 2. choenicis 4.
 Chus habet choenicis 2. sextarios 8.

Vt Medimnus contineat choenicis 48. sextarios 192.
 Choenix habet cotylas 8. sextarios 4.
 Sextarius cotylas 2. cyathos 12.

Et hoc modo Græcorum plurimi res metiuntur.
 Apud Italos autem Chus inuenitur, qui mensura quidē sextarios 6. cotylas 12 habeat: pondere vero aquæ pituualis, quæ minime fallax est, drachmas 72. Choenix item Italica habet sextarios 3. cotylas 6. Et hoc pondus Atticis Tryblium nominatur.

Acetabulum est quarta pars cotyle.
 Habet autem sextarius pondere drachmas 120.

* Proprie vero Græca Cotyla olei pendet librā 1. Sextarius librās 2. Cotyla Italica pendit olei vncias 8. vini vncias 9.

Scire autem oportet mensuras iuxta pondus pro materia diuersitate variari.
 C EX LIBRIS CLEOPATRÆ DE MYNDICIIS.

De Ponderibus & Mensuris.

Mina ponderis est nomen. habet autem vncias 16. drachmas 128. scrupulos 384. obolos 768. thermos, id est lupinos. 1152. siliquas 2304. areos 6144. Attica mina habet vncias 12 & femis. drachmas 100. scrupulos 300. obolos 600. lupinos 900. siliquas 1800. areos 4800. Pro lemaica mina habet vncias 18. drachmas 144. scrupulos 432. obolos 864. lupinos 1296. siliquas 2592. areos 6912.

Libra habet vncias 12. drachmas 96. scrupulos 288. obolos 576. lupinos 864. siliquas 1728. areos 4608.

Vncia habet drachmas 8. scrupulos 24. obolos 48. lupinos 72. siliquas 144. areos 384. Vocatur et alio nomine Tetrassaron Italicum, idest Quatruffis Italicus.

Drachma habet scrupulos 3. obolos 6. lupinos 9. siliquas 18. areos 48.
 Denarius italicus habet drachmam 1.
 Drachma etiam alia æquiuoce vocatur ipsa Ægyptiaca, quæ est sexta pars drachmæ Atticæ, obolum 1. pendens.

D Scrupulus habet obolos 2. lupinos 3. siliquas 6. areos 16.
 Obolus habet lupinum, & femis. siliquas 3. areos 8.
 Semiobolus habet siliquam & femis. areos 4.
 Lupinus habet siliquas 2. areos 5. & tertiam alterius partem.
 Semiobolus vero atticus alterius semioboli quatuor quintas habet.
 Siliqua habet atticos areos 2. & duas tertias partes alterius arei.
 Æreus habet semioboli quartam partem. {Ita vt semiobolus 4. areos pendat.}
 Stater pendit drachmas 4. Appellantq; ipsum Tetradrachmon.
 Dupondium etiam similiter pendit drachmas 4.
 Nux etiam regia pendit drachmas 4.
 Cheme magna habet drachmas 3. Parua drachmas 2.
 Assarium idest As, habet drachmas 2.
 Cochlearium habet drachmam 1.
 Cyathus habet drachmas 10. siue vnciam 1. & quartam eius partem. scrupulos 30. obolos 60. lupinos 90. siliquas 180. areos 480. Est autem cyathus sexta pars cotyles.
 Cotyle, mensura quidē habet cyathos 6. pondere vero drachmas 60. vncias 7. & femis. scrupulos

scrupulos 180. obolos 360. lupinos 540. siliquas 1080. areos 2880. Trybliū eandē capit mensurā, quā cotyle, nā mensura capit cyathos 6. pondere drachmas 60. Sextarius mensura habet cotylas 2. pondere drachmas 120. Vocatur autem sextarius apud Aegyptios Inion. Acetabulum mensura habet cotyles quartam partem, cyathum. i. & semis: pondere drachmas 15. Concha magna eandem feruat mensuram, quam Acetabulum. Nam mensura habet sesquicyathum, pondere drachmas 15. Concha minor, mensura hēt semicyathum, pondere drachmas 5. Mystrum magnum habet sextamdecimam cotyles partem, & sunt drachmæ 3. cum dimidia & quarta. Mystrum minus habet cotyles vigesimam secundam partem, quæ sunt drachmæ 2. & scrupuli 2. & siliqua 1. & vndecima ferē ipsius pars. Chus hēt mensura quidē cotylas atticas 12. sextarios 6. choenicas 4. pondere drach. 720. Choenix habet mensura quidem cotylas 3. pondere vero drachmas 180. In Georgicis inueni Cotylam trium esse quartarum sextertij. Choia vero sextariorum 9. cotylarum 12. Amphorea sextariorum 36. cotylarum 48. Metreten sextariorum 72. cotylarum 96. Medimnum sextariorum 108. cotylarum 144. Metretes vero apud Syros habet sextarios † 6. apud Italos vero 120. Tryblium & Acetabulum similiter habent cotyles quartam partem. Cyathus cotyles sextam partem.

ALITER DE EISDEM.

Mina Attica habet vncias 12. Alia mina habet vncias. 15. Ptolemaica vncias 18. Libra habet vncias 12. Vncia habet drachmas 8. Drachma habet scrupulos 3. Scrupulus habet obolos 2. Obolus habet lupinum 1. & semis. Lupinus habet siliquas 2. areos † 5. Semiobolus atticus alterius semioboli quatuor quintas habet. Siliqua habet areos atticos 2. & duas alterius quintas. Aereus habet semioboli quartam partem. Vt 4. obolos pendat semiobolus. Stater pendit drachmas 4. Vocant autem & ipsum Tetradrachmon. Dupondium habet drachmas 4. Nux regia similiter pendit drachmas 4. Cheme magna habet drachmas 3. Cheme parua drachmas 2. As habet drachmas 2. Cochlearium habet drachmam 1.

DE MENSURIS ET PONDERIBVS VETERINARIORVM.

Vncia habet drachmas † 8. Drachma habet scrupulos 3. obolos 6. Cotyle habet vncias 12. acetabula 2. Acetabulum facit vncias 6. Acetabulum habet cyathos 3. Cyathus habet mystra 4. Mystrum facit vncie dimidium. Mystrum habet cochlearia 2. Cochlearium est mystri dimidium. Cochlearium facit scrupulos 6. Scrupulus facit obolum. Sicilium. i. Sicilicus † vncie dimidium. {Cyathus mystra 4. vt sit mystrum vncie dimidium.} {Mystrum facit cochlearia 2. vt cochlearium sit vncie quarta pars.} Mina habet vncias 15. holcas 112. & semis. Libra habet holcas 90. Denarium habet scrupulos 4.

De Mensuris Humidorum.

Amphora Italica habet choas 8. Chus habet Sextarios 6. Sextarius habet cotylas 2. quæ & Trybliā dicuntur. Cotyle eandem mensuram continet, quam trybliōn. Trybliū habet mystra magna 3. Acetabula vero 4.

Mystrum

A Mystrum magnum habet acetabulum 1. & tertiam partem. Acetabulum habet sesquicyathum. Cyathus habet chemas paruas vel mystra parua 2.

Table with 3 columns: Oli, Vini, Mellis. Rows list Amphora Italica, Chus, Sextarius, Cotyle, Mystrum magnum, Mystrum paruum, Acetabulum, Cyathus with their respective weights in Libras, Vncias, and Drachmas.

DIOSCORIDE DE MENSURIS ET PONDERIBVS. Ego charissime de ponderibus & mensuris ita perscrutatus sum, quippe à minimis initiū sumpsi, & ad Minam vsq; multiplicando ascendi.

B: De ponderibus. CAP. 1. Siliqua idem pondus habet, quod Aereus. Obolus habet areos 3. Vnde semiobolus habet pondere siliquam & semis. Scrupulus pendit obolos 2. idest areos 6. Drachma, & quæ Holce dicitur, pendit scrupulos 3. idest obolos 6. Vncia habet drachmas 8. scrupulos 24. Libra habet vncias 12. drachmas 96. Mina secundum medendi vsū pendit vncias 16. idest holcas 128. Mina Italica pendit vncias 18. idest sesquilibram, drachmas autem 144. Mina Alexandrina pendit vncias. 20. idest holcas. 160.

De mensuris Humidorum.

Vini.

CAP. 2.

- 1 Amphora habet libras 80. 2 Vrina libras 40. 3 Chus idest congius libras 10. 4 Semicongius libras 5. 5 Sextarius habet libram 1. vncias 8. 6 Hemina, idest cotyla vncias 10. 7 Quartarius habet vncias 5. 8 Acetabulum, idest quarta pars cotyles, æquat vncias 2, & semis. 9 Cyathus idest sexta pars cotyles, æquat vnciam 1 & semis, & scrupulos 4. 10 Cheme est cyathi quarta pars, æquat drachmas 3. & scrupulum 1.

Aquæ.

Idem est pondus aquæ & aceti. Aiunt autem, si aqua pluuiali vas repleatur, minime fallax, sed iustissimum pondus esse.

- 1 Amphoras habet libras 72. 2 Vrina habet libras 36. 3 Congius habet libras 9. 4 Semicongius habet libras 4 & semis. 5 Sextarius habet vncias 18. 6 Hemina, quæ & cotyle est, habet vncias 9. 7 Quartarius habet vncias 4 & semis. 8 Acetabulum, quod est cotyles quarta pars, habet vncias 2 & drachmas 2. 9 Cyathus, qui est sexta pars cotyles, habet vnciam 1. & semis. 10 Cheme, cyathi quarta pars, habet drachmas 3.

Mellis.

- 1 Amphora habet libras † 108. 2 Vrina habet libras † 54. 3 Congius habet libras † {13 & semis.} 4 Semicongius habet libras † 6 & vncias 9. 5 Sextarius habet libras 2. & † vncias 3. 6 Hemina habet libram 1. & vnciam 1. & semis. 7 Quartarius habet vncias 6. & drachmas 6. 8 Acetabulum habet vncias 3. drachmasq; † 3. 9 Cyathus habet vnc. 2. & drachmas † 2. 10 Cheme, quæ est cyathi quarta pars, habet † {drachmas 4. & obolos 3.}

De mensuris.

F

† Alias, 90.

G

† Si hic quis legēdū, ita paulo postea & semis legē oportebit. duos & duas quintas: hic quatuor, & quatuor quartas. terius, & legēdū. Fortē in superiora cōstitū rētur, hic legēdū esset, quod & terius alterius inferius ro duos & alterius terius. † Al. 7. & 60.

H

Al. vnciam dimidiam.

Al. Tribana.

Al. 120. Al. 60. Al. 15. Al. 7. & semis. Al. semis. Al. 2. Al. semis. Al. drach. 5.

Gal. de ponderib. & mensuris.

DE MENSURIS, ET PONDERIBVS.

E

Medimnus habet semisexta 12.
 Semisextum habet choas 2.
 Chus habet choenicas 4.
 Choenix habet cotylas atticas 3. pondere autem holcas 180.
 Chus mensura quidem est cotylarum atticarum 12. pondere vero pendit drach. 720.
 Sextarius mensura quidem est cotylarum 2. pondere vero drachmas 120. pendit.
 Cotyle habet cyathos 6. pondere vero drachmas 6. Cotylam Attici etiã Tryblium appellant.
 Acetabulum, mensura est cotyles quarta pars, quod est sesquicyathus: pondere vero hēt drach. 15.
 Cyathus est drachmarum 10.
 Cheme est cyathi quarta pars, drachmæ 2. & semis.
 Mystrum magnum est cotyles decimoctaua pars: pendit drachmas 3. & scrupulum 1. Mystrum paruum est cotyles vigesima quarta pars: pendit drachmas 2. & semis. Mystrum iustissimum habet scrupulos 8.
 Cochlearium habet scrupulos 3.
 Nucis basilicæ seu regiæ magnitudo pendit drachmas 7.
 Nucis ponticæ magnitudo pendit drachmam 1.
 Balani idest glandis magnitudo pendit drachmæ dimidium.
 Fabæ ægypticæ magnitudo pendit obolum & semis.
 Orobi magnitudo pendit areos 2.

F

DE SIGNIS PONDERVM AC MENSVRARVM.

Cum expositio signorum pondera ac mensuras indicantium necessaria sit, eam hic descripsi, vt si quando ea ipsa signa in medicamentis notata inuenieris, haudquaquam errare possis.
 ν, itaq; quod supra μ sit positum, μν, idest minam, significat. μ.
 λ, quando subiectum habeat 1. λιτραν, idest libram, significat. λ.
 ρ, quod o supra vel infra se habeat, ογγιον, idest vnciam, significat. ρ.
 Apud non nullos autem inueni ν, quod supra se o habeat, vnciam significare. ον.
 μ, quod supra se habeat ε, μερος, idest partem, significat. μ.
 λ obliquum, si ad dexteram cornua vergentia habeat, drachmam significat. λ. si ad sinistram, drachmæ dimidium. λ.
 S Romanum, apud aliquos quidem triobolum: apud nos vero cuiuscq; ponderis dimidium signi significat. S. Si autem transuerse ponatur, obolum 1, significat. σ.

FINIS QVINTÆ CLASSIS.

AAAAA BBBB BBBB CCCCC DDDDD EEEEE FFFFF GGGGG HHHHH IIIII
 KKKKK LLLLL MMMMM NNNNN OOOOO PPPPP QQQQQ RRRRR
 SSSSS TTTTT VVVVV XXXXX YYYYY ZZZZZ
 aaaaa bbbbb ccccc ddddd eeeee fffff ggggg hhhhh iiiii kkkkk llll mmmmm

Omnes sunt quaterniones præter mmmmm ternionem.



VENETIIS APVD HAEREDES
 LVCAE ANTONII IVNTAE.